by Google

Digitized by Google

IX.
C
52

BIBLIOTECA NAZ.
Emanuele III
IX
C
52
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPVTATIONVM

ROBERTI BELLARMINI

POLITIANI CARDINALIS,

S. R. E. tit. S. MARIÆ in viâ.

De Controuerſiis Chriſtianæ fidei aduerſus huius temporis hæreticos.

EPITOME

Labore Fr. I. BAPTISTAE DESBOIS Ordinis Minimorum.

TOMVS TERTIVS.



PARISIIS,

Apud NICOLAVM BVON in mont[e]

D. Hilarij, ſub ſigno D. Claudij.

M. DCIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

REVERENDVS PATER FRATER HIERONYMVS DVRANT, *totius ordinis Minimorum Generalis Corrector Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Ioanni Baptiſtæ Deſbois, ſacerdoti Theologo præfati inſtituti profeſſo ſalutem.*

LABORES tuos & ſtudia non poſſumus non gratos habere, quibus Rempub. Chriſtianam, & maximè ſtudioſos iuuare contendis: atque imprimis in concinnanda epitome controuerſiarum Illuſtriſſimi ac reuerendiſſimi Domini Cardinalis Bellarmini, quam prælo commendare deſideras, & idcirco licentiã à nobis ſupliciter exigis præfatam Epitomen, ſicut & alia opera tua tum Latina, tũ Gallica in lucem edendi, ad communem, vt præfertur, Chriſtianæ Reipub. vtilitatem: Nos itaque de his ſufficienter edocti ab illis qui huiuſmodi opera perlegerunt, hanc idcirco facultatem tibi concedimus, adhibitis tamen prius doctorum iudicio atque cenſura, quatenus in nobis omnia ordinatè fiant. In quorum fidem præſentem ſchedulam noſtro Chirographo ſubſcriptam, ſigilli noſtri impreſſione communiuimus. Dat. in Conuentu noſtro Auenionenſi 3. Nonas Iunias 1599.

F. H. DVRANT GENERALIS.

*

FRATER PETRVS HEBERT
TOTIVS ORDINIS MINIMORVM
Corrector Generalis dilecto nobis in Chriſto Patri I. BAPTISTÆ DES-BOIS eiuſdem Ordinis Profeſſo.

De ſingulari tua doctrina & eruditione iamdudum certiſſimi, authoritate concrediti nobis officij tibi præfato Patri Ioanni DES BOIS *licentiam atque facultatem impartimur, vt Reuerendi Domini* BELLARMINI *opus à te in compendium redactum, nec non alios libros quos noſtro tempore te compoſuiſſe contigerit, typis mandare valeas: dummodo iuxta ſacros Canones Concilij Tridentini, ab Eccleſiaſticis Doctoribus ad id deſtinatis prius approbentur. In quorum fidem præſentes manuali noſtro ſyngrapho, necnon Minori noſtri officij ſigillo muniuimus, datum Barcinonæ hac lucè. 29. Maij 1602.*

F. PETRVS HEBERTVS.
Generalis.

Digitized by Google

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs ſubſignati Doctores Theologi Facultatis Pariſienſis certum facimus EPITOMEM OPERVM R. & Illuſtriſſimi Cardinalis ROBERTI BELLARMINI, de controuerſiis fidei Chriſtianæ labore F. P. IOANNIS BAPTISTAE DES-BOIS, Ordinis Minimorum, ita ad mentem authoris, eſſe redactam; vt ad illuſtrandam fidei Catholicæ doctrinam eamque à ſectariorum omnium corruptelis vindicandam plurimum adferat adiumenti. Quamobrem & luce & laude dignam iudicamus, in cuius rei fidem Chirographum noſtrum hiſce præſentibus duximus apponendum. Datum apud Sorbonam ſecunda Iulij. 1602.

A. DV VAL. M. MAVCLERC.

SVMMA PRIVILEGII.

HENRICI IIII. Galliarum & Nauarræ Regis Edicto cautum & ſancitum eſt, ne quis cuiuſcumque gradus, ordinis, ſtatus, conditionis, ac dignitatis, ſiue ſit Bibliopola, Typographus, ſiue alius quilibet, vel Regnicola, vel externus negotia gerens quacumque regni & ditionis eius patent fines, *Epitomem diſputationum & operum Roberti Bellarmini S R.E. Cardinalis tit. S. Mariæ in via, de Controuerſiis fidei Chriſtianæ aduerſus huius temporis hæreticos. Labore F.I. Baptiſtæ Des-bois Ordinis Minimorum.* præter viduam Guilelmi Chaudiere, R. Foüet, & Nicolaum Buon, Bibliopolas in alma Pariſiorum Vrbe commorantes intra duodecim annos, eadem vel alia maiori, aut minori forma vel quouis modo excudat, vel excudenda curet, vendat ipſe, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique ab aliis excuſſa intra eiuſdem HENRICI Ditionum fines diuendenda importet, ſeu quouis alio modo, & prætextu manifeſte aut occulte diſtrahat ſiue ſit externus, aut regnicola. Qui ſecus faxit, præter librorum amiſſionem, quingentorum coronatorum mulcta pœnas pendito, quorum dimidia Regio fiſco, reſidua vero pars remanebit ipſis viduæ Chaudiere, Roberto Foüet & Nicolao Buon, aut ab illis mandatum habentibus: vti latius patet in ipſo diplomate dato Pariſiis. 26. die Iunij 1602.

Subſignat. HENRICVS.

Ad mandatum Sacræ maieſtatis Regiæ.

POTIER.

Digitized by Google

INDEX
GENERALIS
TOMI III.

DE Sacramentis in genere. lib. II.
De Baptiſmo. lib. I.
De Confirmatione. lib. I.
De Euchariſtia. lib. IIII.
De ſacrificio Miſſa. lib. II.
De Pœnitentia. lib. IIII.
De Indulgentijs. lib. II.
De Extrema vnctione. lib. I.
De Ordine. lib. I.
De Matrimonio. lib. I.

PRIMA CONTROVERSIA GENERALIS

DE SACRAMENTIS IN GENERE:

duobus libris explicata.

Jndex librorum & capitum.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt,

De naturâ, & cauſis Sacramentorum.

Cap. I. D*E erroribus circa Sacramenta.*
II. *De mendacijs & calumniis aduerſariorum.*
III. *Mendacia Philippi.*
IIII. *Mendacia Caluini.*
V. *Mendacia Kemnitij.*
VI. *Mendacia Tillemanni Heshuſij.*
VII. *Sitne vtendum nomine Sacramenti.*
VIII. *De etymologia & notione myſterij ac Sacramenti.*
IX. *Quid requiratur ad Sacramentum nouæ legis conſtituendum.*
X. *Poſsitne Sacramentum propriè definiri.*
XI. *Quid ſit definitio Sacramenti.*
XII. *An aliqua definitio Sacramenti vniuocè conueniat Sacramentis legis Veteris, & Nouæ.*
XIII. *Soluuntur argumenta Kemnitij.*
XIV. *Refellitur definitio Lutheranorum.*
XV. *Refelluntur definitiones aliæ.*

XVI. *Refellitur definitio Caluini.*
XVII. *Refelluntur argumenta aduerſariorum.*
XVIII. *An Sacramenta componantur ex rebus & verbis vt materia, & forma.*
XIX. *Quodnam requiratur Verbum eſſentiale Sacramenti.*
XX. *Soluuntur obiectiones.*
XXI. *An res, & verba Sacramentorum ita ſint determinata, vt nihil immutare liceat.*
XXII. *De fine & neceſſitate Sacramentorum.*
XXIII. *Authorem Sacramentorum ſolum eſſe Chriſtum.*
XXIV. *De Miniſtro Sacramentorum.*
XXV. *Soluuntur argumenta Lutheri.*
XXVI. *Non requiri fidem, aut probitatem miniſtri vt Sacramenta ſint efficacia.*
XXVII. *Requiri intentionem in Miniſtro faciendi quod Eccleſia facit.*
XXVIII. *Soluuntur argumenta.*

LIBER II.

De effectu numero, & cæremonijs Sacramentorum.

Cap. I. QVid quæritur, cum diſputatur de efficacia Sacramentorum ex opere operato.*
II. *Sententia hæreticorum de efficacia Sacramentorum.*
III. *Sacramenta ex opere operato conferre gratiam probatur ex Teſtamento nouo.*
IIII. *Probatur ex vaticinijs Prophetarum & figuris.*
V. *Ex Concilijs.*
VI. *Ex PP. Græcis.*
VII. *Ex Latinis.*
VIII. *Rationibus.*
IX. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
X. *Ex PP.*
XI. *Ex Ratione.*
XII. *Explicatur ſententia hæreticorum de differentia*

Sacramentorum Teſtamenti veteris, & noui.
XIII. *Explicatur ſententia Catholicorum.*
XIV. *Nullum Sacramentum legis vel naturæ, vel ſcriptæ iuſtificaſſe ex opere operato, ſcripturis probatur.*
XV. *Ex PP.*
XVI. *Ex rationibus in ſcripturâ fundatis.*
XVII. *Soluuntur obiectiones.*
XVIII. *Sententia hæreticorum de caractere.*
XIX. *Sententia hac de re Catholicorum.*
XX. *Probatur caracter ex ſcripturis.*
XXI. *Probatur ex ſcripturis.*
XXII. *Idem oſtenditur ratione.*
XXIII. *Sententiæ hæreticorum de numero Sacramentorum.*
XXIV. XXV. *Septem tantum eſſe Sacramenta Eccleſiæ probatur ex ſcripturis PP. & poſterioribus Concilijs, & DD.*
XXVI. *Ex Congruentijs.*
XXVII. *Soluuntur obiectiones.*
XXVIII. *De ordine, & comparatione Sacramentorum nouæ legis inter ſe.*
XXIX. *De Nomine, definitione, & partitione cæremoniarum.*
XXX. XXXI. *Quid ſentiant aduerſarij de cæremonijs, & quid tenendum.*
XXII. *Soluuntur obiectiones contra cæremonias.*

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

LIBER PRIMVS

Qui eſt

De natura, & cauſis Sacramenti.

Qui ſcripſerunt de Sacramentis.

SCRIPSERVNT de hoc argumento inter hæreticos, [a] Lutherus, [b] Philippus Melancthon, [c] Ioannes Caluinus, & [d] Martinus Kemnitius. Ex noſtris præter [e] Scholaſticos, [f] Thomas waldenſis, [g] Gulielmus Pariſienſis [h] Ioannes Ekius [i] Ioannes Roffenſis, [k] Hoſius Cardinalis, [l] Ruardus Tapper, [m] Iodocus Tiletanus [n] Gulielmus Alanus, [o] Gulielmus Lindanus in Panopliâ libro 4. & [p] Petrus Soto, de Inſtitut. Sacerdotum.

[a] *libro de captiuit. Babylonicâ.*
[b] *in locis, ac in Apologiâ Confeſſionis Auguſtanæ.*
[c] 4. *Inſt.* 14. *& ſeqq.*
[d] *tom.* 2. *Examinis Concilij Tridentini.*
[e] *in* 4. [f] *tom.* 2. [g] *libro de Sacramentis.*
[h] *Homiliis de Sacramentis.* [i] *Refutatione articulorum Lutheri.*
[k] *Confeſſione Polonica.*
[l] *Explicatione articulorum Louanienſium.*
[m] *Refutatione examinis Kmnitij.*
[n] *libro de Sacramentis in genere.*

De erroribus circa Sacramenta.

CAP. PRIMVM.

PRIMVS error, omnia Sacramenta tollit, huius fuère [a] Archontici, [b] Fraticelli, ſeu Beguini, [c] Pauliciani, qui ſolis verbis quibuſdam loco Sacramentorum vtebantur, & noſtris temporibus Suuenckfeldiani apud Staphylum libro de Concord. diſcip. Luth.

Secundus, non quidem omnia Sacramenta reijcit, ſed virtute, & efficaciâ ſpoliat. Ita olim Meſſaliani, qui peccata, non diuinis Sacramentis ſed ſolis precibus purgari volebant. Ita & [e] Armeni, ac noſtro tempore [f] Lutherani, atque Caluiniſtæ: qui omnia fidei, Sacramentis verò nihil tribuunt, niſi eſſe nuda ſigna, eaque non omnino neceſſaria.

Tertius, aliquot tantùm Sacramenta tollit. Polluti hæreſi quam [g] Tertull. Gaianam appellat, item [h] Manichæi, [i] & Seleuciani reijciebant Baptiſma. [k] Nouatiani Confirmationem, & [l] Pœnitentiam. [m] Bogomiles Euchariſtiam. [n] Albigenſes, & [o] Flagellantes, Extremam vnctio-

[a] apud Epiph. hæreſi 40. hos Theodoretus 1. de hæreticorum Fabulis Aſcodritos, & Aſcodrupitas vocat, quorum author fuit Petrus Anachoreta Syrus.

[b] vt refert Ioãnes 22. Extrauag. Sancta Romana.

[c] Apud Euthymiũ 2 parte Panopl. tit. 22.

[d] qui & Euchitæ ab oratione dicti apud Epiph. hæreſ. 80. Aug. 57. Theodor. ſup. lib. 4. Damaſc. libro de hæreſibus.

[e] apud Guidonem Carmelitanum in ſuâ ſumma. *[f] Lutherus aſſertione primi articuli. Hæretica* (inquit) *ſed vſitata, ſententia eſt. Sacramenta nouæ legis dare gratiam iis, qui non ponunt obicem. Scriptura enim dicit: Iuſtus ex fide ſua viuet: non dicit ex Sacramentis viuet.*

[g] Initio libri de Baptiſmo. *[h] apud Auguſtinum hæreſi 46.*

[i] apud eundem hæreſi 59. *[k] apud Theodoret. ſupr. libr. 3.*

[l] apud Epiph. hæreſi 59. & Aug. hæreſi 38. *[m] apud Euth. ſup. tit. 23. & Petrobruſiani in Epiſt. Petri Cluniacenſis contra eos.*

[n] apud Antoninum 4. parte tit. 11. cap. 7. §. 5. ſumma Theologicæ.

[o] apud Bernard. Lutzemburg. in catalogo hæreticorum.

nem. Encratitæ, apud Aug. hæreſi 33. & [p] Manichæi Matrimonium. Taudemi Sectatores, Ordinem: in Supplemento Sigiberti anno 1124. noſtri temporis hæretici (Suuenckfeldianis exceptis) Baptiſmum quidem, & Euchariſtiam recipiunt, ſed Confirmat. & Extremam vnctionem nullomodo admittunt: nec Matrimonium pro Sacramento. De Pœnitentiâ, & Ordinatione inter ſe contendunt.

Quartus, Sacramenta quæ admittit, nec rectè intelligit, nec ritè adminiſtrat. Marcoſij Baptiſmum conferendum eſſe dicebant in nomine ignoti Patris, in veritate matre omniũ, in Ieſu qui deſcendit, in vnitate, & redemptione, & poteſtatum cõmunione. Ita refert Theodor. lib. 1. hæreticarum fabularum. Marcionitæ, ſecundò, & tertio homines baptizabant teſte Epiphanio hæreſi 42. Quidam Apoſtolorum [q] tempeſtate, & multi [r] poſtea, Euchariſt. Sacramentum quidem fatebantur, ſed negabant verum Chriſti corpus continere. [s] Audiani Confeſſiones audiebant, & Abſolutionem impertiebantur, ſed non iniungebant pœnitentiam. [t] Pepuritæ denique ordines etiam fœminis conferebant. Anabaptiſtæ Sacramentum Baptiſmi recipiunt, ſed tantum pro adultis. Zuingliani Euchariſtiam, ſed negant corpus Dominicum eſſe. Lutherus Sacrament. Abſolutionis non negat ſed nec integram Confeſſionem, nec vllam Satisfactionem requirit. Ordinationem Miniſtrorum om nes admittunt, ſed nec verum miniſtrum, nec verum ritum huius Sacramenti agnoſcunt. Ita antiquæ hæreſes dũtaxat his reuixêre temporibus.

[p] *apud Aug. hæreſi 46.*

[q] *apud Ignatium Epiſtola ad Smyrnenſes & Theodoretum Dialogo 3. circa mediũ.*

[r] *Berengariani wicleſiſtæ, &c.*

[s] *apud Theodoret. 4 de fabulis hæretic.*

[t] *teſte Epiph. hæreſi 49.*

De mendaciis & calumniis aduerſariorum.

CAPVT II.

PRIMVM Lutheri lib. de captiuit. Babylon. cap. primo *Non miror* (*inquit*) *Concilum Conſtantienſe, cuius authoritas ſi valet, cur non valet & Baſileenſis quod contra ſtatuit, Bohemis licere vtramque ſpeciem ſumere?* Sed Concil. Conſtant. Seſſ. decimâ tertiâ, & Baſileenſe trigeſima, idem omninò ſtatuunt, quantùm ad communionem ſub vnâ ſpecie: nimirum Laicos non teneri iure diuino, ad vtramque ſpeciem ſumendam: proinde ſeruandam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem: cui Decreto non repugnat Baſileenſe conceſſiſſe Bohemis vtriuſque ſpeciei vſum: id enim factum eſt, dum modo faterentur id non iuris præcepto diuini, ſed Eccleſiæ conceſſione habere.

[a] Secundum, fuiſſe D. Thomam authorem ſententiæ aſſerentis non remanere in Sacramento altaris ſubſtantiam panis ac vini, ſed tantum accidētia. Nam [b] Innocent. tertius ante D. Thomam hoc idem definierat.

[c] Tertium, Scholaſticos aſſerere, non debere hominem certum eſſe de remiſſione peccatorum, ſeu gratiâ Sacramēti. Sed cum teſte [d] eodem Luthero Scholaſtici omnes admittant Sacramenta, eſſe ſigna efficacia gratiæ, quomodo poſſunt aſſerere, deberi dubitare de gratiâ Sacramenti? Dicunt quidem [e] debere dubitari de propriâ diſpoſitione, & proinde de conſecutione gratiæ. ſed hoc, non eſt dubitare de gratiâ Sacramentorum.

[f] Quartum, Magiſtrum ac Scholaſticos dùm de Sacramentis tractant, nihil de vſu, id eſt, veritate promiſſionis diuinæ, ac fide noſtra dicere. Nam

[a] *ibidem.*

[b] *in Lateranenſi Concilio cap. 1. an. 1215.*

[c] *ibidem. c. 2.*

[d] *ibidem paulò infra.*

[e] *hoc idem fatetur Lutherus libro contra Rebaptizantes edito an. 1528. Baptiſmus non eſt fundandus* (inquit) *ſupra fidem baptizātis: vel baptizati quia vterque incertus eſt de fide, aut ſaltem in periculo, & tentatione conſiſtit.*

[f] *ibidem.*

Magiſter quarto diſt. quarta, & ibid. Scholaſt. multa diſputant de fide Suſcipientis Sacramenta, & recto vſu.

[g] Quintum, nos aſſerere Sacramenta prodeſſe peccatoribus. Sed ſi intelligat Lutherus peccatores pœnitentes, id verum erit de Sacrament. Baptiſmi, & Pœnitentiæ. Si autem impœnitentes, merum mendacium eſt, nullus enim Catholic. hoc dixit. Item, nos velle non requiri gratiam, vt nobis Sacramenta proſint. Sed omnes Catholici docent, vel gratiam præſupponi, vel ſimul infundi, in perceptione fructuoſa Sacramenti. Præterea, iuxta nos non requiri fidem, nec incredulitatem haberi pro obice impediente Sacramentum. Sed ſi de Subſtantia Sacramenti ſermo ſit: nec nos, nec ipſi requirimus fidem. Nam [h] verus eſt Baptiſmus, quem ſine vera fide hæreticus recipit. Si autem de fructu Sacramenti: Catholici omnes requirunt [i] actualem fidem, infantibus verò (qui certè nec ponunt, nec ponere poſſunt obicem incredulitatis: quia incredulitas non eſt non credere, ſed nolle credere) infunditus in ipſa ſuſceptione Sacramenti fides habitualis.

[k] Sextum, fuiſſe Scotum authorem ſententiæ, docentis Sacramenta conferre gratiam non ponenti obicem. Nam ante Scotum, idem [l] Innocentius tertius, & [m] Auguſtinus docuerunt.

[n] Septimum, Scotiſtas non requirere in vſu Sacramenti fidem, nec bonum propoſitum, ſeu motum cordis. Nam Scotus ipſe [o] in 4. apertè docet requiri fidem, & Contritionem, ſeu Attritionem.

Octauum, nos tantùm tribuere ſali, & aquæ conſecra. quam Baptiſmo. Nullus enim catholicorum hoc dixit.

[g] *ibidem, & Caluin. in Antidoto ſeſſ. 7. can. 5. & 6.*

[h] *ita Aug. 4. de Baptiſmo 12. cum Auguſtino Catholici omnes: idem docet Lutherus homiliis de Baptiſmo, Caluinus 4. Inſt. 14. § 16.*

[i] *Magiſter 4. diſt. 4. D. Tho. 3 par q. 68. art. 8. Ius Canon. de conſecrat. diſt. 4.*

[k] *aſſertione art. 1.*

[l] *cap Maiores: de Baptiſmo, & eius effectu.*

[m] *epiſt. 23. ad Bonifacium.*

[n] *ibidem.*

[o] *diſt. 4. q. 2. & q. 5. in principio ac reſponſione ad vltimum. item diſtinct. 17. q. 1.*

Mendacia Philippi.

CAP. III.

[a] *articulo* 13. *Confeſſ. Aug.* [b] *ibid. art. de Miſſa.*

PRIMVM,[a] eſt ſimile ſeptimo Lutheri, niſi quod tribuit omnibus Scholaſt. quod tantùm Scotiſtis Lutherus.

Secundum,[b] *falsò accuſantur* (inquit) *Eccleſiæ noſtræ, quòd Miſſam aboleant: retinetur enim Miſſa apud nos, & ſummâ reuerentiâ celebratur.* Sed ſi per Miſſam intelligat tantùm Sacramenti diſtributionem, & perceptionem: non accuſantur à nobis, quòd id ſuſtulerint: Si verò oblationem, & totum canonem: falſum eſt falsò accuſari: in articulis enim Smalchaldicis legitur: *Abroganda meritò Miſſa eſt.*

[c] *ibidem.*

[c] Tertium, veteres ante Gregorium, non feciſſe mentionem Miſſæ priuatæ. Sed ſi Miſſa priuata, ſit ea quæ vni tantum proſit, nulla fuit talis apud Catholicos: ſi quæ celebratur ab vno Sacerdote, ſine diſtributione Euchariſtiæ, mentitur, cum [d] Auguſtinus *perrexit* (inquit) *vnus, obtulit ibi* (ſcilicet in domo priuata) *ſacrificium corporis Chriſti, orans quantum potuit vt ceſſaret illa* [e] *vexatio, Deoque protinus miſerante ceſſauit.*

[d] 22. *Ciuit.* 8. *annis* 200. *ante Gregorium.* [e] *vexationis ſcilicet Dæmonum.* [f] *Articulo de Confeſſione.*

[f] Vltimum, nullam fieri à nobis mentionem in Sacramentis de fide, & meritis Chriſti. Sed nullus eſt liber catholicus, tractans de Sacramentis, quin in eo ſæpè de fide, & Chriſto agatur.

Mendacia Caluini.

CAP. IIII.

[a] *Inſt* 14. §. 14. *ſcilicet Sacramenta iuſtificare dummodo non ſit obex peccati mortalis: nec fidem requiri.* [b] *ibid.* 9. 17.

PRIMVM,[a] ſimile primo Philippi. [b] Secundum, nos docere cauſam iuſtificationis, ſiue gratiã, ac virtutem SS[ti] includi elemẽtis, ſeu vaſculis, ac plauſtris.

Cum enim dicunt Catholici

Digitized by Google

gratiam contineri in Sacram. ac Sacramenta eſſe gratiæ vaſa, non intendunt, reuera gratiam includi in ipſis Sacramentis, ſed vt ab ipſis, vt à [c] cauſis inſtrumentalibus produci: quomodo [d] Pſalmiſta vocat ſagittas, vaſa mortis: quia cauſant mortem.

[e] Tertium, Vocari opus operatum, meritum ſuſcipientis Sacramentum. Nam id, opus operantis eſt. opus enim operatum non pendet à bonitate miniſtri, meritum verò pendet.

[f] Quarto, in Sacramento Euchariſtiæ Alexandrum Papam vſum fuiſſe primum azimo pane. Sed [g] Math. [h] Marcus & [i] Lucas ſcribunt Dominum cænam feciſſe primo azimorum die.

[k] Quintum, *Veteres, dum propriè loquuntur, nuſquã plura duobus Sacramentis recenſent.* Nam [l] Cyprian. non ſolum Baptiſ. & Euchar. ſed etiam Confirmationem vult propriæ eſſe Sacramentum.

[m] Sextum. *Auguſtinus* (inquit) *apertè affirmat,* Confirmationem, *nihil aliud eſſe quam orationem.* Sed audi Auguſtinum. *Sacramentum chriſmatis in genere viſibilium ſignorum, ſacro-ſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus.*

[o] Septimum, Matrimonium non fuiſſe inter Sacramenta poſitum vſque ad Gregorium. Sed [p] Auguſt. ter illud annumerat inter Sacramenta, & [q] lib. de bono coniugali: *In noſtrarum nuptijs plus valet ſanctitas Sacramenti, quam fœcunditas vteri.*

[r] Vltimum, nos anteponere cæremonias Baptiſmi, Baptiſmo. Sed catholici, adeò non anteponunt, vt affirment præparationes eſſe ad Baptiſmum, nullomodo eſſentiales Sacramento.

[c] *ita etiam Caluin. in Antidoto Concilij Tridentini ſeſſ. 7. cap. 4. & 5.*
[d] *Pſ. 7. v. 14.*
[e] *ibid. §. 26.*
[f] *cap. 17. §. 43. ibid.*
[g] *26. v. 17.*
[h] *14. v. 12.*
[i] *22. v. 7.*
[k] *ca. 19. §. 12.*
[l] *2. Epiſt. 1.*
[m] *ibidem.*
[n] *2. contra literas Petiliani 104.*
[o] *ibid. cap. 19. §. 34.*
[p] *libro 1. de nuptiis & cõcupiſcẽtia c. 10.*
[q] *cap. 18.*
[r] *in Antidoto ſeſſionis 7. can. 13.*

Mendacia Kemnitij.

Cap. V.

PRIMVM [a] definiuiſſe Papam Syricium, Matrimonium eſſe tantùm vitam ſecundum carnem, quæ Deo placere nequeat. Sed non [b] agit Syricius de legitimo, ſed de coniugio ſacerdotum, quod reuera ſacrilega impudicitia eſt.

Secundum, [c] loquens de Ordine, & Matrimonio. *Etſi* (inquit) *Richardus diſputat, etiam per iſtos* [d] *ritus conferri gratiam gratum facientem, reliqui tamen agnoſcunt hoc ſubſiſtere non poſſe.* Nam omnes ferè [e] Theologi idem dicunt quod Richardus.

Tertium, [f] Scholaſticos non ſatis ſe expedire, cùm declarare nituntur cur aqua benedicta, roſa, enſis&c. minimè ſint Sacramenta. Omnes enim adeò id nullomodo difficile putant vt nec, vel obiter explicent.

Quartum. [g] Alenſ. Thom. Durand. ſentire, ipſis Sacramentorum elementis conferri, per verbum, virtutem quandam ſupernaturalem. Sed non videtur Kemnit. hos legiſſe authores. Nam [h] Durandus cõtrarium ſentit, & D. Thomam oppugnat.

Quintum, Scholaſticos, ſeipſos non intelligere, dùm dicunt vim inditam Sacramentis, eſſe ens incompletum, quod nec ſit per ſe in aliquo decem prædicamẽtorum. Sed nullus eſt mediocriter Phyſicæ, vel Logicæ peritus, quin ſciat, motum eſſe ens incompletum, & ad nullum prædicamentum, per ſe, ſpectare: hanc autem vim Sacramentis inditam plerique motionem vocant.

Sextum, [i] Cyprianum exiſtimaſſe Baptiſmum inutilem eſſe, collatum ab hæreticis; & malis miniſtris. Id enim nuſquam de malis miniſtris catholicis, [k] Cyprianus voluit.

[a] *in Examine edito an. 1566. in octauo pag.* 14.
[b] *Epiſt.* 1. *c.* 7.
[c] *pag.* 39.
[d] *nimirum Sacramenta.*
[e] *In quolibet Sacramẽto nouæ legis, gratia infunditur, inquit D. Thom.* 3. *p. q* 65. *art.* 1.
[f] *p.* 40.
[g] *p.* 44. *&* 45.
[h] *in* 4 *diſt.* 1. *q* 4.
[i] *ibidem.*
[k] *vide Auguſtinũ* 4. *de Baptiſmo* 10. *&* *libro* 6. *cap.* 12. *ipſum Cyprian. Epiſt.* 15. *ad Iubaianum, Pompeium, Stephanum, Quirinũ.*

Mendacia Tillemanni Heshuſij.

CAP. VI.

PRIMVM,[a] falsò dixiſſe Catechiſmum Romanum: *Virtutem, quæ ex paſſione Chriſti manat; hoc eſt, gratiam, quam ille nobis in arâ crucis meruit, per Sacramenta quaſi per alueum in nos deriuare oportet*. Sed ſi hæc ſententia falſa ſit,[b] contradictoria erit vera: quæ tamen vt hæretica ab ipſis etiam Lutheranis habetur. Nec refert alueum non dicere, nam cauſam inſtrumentalem[c] nominant, quod eſt longè amplius.

Secundum, falsò affirmari Sacramenta legis veteris, non impreſſiſſe caracterem. Sed impreſſiſſe, Lutherani non dicunt, qui nuſquam illa Sacramenta noſtris anteponunt. At noſtris negant impreſſionem caracteris.

Tertium, docuiſſe Gabrielem 4. diſt. 1. q. 3. in ſuſcipiente Sacramentum haud exigi bonum interiorem motum. Nam Gabriel loquitur de motu meritorio gratiæ, alioquin aperte requirit fidem, & pænitentiam.

Quartum, Sacramenta vetera nec ex opere operato, nec operantis, ſeu per modum meriti non contuliſſe gratiam: Sed neque opus operatum, neque operantis, vllo modo Lutherani agnoſcunt.

[a] *lib de 600. erroribus Pontificiorum.*

[b] *Chriſtus in cruce, non meruit nobis gratiam, vel ſi meruit, ea tamen non deriuatur ad nos per Sacramēta, vt per alueum.*

[c] *Kemnit. 2. par. Examinis p. 97. Calu. in Antidoto ſeſſ. 7. can. 4.*

Digitized by Google

Sitne vtendum nomine Sacramenti.

CAP. VII.

LVTHERVS & Lutherani hoc nomen reſpuebant initio, volebatque [a] Lutherus ſignificare in ſcripturis vbique rem ſacram, vel ſecretam nuſquam ſignum rei latentis Sed cùm aduerteret Carolſtadium, & Zuingliũ, quibuſcum inimicitias fouebat, à Sacramenti voce abhorrere, nomen Sacramenti [b] approbare cæpit. Et reuera approbandum eſſe vt importat ſignum rei ſacræ ac latentis.

Probatur, Primò ex ſcriptura, in qua etſi vt editâ à primo authore, vox Latina, *Sacramentum*, non habeatur, quia non Latinè ſcripturæ primò ſunt editæ, inuenitur tamen quod æquiualeat Hebraicè [c] רָזִי *Razi* Chaldaïcè רָזָא *Raza*, [d] Danielis 2. dùm agitur de ſtatua Nabucodonoſoris, quia ſignum erat rei latentis, nempe ſucceſſionis quatuor regnorum, &c. Apocaly. autem [e] decimo ſeptimo & ſecundæ [f] Theſſalonic. 2. habetur *μυστήριον* ad ſignificandum ſignum rei arcanæ.

Secundò ex patribus, qui hoc nomime vſu ſunt ad ſignificandum Baptiſma, Euchariſt. &c. *ipſa quoque* (inquit) [g] *Tertullianus res Sacramentorum diuinorum in Idolorum myſteriis diabolus æmulatur, tingit & ipſe quoſdam.* [h] Cyprian. *Quo & ipſo* (inquit) *Sacramento* (Euchariſtiæ) *populus noſter oſtenditur adunatus.* Hilar. in illud. [i] *Et abundantia diligentibus te*, Hieron. in 44. Ezech. Auguſt. Epiſt. 118. & 2. doctrinæ Chriſt. 3.

Adde, omnes linguas vulgares in Latina Eccleſia hoc nomen retinuiſſe, quod argumentum eſt ſemper fuiſſe in Eccleſia venerabile.

[a] *lib. de Captiuit. Babylonicâ.*
[b] *libro contra cæleſtes Prophetas p. 2. Philippus in locis an. 36. Brentius Confeſſione witemberg. cap. de Sacramentis Kemnitius 2. par. Examinis non procul ab initio.*
[c] *Iſaiæ 24. v. 16.*
[d] *v. 27.*
[e] *v. 5. & 7.*
[f] *v. 7. μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. Myſteriũ iam operatur iniquitas.*
[g] *de præſcriptionibus c. 16.*
[h] *2. Epiſtol. 3.*
[i] *Pſ. 121. v. 7. Lactantius 4. cap. 17. Ambr. ſex libris de Sacramentis.*

CAP. VIII. *De Etymologia*

s præter
, quam
ſenſib.
liquid
ciens in
ionē ve-
t definit
Aug.
.doctri-
riſtianæ.
autem
quate-
num eſt,
:ctius
quamſi-
t, &
illam,
'eipſum
ntare.
iēta eſſe
conſtat
neſis
1. Ephe-
. 32. quo
Et PP.

nanudu-
techizā-

ies.
inem ea-
ramenta

s diuinas

Digitized by Google

[a] lib. de Ca
uit. Babyl
câ.
[b] libro co
caleſtes Pro
tas p. 2. Ph.
pus in locis
36. Brenti
Confeſsione
temberg. ca
Sacrament
Kemnitius
par. Exami
non procul
initio.
[c] Iſaiæ 24.
16.
[d] v. 27.
[e] v. 5. & 7
[f] v. 7. μυ
ειον ἤδη ἐνε
γεῖται τῆς ἀ
μίας. *Myſt*
iam operat
iniquitas.
[g] de præſcri
ptionibus c.
[h] 2. Epiſtol
[i] Pſ. 121. v.
Lactantius
cap. 17. Am
ſex libris de
cramentis.

Quid requiratur ad Sacramentum nouæ legis conſtituendum.

CAP. IX.

CATHOLICI doctores ad Sacramẽtum nouæ legis requirunt 1. *vt ſit* [a] *ſignum* 2. [b] *ſenſibile* 3. [c] *voluntarium, ſiue datum*, 4. [d] *analogiam & ſimilitudinem aliquam habens cum re* [f] *ſacra quam ſignificat, nimirum, principaliter* [g] *gratia cuius ſit, dum ſuſcipitur, cauſa inſtrumentalis: niſi ponatur obex*, quamuis etiam repræſentare debeat paſſionem Chriſti, & futuram gloriam, [h] 4. *vt ſit ceremonia religionis ſtata, ac ſolemnis quæ hominem Deo conſecret.* Ex quibus excluduntur à ratione Sacramenti. 1. creaturæ omnes, quamuis ſint ſigna potentiæ, & ſapientiæ Dei 2. omnes ſacræ imagines, ſignum crucis, & ſimilia: quia non propriè ſignificant gratiam ſanctificantem animas 3. Manna, columba quæ ſuper Chriſtum apparuit in Baptiſmo, linguæ igneæ ſuper Apoſtol. in die Pẽtecoſtes. Quia nullum horum, erat cauſa inſtrumentalis rei quam ſignificabat: Manna refectionis per Euchariſtiam: columba, ſanctitatis Chriſti: Linguæ, ardentiſſimæ charitatis quæ conferebatur 4. illa Chriſti

[a] *Eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſib. aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationẽ venire. ita definit ſignum Aug. 2. cap 1. doctrinæ Chriſtianæ. oportet autem ſignum quatenus ſignum eſt, imperfectius eſſe re quam ſignificat, & magis illam, quam ſeipſum repræſentare. Sacramẽta eſſe ſigna conſtat ex Geneſis 17. v. 11. Epheſior. 5. v. 32. quo dicitur Matrimonium ſignum coniunctionis Chriſti cum Eccleſiâ. Et PP. Græci Sacramenta paſſim vocant τὰ σύμβολα.*

[b] *Propterea dicunt PP. Sacramenta eſſe veſtigia quædam, & manuductiones ad ſpiritualia. Dionyſ. Eccleſiaſtica Hierarch. 1. Aug. de catechizãdis rudibus cap. 26. Chryſoſtom. homil. 83. in Mathæum.*

[c] *ita Aug. 2. de doctrina cap. 3. & lib. 3. cap. 3. quem ſequuntur omnes.*

[d] *Si Sacramenta* (inquit Auguſt. Epiſt. 23.) *quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omninò Sacramenta non eſſent. Et Græci PP. paſſim vocant Sacramenta ἀντίτυπα.*

[f] *hinc Auguſtinus epiſt. ad Marcellinum dixit: ſigna cum ad res diuinas pertinent Sacramenta vocari.*

[g] *ita D. Thom. 3. p. q. 60. art. 3. & omnes alij DD.*

[h] *ita D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5.*

[l] *Luca 7.v. 48.* [k] *Ioan. 20.v. 22.*

verba ad peccatricem: [l] *Remittuntur tibi peccata tua:* & illa inſufflatio in Apoſtolos,cum his verbis: [k] *Accipite Spiritum ſanctum*, &c. quia hæc non inſtiruit Chriſtus vt ſtatam cæremoniam in Eccleſia ſua.

Poſſitne Sacramentum propriè definiri.

Cap. X.

[a] *ita Okam, Maior Richardus in 4. diſt. 1.* [b] *Scotus diſt. 1. q. 2. Sotus diſt. 1. q. 1. ar. 2.*

QVIDAM exiſtimant [a] non poſſe, quòd ſit aggregatum per accidens,cùm rebus,& verbis conſtet, vel ens rationis,ſi cõſideretur formaliter vt ſignum, ex arbitraria inſtitutione ſignificãs. [b] Alij fatentur quidem eſſe ens rationis, tamen eſſe vnum per ſe quia ſignificatio vna eſt, ex varijs illis rebus conſurgens, ſicut eſt vna figura domus, etſi multa ad domum faciendam concurrant: Et proinde Sacramentum ſaltem imperfectè definiri poſſe. [c] Alij denique putant,propriè poſſe definiri.

[c] *Martinus Ledeſmius tractatu de Sacramentis in genere q. 1. art. 1.*

Verùm Sacramenta bifariam conſiderari poſſunt: phyſicè,& moraliter: quemadmodum homo aliter conſideratur à phyſico,aliter à politico. priori modo, probabilior eſt prima opinio. Tùm quia ad eſſentiam Sacramenti non pertinet ſola ſignificatio, ſed etiam res ipſa ſenſibilis, quæ adiuncta ſignificationi, ens per accidens conſtituit. Si enim ſolâ ſignificatione conſiſteret eſſentia Sacramenti, res ipſa ſenſibilis, nihil eſſet niſi ſubiectum Sacramenti: nec verum eſſet,quod docet Eccleſia: ſcilicet, *Sacramentum conſtare, ex rebus, & verbis.* Tùm quia Sacramentum non ſolùm ſignificat,ſed etiam ſanctificat. At ſignificare, & ſanctificare ad diuerſa ſpectant prædicamenta. ergo vnum per ſe facere nequeunt. Poſteriori, (quo modo verè à Theologo conſiderari debet) eſt ens reale, & ſuo modo vnum, & ſic definiri poteſt, vt apud morales definiuntur regnum ciuitas,*&c.* Etſi enim aqua,& verba, agere, & ſanctificare, ſint res diuerſiſſimæ, tamen

men vt faciunt vnum inſtrumentum iuſtificationis, vnum ſunt, conſtans ex genere, & differentiâ ſcilicet ſigno, & ſanctificatione inſtrumentali per modum cæremoniæ: item materiâ, & formâ ſcilicet rebus, & verbis, ad ſimilitudinem nimirum aliquam Metaphyſici, ac Phyſici compoſiti. Nec oportet nimis anxiè quærere an tota ratio, & proprietates omnes generis, & differentiæ materiæ, & formæ conueniant partibus Sacramenti, cùm non Phyſicè ſed moraliter à Theologo ſit conſiderandum.

Quæ ſit definitio Sacramenti.

Cap. XI.

Plvres Sacramenti ſunt definitiones. [a] Prima *Signum rei ſacræ.* Secunda, *inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,* quæ ſi accipiantur vt verba ſimpliciter ſonant ſunt imperfectę. Si tamen per *ſignum*, vel *formam*, intelligatur *practicum, inſtitutum, & ſenſibile ſignum, rei ſignatæ ſimilitudinem gerens:* per *rem ſacram, gratia iuſtificans,* erunt legitimę. Tertia eſt [b] Hugonis. *Sacramentum, eſt materiale, vel corporale elementum foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, & ex inſtitutione ſignificans, & ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem, & ſpiritualem gratiam.* Per elementum autem intelligitur [c] res quælibet, vt à verbo diſtinguitur: per ſanctificationem, verbum Dei, quod eſt veluti forma Sacramenti.

Quarta eſt [d] Magiſt. *Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, eiuſdem gratiæ Imaginem gerens, & cauſſa exiſtens.* ſcilicet ex inſtitutione diuina. nullum enim ſignum ſenſibile, poteſt, ex natura rei, cauſa eſſe gratiæ.

Quinta Catechiſmi Trident. Concilij. *Sacramen-*

[a] *colligitur ex Aug. 10. Ciuit. 5. hancque pertractat. D. Th. 3. p. q. 60. art. 1. & 2.*

[b] *libro 1. p. 9. cap. 2.*

[c] *ita dicta vel quia in Baptiſmo eſt verum Elementum, vnum ex quatuor, nimirum: aqua: vel quia Elemẽtum materiam aptiſſimè ſignificat, cum ſit Elemẽtum, corpus imperfectum, ordinatum ad cõpoſitionẽ Mixti. Vnde Ariſtoteles, materiam primam Elemẽtum vocauit.*

[d] *4. diſtinct. 1.*

tum, eſt res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione, ſanctitatis, & iuſtitiæ, tùm ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet. ſcilicet cũ ſimilitudine rei ſignificatæ. Deus enim qui ſuauiter omnia diſponit nunquam inſtituiſſet rem vnam ad aliam ſignificãdam, niſi ſignificans cum ſignificatâ analogiam aliquam haberet. Hæ tres definitiones optimæ ſunt, de quibus autem Sacramentis ſint intelligendæ, capite ſequenti dicetur.

An aliqua definitio Sacramenti, vniuocè conueniat Sacramentis legis Veteris, & Nouæ.

Cap. XII.

[a] *Magiſter ſup. Albertus D.Thom. Bonauentura.*

QVIDAM [a] arbitrantur non conuenire, ſed omnes definitiones propriè, & perfectè Sacramentis tantum nouę Legis quadrare: Veteris verò Legis Sacramẽtis, analogicè & imperfectè. quod exiſtiment de ratione Sacramenti, etiam in genere, eſſe, ſanctificationem efficere. At Sacramenta antiqua non efficiebãt veram ſanctificationem, ſed ſolùm quandam legalem.

[b] *Thom. 3. p. q. 60. ar. 1. & 2. (quo ſententiã mutauit priorem) Dominicus à Soto, & Ledeſmus diſt. 1. q. 1. art. 1. & 2.*

[b] Alij docent, illam definitionem: *Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum*, vniuocè conuenire vtriuſque Teſtamenti Sacramentis, quod ſufficiat ad rationem Sacramenti in genere, ſanctificationem ſignificare. Sacramenta autem antiquæ legis fuerunt veriſſima ſigna veriſſimæ ſanctificationis. Significabãt enim gratiam iuſtificantem, nobis dandam per Chriſtũ.

[c] *Exodi 28. & Leuitici 8.*

Prima propoſitio. *Ad rationem Sacramenti in genere non ſatis eſt vt ſignificet, ſed etiam requiritur, vt efficiat ſanctitatem ſeu ſanctificationem.* Probatur, primo, quia in Teſtamento veteri, Sacramenta raro, *ſignificare*: frequẽtiſſimè verò, [c] *conſecrare & ſanctificare,*

Digitized by Google

ſeu initiare dicuntur. In nouo etiam Teſtam. Baptiſ. dicitur, *lauacrum regenerationis.* Regenerare autem, magis efficere, quam ſignificare eſt.

Secundò, omnia nomina ſimilia *Sacramento*, actionem ſignificant, non ſignum, vt *veſtimentum, calceamentum, ornamentum*, &c. Ergo &, *Sacramentũ.*

Secunda propoſitio. *Sacramenta Veteris legis, non ideò Sacramenta ſunt, quia ſignificant gratiam iuſtificantem, ſed quia ſignificant, & efficiunt ſanctitatem legalem.* [e]

Probatur primò, quia ſi ad Sacramentum in genere requiritur *ſanctificare*, certè antiqua Sacramenta, ſi vllo modo Sacramenta erant, nõn ſolum ſignificabant, ſed etiam aliquid efficiebant [quid autem niſi legalem ſanctificationem?]

Secundò, ſignificare gratiam aliis dandam (quomodo ſignificabant illa Sacramenta) non eſt Sacramenti, vt Sacramentum eſt, ſed vt figura, & typus rei futuræ, tum quia Sacramentum [e] dicit ordinem ad eum, qui Sacramento initiatur non ad alios, tùm quia, aliàs [f] ſequeretur, *Manna*, [g] *Serpentem æneum, & obſeruantias legales omnes, ac ſacrificia priora*, fuiſſe Sacramenta.

Tertia propoſitio, *Sacramentum eſt genus vniuocum ad Sacramenta vtriuſque Teſtamenti, & proinde vetera Sacramenta, erant ſimpliciter, & abſolutè Sacramenta.*

Probatur primò, ad rationem Sacramenti in genere ſufficit cæremoniam eſſe ſignificãtem, & efficientem aliquam cõſecrationem, ſeu ſanctificationem quæcumque tandem illa ſit. Sacramẽta autem veteris legis, verè ſignificabant, & efficiebant quandam conſecrationem. Siquidem per Circumciſionem initiabantur Iudæi, vt eſſent populus Dei peculiaris: per vnctionem Sacerdotalem verè conſecrabantur Deo filij Aaron, [i] &c.

Secundò, [k] nulla poteſt eſſe vera Religio, ſine Sacramentis. Sed in Teſtamento veteri erat vera religio, igitur vera quoque Sacramenta.

Nec obſtat Apoſtolum [l] dixiſſe, omnia contigiſſe Iudæis in figura, & proinde etiam Sacramẽta.

[d] *ad Titum* 3. *v.*5.

[e] *vt docet D. Thom.*1.2. *q.* 101.*art.*4.*qu.* 102.*art.*5.

[f] *ſignificabat Euchariſtiæ dulcedinem.*

[g] *curationem à peccatis allaturã per Chriſtum. Ioan.* 3. *v.*14. & 15.

[h] *ſignificaſſe gratiam, demõſtrat Auguſt.* 19.*contra Fauſtum* 8. 9. 10. 11.

[i] *idem dici poteſt de cæteris Sacramentis antiquis. quã de re vide D. Thom.*1.2. *q.* 102.*art.*5.

[k] *ita D. Auguſtinus* 19. *contra Fauſtũ* 11.

[l] 1. *Cor.* 10. *v.*11.

Ita enim eorum obſeruationes, *&c.* erant figuræ, vt ſimul veræ cæremoniæ,atque ritus eſſent, quibus inſtituerent & Deum colerent. Quare ſicut eorum Sacrificia, ſimul erant & vera Sacrificia, & figura noſtrorum,ita & illorum Sacramenta, vera quidem erant,& ſimul noſtrorum figura.

Quarta propoſitio. *Illa definitio, Sacramentum eſt rei ſacræ ſignum,in aliquo ſenſu conuenit vniuocè Sacramẽtis Veteris, & Nouæ legis.*

Probatur. Primò, quia, etſi cùm per *ſignum* intelligitur, practicum & per, *rem ſacram*, gratia iuſtificans, ſit propria hæc definitio Sacramentis nouæ legis: tamen vt res ſacra, conſecrationem tantùm in genere importat, cuius cõſecrationis huiuſmodi ſignum ſit [m] practicum,ſiue operatorium,ideò conueniet vniuocè hæc definitio vtriſque Sacramentis, quòd vtraque ſint operatoria conſecrationis, quam ſignificant. Secundò, quia per ſignum poteſt intelligi, nudum ſignũ: per *rem ſacram*, gratia iuſtificans. At iuxta opinionem arbitrantium non eſſe de intrinſeca ratione Sacramenti efficere quod ſignificat, hoc vtrumque inuenitur æquè in Sacramentis vtriuſque legis. Ergo hæc definitio conueniet vniuocè Sacramentis vtriſque. verùm talis definitio non eſt perfecta, cum Sacrificiis etiam conueniat. Aliæ definitiones etſi ſolis nouæ leges competant Sacramentis: poſſunt tamen accommodari ad Sacramentum in genere, ſi loco, *Inuiſibilis gratia, ſeu iuſtitia*: ponatur, *conſecrationis cuiuſdam.*

[m] *quamuis hæc non ſit expoſitio, ad mentem D. Auguſtini, nec enim loquitur de practico ſigno.*

Digitized by Google

Soluuntur argumenta Kemnitij.

CAP. XIII.

PRIMÒ, [a] arguit hanc [b] Iſidori definitionem Sacramenti, *Sacramentum, eſt per quod ſub tegumento rerum viſibilium, diuina virtus ſecretius ſalutem operatur.* Quomodo (inquit) iuxta hãc definitionem matrimonium erit Sacramentum?

Reſpondeo, ſub tegumento rerum viſibilium, id eſt coniunctionis ſponſi, & ſponſæ, ſignificari gratiam inuiſibilem, per quam Deus cum animâ iungitur, ſiue infundendo, ſiue augendo iuſtitiam.

Secundo, nõ rectè dici Sacramentum, *Elementum corporale*, quandoquidem Sacramentum Euchariſtiæ iuxta catholicos ſit tantum accidens. Sed non aduertit, per, *Elementum* intelligi quidquid ſenſibile eſt.

Tertiò, nec rectè dici eſſe, *formam viſibilem*. Nam in matrimonio, Orthodoxi volunt, materiam eſſe verba exprimentia conſenſum, quæ tamen viſibilia non ſunt, nec etiam, *Elementum* dici poſſunt: çum *Elementum* in Sacramentis diſtinguatur à verbo.

Reſpondeo, primo non deeſſe Catholicos arbitrantes materiam Sacramenti Matrimonij eſſe perſonas contrahentes, formam, verba. vide Paludanum in 4. diſt. 1. q. 4. 2. ſiue verba in Matrimonio ſint materia, ſiue non: per *viſibilem formam*, intelligi quamcumque [c] ſenſibilem, iuxta vſitatiſſimum loquendi modum, tunc autem *Elementum* diſtinguitur, dumtaxat, à verbo, cùm verbum habet rationem formæ, non autem ſi habeat materiæ: tunc enim Elementum erit.

Quartò, præter Richardum omnes alios docere in Matrimonio, & Ordinatione non conferri

[a] *2. par. Examinis cap. de numero Sacramẽtorum, pag. 38.*

[b] *6. Etymol. 18. tribuitur Gregorio, à Gratiano 1. q. 1. Canone, Mitti. à D. Thom. in 4. diſt. 1. q. 1. tribuitur Auguſtino.*

[c] *[ſiue ſit res permanens ſiue tranſiens, ſiue ſubiecta oculis, ſiue non: dummodo ſenſu percipi poſſit.]*

gratiam gratum facientem,& proinde malè dici ſignum huius inuiſibilis gratiæ. Sed mentitur Kemnitius.

Quintò, ſi Sacramentum eſt ſignum ſignificās effectum Dei gratuitum efficaciter : eſſe quoque Sacramenta, benedictionem Monachorum, aquā benedictam &c. *illa enim* (inquit) *fiunt certis conſecrationibus, & finguntur habere ſpirituales effectus.* Sed neque hæc, aut ſimilia ex ſe producunt iuſtificantem gratiam : ſed ad alios quoſdam ordinantur effectus, quos nec infallibiliter conſequuntur : cùm non ex diuinâ inſtitutione, ſed Eccleſiæ precibus vim habeant.

Refellitur definitio Lutheranorum.

Cap. XIIII.

KEmnitius, definitionis Lutheranorum maximus explanator, hæc ad Sacramenti naturam requirit.

Primò, vt ſit externum materiale, ſeu corporale & viſibile elementum, ſiue ſignum, quod certo externo ritu tractetur.

Secundò, id ſignum habeat expreſſum mandatū, ſeu inſtitutionem diuinam.

Tertiò, huiuſmodi mandatum, ſit in teſtamento nouo.

Quartò, Sacramentum ſit duraturum vſque ad mundi conſummationem.

Quintò, requiri promiſſionem, de gratiâ, effectu, ſeu fructu Sacramenti.

Sextò, eam debere ſigno annexam eſſe, & eo quaſi veſtitam, ordinatione diuinâ.

Septimò, [a] eſſe de remiſſione peccati.

Octauò, vt promiſſio, quæ alioqui generalis eſt, applicetur ſingulis in particulari per Sacramētum, per idem obſignetur tanquam per ſigillum,

[a] *Hanc partē vrgent valde Lutherus in captiuitate Babylon. & Philippus in locis. cap. de numero Sacramentorū.*

Digitized by Google

& confirmetur vt per miraculum, ad excitandam, ac augendam fidem rectè ſuſcipientium.

Hanc definitionem excogitauit Kemnitius quatenus probaret duo tantùm eſſe Sacramenta propriè dicta, Baptiſmum, & Euchariſtiam.

Sed *in particula primâ* vel Kemnitius accipit elementum viſibile, & corporale, pro quâcumque re ſenſibili: & tum etiam Abſolutio ſacerdotalis erit Sacramentum propriè dictum, cùm ſit res ſenſibilis quæ percipiatur auribus: vel pro re viſibili tantum atque tractabili: & tunc definitionem effingit ſine vllo teſtimonio ſcripturæ. Nec aliunde hanc probat particulam, quam quia Baptiſmus, & Euchariſtia, Sacramenta ſint viſibilia, & tractabilia. Sed id non magis ſequitur inde, quam omne animal eſſe bipes, quòd homo, & auis bipedia ſint.

In ſecundâ, vel requirit expreſſum in ſcripturis mandatum, aut ſatis eſt ſi conſtet, Deum hoc mandatum dediſſe, licet in ſcripturis nõ habeatur adeo expreſſè. Si poſterius, admittimus. Sed tunc probabimus ſeptem Sacramenta. Etſi enim (verbi gratia) nuſquam ſcriptum ſit Deum mandaſſe vel inſtituiſſe Sacramentum Confirmationis. Quia tamen [b] legimus per manus impoſitionem datum fuiſſe Spiritum ſanctum, idque ordinariè, certò colligimus hoc fuiſſe inſtitutum à Deo: nec enim poteſt creata poteſtas per ſe efficere, vt per impoſitionem manus, detur hominibus Spiritus ſanctus. Si poſterius (vt reuera ſe velle ſignificat Kemnitius) falſa particula. Nam per accidens ad mandatum ſiue inſtitutionem diuinam ſe habet eam ſcriptam, vel non ſcriptam eſſe. Alioquin non fuiſſent vera Sacramenta Baptiſmus, & Euchariſtia, quando Chriſtus [c] baptizabat, [d] deditq; Euchariſtiam diſcipulis, nimirum ante Euangelium ſcriptum.

Tertia particula, vera quidem eſt abſolutè, ſed deſtruit ſententiam aduerſariorum. Ipſi enim vnanimiter [e] docent Baptiſmum Ioannis habuiſſe

[b] *Actor* 8. *v.* 7.

[c] *Ioã* 3. *v.* 22.

[d] *Matthæi* 26.

[e] *infra de Sacramento Baptiſmi cap.* 19.

eandem vim cum Baptiſmo Chriſti, id eſt fuiſſe verum Sacramentum. At Baptiſmus Ioannis non fuit in nouo Teſtamento inſtitutus. [f] Author enim Noui, ſiue Mediator eſt Chriſtus, cuius præcurſor Ioannes extitit.

[f] *Heb. 9. v. 15.*

Quarta non diſplicet.

Quinta, vel intelligitur de promiſſione gratiæ, quæ ſit Sacramenti effectus vel gratiæ præcedentis Sacramentum, quæ Sacramento tanquam ſigillo obſignetur. Si prius, illam promiſſionem non inuenient in Euchariſtiâ. Traditiones enim non recipiunt. In ſcriptura equidem Ioannis ſexto multæ promiſſiones dumtaxat habentur. Sed aduerſarij [g] nolunt in iſto capite agi de Euchariſtia. Mathæi vigeſimo ſexto, Marci decimo quarto, & Lucæ vigeſimo ſecundo, in quibus legitur inſtitutio huius Sacramenti, non exprimitur vlla promiſſio. Promiſſio enim de traditione corporis, & effuſione ſanguinis non refertur ad Sacramentum, ſed ad ſacrificium, quod tunc Deo offerebatur in cœna, & proximè offerendum erat in cruce.

[g] *Lutherus de captiuitate Babylonicâ cap. de Euchariſtia. Primum* (inquit) *caput ſextum Ioannis in totum eſt ſeponendum, vt quod nec ſyllaba quidem de Sacramento loquitur.*

Si poſterius, promiſſio minimè neceſſaria eſt, nec facilè inuenietur in Baptiſmo. [h] Lutherus certè iſtud producit: [i] *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit.* Contra 1. hîc non exponitur promiſſio præcedens, ſed explicatio efficaciæ Sacramenti. 2. iſta verba poſt Reſurrectionem dicta ſunt. At Baptiſmus ante paſſionem inſtitutus fuerat.

Dicent haberi [k] Ioannis tertio. *Niſi quis renatus fuerit*, &c. At hæc non tam promiſſio, quam cōminatio eſt, ex quâ colligitur neceſſitas & virtus Baptiſmi, ſed non promiſſio aliqua præcedens. quæ obſignetur Baptiſmo. Adde ante iſta verba, Baptiſma inſtitutum fuiſſe.

[h] *viſitatione Saxonicâ, & Philippus in locis cap. de Baptiſmo.*

[i] *Marci vltimo. v. 16.* ὁ πιστεύσας, καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται.

[k] *v. 5.*

Sexta particula, falſa eſt. Nam verbum quod diuina ordinatione, annectitur, & quaſi veſtitur ſigno, vt inde fiat Sacramentum, numquam eſt promiſſorium, ſed aſſertorium vel deprecatorium. Cum

enim aqua aſpergitur in Baptiſmo non dicitur: *Qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit,* quam promiſſionem appellant, ſed: *Ego te baptizo,* &c. Et Dominus cùm primo Euchariſtiam fecit, & dedit, non dixit: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum,* ſed. *Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum.* In Confirmatione, & Extrema vnctione vtimur verbo deprecatorio, quia ſic nos [l] Acta Apoſtol. & [m] Iacobus docent. In Ordine, imperatorio, *Accipe poteſtatem,* &c. In reliquis, aſſertorio.

[l] *de Confirmatione cap.* 8. *v.* 17.
[m] *de extrema Vnctione cap.* 5. *v.* 14.

Quod ſi aduerſarij antequam Sacramenta miniſtrent, verbum prædicant, & remiſſionem peccatorum annuntiant, ac deinde ſigillum adhibent Sacramentorũ, id ex ſuo capite faciunt. nulla enim extat ordinatio diuina qua iubeamur non dare Euchariſtiam, aut Baptiſmum niſi poſt concionem, quæ certè in Baptiſmo infantium fruſtra adhiberetur.

Septimam particulam maximè introduxit Kemnitius vt excluderet à numero Sacramentorum propriæ dictorum Ordinationem, verùm falſa eſt. Nã Euchariſtia non eſt inſtituta, propriè ad remittenda peccata, ſed ad charitatem nutriendam, & augendam: ideò enim datur ſub ſpecie panis & vini, quæ nutriunt viuos, non excitant mortuos. Quare Apoſtolus [n] iubet vt homines antequam accedant ad Euchariſtiam ſeipſos probent, nimirum an ſint abſque peccato.

[n] 1. *Corint.* 11.

Octaua, æquè falſa eſt, primò ſi Sacramenta confirmarent promiſſiones inſtar ſigilli, atque miraculi: vel id eſſet neceſſe quod ignoremus quæ ſint Dei promiſſiones, id autem ex Sacramentis diſcimus: aut quia, cum ſciamus tam eſſe promiſſiones quam Sacramenta à Deo, tamen magis Sacramentis credimus quam promiſſionibus Non prius: tum quia ſequeretur Sacramenta eſſe efficaciora ad fidem perſuadendam, quàm ipſum Dei verbum, in quo quidem ipſa continetur promiſſio: cùm experientia doceat magis verba perſuadere quam ſigna:

dummodo non ſint miracula, tùm quia quæ ſint Sacramenta ex verbo Dei diſcimus, ſine quo authoritatem non habent: è contra, verbum Dei ſine Sacramentis infallibili non careret authoritate. Quare verbum potius eſſet appellandum ſigillum Sacramenti, quam Sacramentum ſigillum verbi: cùm per ſigillum intelligatur cuius ſit Sacramentum diploma. Non poſterius, non enim ſolum credimus, ſed etiam ſcimus euidentiſſima ratione, Deum non poſſe mentiri, proinde nihil certius eſſe promiſſionibus diuinis. Igitur, *&c.*

Secundò eſſentia Sacramentorum nequit aliunde melius colligi quam ex verbis authoris Sacramentorum. Sed in ſcripturis nuſquam dicuntur Sacramenta, teſtimonia promiſſionum: ſed vbique, vt inſtrumēta iuſtificationis deſcribuntur. Per Baptiſmum dicimur [o] denuò naſci, [p] renouari, Eccleſia [q] ſanctificata, & mundata. Per Euchariſtiam [r] viuere in æternum. At ineptiſſimum eſt aſſerere nihil aliud eſſe regenerare, mundare, dare vitam æternam, quam teſtimonium dare promiſſionum diuinarum. Qui enim diceret, Baptiſmus regenerat, id eſt dat teſtimonium voluntatis diuinæ, vel *Ego te baptizo*, id eſt ego teſtificor; quomodo non rideretur? hoc argumentum negatiuè ſumptum ab authoritate eſt [s] efficaciſſimum contra Lutheranos.

Tertiò, ſi Sacramenta eſſent tantùm promiſſionis gratiæ teſtimonia: vel eſſent ſuperuacanea, vel certè parùm neceſſaria. Siquidem bona opera ſunt teſtimonia adeptæ iuſtitiæ longè meliora, quam ablutio aquæ, vel Euchariſtiæ ſumptio. Nam multi impij baptizantur ficto corde, & Euchariſtiam ſumunt, qui proinde peiores fiunt. Quare Apoſtolus: [t] *Gloria* (inquit) *noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* & Petrus [u] *Satagite vt per bona opera*, &c.

Quartò, ſi Sacramenta eſſent teſtimonia promiſſionum ad excitandam fidem, fruſtra baptiza-

[o] *Ioan 3. v. 5.*
[p] *ad Titum 3. v. 5.*
[q] *Epheſ. 5. v. 25.*
[r] *Ioan. 6. v. 54.*
[s] *In rebus ſacris* (inquit *Lutherus libro contra Cochleum*) *vehementiſſimus locus eſt, arguere ab authoritate negatiuè.*
[t] *2. Cor. 1. v. 12.* ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν.
[u] *2. Petri. 1. v. 10.*

rentur infantes, & amentes. Hoc argumentum coëgit [x] Lutherum aſſerere infantes actu credere, dum baptizantur. quod quantum ſit abſurdum videbitur [y] infra.

Quintò, Si Sacramenta eſſent teſtimonia gratiæ quæ alicui in particulari confertur: ſæpè falſa eſſent: nimirum cùm miniſtrantur homini fictè accedenti. Quare non liceret vllum baptizare, ne cogeremur Deum teſtificari falſum. De nullo enim certi ſumus credatne, an fingat, dicent Sacramentum non teſtificari gratiam, niſi rectè ſuſcipienti, id eſt credenti promiſſionibus.

Contra. 1. Lutherus aſſerit qui non credit verbo Miniſtri dicentis: *Ego te baptizo*, vel *Ego te abſoluo*. Deum facere mendacem. At ſi hæc verba ſint conditionata, videlicet: *Ego teſtificor te habere gratiam Dei ſi credis, ſi autem non credis, non teſtificor*, falſa erit hæc opinio Lutheri. 2. volunt Lutherani hominem teneri credere, ſine vllâ hæſitatione, ſe iuſtum eſſe. Ergo Deus, iuſtum eſſe hominem abſolutè teſtatur. Nec enim debet homo credere, niſi quod Deus teſtatur. 3. teſtimonium Dei certum, eſſe oportet. At teſte [z] Luthero nemò certus eſt de ſe, an vere credat: igitur teſtimonium diuinum nō pendet, à fide ſuſcipientis, ſiue à conditione, ſi homo credat. [9] 4. Philippus: *Ego (inquit) mandato diuino, & loco Christi baptizo te, id eſt, hoc ſigno teſtificor ablui peccata tua*, &c. vbi nullam facit mentionem conditionis.

[x] *libro contra Cochlæum.*
[y] *cap. 10. de Baptiſmo.*
[z] *libro contra Rebaptizantes edito an. 1528. Baptiſmus non eſt fundandus ſupra fidem baptizantis, vel baptizati, quia vterque incertus eſt de fide.*
[9] *in locis cap. de Baptiſmo.*

Refelluntur definitiones aliæ.

Cap. XV.

LVTHERVS [a] teſtatur Carolſtadiū aſſeruiſſe Sacramentum nihil aliud eſſe, quam ſignum quoddam inſtitutum ad diſcernendum populum Chriſtianum à Iudæis, & Paganis: quo-

[a] *ſermone de verbis Cœnæ.*

modo veſtibus diuerſi generis diſtinguntur inter ſe Monachi. Verum etſi Sacramenta hunc etiam ſibi vendicent vſum, non tamen eſt illorum præcipuus. 1. quia nullibi legimus ad hunc finem inſtituta fuiſſe, ſed benè, ad iuſtificandum homines. Marci [b] vltimo, Actorum [c] ſecundo, &c. 2. meliùs per confeſſionem fidei diſtinguitur populus Dei, quâm per Sacramenta, cum Baptiſmus ſit hæreticis communis. 3. per vnionem membrorum ſub vno capite viſibili Romano Pontifice, cum hoc neque hæreticis, neque ſchiſmaticis competat. 4. Sacramenta omnia vim habent ex paſſione Chriſti. At ſi ſolùm inſtar togarum diuerſi generis, diſtinguere debebant, quid erat opus Chriſti paſſione? nam ſatis fuiſſet beneplacitum humanum. *ſine ſanctificatione inuiſibilis gratiæ* (inquit [d] Auguſt.) *viſibilia Sacramenta quid proſunt?* eaque eſt cum Auguſtino omnium ſententia [e] PP. Anabaptiſtæ contendunt Sacramenta eſſe allegorias tantùm, & quaſi monitoria ſigna informandæ vitæ: id eſt baptizari hominem vt intelligat, Chriſtiani eſſe patienter ferre aduerſa pro Chriſto, imò, ipſam mortem. At quamuis, Sacramenta hoc etiam gaudeāt effectu, tamen non eſt ſolus, neque præcipuus. Hæc ſententia argumentis refellitur iiſdem, quibus ſuperior. Adde tunc fore Sacramenta ſigna tantum rerum futurarum, cum ſint etiam reuera præteritarum, atque præſentium.

[f] Alij arbitrantur Sacramenta eſſe ſigna gratiæ antea perceptæ. Sed ſcriptura diſerte docet Sacramenta dum percipiuntur gratiam conferre. Actor. [g] 22. *Ablue peccata tua.*

[h] Zuinglius docet Sacramentum nihil aliud eſſe, quā initiationem quandam, & oppignorationem, qua homines ſe obligant Chriſto, & eius militiæ nomen dant. Sacramenta hūc vſum non negamus habere. Sed alios requirimus vltra. Primò quia ſequeretur, in Sacramento nihil Chriſtum agere, ſed ſolùm hominem teſtari ſe fore fidelem. Cum ta-

[b] *v. 16.*
[c] *v. 38. & cap. 22. v. 16.*
[d] *q 84. in Leuiticum.*
[e] *apud Philippū in locis anni 36 & 41. cap. de Sacramentis. Brētium hom. 25 in 3. Lucæ & Kemnitium 2. p. Exam. p. 96.*
[f] *apud Zuinglium libro de vera, & falſâ Religione cap de Sacramentis, & Kemnitium ſupra.*
[g] *v. 16.* ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου.
[h] *ſupra.*

men ſcriptura dicat. [i] *Hic eſt qui baptizat.* 2. quia Zuinglius affirmat, ante Sacramentum ſuſceptum eſſe iuſtificatum hominem: ſolúmque per Sacramentum exterius teſtificari ſe velle Chriſto militare, & Eccleſiæ adiungi. At [k] ſcriptura docet Sacramenta iuſtificare interius. 3. [l] Apoſtolus dicit Baptiſmum ſignificare mortem, & Reſurrectionem Chriſti. Igitur non ſolum ſignificat hominem initiari Deo, vel Eccleſiæ coniungi.

[i] *Ioan. 1. v. 3. ἐυτός ἐϛιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. In Spiritu ſancto.*
[k] *Epheſ. 5. v. 25. & alibi paßim.*
[l] *Roman. 6. v. 3. & 4.*

Refellitur definitio Caluini.

Cap. XVI.

SACRAMENTVM [a] Caluinus definit, *externum Symbolum, quo beneuolentiæ erga nos ſuæ, promißiones conſcientiis noſtris Dominus obſignat, ad ſuſtinendam fidei noſtræ imbecillitatem, & nos viciſsim pietatem erga eum noſtram, tàm coram eo, & Angelis, quàm apud homines teſtamur.* Per *Symbolum*, Intelligit nudum ſignum. Neque obſtat [b] in Antidoto dixiſſe, *Sacramenta eſſe iuſtificationis inſtrumenta,* id enim non efficienter, ſed merè obiectiuè fieri [c] defendit. Per, *beneuolentiam.* Intelligit prædeſtinationem. Per *fidem,* illam quâ homo certo credit ſe prædeſtinatum eſſe.

Sed malè dici Sacramentum, *nudum ſignum* patet ex ſuperiori capite. 14. & 15. Malè poni *hanc beneuolentiam* probatur, quòd hinc ſequeretur ſemper Sacramenta eſſe ſigna rei præteritæ, imò [d] æternæ ac nuſquam primam iuſtificationem afferre, quod libenter [e] admittit Caluinus. At ſcripturæ tribuunt

[a] *4. Inſtit. 14. §. 1.*
[b] *ſeſſ. 7. can. 5.*
[c] *quod clarè explicat Theodorus Beza libro de ſumma rei Sacramentariæ q. 2. Vnde* (inquit) *efficacia illa Sacramentorũ? à Spiritu ſancti operatione in ſolidum, nõ autem a ſignis, niſi quatenus externis illis obiectis interiores ſenſus mouentur.*
[d] *ſcilicet prædeſtinationis.*
[e] *in Antidoto ſeſſ 6. cap. 5. Non a Baptiſmo initium habet eorum ſalus, ſed quæ iam in verbo fundata erat Baptiſmo obſignatur, & clarius in paruo Catechiſmo.*

Digitized by Google

Baptiſmo vim afferendi [f] primam iuſtificationem, perperam etiam ponit *Promiſsiones*, ſcilicet *prædeſtinationis*, cum nulla extet in tota ſcriptura promiſsio talis. Omnes enim promiſſ. includunt aliquam conditionem vt fidei, pœnitentiæ, *&c.* & in his omnibus conditio perſeuerantiæ, nemo autem ſine ſpeciali reuelatione ſibi promittere poteſt perſeuerantiam. Quomodo ergo ſciet ſe certò prædeſtinatum ex Dei promiſſione? ſi neſciat: vnde agnoſcet Sacramentum eſſe illi teſtificationem & confirmationem promiſſionis de ſua prædeſtinatione? Sed malè quoque ponitur *Sacramentum obſignare, ſiue teſtificari hanc promiſsionem.* Tùm quia ſequeretur Deum ſæpè falſo teſtificari per Sacramentum, ſcilicet cum baptizatur non prædeſtinatus: teſtaretur enim baptizatum eſſe prædeſtinatum. Tum quod nemo poſſet ſine peccato alium baptizare. Baptiſmum enim prophanat, [g] teſte Caluino, qui illud confert non prædeſtinato, quia Deum mendacem facit. At nemo certus eſt an alius ſit prædeſtinatus necne. Ergo vel neminem debet vllus baptizare; vel temerè & infideliter agit: cum ſe periculo exponat prophanandi baptiſmum.

[f] *Vide infra libro 2. cap. 3. & libro de Baptiſmo cap. 13.*

[g] *in Antidoto ſupra.*

Reſpondet [h] Bucerus miniſtros non habere intentionem niſi baptizandi prædeſtinatos.

[h] *Præfatione commentariorum in Mathæum.*

Contra. 1. etſi miniſter inde excuſaretur: non tamẽ Deus, niſi fortè etiã aliquãdo Deus, ſine intentione baptizet. 2. iuxta Lutheranos, atque Caluiniſtas, ita Sacramenta non pendent ex intentione miniſtri, vt Baptiſmus ſit verus, & ratus, etiamſi miniſter intendat non baptizare, imò verò ludere. Ergo ſiue intendat baptizare, non prædeſtinatum, ſiue non, ſemper baptizabit, id eſt, nomine Dei, teſtificabitur eum eſſe prædeſtinatum. Quare [i] Caluinus reſpondet Deum ſemper eſſe veracem quod ex parte ſua offerat promiſſionem, & ſigillum promiſſionis omnibus, qui baptizantur ſiue illi recipiant, ſiue non. Nec etiam miniſtrũ peccare

[i] *4 Inſtit. 5. §. 16. & 17.*

dummodo conferat Baptiſmum profitentibus ſe credere, ſi ſint adulti, vel ſi ſint infantes, filijs fidelium parentum: probabiliter enim miniſter credit iſtos eſſe prædeſtinatos. Sed 1. cum iſta promiſſio, quam Deus omnibus offert, ſit cum ſigillo promiſſionis, id eſt iuxta [k] Caluinum teſtificatione diuinæ beneuolentiæ, nimirum prædeſtinationis: vel ergo mentitur Deus cum illam offert reprobis ſcilicet ſimul teſtando eos eſſe prædeſtinatos: vel eam non omnibus offert. Miniſter etiam opinione tantùm colligere poteſt ſuſcipientem Baptiſma eſſe prædeſtinatum, quantumcumque aſſerat quiſquis baptizatur ſe credere certò, id eſt ſe fidem habere. At non licet Deum vocare in teſtem de re, quam certò non ſcimus: quia periculum eſt, ne Deum teſtem mendacij faciamus: multo minus licebit in perſona Dei affirmare aliquid, quod falſum contingere poteſt. Erit enim non ſolum vocare diuinam Maieſtatem in teſtem mendacij, ſed eam facere in ſeipſa mendacem.

k *in paruo Catechiſ. Sacramentũ* (inquit) *eſt diuinæ erga nos beneuolentiæ teſtificatio.*

Ergo non licebit miniſtro propter opinionem tantum quam habet de fide ſuſcipientis Sacramentum aſſerere ex parte Dei ſuſcipientem eſſe prædeſtinatum, cum huiuſmodi aſſertio falſa poſſit eſſe. 2 quid dicet Caluinus de paruulis Turcarum, aut Iudæorum, qui conſenſu parentum baptizarentur? Nam ſi eos baptizet miniſter, prophanat baptiſmum, cum nullum habeat ſignum quo intelligat illos eſſe prædeſtinatos: ſi non baptizet faciet contra vſum Eccleſiæ totius.

Obiicitur, Catholici docent Sacramenta eſſe gratiæ Symbola. Sed multis Sacramenta cõferunt quibus gratia non datur: Ergo non ſunt amplius Symbola gratiæ. Ergo neque Sacramenta.

Negatur conſequentia vtraque, non enim docemus Sacramenta eſſe tantum Symbola gratiæ, quę de facto infallibiliter adſit: & proinde ſi deſit gratia deſit & Symbolum, non ſit Sacramentum. Sed eſſe ſigna ſignificantia, gratiam quam in omnibus

producere poſſunt. [Etſi de facto aliquando non adſit, ex ſolo ſuſcipientis defectu qui tamen remoueri poteſt. At Caluinus contendit mera tantum eſſe Symbola rei, quæ in multis nulla ratione inueniri poteſt, qualis eſt prædeſtinatio. Ergo in his, cùm amittant rationem Symboli omninò, & præter Symbolum nihil ſint, neque tunc etiam erunt Sacramenta, id eſt in omnibus Baptizatis, Baptiſmus non erit Baptiſmus.]

Malè etiam ponitur in definitione illa Sacramēti: *conſcientijs eſſe noſtris teſtificationem ad ſuſtinenda fidei imbecillitatem*: cùm id in paruulis non habeat locum, qui dum baptizãtur, nec cõſcientiâ nec actuali fide potiuntur. Reſpondet Caluinus, Baptiſmum operari in paruulorum conſcientijs, cum primò rationis vſu fruuntur. Recordantur enim Baptiſmi accepti & eo ſigno ſuã nutriunt, & ſuſtentãt fidem.

Contra. 1. vt id præſtare valeant certi debent eſſe de teſtificatione promiſſionis diuinæ infallibiliter, alioquin quomodo per rem illis incertã, & quæ fortaſſe non fuit, fidem quæ certa eſſe debet, nutrire poterunt? At infantes hanc promiſſionis diuinæ certitudinem habere nequeunt: ſe enim baptizatos eſſe tantùm norunt ex fide humanâ, quæ errare poteſt. Igitur per Baptiſmum præteritum, fidem ſuam nutrire non poſſunt. 2. etſi vera eſſet reſponſio Caluini, tamen longè vtilius foret, adultos tantùm baptizare, nimirum cùm iuxta Caluinum primarius Baptiſmi effectus, nutritio fidei, obtineri poteſt. maximè cum res viſæ magis quam auditæ moueant. Nec timendum erit perituros ſine gratia infantes, ſi [1] Caluino credimus. Cum doceat paruulos prædeſtinatos etiam ſine Baptiſmo ſaluari, non prædeſtinatos etiam cum Baptiſmo perire.

[1] *in Antidoto ſupra.*

Dices neceſſarium eſſe Baptiſma paruulis vt fiant Eccleſiæ membra. Contra. non eſt æquũ tunc applicari Baptiſma, cùm ſecundarius effectus primum impediet. At facere infantes membra Eccleſiæ, eſt

ſiæ, eſt facere membra Incapacia, pro tunc, nutritionis fidei: & proinde impedire applicato Baptiſmo quo minus ille primatius ſequatur effectus.

Refelluntur argumenta aduerſariorum.

CAP. XVII.

PRIMVM [a] Circumciſionem vocari in [b] ſcripturis σφαγῖδα id eſt ſigillum eius pacti, cuius fide, iam antea Abraham iuſtificatus fuerat. [a] *Caluin.4. cap.14.Inſtit. §.5.* [b] *Roman. 4. v. 11.*

Reſpondeo primò, quæ de ſola Circumciſione dicuntur non poſſe trahi ad omnia Sacramenta. Non enim rectè argumentamur ab vnâ ſpecie ad alias ſpecies.

Secundò Apoſtolum nullam mentionem facere promiſſionis aut pacti, cùm agit de ſigillo Circumciſionis. ſed tantùm vocat eam ſigillum Iuſtitiæ fidei. Vel quia Circuncíſio obſignabat, & claudebat iuſtitiam fidei, quę ſuo tempore erat patefacienda: [c] id eſt ſub figura, & typo Circunciſionis illius carnalis, occultè ſignificabatur Circumciſio cordis, quam Chriſtus erat allaturus. Vel quia fuit Abrahæ data in ſignum, & teſtimonium iuſtitiæ, quam ſibi acquiſiuerat per fidem. [c] *vt Chryſoſt. & Theophylact. docent.*

Tertiò. hoc fuiſſe ſolius priuilegium Abrahæ, nec poſſe ad alios transferri: Priuilegium ſiquidẽ Abrahæ fuit vt ipſe eſſet omnium fidelium pater. Et quia iam erat fidelium pater præputiatorum, cũ [d] fidem habuerit adhuc præputiatus exiſtens, [e] accepit ipſe primus omnium, ſignum Circumciſionis, vt hoc modo eſſet etiam pater omnium Circũciſorum. Quia verò hoc priuilegium merito iuſtitiæ quam acquiſierat per fidẽ habuit, ideò illi fuit Circuncíſio ſigillum iuſtitiæ fidei. Cæteris autem Iudæis, Circuncíſio eſt quidem ſignum eos eſſe filios Abrahæ, non tamen ſigillum iuſtitiæ fidei: ſi- [d] *Geneſ.17.* [e] *Rom.4.v. 11.*

cut non omnes ſunt multarum gentium patres. Hæc vera eſſe patet. Tum quia Apoſtolus hæc duo coniungit [f] *ſignaculum iuſtitiæ, fidei, & pater multarum gentium.* Tum quia ſignum, à ſignaculo ſiue ſigillo diſtinguit. At quid autem niſi vt indicaret Circunciſionem ſemper, & omnibus eſſe ſignum, ſoli autem Abrahæ ſigillum? tum denique quòd cùm ſæpè loquatur ſcriptura de Circunciſione, nuſquam tamen vocet ſigillum, niſi in hoc loco, in quo de Abraham agitur.

Secundum, vocari [g] cœleſtem arcum, fæderis inter Deum & Noë, [h] Circunciſionem fœderis inter Deum, & Abraham eiuſque poſteros ſignum. Quãto magis ergo ſigna fœderis erũt Baptiſmus, & Euchariſtia?

Reſpondeo Iridem, & Circunciſionem fuiſſe quidem fæderis ſigna, ſed commemoratiua tantũm, non confirmatiua: ita enim [i] Chryſoſt. *Dato* (inquit) *eis perpetuo memoriali inierit cum eis Circumciſionis ſignum.* Et de Iride. [k] *Quid dicis ô beate Propheta? Recordabor* (inquit) *Teſtamenti mei, &c. non quia ipſe opus habeat recordatione, ſed vt nos ad illud ſignum reſpicientes nihil durum ſuſpicemur, ſed ſtatim recordemur diuinæ promiſſionis, &c.* Et ratio docet. Non enim Noë, aut populus qui credebat verbo Dei, egebat huiuſmodi ſignis vt confirmaretur in verbo Dei, cùm verbo Dei nihil certius ſit: ſed tantum vt ad memoriam reuocaret verbum, & pactum diuinum.

Tertium [l] ſumitur ex ſignis mirabilibus quibus Deus ſolitus eſt confirmare promiſſiones, quale fuit in [m] rore, & vellere: in vmbra [n] horologij retrocedente, *&c.*

Reſpondeo, hæc ſigna data fuiſſe non quidem ad confirmandam certitudinem verbi Dei, ſed ad certificandum promiſſiones quæ fiebant, eſſe reuera Dei: cuius rei gratia competenter opera miraculoſa proponuntur, ea enim non pendent à verbo, vel promiſſione: ſed ex ſe ſuam certitudinem poſſident. Propterea [o] Chryſoſt. non ſolum vide-

[f] *Rom. ſupra. Et ſignum accepit Circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ in præputio eſt, vt ſit pater omniũ credentium per præputium.* καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι᾽ ἀκροβυστίας.

[g] *Geneſ. 9. v. 16. & 17.*

[h] *Geneſ. 17. v. 11.*

[i] *homil. 39. in Geneſim.*

[k] *hom. 28. in Geneſ.*

[l] *Lutheri lib. de captiuitate Babylonicâ.*

[m] *Iudicum 6. ad finem.*

[n] *4. Reg. 20. v. 11.*

[o] *ſupra.*

tur agnoſcere Iridem, ſignum commemoratiuum, ſed etiam confirmatiuum: quòd putauerit fuiſſe nouo inſtitutam miraculo. At Sacramenta certitudinem ſuam ex verbo diuino, in quo promiſſio habetur, ſuſcipiunt. Quomodo ergo ſigna confirmatiua huius promiſſionis erunt, aut hanc promiſſionem eſſe diuinam probabunt?

Quartum, 1. Petri 3. v. 21. [p] *Quod & vos ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.* [q] Lutherus contendit vocem ἐπερώτημα ſignificare, *pactum*, non, *interrogationem.* Ac ſenſum eſſe: *Baptiſmus ſaluos nos facit, non quatenus lauat corpus, ſed quatenus obſignat pactum quod habet anima cum Deo, dum fide accipit promiſſiones eius.* Eodem modo Caluinus exponit. licet ἐπερώτημα *reſponſionem*, & *teſtificationem* ſignificare velit.

Reſpondeo 1. hunc locum obſcuriſſimum eſſe. [r] Oecumenius enim per *interrogationem* intelligere videtur, *pignus* & *arrabonem*. Quæ interpretatio hæreticis non fauet: verum non videtur ad mentem Petri, qui plus tribuit Baptiſmo, cum dicat per eum nos fieri ſaluos. [s] Alij intelligunt *interrogationes, & reſponſiones quæ fiunt ante Baptiſmum.* Sed quamuis neque hoc etiam aduerſarijs proſit: tamen non videtur quadrare antitheſi, quam proponit S. Petrus inter *depoſitionem ſordium carnis*, & *ablutionem ſordium mentis*, quam ablutionem propriis quidem verbis non exprimit, ſed tantùm figuratis, vt omnes concedunt. Nam vel illam exprimit per cauſam, vel per effectum. At neutro modo poſſunt per verba Petri huiuſmodi, interrogationes ſignificari, cum neque ſint ablutionis animæ cauſa (Nã tunc Sacramentum haberet efficaciam ex opere operantis, huic enim interrogationi tribuit Petrus maiorem efficentiam, quam ablutioni externæ) neque valeant effectus eſſe, quia præcedũt Baptiſmum & proinde ablutionem ipſam. Dicendum ergo eſt Petrũ intelligere, *reſponſionẽ bonæ conſcientiæ,*

[p] Ὃ ἀντίτυπον νῦν, καὶ ὑμᾶς σώζει βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεὸν, δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ *per Reſurrectionem Ieſu Chriſti.*

[q] *in hunc locum.*

[r] *in hunc locũ.*

[s] *Lyranus, Gagnæus, Ioãnes à Louanio.*

interrogationem, quâ quis audet cum fiduciâ accedere ad Deum, ac cum eo colloqui. Atque per illam, tanquam per effectum, ſignificare voluiſſe Petrum ablutionem, & munditiem cordis quę fit in Baptiſmo: non autem pactum vel teſtimonium. 2. etſi ἐπερώτημα teſtimonium vel pactum importaret: non tamen Dei, ſed conſcientiæ noſtræ. inter quæ intereſt, quod pactum Dei, ſit verbum Dei ſcriptum, præcedens Sacramenti vſum, & fructum: teſtimonium autem conſcientiæ, ſequatur Sacramentum ipſum. Præterea non dixit Petrus, Baptiſmo obſignari pactum, ſeu teſtimonium: ſed animas ſaluari, & ſanctificari, vnde oritur teſtimonium conſcientiæ bonæ. vult enim Apoſtolus eo modo nos ſaluari per aquas Baptiſmi, quomodo per aquas diluuij, qui erant in arca Noë. Aquæ autem diluuij non ſaluarunt arcam teſtificando, vel obſignando promiſſiones, ſed reipsâ eleuando arcam in ſublime.

Quintum, ſumi poteſt ex PP. qui non rarò vocant Sacramenta, ſigilla, ſeu ſignacula. Verùm longè alia ratione quam hæretici: non enim, quaſi Sacramenta ſint ſignacula promiſſionum Dei. Sed vel, quia [t] obſignant fideles, & tanquam notæ quædam eos ab alijs ſeparant: vel [u] quia claudunt intra ſe rem ſacram, quod enim clauditur, obſignari ſolet: vel quia Baptiſmus eſt approbatio publica, ac teſtificatio fidei ſuſcipientis Baptiſmum: Vel demum Baptiſmus vocari poteſt ſigillum fidei: quòd perficiat quodammodo fidelem hominem: quomodo veteres vocabant mortem pro Christo, [x] ſignaculum martyrij.

[t] *ita Baſil. exhortat. ad Baptiſmum, Hieroſ in 4. ad Epheſ. Aug. 19. cōtra Fauſtum 11. Naz. orat. de Baptiſmo non procul ab initio.*

[u] *ita Auguſt. libro de Catechizandis rudibus cap. 26.*

[x] *ita Tertull. libro de Pœnitentiâ Baſil. 3. contra Eunomium ac libro de Spirituſancto cap. 12.*

An Sacramenta componantur ex rebus, & verbis, vt materiâ, & forma.

CAP. XVIII.

PRIMA [a] ſententia, contendit *Sacramenti materiam eſſe quidquid in Sacramento ſenſibile eſt ſiue res ſit ſiue verbum, ſiue vtrũque. Significationem autem eſſe formam.* Quodque dicitur communiter, *rem in Sacramento materiam, verbum formam eſſe*, intelligi debere de Sacramento, materialiter ſumpto.

[b] Secunda *materiam eſſe res*, propriè, *formam verò verba.*

[c] Tertia, *Omnia Sacramenta non conſtare rebus, & verbis ſed ſolum quædam.*

Quarta, contra, *Omnia conſtare ex rebus & verbis*, ita Alenſ. 4. p. ſummæ q. 8. membro 3. ar. 1. & 3. ac Theologi communiter in 4. d. 1. vel 3.

Quinta, [d] *ſi res & verba accipiãtur pro ſignis quæ aut ſint res veræ, ac verba, aut certè vicem eorũ gerunt, Omnia Sacramenta rebus & verbis conſtare. Si verò in rigore res & verba conſiderentur: non omnia ex rebus & verbis Sacramenta conſtare.*

Prima propoſitio. *Probabile eſt Sacramenta veteris legis ſolas res habuiſſe.* Quia vbi præſcribuntur in ſcriptura præcipui Sacramentorum ritus, nulla fit verborum mentio. Quod autem in [g] Leuitici 4. orabat Sacerdos, pro quibus ſacrificium offerebat, nõ officit. Hæc enim oratio eſſentialis Sacrificio pro peccato non erat: cùm ex eodem [h] loco pateat in Sacrificio pro peccato Sacerdotis non fuiſſe adhibitam orationem. Cæremonia autem Zelotypiæ Numer. 5. quæ verbis quibuſdam fiebat, Sacramẽtum non erat, cum non ad ſanctificandum, ſed ad inueſtigandum & puniendum adulterium, eſſet inſtituta.

De cauſis Sacramenti.

[a] *Dominici à Soto 4. diſt. 1. q. 1. art. 1 & 2. Caiet. 3 p. q. 60. art. 6. [Gregorij à Valentia in eãdem quæſtionẽ puncto 1. & 2.]*

[b] *D. Thom. 3. p. q. 60. ar. 6. ad 2. & Theolog. veterum.*

[c] *Durand. in 4. diſt. 1 q. 3. & Adrian. q. 2. de Baptiſmo.*

[d] *Dominici a Soto. 4. d. 1. q 1. art. 6.*

[e] *eſt D Thom. ſupr ar. 6. ad vltimum.*

[f] *Geneſ. 17. quo præſcribitur Circũciſio, Exod. 12. quo ritus Agni Paſchalis. Leuitic. 8. quo ritus ordinationis.*

[g] *v. 20.*

[h] *v. ad principium cap.*

Secunda propoſitio. *In Sacramentis omnibus nouæ legis inueniuntur res vt materia, & verba vt forma.*

Primò quia id expreſſe Concilium Florentinum docet in Armenorum inſtructione 2. Res & verba in quatuor Sacramentis expreſsè tradunt Scripturæ: Baptiſmi Mathæi 28. v. 19. Euchariſtiæ Matth. 26. v. 26. & 27. Confirmationis Actor. 8. v. 15. & 17. Extremæ vnctionis Iacobi 5. v. 14. Credibile igitur eſt alia etiam Sacramenta rebus, & verbis conſtare, licet non adeò expreſſè Scriptura doceat 3. ex communi Theologorum ſententia paucis exceptis, quorum modus loquendi corrigendus, licet in re non multùm diſcrepent ab aliis.

Tertia propoſitio. *Totum Sacramentum rectè dicitur conſtare ex rebus vt materia, & verbis vt formâ.* Sacramentum enim etſi propriè non ſit compoſitum Phyſicum, aut artificioſum: tamen habet cum vtroque ſimilitudinem aliquam. Et quidem ſi cum artificioſo comparetur: tum procul dubio forma eius erit partim ſignificatio, partim virtus operatiua: hæc inquantum Sacramentum eſt cauſa, illa in quantum ſignum: materia verò ſunt res ipſæ, & verba, in quibus reſidet ſignificatio, & virtus illa operatiua. Sicut in artificioſo compoſito, materia eſt totum ſubſtantiale: forma verò, accidens quoddam

Si autem inſtar compoſiti Phyſici accipiatur, habet pro materia, res cũ ſua ſignificatione, pro forma autem verba ſignificatiua. Primò, quia Concilium [1] Florentinum, & Theologi antiqui expreſſè docent Sacramẽta cõſtare rebus vt materia, vtique inquantum ſignificatiuæ ſunt, & verbis, vt forma, vtique etiam inquantum ſunt ſignificantiua: & proinde de tota ratione Sacramenti loquuntur. Remota enim ſignificatione nulla eſt compoſitio ex re, & verbo: cum nulla ſit alia coniunctio rerum, & verborum niſi quatenus rei ſignificatio indeterminata, determinatur per

[1] *ſupra.*

verbi ſignificationem.

Secundò, ſignificatio Sacramenti non eſt vna ſimplex, ſed duæ partiales, ex quibus vna totalis reſultat. 1. quia antequam coniunctio fiat elementi, & verbi, vtrumque ſuam habet ſignificationem, & ex coniunctione non perit vlla ſignificatio. 2. quia in Sacramentis tam verbum, quam elementum ſignificant aliquid. verbum autem nō communicat elemento ſuam ſignificationem, vel è contra: cùm elementi ſit naturalis, verbi verò voluntaria ſignificatio. Ergo partiales remanent.

At res cum ſua ſignificatione præcedit verbum, & velut aliquid imperfectum, & indeterminatum, perficitur & determinatur in Sacramento, à verbo ſignificatiuo. Igitur illa materiæ, hoc formæ rationem habebit inſtar compoſiti Phyſici.

Quarta propoſitio. *Vt Sacramenta conſtare dicantur rebus & verbis, non eſt neceſſe res non eſſe verba, aut verba non eſſe res, ſed ſat eſt ſi aliquid fungatur vice rei, aliud vice verbi.* Nam in Sacramento Pœnitentiæ ex communi conſenſu Abſolutio eſt forma: materia remota ſunt peccata: Contritio verò Confeſſio, & Satisfactio externè expreſſa, materia proxima. At fieri poteſt vt quis non niſi in verbo peccauerit, & Confeſſ. Contritionem, Satisfactionem non niſi verbo exprimat. Ergo tunc pro materia Sacramenti [tam remota quam proxima] non erunt niſi verba. Dicuntur tamen vicem rei habere. 1. quia peccatum verbo commiſſum, non vt verbum ſed vt peccatum eſt, & proinde vt induit aliam rationem à verbo, & Confeſſio non vt oratio, ſed vt actus, & res pœnitentis eſt, ſunt proprie materia Pœnitentiæ. [2. quia determinantur à formâ Sacramenti ſuperueniente.] In Matrimonio verò forma ſunt verba exprimentia conſenſum. At fieri poteſt vt ſolis exprimatur nutibus: Ergo tunc forma non verbis ſed rebus conſtabit. [nutus tamen illi dicuntur vicem ſupplere verborum: quòd ver-

bis, non nutibus ſoleat interior conceptus exprimi.]

Quarta. *Non eſt neceſſe, vt in omni Sacramento res & verba coniungantur, ſicut partes eſſentiales rei naturales.* Hæ ſiquidem ad conſtituendum naturale compoſitum debent ſimul eſſe, ſiue coniungi ſimul reipsâ. At fieri poteſt vt hodie quis conteratur & confiteatur, cras autem Abſolutionem recipiat, & alio die ſatisfaciat. Ex quibus liquet materiam, ac formam in Sacramẽtis largo modo eſſe accipiendam.

Quodnam requiratur verbum eſſentiale Sacramenti.

Cap. XIX.

HAC de re nobiſcum grauiter hæretici contendunt.

Prima propoſitio: *Non ſolùm in Baptiſmo ſed etiam in cæteris Sacramentis requiruntur in ipsâ celebratione myſterij certa verba à Deo inſtituta.* Hæc eſt contra [a] Caluinum, qui huiuſmodi verba tantùm in Baptiſmo [b] requirit: eſt autem communis catholicorum. Probatur, Dominus dum panem benedixit, certa pronunciauit verba ſcilicet: *Hoc eſt corpus meum,* ac deinde [c] iuſſit vt idem nos faceremus. Traditio autem, & vſus Eccleſiæ catholicæ docet, illud præceptum Domini, non ſolùm ſe extendere ad id quod ille tunc fecit, ſed etiam dixit. Debemus ergo & nos certis verbis vti: ſi Domini præcepto obtemperare volumus, & id quod egit facere.

Si traditio non recipiatur. Vnde habebunt aduerſarij vtendum eſſe in Baptiſmo his verbis: *Ego te Baptizo in nomine Patris,* &c? Chriſtus equidem Matth. vltimo dixit: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,* &c. Sed non dixit, hæc verba debere dici, dum miniſtratur Baptiſma. Illud

[a] *libello de formâ miniſtrãdi Sacramenta, aliósque hæreticos Lutheranos, & Caluiniſt.*

[b] *non tanquã formam, ſed ſolum inſtructionis ergò vt conſtat ex Caluini comment. in 5. ad Epheſ. explicans illud: Mundans eam, & Bezâ in ſummâ de re Sacramẽtariâ.*

[c] *Luc. 22. v. 19. Hoc facite in meam commemorationẽ.*

ſtamque, *in nomine* poſſet intelligi [d] *in authoritate*. Atque ſufficienter miniſtrari Baptiſma, ſi nulla exprimantur verba, ſed ſolum in authoritate Dei conferatur.

De alijs Sacramentis quamuis non ſit valdè neceſſe dumtaxat probationem afferre quod non recipiantur ab aduerſarijs. [e] Infra tamen idem probabitur.

Secunda propoſitio eaque contra [f] Caluinum. *Non requiritur verbum concionale ad eſſentiam Sacramenti.* Probatur primò. Nihil in rebus diuinis facere oportet ſine Dei verbo. Præter ſcripturam verò nullum Dei verbum aduerſarij agnoſcunt. At Ioan. [g] 3. Marci [h] vltimo, ad [i] Titum 3. & [k] primę Petri tertio fit mentio Baptiſmi, nulla autem verbi, nedum concionis. Mathæi quidem vltimo habetur: *Docete omnes gentes baptizantes.* ſed illud: *Docete* diſtinguitur ab intrinſecâ ratione Baptiſmi, cùm præcedere Baptiſmum debeat, vt in hunc locum [l] Hierony. obſeruat. Epheſ. autem [m] quinto legimus: *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Sed per, *verbum vitæ* intelligi illud: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* docent Chyſoſt. Theoret. Theophyl. Anſel. interpreteſque alij Hierony. excepto qui per, *verbum*, interpretatur, *doctrinam*. verùm tropologicè vt ipſe loquitur, & non literaliter hunc placuit exponere locum. Neque enim per *lauacrum* etiam intelligit *Baptiſma*, ſed quamlibet purgationem, quæ per doctrinam fieri poteſt. De Euchariſtia agitur Math. vigeſimo ſexto, & primæ Corinth. vndecimo, ſed nulla fit concionis mentio: nec Dominus concionem de Euchariſtia habuit cùm illam inſtituit. Ergo ſermo concionale ad rationem Sacramenti non ſpectat.

Secundò, ſi forma Baptiſmi eſſet concio, varia Baptiſmata eſſent, pro concionum varietate. At vnum eſſe Baptiſma docet Apoſtolus. Epheſ. 4. v. 5. & Symbolum Conſtantinopolitanum.

Tertiò, ſequeretur falſum eſſe hæreticorum Ba-

[d] *vt Marci vltimo v. 17. In nomine meo Dæmonia eiicient, &c. Mathæi 18. v. 20. Ioan. 5. v. 43. Ego veni in nomine Patris mei, &c.*

[e] *cùm de ſingulis agetur.*

[f] 4. *Inſt.* 14. §. 4.

[g] *v.* 5. *&* 22.

[h] *v.* 16.

[i] *v.* 5.

[k] *v.* 21.

[l] *in hunc locũ Ordo præcipuus* (inquit) *iuſſit Apoſtolis, vt primum docerent omnes gentes: deinde fidei intingerẽt Sacramento, & poſt fidem, ac Baptiſma, quæ eſſent obſeruanda præciperent.*

[m] *v.* 26.

ptiſma quantumuis baptizarent dicendo, In nomine patris, &c. non enim vera eſt hæreticorum prædicatio, & proinde nec vera Baptiſmi forma. At Eccleſia [n] approbat huiuſmodi Baptiſmum.

[n] *vide Auguſtinum 3. de Baptiſmo cap. 15.*

Quartò, Baptiſmus Catholicorum datur ſine concione. Etſi enim concio fiat pro adultis, communiter tamen non eo die quo datur Baptiſma. Quomodo ergo [o] fatetur Caluinus verum eſſe eorum Baptiſma, ſi careat legitimâ, & eſſentiali formâ?

[o] 4. *Inſtit.* 15. § 16.

Quintò paruuli baptizandi non eſſent: nec enim fieri debet concio vbi qui audiat, non eſt.

[p] *ſupr. cap.* 16. §. 20.

Reſpondet [p] Caluin. paruulos recipere quidem verum Sacramentum, ſed vtile futurum. Contra quomodo poſſunt verum Sacramentum habere, & eius formam non recipere, quæ non recipitur, niſi percipiatur? ad hoc enim per ſe eſt inſtructio ordinata.

[q] *Confeſſione witembergica cap. de Euchariſtiâ.*

Tertia propoſitio *Illa certa forma verborum ex inſtitutione diuina, neceſſaria vt eſſentialis Sacramento, non tam requiritur vt inſtruat circunſtantes, quam conſecret & ſanctificet elementum.* Hæc propoſitio non ſolum impugnat Caluinũ, ſed etiam [q] Brentium, ac Lutheranos illos, qui verba conſecrationis pronunciari volunt tantùm ad inſtruendum populum.

[r] *Actor 3. v 6. In Nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula Math. 7. v. 22. In Nomine tuo Dæmonia eiecimus.*

Probatur primò, verba à Domino præſcripta in Baptiſmo, non habent formam inſtructionis, ſed inuocationis & benedictionis. Non enim dixit. *Docete omnes gentes nomen Patris*, ſed *baptizantes eos in* nomine Patris, &c. Quid eſt, *in nomine*, niſi in inuocatione, ac authoritate Trinitatis? vt patet ex ſimili loquendi formâ Marci vltimo [r] *In nomine meo demonia eiicient.*

[s] 1. *Corinth.* 10. *v.* 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?*

Secundò, verba in myſterio Euchariſtiæ vocantur [s] ab Apoſtolo verba benedictionis, quod certè non inſtructionem, ſed conſecrationem importat.

[t] *can.* 19.
[v] *can.* 8. & *Syric. epiſt.* 1. *cap.* 1.

Tertiò, Concil. [t] Nicænum iubet rebaptizari Paulianiſtas, Arelatenſe 1. verò prohibet [v] reba-

Digitized by Google

ptizare [x] Arianos: cuius rei nulla ratio reddi poteſt, niſi quod Paulianiſtæ non baptizarẽt cum inuocatione Trinitatis, Ariani vero baptizarent: cùm tamẽ vtrique, in inſtructione & prædicatione, grauiter errarent circa Trinitatem.

Quartò, ex PP. [y] Diony. vocat verba Sacramentorum τὰς τελεστικὰς ἐπικλήσεις id eſt, *conſecratorias inuocationes.* [z] Iuſtinus *ſuper eo* (inquit) *qui renaſcendum ſibi eſſe ſtatuerit, parentis rerum omnium, & Domini Dei nomen nominatur, atque idipſum ſolùm lauaturum iſtum, ad lauacrum ducentes inuocamus,* Baſil. [a] *Tribus merſionibus ac totidem nomenclaturis, ſiue inuocationibus magnum Baptiſmatis myſterium perficitur,* [b] Cyrill. catech. tertiâ. Athanaſ. [c] ſerm. 3. contra Arianos [d] Nyſſenus lib. de Baptiſmo, [e] Ambroſ. *venit* (inquit) *Sacerdos, precem dicit ad fontem, inuocans Patris nomen, præſentiam filij, & Spiritusſancti, vtitur verbis cæleſtibus*, &c. [f] Auguſt. Baptiſmus Chriſti verbis Euãgelicis conſecratus, & per adulteros, & in adulteris ſanctus eſt.

[x] [*ſi credãtur baptizati in Nomine Patris, & Filij, & Spiritusſ.*]
[y] *de Eccleſiaſtica Hierarch. cap. vltimo.*
[z] *Apologiâ ad Antoninum. Pium.*
[a] *libro de Spiritusſancto ca.*15.
[b] *Aqua ſimplex*(inquit) *per Sancti ſpiritus, Chriſti, & Patris inuocationẽ, ſanctitatem conſequitur.*
[c] *circa mediũ.*
[d] *Omitte mecum confligere, & oppone te, ſi potes Domini vocibus, quæ inuocationem, & cognomitationem Baptiſmatis hominibus inſtituerunt. Et quæ ſunt verba Dominici Præcepti? Baptizantes eos in nomine Patris, &c.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XX.

PRIMO, obiicitur Auguſtinus tract. 80. in Ioannem. *Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens: hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. Vnde in Actis Apoſtolorum. Fide mundans corda eorum: & Petrus Apoſtolus: Sic nos Baptiſma ſalui facit.*

[e] 2. *de Sacrament.* 5.
[f] 3. *libro de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* 10.
[a] *eſt Caluini.*

Digitized by Google

nos facit, non depoſitio ſordium carnis, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio. Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.

Reſp. in eo loco Auguſtinum explicanda ſuſcepiſſe illa Domini verba: [b] *Iam vos mundi eſtis propter verbum quod locutus ſum vobis.* Inter explicandum autem propoſuit ſibi, cur non dixerit Chriſtus. *Iam vos mundi eſtis propter Baptiſmum, quo loti eſtis.* Reſpondet, ideo dictum eſſe *vos mundi eſtis propter verbum,* &c. quod in omni mundatione, ſiue fiat in Sacramento, ſiue extra, ſemper vis mundandi oriatur ex verbo. Ad quod probandum debuit Auguſtinus, & verbum Sacramentale, & verbum extra Sacramentum in medium afferre, vt fecit. Quando ergo ait: *vnde tanta vis aquæ, &c. niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur* : loquitur tantùm de verbo Sacramentali, quod quidem vim mundandi habet, non quia eſt ſimpliciter, *ſonus tranſiens,* vt loquitur Auguſt. id eſt, *mera res naturalis,* ſed, *in quantum in eo eſt virtus manens,* id eſt continet *inuocationem Trinitatis*: Et *quia creditur,* id eſt, quia *eſt obiectum fidei*: nec enim illud, *quia creditur,* poteſt ſignificare, quia *creditur* actu. Aliàs ſequeretur infantem baptizatum à Turcâ qui nullum eliceret fidei actum, verè baptizatum non eſſe. Quod falſum eſt.

[b] *Ioan. 15. v. 3.* ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν.

Quando verò ait, *Fide mundans corda eorum.* Item *Hoc eſt verbũ fidei quod prædicamus: quia ſi confitearis,* loquitur de verbo extra Sacramẽtum. Fides enim eſt ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti Poſtquam autem dixerat, verbo Sacramentali mundari infantes, [c] cum addidit. *Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait, iam vos mundi eſtis propter verbum,* &c. id non reſtringit ad ſermonem Domini poſt vltimam cænam, ſed generaliter intelligit de verbo. Senſus ſiquidem eſt: *Vos mundi eſtis propter verbum meum, ſiue quod me concionante audiſtis, & credidiſtis, ſiue quo in Baptiſmo ſanctificati eſtis.*

[c] *in fine ſermonis.*

Obiicitur [d] ſecundò, ſpeciem eſſe magicæ incantationis demurmurare certa verba ſuper elementum mutum.

[d] *eſt Caluini, Brentij, Kemnitij, & communis.*

Reſpondeo attribuere certis figuris, aut verbis naturalem virtutem ad aliquid efficiendum, ſuperſtitionis eſſe: Non attribuere, ſed illam virtutem ex dæmonis pacto habere, ad magiam ſpectare: Horum autem neutrum Catholici in verbis Sacramentorum agnoſcunt: totam enim virtutem à Chriſto Sacramentorum authore credunt. Quæ autem magia, facere quod inſtituit Chriſtus? Porro mera calumnia eſt, nos vim in ſyllabis, & caracteribus, neglecto ſenſu verborum ponere. Omnes enim Catholici fatētur ſi mutetur ſenſus eſſentialis verborum, Sacramentum non conferri, ſi minimè mutetur, ſed tantum caracteres, aut ſyllabæ, Sacramentum valere.

[e] *Kemnitij par.2.pag.*101. *Examinu.*

Tertio obijcit [f] Caluin. Chriſtum, Apoſtolos, ac primitiuam Eccleſiam, ſemper adhibuiſſe concionem in Sacramētorum celebratione. Sed mentitur Caluinus: dicit, nihil probat. Ex Patribus quidem vnum Auguſt. producit, ſed ſupra ſatisfactum eſt. Deinde fit, Deum, cum ſigna dedit eorum vim explicuiſſe: Neque etiam negabimus nobis idem eſſe faciendum erga Catechumenos: at non inde rectè colligitur verbum Sacramentale, tantùm cōcionem eſſe. Aliud eſt enim concionari, aliud Sacramenta celebrare.

[f] 4.*cap.*14.§.4.

An res & verba Sacramentorum ita ſint determinata vt nihil immutare liceat.

CAP. XXI.

PRIMÒ aſſeruit [a] Lutherus non requiri certa verba in Sacramentis, ſed quoquo modo tradatur Baptiſmus, nihil referre dummodo in nomine conferatur Domini: imò ſufficere, ſi tantùm in eius recipiatur nomine: verùm poſtea [b] Martinus ſuam re-

[a] *libro de captiuitate Babylonicâ cap. de Baptiſmo.*

[b] *Homil.*1. *de Baptiſmo habita an.* 1535.

Digitized by Google

tractauit ſententiam.

Prima propoſitio. *Res certæ & determinatæ ab ipſo Deo in Sacramentis eſſe debent.* Quoad nouæ legis Sacramenta conueniunt hâc in parte hæretici nobiſcum: probatur autem propoſitio: Sacramenta nouæ legis ſunt gratiæ cauſa. At ſolus Deus gratiam abſolutè dare poteſt. Solus igitur determinare potuit quæ ad eſſentiam Sacramentorum pertinent. De Sacramentis antiquis nonnulli dubitare videntur. tamen idem ſentiendum eſt. 1. quia omnia ferè Sacramenta quæ ad noſtram notitiam venerunt conſtat à Deo determinata fuiſſe. 2. quia Sacramenta iſta noſtrorum erant figuræ. At determinare res certas, quæ infaillibiliter ſignificent aliquid futurum, ſoli Deo competit, qui ſolus futura cognoſcit. 3. Etiamſi Sacramenta vetera non efficerent gratiam iuſtificãtem, efficiebant tamen, ac introducebant in populum Dei munditiem legalem. At nullius eſt determinare aliquid ad munditiem efficiendam legalem, aut in populum introducendam, niſi illius legis, & Reipublicæ ſit author.

Secunda Propoſitio. *Non ſolum res, ſed etiam verba in Sacramentis nouæ legis ita à Deo determinata ſunt vt non liceat quidquam immutare.*

Primò, quia non licet immutare quod inſtituit Deus. Secundò, quia non licet immutare materiam vt etiam aduerſarij fatentur. Ergo neque formam. Tertiò nefas eſt mutare ſcripturæ verba. Igitur nec Sacramentorum, maxime cùm ſcripturæ, ſint tantum ſignificatiua, Sacramentorum verò & operatiua. Quartò ex PP.[c] Irenæus reprehendit hæreticos quod mutarẽt verborum formam in Baptiſmo à Chriſto præſcriptam. [d] Tertull. lib. de Baptiſ. Cypri. ad Iubaianum, Athan. ſup. [e] Baſil. de Spiritu ſancto [f] Didymus *qui vnum* (inquit) *de præceptis nominibus prætermittit, neque perfectionem Sacramenti attingit, neque à peccatis hominem liberat.* Auguſt. *Certa ſunt verba Euangelica, ſine quibus non poteſt*

[c] 1. *cap.* 18.

[d] *Lex*(inquit) *tingendi impoſita eſt, & forma præſcripta:* *ite*(inquit) *ad omnes gentes, tingentes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

[e] *quo ait excidere â gratiâ detrahentem, aut addentem, verbis in Baptiſmo præſcriptis.*

[f] 2. *de Spiritu ſancto.*

[g] 6. *contra Donatiſtas c.* 25.

conſecrari Baptiſmus. Dama. 4. de fide 16. & Concil. Arelatenſe. 1. can. 8. Iubet examinare qua forma verborum Ariani baptizent.

Tertia [h] propoſitio. *Qui integritatem formæ Sacramenti mutaret, quæ quidem conſiſtit in ſignificatione verborum, non ſolum peccaret, ſed etiam nullum eſſet Sacramentum.* Quia Sacramentum nullum eſt quod aliqua parte eſſentialium caret.

[h] *[Hæ tres propoſitiones non habentur in Bellarmino per modum propoſitionum: habentur tamen quoad rem ipſam.]*

Quarta, qui tantùm integritatem accidentalem mutaret, puta tranſmutando verba, aut quid ſimile faciens ſcienter, ſine mutatione ſignificationis, peccaret equidem, quia non ſeruat ordinem, & modum verborum præſcriptum à Deo: [i] communiter tamen, validum eſſet Sacramentum. Quia nihil de eſſentialibus deeſt.

[i] *Nam in caſu quintæ Propoſitionis res ſe haberet aliter.*

Porrò iudicium de his mutationibus ſintne ſubſtantiales, necne, non debet eſſe Mathematicum, ſed morale: Ita vt tunc iudicandum ſit ſenſum verborum conſeruari, quando audientes intelligunt, & iudicant illud ſignificari, quod per integra verba ſolet ſignificari, etiamſi alioquin verba pronuntientur valdè corruptè. Nam vt eſt apud [k] Gratianum: cùm quidam ex nimia imperitia Latinæ linguæ baptizaret *In nomine Patria, & Filia & Spiritua ſancta.* Iudicauit [l] Zacharias Papa formam Baptiſmi propterea non eſſe mutatam: quia facilè intelligi poterat, quid vellet baptizans dicere, nec ex induſtria mutaſſe verba: alioquin dixiſſet. *In nomine Patriæ*, &c. ſed ex ſola imperitia.

[k] *can. Retulerunt de cõſecr. d. 4.*

[l] *Epiſt. ad Bonifacium.*

Quinta, [m] *ſi aliquis integritatem formæ accidentalem mutaret, intendens introducere eſſentialem nouum ritum qui numquam fuit in Eccleſia vera, quæcumque tandem illa ſit, nullum eſſet Sacramentum.* Quia & ſi non de-

[m] *ita intelligendi ſunt Zacharias can. Retulerũt ſupr. & D. Thom. 3 p. q. 60. art. 7. ad 3. & art. 8. in corpore. [Præterea communiter docent DD. ſi aliquid formæ addatur, pugnans contra fidem, non tamen contra formam Sacramẽti vt qui diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Et beatæ Mariæ matris, validum nihilominus eſſe Sacramentum. vide Gregor. à Valent. ſupr. puncto 2.]*

Digitized by Google

ficiat forma, iutentio tamen deeſt faciendi quod facit vera Eccleſia. Si tamen ſolum intenderet ritum introducere reſpectu alicuius Eccleſiæ: quam ipſe falſam putat quamuis ſit vera Eccleſia: legitimum eſſet Sacramentũ. Alioquin nullus hæreticus verè baptizaret, qui non intenderet facere quod facit Eccleſia Romana.

De fine & neceſſitate Sacramentorum.

Cap. XXII.

AD quem finem Deus inſtituerit Sacramenta [a] ex ſuperioribus patet. Quare autem iis voluerit vti mediis variæ afferuntur rationes. [b] Prima, quòd id congruat naturæ humanæ, quæ ex corpore, & ſpiritu conſtat. Secunda, vt [c] clarius appareret, gratiam, quæ per Sacramenta datur, à ſolo Deo eſſe. Si enim per aliquas actiones ſpirituales conferretur, ſuſpicari potuiſſent homines vi illius actionis propria iuſtificari: nunc autem cum per res corporales & abiectas datur tam excellens donum, nullus relinquitur locus huius ſuſpicionis. [d] Tertia, vt ſimul eſſent inſtrumenta iuſtificationis, & ſigna quibus diſcernerentur fideles, ab infidelibus, colligareturque populus Dei, & ſacris cæremonijs coleretur Deus.

De neceſſitate autem Sacrament. ſit prima poſitio *Nulla Sacramenta habent neceßitatem abſolutam ſed omnis eorum neceßitas, pendet ex præcepto, & inſtitutione diuinâ, adiunctâ naturali congruentia.* Certum eſt enim

[a] *in definitione Sacramenti cap. 11. nempè ad iuſtificandos homines vt ſigna, & cauſæ inſtrumentales gratiæ.*

[b] *eſt Chryſoſt. hom. 60. ad populum, & 83. in Mathæum: Si incorporeus eſſes, nuda* (inquit) *& incorporea tibi dediſſet dona, ſed quoniam anima corpori inſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet. Nazianz. & Nyſſ. ſerm. de Baptiſmo.*

[c] *quâ etiam ratione illuminauit Dominus cæcum ſputo, & luto Ioan. 9.*

[d] *Vide multas eiuſmodi rationes apud Hugonem 1. de Sacramentis p. 9. cap 3. & Magiſt. ac DD. 4. diſtinct. 1. D. Thom 4. contra gentes cap. 56. Guiliel. Alanus libro de Sacramentis in genere cap. 24.*

eſt enim potuiſſe Deum, ſine vllis Sacramentis homines iuſtificare.

Secunda, *Omnia Sacramenta neceſſaria ſunt, neceſſitate præcepti* (nimirum quia præcepta ſunt, & mandata) *licet non ſingulis*. De hac non eſt controuerſia.

Tertia, *Baptiſmus, & Pœnitentia neceſſaria ſunt, poſita inſtitutione diuinâ, neceſſitate medij* [e] *ſimpliciter* (id eſt, ſine quibus ſalus aſſequi nequit abſolutè) *Baptiſmus quidem omnibus, Pœnitentia iis, qui poſt Baptiſmum lethaliter peccant*. Hæc fuſius [f] infra probabitur: ſufficiet nunc illud Ioannis tertio. [g] *Niſi quis renatus fuerit ex aqua* &c. Et illud Lucæ decimo tertio: *Niſi pœnitentiam habueritis* &c.

Quarta, *Euchariſtia, Confirmatio, & extrema vnctio neceſſaria ſunt ad benè eſſe, neceſſitate medij, poſita inſtitutione diuinâ*. Id eſt illis faciliùs ſalus comparari poteſt. Atque de hac re fuſius [i] infra.

Quinta, *Ordo, neceſſarius eſt, non ſingulis hominibus ſed ipſi Eccleſiæ in vniuerſum, neceſſitate medij ſimpliciter poſitâ inſtitutione diuinâ.*

Sexta, *Matrimonium neceſſarium eſt ad benè eſſe, non ſingulis hominibus, ſed Eccleſiæ in vniuerſum.*

[k] De his non eſt controuerſia. Atque ita intelligendus eſt canon. 4. Concilij Trident. ſeſſ. 7. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine his, aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint: Anathema ſit.* Quibus verbis damnat excludentes Sacramenta à iuſtificatione: non quouis modo (vt imponit Tridentino Concilio Caluin. in Antidoto) ſed ratione applicationis immediatæ, quam ſoli fidei tribuunt hæretici.

[e] *Hoc aduerſarij negant, ſolùm enim admittũt eſſe neceſſaria ratione præcepti, & vtilitate medij.*

[f] *libro de Baptiſmo cap. 4. & tract. de Pœnitentiâ.*

[g] *v. 3.*

[h] *v. 5.*

[i] *cùm agetur de his Sacramentis ſeorſim.*

[k] *Vide D. Thom. 3. p. q. 65. art. 4.*

[a] *Authorem Sacramentorum ſolum eſſe Chriſtum*

CAP. XXIII.

PRIMO, [b] Quia in ſcripturis Apoſtoli vocantur tantum diſpenſatores myſteriorum Dei.

Secundò, Sacramenta veteris legis immediatè à Deo fuere inſtituta, quamuis à Moyſe promulgata. Igitur & Sacramenta nouæ legis: maximè cum ſint præſtantiora.

Tertiò, ex PP. Author ſerm. de ablutione pedum apud Cyprian. *Ipſe*(inquit) *ſummus Sacerdos ſui eſt Sacramenti inſtitutor, & author.* [c] Ambroſ. *Author Sacramentorum quis eſt niſi Dominus Ieſus?* Aug. Epiſt. 118. cap. 1.

Quartò, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 1. Si quis dixerit Sacramenta Nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, (ſcilicet immediatè. Nam ſaltem fuiſſe mediatè inſtituta nullus dubitauit vſquam) aut eſſe plura, vel pauciora quam ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè, & propriè Sacramentum: Anathema ſit. Obiectiones hæreticorum contra hoc cap. 23. ſoluentur in tractatione de ſingulis ſeorſim Sacramentis.

[a] *triplicē cauſam efficientem in Sacramentis Theologi conſiderant. 1. principalem ac independentem: ſcilicet Deum 2. inſtrumentalem, ſed inſtrumenti cōiuncti in qua dicunt eſſe poteſtatem excellentiæ ſcilicet Chriſtum, vt hominem. 3. inſtrumētalem inſtrumenti ſeparati. ſcilicet hominem purum.*

[b] 1. *Cor.* 4. *verſ.* 1.

[c] 4. *de Sacra.* 4.

De Miniſtro Sacramentorum.

CAP. XXIIII.

LVTHERVS dumtaxat duo pugnantia dicit. [a] vnum, omnes non ſolum homines, ſed etiam Dæmones eſſe Sacramentorum miniſtros. [b] Alterũ id tantum competere baptizatis hominibus: quamuis ad confuſionem tollendam non oporteat omnes vti hac poteſtate, ſed tantum legitimè vocatos: tribus caſibus exceptis. Primò, quando quis eſt in loco priuato. Secundò quando nemo alius adeſt, & neceſſitas vrget. Tertiò, quando alius adeſt, ſed non æquè bene miniſtrare poteſt. [c] Caluinus è contra, ita ſeuerè defendit ſolùm quoſdam legitimè vocatos hanc poteſtatem habere, vt ne quidem in neceſſitate concedat laïcis, ac præſertim mulietibus baptizare.

Prima propoſitio. *Miniſter Sacramentorum homo eſſe debet, non autem Angelus, ſiue bonus, ſiue malus.*

Primò, ad eſſentiam Sacramentorum vt requiritur verum, & naturale elementum, ita verum, & naturale verbum. Sed ſolus homo verè, & naturaliter loquitur: loqui enim eſt actio corporis viuentis per inſtrumentum linguæ, & palati. Ergo, &c.

Secundò, is ſolùm Sacramentorum eſt miniſter, qui inſtitutus eſt à Deo. Sed Deus hanc poteſtatem ſolis conceſſit hominibus [d] Math. 28. [e] Lucæ 22. [f] Ioan. 20. &c. Si tamen Angelus bonus

[a] *ita libro de Miſſâ priuatâ; & vnctione Sacramentorũ edito an. 1524. dico ſi diabolus ipſe veniret, & ego poſtea reſciſcerem diabolum ſic irrepſiſſe in officium Paſtoris Eccleſiæ, in ſpecie hominis vocatum ad prædicandum, & publicè in Eccleſiâ docuiſſe, baptizaſſe, celebraſſe Miſſã, & abſoluiſſe à peccatis, & tali munere functum eſſe iuxta inſtitutionem Chriſti, tunc cogeremur fateri Sacramenta ideò non eſſe inefficacia, ſed verum Baptiſmum, verum Euangelium, veram Abſolutionem, verum Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti nos accepiſſe. Hæc ille.* [b] *libro de captiuitate Babylonicâ cap. de Ordine. & libro de abrogandâ Miſſâ priuatâ edito an 1521.*

[c] *in Antidoto ad canonem* 10. *ſeßionis* 7. [d] *v.*19. *Euntes docete omnes gen. &c.* [e] *v.*19. *hoc facite in meam commem. &c.*

[f] *v.*23. *Quorum remiſeritis, &c.*

Sacramentum aliquod miniſtraret, ratum eſſet habendum, id enim faceret ex diſpenſatione diuina. At ſi diabolus, iterandum foret, quia malignus ſpiritus nec ex ſe poteſtatem habet, nec diſpenſatur à Deo.

Secunda, *verus miniſter Sacramentorum (Baptiſmo, & Matrimonio exceptis) non eſt quilibet baptizatus ſed ſolum qui in Eccleſiâ ritè ordinatus eſt.*

Primò, ſi omnes hanc acciperent poteſtatem in Baptiſmo, id eſſet, iuxta Luthetum, quòd vngantur gratia Spiritus ſancti & proinde fiât ſpirituales Sacerdotes. Sed inde ſequeretur, qui non recipiunt gratiam in Baptiſmo, aut eam poſtea perdunt, tunc (gratiâ priuatos) non vere Sacramenta conferre, quod tamen negat contra Anabaptiſtas Lutherus.

Secundò, id ſaltem eſſet, quòd ſint Sacerdotes, vel Paſtores & Doctores. Sed Apoſtolus [g] docet id omnibus non eſſe conceſſum. Tertiò, [h] Hebr. 5. v. 3. *Nec quiſquam ſibi ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Non ſolùm ad exercitium Pontificatus: ſed ad ipſum Pontificatum. quia ante vocationem, nec dignitate nec exercitio, Pontifex erat Aaron.

Tertiò, Apoſtoli ante Chriſti paſſionem [i] baptizabant iam baptizati vt [k] Auguſt. docet. At poſtea [l] conſecrandi Euchariſt. & [m] remittendi peccata poteſtatem acceperunt. Non igitur eam acceperant in Baptiſmo.

Quartò, ſequeretur nullum debere repelli, miniſtrare volentem, quando, pauci adſunt miniſtri: etiamſi non eſſet à Magiſtratu vocatus. At Lutherani non vocatos repellunt.

Quintò in Lege veteri [n] non omnes poterant Sacramenta miniſtrare: quamuis in Circunciſione fierent ſpirituales Sacerdotes, ac facultatem haberent offerendi ſpirituales hoſtias.

[g] *Rom.* 12. & 1. *Cor.* 12. *ac Epheſior.* 4.

[h] καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ ἀαρών.

[i] *Ioan.* 3.

[k] *Epiſt.* 108.

[l] *Luc.* 22. *ſup.*

[m] *Ioan.* 20. *ſupr.*

[n] *Vnde Ozias* 2. *Paral.* 26. *punitur leprâ quòd fungi munere Sacerdotali attentaſſet.*

Soluuntur argumenta Lutherj.

CAP. XXV.

PRIMVM, ex 1. Petri 2. [a] *Ipſi tanquam viui lapides ſuperædificamini domus ſpiritualis ſacerdotium ſanctū.* Item [b] *Vos autem genus electum regale. Sacerdotium.* Apocal. 5. [c] *Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotium.* vigeſimo. [d] *Erunt ſacerdotes Dei, & Chriſti eius.* 2. Corinth. 3. [e] *Qui idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.* Hæc autem ad omnes ſpectant baptizatos. Ergo omnes baptizati ſunt verè Sacerdotes.

Secundum, Chriſtus [f] eſt Sacerdos. Sed omnes Chriſtiani ſunt fratres Chriſti.

Tertium, *omnes poſſunt concionari.* 1. Petri 2. [g] *vt virtutes annuntietis.* 1. Corinth. 11. [i] *Quotieſcumque manducabitis panem hunc mortem Domini annuntiabitis.* & 14. [k] *Vnuſquiſque veſtrum Pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, poteſtis omnes prophetare.* Poſſe *baptizare*, patet ex vſu. *Conſecrare Euchariſt.* Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* & Paulus. [l] *Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Deinde, *maius eſt baptizare, & cōcionari, quam conſecrare.* quia ex Baptiſmo, & concione datur remiſſio peccatorum, non autem ex conſecratione. At omnes poſſunt Baptizare, & concionari. Poſſe abſoluere Math. 18. [m] *Quæcumque alligaueritis ſuper terram,* &c. *Sacrificare.* quia nullum eſt ſacrificium, præter mortificationem vitiorum, quod eſt commune omnibus. *Orare pro alijs.* quia oratio Domi-

[a] *v. 5.* αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον.

[b] *ibidem 9.* ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα.

[c] *v. 10.* καὶ ἐποίησας αὐτοὺς, *& feciſti ipſos,* τῷ θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς.

[d] *v. 6.* ἔσονται ἱερεῖς τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ.

[e] *v. 6.* ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης.

[f] *Pſal. 109. verſ. 5.*

[g] *Pſal. 21. v. v. 23.*

[h] *v. 9.* ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος, *eius qui de tenebris vocauit vos.*

[i] *verſ. 26.* [k] *v. 26.*

[l] *1. Corinth. 11. v. 23.* [n] *v. 18.*

[m] *v. 27.* τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει.

niça eſt communis, & in ea pro alijs oratur. *Indicare, & diſcernere dogmata.* Ioan. 10. [o] *Oues meæ vocem meam audiunt*, [p] *vocem alienorum non audiunt.* Math. 7. [q] *Attendite à falſis prophetis.* 1. Corinth. 14. [r] *ſi ſedenti reuelatum fuerit prior taceat.* At hæc omnia ſunt propria Sacerdotis officia.

Mulieres concionari poſſe probat ex [s] Ioel. 2. *Prophetabunt filij veſtri, & filiæ,* Act. 21. [t] *Erant Philippo quatuor filiæ virgines prophetantes.* [u] Maria Moſis ſoror, & Maria mater [x] Ieſu prophetarunt, [y] Debora docuit, [z] Holda cõſiliũ dedit Regi, & [a] Apoſtolus, *Mulier* (inquit) *velato capite oret, & prophetet.*

Quartum, in aſſert. art. 13. Qui baptizatus eſt ſpiritum Chriſti habet. At vbi ſpiritus Chriſti ibi omniũ poteſtas. Sed Minor eſt omnino falſa. Maior aliquando vera, aliquando etiam falſa. vt cùm quia baptizatur adultus ſine fide, aut pœnitentiâ.

Ad primi quatuor priora teſtimonia, Reſpondeo, ibi tantum agi de ſacerdotio ſpirituali. 1. quia Petrus, adiungit *offerentes ſpirituales hoſtias.* Ioannes verò, tractat de ſacerdotio beatorum in cœlo. 2. quia vterque iungit regnum cum ſacerdotio. Sic igitur omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes, quomodo ſunt reges. 3. hæc loca ſolùm intelliguntur de pijs Chriſtianis, nàm peccatores non ſunt gens ſancta. At ſacerdotium, ſeu miniſterium externum conuenit etiam peccatoribus iuxta, non ſolùm catholicos, ſed etiam Lutheranos. Ad vltimum loqui Paulum tantùm de ſeipſo, cæteriſque Apoſtolis: quos, & ſe, confert cum promulgatore legis antiquæ qui vnus fuit Moſes, non autem quiſquis ex populo.

Ad ſecundum argum. negatur concluſio 1. quia in ſacerdotio ſecundũ ordinem Melchiſedec (quod ſpectat ad Chriſtum) ſolus primogenitus erat Sacerdos. In ſacerdotio autem Aaronico omnes quidem fratres, erant ſacerdotes, ſed non niſi naturales. Nos autem non ſumus niſi adoptiui fratres Chriſti. 2. quia quæcumque Chriſto conueniunt,

[p] *v.5.* οὐκ οἴδασι, *non nouerunt*, τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν.
[q] *v.15.*
[r] *v.30.*
[s] *v.28.*
[t] *v.9.* τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι.
[v] *Exod.15.v.21.*
[x] *Lucæ 1.*
[y] *Iudic. 4.*
[z] *4.Reg.22.*
[a] *1.Cor.11.v.5. Omnis mulier orans, aut Prophetans velato capite, deturpat ſuum caput.*

non ſtatim ſequitur & competere nobis. aliàs cur non omnes prædicimus futura? *&c.*

Ad tertium, tria teſtimonia pro primo officio Sacerdotis, non eſſe de concione intelligenda. Primum enim [b] intelligitur de laude priuatâ, quâ quiſque debet gratias agere Deo pro beneficijs, idque non tam [c] verbis quam operibus. Secundum, de cõmemoratione paſſionis Domini, quam facimus non concionando, ſed Euchariſtiam ſumendo: alioquin deberẽt omnes qui Euchariſtiam ſuſcipiunt concionari. Tertium intelligitur non de omnibus Chriſtianis, ſed ijs tantum quibus collata erant huiuſmodi dona. Nam etiam ait *vnuſquiſque veſtrum, Pſalmum habet, linguam habet*, &c.

At omnes non habebãt donum linguarum. Deinde non loquitur de publica concione, quæ propria Sacerdotis eſt, ſed tantum piis quibuſdam collationibus quæ teſte Iuſtino fiebãt à fidelibus poſt concionem à ſolo præpoſito habitam. Ad id quod pro ſecundo officio: omnes quidem baptizare in caſu neceſſitatis ex permiſſione, non ex officio, quomodo etiam conceditur Turcis & Iudæis ob ſummam huius neceſſitatem Sacramenti. Nec tamen ſequitur omnes eſſe Sacerdotes, ac cætera poſſe Sacramenta miniſtrare. alioquin & Turcis eadem competeret ratione.

Ad primum teſtimonium pro tertio officio. non referri ad omnes, alioquin tenerentur pueri, & fœminæ Euchariſt. conſecrare. Ad ſecundum, non ſignificari omnibus traditam conſecrandi poteſtatẽ: ſed tantùm traditum ideſt explicatum, quod inſtituerat Dominus. Porrò maior eſt potentia conſecrandi quam baptizandi. nam per conſecrationẽ, etiam remittuntur peccata [d] Ioan. 6. & præterea fit conuerſio panis, & vini in corpus ac ſanguinem Chriſti. Teſtimonium prò quarto officio ſoli Eccleſiæ dici: quæ non ligat, aut ſoluit niſi per ſuos præſules, quomodo, loquitur quidem corpus, ſed per linguam & os.

[b] *vt enim obſeruat Beda alludit Petrus ad Canticum Moſis Exodi 15. Cantemus Domino, &c. vult que P. monere eſſe Deo gratias agendas poſt Baptiſmũ (quo liberati ſumus à diaboli poteſtate) ſicut egerunt Iſraelitæ poſt maris rubri tranſitum.*

[c] *ſicut exponit Oecum. iuxta illud Math. 5. v. 16. vt videãt opera, &c.* & 1. *Timoth. 2. v. 10. quod decet mulieres, promittentes ἐπαγγελλομέναις pietatem per opera bona.*

[d] *v. 51. 54. &* 58. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.*

Ad quintum officium, negamus non eſſe in Eccleſia aliud ſacrificium. Ad mortificationem enim non requiritur altare. Eſt autem in Eccleſia altare: [e] *de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.* Hebr. 13.

[e] v. 10. ἔχομεν θυσιαστήριον ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.

Ad ſextum officium, Sacerdotis non eſſe orare quomodocumque, ſed orare publicè, & tanquam publicam perſonam intercedere pro populo, vt Chryſoſt. docet 6. de Sacerdotio.

Ad teſtimonia pro ſeptimo officio: Chriſtum exprimere veros fideles, qui eum loquentem per paſtores ordinarios Eccleſiæ, audiunt ſimpliciter, & credunt, [f] non examinando doctrinam prælatorũ ſuorum: voces verò, ſiue doctrinam ſuadentium contrarium, fugiunt & execrantur, à quibus monet eſſe cauendum.

[f] *alioquin opus non eſſet Paſtoribus Eccleſiæ.*

Ad illud pro mulieribus reſpondeo, prophetare vt idem eſt ac futura prædicere non eſſe proprium munus Sacerdotis, aut præſulis, ſed gratiam gratis datam etiam fœminis. Vt autem idem eſt ac interpretari ſcripturas, ſiue concionari, eſſe proprium Sacerdotis, nec mulieribus competere. Quamuis extraordinariè Deus conceſſerit quibuſdam docere viros, ſed paucorum priuilegium non faciet legem.

---

[a] *Non requiri fidem, aut probitatem miniſtri vt Sacramenta ſint efficacia.*

[a] *Hac in re nõ diſſentiunt Lutherani, & Caluiniſtæ à nobis.*

CAP. XXVI.

AGRIPPINVM Epiſcopum Carthaginenſ. primum in Africa docuiſſe, non eſſe rata Sacramenta ab hæreticis, vel Schiſmaticis collata indicat [b] Auguſtus, & teſtatur [c] Lyrinenſis. prædeceſſorem ſuum ſequutus eſt [f] Sanctus Cyprianus. Verùm

[b] *2 de Baptiſmo cap. 7.*

[c] *in commonitorio*

[f] *Epiſt. ad Quintum, Pompeium, & Iubaianum.*

Digitized by Google

vterque non damnauit hæreſeos contrarium ſentientes. [g] Donatiſtę autem, poſt damnatum à Cōcilio generali hūc errorē, ita eum amplexati ſunt, vt non ſolùm rebaptizarent Catholicos (quos hæreticos putabant) ſed etiam improbarent Sacramēta tradita à malis miniſtris intra Eccleſiā. Quod idem fecerunt poſtea [h] Apoſtolici [i] Vvaldenſes, & [k] Albigenſes, ac [l] Ioannes wiclef, qui etiam negat bonos in præſenti, malos tamē futuros id eſt præſcitos Sacramenta poſſe conficere. Ioannes Huſs in [m] articulis damnatis ait quidem Prælatum malum aut præſcitum eſſe æquiuocè paſtorem, [n] & nullum eſſe Epiſcopum dum eſt in peccato mortali. Sed vel loquitur quo ad iuriſdictionem, aut certè non ſequuntur eum dumtaxat Huſſitæ. Lutherus docuit aliquando Spiritum Chriſti in Baptiſmo receptum eſſe fundamentum poteſtatis conferendorum Sacramentorum: vnde ſequitur ſolos bonos efficaciter Sacramenta conferre. poſtea tamen contrarium aſſeruit. Hanc refutarunt hæreſim [p] Stephanus Papa, & martyr. [q] Syricius, [r] Innocent. primus, [s] Leo, [t] Anaſtaſius ſecundus & alij. Eandem damnarunt Concil. Nicænum primum, [v] teſte Hierony. contra Luciferianos, [x] Carthaginenſe 1. [y] Arelatenſe primum, [z] Conſtantienſe, & [a] Tridētinum. Hanc impugnarunt Auguſtinus omnibus libris cōtra Donatiſtas

[g] *apud Aug. libro de vnico Baptiſmo c. 13.*

[h] *apud Bernardum ſerm. 66. in Cantica.*

[i] *apud Antoninum in ſumma Theolog. p. 4. tit. 11. c. 7. §. 1.*

[k] *Antonin. ibid. §. 5.*

[l] *in Concil. Conſtantienſ. ſeſſ 8. & apud waldenſem to. 2. cap. 14.*

[m] *ſeſſ. 14. Cōcil. Conſtantienſ. artic. 22.*

[n] *articl. 30.*

[o] *qui conſuetū habent petere ſuorum Ordinationem ſacerdotum à Romano Pontifice, quem hæreticum putant.*

[p] *apud Euſeb. 7. cap 3.* [q] *Epiſt. 1.* [r] *Epiſt. 22.* [s] *Epiſt. 77.*

[t] *Epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem.* [v] *Synodus* (inquit) *Nicæna omnes hæreticos ſuſcipit, exceptis Pauli Samoſateni diſcipulis. loquitur autem de Baptiſmo rato hæreticorum.*

[x] *Can. 1. tempore Conſtantini magni illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſyncerâ fide, & Catholicâ diſciplina rebaptizari.* [y] *Can. 8.* [z] *ſeſſ. 8.* [a] *ſeſſ. 7. can. 4. Si quis dixerit Baptiſmum qui etiam datur ab hæreticis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia non eſſe verum Baptiſma: anathema ſit.*

Optatus libris contra Parmen. Hierony. Dialogo contra Luciferianos, Nazianz. orat. de Baptiſ. D. Thom. 4. contra gentes 77. Vualdenſis tom. 2. ab initio per multa capita.

Primum, quo vſi ſunt argumento ducitur à traditione, & conſuetudine antiquiſſima ab Apoſtolorum tempore quæ tantum valuit, vt hoc vno argumento ſuperata fuerit Cypriani cauſa, teſte Lyrinenſi in Commonitorio.

Secundum, miniſter Sacramentorum operatur virtute, & authoritate diuina *hic eſt enim*, ſcilicet Chriſtus, *qui baptizat* Ioã. 1. v. 33. alias ſi miniſtri ſua baptizarent virtute, eſſent baptiſmata diuerſa, pro diuerſitate meritorum, & excellentiæ baptizãtium, Sed Deus datam miniſtro poteſtatem non aufert ob eius peccatum, vel infidelitatem. 1. quia authoritas conferendi Sacramenta, eſt gratia gratis data, [b] quæ cum peccato conſiſtere poteſt. 2. quod Sacramenta non dentur in vtilitatem miniſtrantis ſed accipientis, non erat autem conueniens vt propter peccatum vnius, alter puniretur. 3. Deus [c] non aufert propter peccata, iuriſdictionis poteſtatẽ cùm tamen magis à probitate vitæ dependeat: magis enim dominantur paſſiones imperando, quam Sacramenta miniſtrando: neque potentias, naturales ad naturalia opera: Nec ergo potentias ad ſupernaturalia, in quibus non conſiſtit operantis meritum. Non minus enim Deus prouidit bono totius Eccleſiæ, quam totius mundi 4. Iudas peccator verum conferebat Baptiſmum teſte Auguſt. tract. 5. in Ioannem. Igitur &c.

Tertium, à ſimili, Circuncisi à Samaritanis recipiebantur à Iudæis vt legitimè circuncisi, ſicut [d] Auguſt. docet. [e] Item, verbum Dei efficaciter à reprobis prædicatur. [f] Math. 23. [g] Nihil refert ad efficaciam ſementis, & plantationis, an lotis manibus, an ſordidis id fiat, modo ſemen ſit bonum, terra fertilis, nec deſit calor Solis, & pluuia de cœlo. [i] Non minus rectè imaginem regis imprimit ſigil-

[b] *vt patet Math. 7. v. 22.*

[c] *ſicut ex 1. Petri 2. v. 18. colligitur, quo præcipitur obediri dominis etiam diſcolis.*

[d] *1. contra Creſconium 31.*

[e] *ita Aug. 4. de Baptiſmo*

[f] *v. 3. & Philippenſ. 1. v. 15. 17. cum 18.*

[g] *ita Aug. 3. contra Creſconium. 8.*

[i] *Nazianz. oratione de Baptiſmo.*

lum ferreum, quam aureum. [k] Nec lumen ſolis vel lampadũ inquinatur tranſiens per loca cænoſa.

[k] *Aug. 3. de Baptiſmo 10.*

[l] Primum hæreticorum argumentum, nemo dat quod non habet. Sed impij non habent gratiam, qua remittuntur peccata, igitur neque dant, & proinde neque efficaciter Sacramenta conferunt.

[l] *refellitur eũ aliis ab Auguſtino libris 7. contra Donatiſtas.*

[Ad maiorem, diſtinguo. Nemo dat quod non habet neque formaliter, neque miniſterialiter, neque eminenter.]

Ad minorem, malos [non habere gratiam formaliter aut eminenter] habere tamen miniſterialiter, vt inſtrumenta principalis agentis. Quod ſufficit vt dicantur conferre gratiam. Nam in rebus etiam naturalibus, & artificialibus effectus non debet eſſe ſimilis inſtrumento, ſed cauſæ principali. Nec enim dolabra formam cathedræ habet.

Secundum, qui non habet Spiritum ſanctum non poteſt dimittere peccata: dicitur enim [m] Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum* [n] *quorum remiſeritis peccata*, &c. At hæretici & Impij non habent Spiritum ſanctum.

[m] *v. 22.*
[n] *v. 23.*

Ad maiorem habere vel accipere Spiritum ſanctum duobus modis ſumi poſſe: nimirum vel habere gratiam gratum facientem, vel poteſtatem ſupernaturalem faciendi aliquid, hæc enim duo diſtinguntur: cùm gratia referatur, & ſit propter eum cuius eſt, poteſtas verò ad eos, in quos exercetur. Ad Minorum hæreticos habere Spiritumſanctum quoad poſterius, nimirum poteſtatem dimittendi peccata: non autem poſterius.

Tertium. Sacramenta ſolius Eccleſiæ ſunt catholicæ. At hæretici extra Eccleſiam ſunt, & proinde Sacramenta etiam quæ miniſtrant.

Ad Minorem, ita Sacramenta ab hæreticis data extra Eccleſiam eſſe vt ſemper Eccleſiæ ſint, ſicut Euangelium, & alia quædam bona quæ apud hæreticos inueniri ſolent.

Quartum Athanaſ. [o] ſerm. 3. contra Arianos,

[o] *quo ait hereticos habere inutilem aquã.*

p *libro de iis qui initiantur myſteriis, Non ſanat*(inquit) *Baptiſmus perfidorum.*
q *Epiſt.77.c. vltimo.*

p Ambr.& q Leo magnus, docent nullum hæreticum poſſe dare per Sacramenta ſanctificationem.

Reſpondeo,hos PP. non loqui de ſubſtantia Sacramenti ſed de vtilitate: ac velle dicere,*nullum hæreticum in congregatione ſuâ poſſe conferre* (ſcilicet hæreticis aut fautoribus) *fructum Sacramenti.*

Requiri intentionem in Miniſtro faciendi quod Eccleſia facit.

CAP. XXVII.

a *lib.de Captiuit. Babylonic. cap. de Baptiſmo. & articulo 12.damnatorum.*
b *in Antidoto canonis 11.ſeſſ. 7.*
c *2 p.Examin. p.141. & ſeqq.*
d *opuſculo de intentione Miniſtri Sacramētorum.*
e *ſeſſ.7.can. 11. Si quis dixerit in Miniſtris dũ Sacramentum conficiunt, & cōferunt non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia: anathema ſit. Item Florentinum in Armenor. inſtructione.*
f *4.p. Summæ q.13. mēmb. 1. art. 2.*

LVTHERVS,[b] Caluinus atque [c] Kemnit.Sacramentum omnino perfici contendunt ſi res adſint, & verba etiamſi miniſter ioco, irriſoriè, aut fictè, ac mendaciter actionem peragat. A quibus non videtur diſſentire [d] Ambroſ.Catharinus. dum diſtinguit duplicem intentionem miniſtri, vnam faciendi ſimpliciter actum externum, quem facit Eccleſia, id eſt ſimpliciter (verbi gratiâ) externè abluendi: alterum faciendi actum externum vt ſacramentalem, id eſt faciendi quod Chriſtus inſtituit, & Eccleſia celebrat: Priorem in Miniſtro requiri, non poſteriorem. Quamuis in hoc ab hæreticis differat, quòd ſe ſubmittat Eccleſiæ iudicio.

Sententia catholicorum eſt,*requiri in Miniſtro intentionem faciendi quod facit Eccleſia.* Ita enim expreſsè [e] Concil. Trident. conueniuntque DD. Cathar. excepto. Cùm enim [f] Alenſis ait requiri intentionem finis, intelligit intentionē operis completi: id eſt velle vti rebus,& verbis ſecundum Eccleſiæ vſum quem vocat finem intrinſecum operi.

Cùm [g] Gabriel, & [h] Scotus volunt requiri intentionem non ſolùm reſpectu actus baptizandi vt obiecti, ſed etiam reſpectu effectus, & finis: ſolum dicere volunt requiri intentionem non ſolum faciendi ipſum actum quatenus eſt res merè naturalis: ſed etiam quatenus eſt cæremonia inſtituta à Chriſto in Eccleſia ſua. Quæ omnia in idem incidunt. Non eſt autem opus velle facere quod facit Romana Eccleſia, imò poteſt intendi non facere quod illa facit. Sed ſufficit, velle facere quod facit vera Eccleſia, quæcumque tandem illa ſit: ſiue, quod inſtituit Chriſtus, aut Chriſtiani faciunt. Hæc enim idem ſunt. Aliàs nullus hæreticus ritè baptizaret. Non enim reijcit Romanam quod eã putet veram Eccleſiam, ſed quod putet falſam. Quia tamen ſola eſt vera, propterea dum explicitè non vult facere quod illa facit, ſimul intendit facere quod illa facit: cùm intendat facere, quod facit vera Eccleſia.

[g] 4. *diſt. 6. q. 1. concluſ. 3.*
[h] 4. *diſt. 6. q. 5.*

Ad hanc autem intentionem non requiritur Actualis intentio, quãuis danda ſit opera vt habeatur nec ſufficit habitualis, ſed virtualis. Prima enim, *eſt ipſe actus quo intendimus.* Secunda, *inclinatio ſeu promptitudo, ex habitu infuſo vel acquiſito*: quæ cum ſit etiam in dormiẽtibus, & ebrijs, ſi ſufficeret, Baptiſmus collatus ab illis validus eſſet. Tertia, ſiue virtualis, *eſt elicita actio faciendi aliquid, non continuatá, neque per contrariũ actum corrupta, in cuius virtute paulo poſt operatur agens.* Quam virtualem [i] D. Thom. habitualem vocauit. Probatur autem ſententia Catholicorum.

[i] 3. *p. q. 64. ar. 8.*

Primò, ſicut certa verborum forma neceſſariò requiritur, vt determinetur indifferentia materiæ, ita exigitur aliquid quo determinetur indifferentia formæ. Illa enim verba, Ego te baptizo, varias poſſunt ſignificationes habere, nimirum, *lauo ſordes corporis tui, te refrigero, &c.* At hæc indifferentia formæ ſiue ſignificationis verborum nõ determinatur ex ſolâ Chriſti inſtitutione. Nam

à quocumque pronunciarentur eandem prorſus vim habere, nulla habita ratione ad intentionem dicentis, & proinde à pſittaco etiam prolata. Neque etiam determinatur ab intentione ſuſcipientis. Agimus enim hic de actione Miniſtri, non de actione ſuſcipientis: non poteſt autem vnius actio, determinari ab alterius intentione. Reſtat ergo indifferentiam formæ ab intentione Miniſtri determinari.

Secundò, Deus non determinauit applicationem Sacramentorum circa particularia, ſed id reliquit Miniſtrorum arbitrio. Non enim dixit: *Remittetis peccata Petro, & ſi remiſeritis remittentur ei.* Sed, *Cui remiſeritis peccata, remittentur ei*. Quomodo Rex non determinat particulares actiones iudicum, quos conſtituit ad ius populo dicendum. Sed vt miniſtri determinent Sacramenta circa particularia requiritur iudicium diſcernendi cui ſint & quando, applicanda, ac intentio ſeriò applicandi. Aliàs ſicut ſi non intenderet abſoluere aliquem Iudex, ſed irriſoriè, vel ioco proferret verba abſoluendi, atque huiuſmodi iudicis mens eſſet nota regi, reuera nulla eſſet abſolutio coram rege, quamuis putaretur vera coram ignorantibus voluntatem iudicis. Ita ſi non intenderet Miniſter abſoluere, reuera non abſolueretur coram Deo reus. Igitur intentio requiritur in Miniſtro ſeriò Sacramenta conferendi.

Tertiò, hoc intereſt diſcrimen inter verba ſpeculatiua, & practica, quod illa, quæ totam ſuam efficaciam habent in ſignificando, à quocumque dicantur eandem vim habeant: hæc autem, quæ præter ſignificationem habent efficientiam, non ſint efficacia, niſi dicantur cum intentione recta ab aliquo poteſtate prædito. vnde imperium occiden-

[*Sed quamuis dixiſſet* Remittetis Petro, &c. *ſi tamen non intenderent remittere, reuera non remitterent. Impoſſibile enim eſt ſimul remittere aliquid, & nolle remittere, ſi vtrumque ſit in noſtra poteſtate, quamuis non remittẽtes peccarent, non obtemperando Deo. Deinde ſi verba abſolutionis ſolùm ſufficerent, falſum eſſet miniſtros remittendi peccata poteſtatem habere, poteſtas enim illa non eſt ſita in ſolis verbis. Quod ſi intentio requiritur in Sacramento pœnitentiæ, quidni in aliis?*]

di aliquem non habet vim niſi in Rege, vel iudice, iſtud intendente: aliàs, ſi id dormiendo imperaret, non valeret decretum. Sed verba Sacramentorum ſunt practica. Ergo debent, vt ſint efficacia, dici cum intentione recta ab eo qui poteſtatem habeat.

Dices verba Sacramentorum, habere in ſe virtutem operatiuã ex Chriſti inſtitutione, & proinde efficaciam eorum non pendere ex intentione, vel poteſtate Miniſtri.

[k] Reſpondeo, verba non habere virtutem niſi dum coniunguntur cum virtute efficiente, & inſtrumentali miniſtri.

Quod ſi non placeat virtutem operatiuam eſſe etiã in Miniſtro: Dicetur verba Sacramẽtalia nihilominus non habere virtutem, niſi quando à Deo mouentur vt inſtrumenta, non autem, vt ſic, à Deo moueri niſi quando cum intentione legitimâ pronuntiãtur ab eo cui miniſterium commiſit. Et ſic ſemper verba Sacramentalia dependentia erunt à miniſtri poteſtate atque voluntate.

[k] *ita Caiet 3. p.q.64.art.1. Sotus 4.diſt. 1. q.5.art.1. Ledeſmius ibidẽ.*

Quartò, Alioquin ſequeretur. 1. ſi pater dum puerum in balneo immergit, ſignaret eum cruce & diceret: *lauo te, vel baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.* Nimirum inuocans Deum, vt bene cedat illa lotio, & nihil de Sacramento cogitãs: puerum reuera ſuſcepiſſe Sacramentũ Baptiſmi. 2. [Si idem à ſomniante fieret] 3. Si Sacerdos dũ in menſa legeret Euangelium pronuntiaret ſine intentione conſecrandi, hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*: panem appoſitum in menſa eſſe conſecratũ: 4. Si aliquis, cùm Ancillam conducit diceret, *Accipio te in meam* ſupple *ancillam*, & illa *accipio te in meum* ſupple *herum*, tatũ inter eos eſſe matrimonij Sacramentum. Quæ omnia ridicula ſunt.

Denique contra Catharinum, intendere ſolùm actum externum non tanquam Sacramentalẽ, non eſt intendere facere quod intendit Eccleſia, ſed intendere ſimulare quod illa facit quomodo milites

coram Chriſto genua quidem flectebant, non tamen intendebant facere quod faciunt qui adorāt reges, ſed ſolùm ſimulare adorationem. Ergo Catharini opinio pugnat cum definitione Eccleſiæ, de intentione Miniſtri. Deinde intentionem actus externi nullus negare poterat: neque erat cur id definiret Concilium: cum ergo de intentione dumtaxat loquitur, agit de alia intentione nimirum intendere vti rebus externis vt Sacramenti rationem habent.

Soluuntur argumenta.

Cap. XXVIII.

[a] *aſſertione artic. 12.*

PRIMVM [a] Lutheri, verbum Dei quacumque intentione dicatur, excitat fidem in audiente. Sed fides eſt quæ iuſtificat, ergo verbum Sacramentale quâcūque intentione proferatur efficax eſt.

[b] *lib. de Miſſâ priuatâ.*

[b] Secundò, Alexander Epiſcopus ratum habuit Baptiſma ab Athanaſio per iocum aliis pueris collatum, legimuſque aliquos Gentiles, vnum ex ſuis baptizaſſe in Chriſtianorum irriſionem, ilicò tamen conuerſum vt aquam percepit.

Ad primi Maiorem [ſi intelligatur de verbo concionali aliquando veram, aliquando falſam eſſe vt patet] ſi de verbo Sacramentali ſecundum proprium effectum nimirum productionem gratiæ falſam eſſe. Ad minorem veram eſſe ſi cætera cum fide non deſint.

[Ad concluſionem ſi excitetur fides ex auditu ſolo Sacramentalium verborum, id non eſſe inquantum Sacramentalia propriè, ſed magis vt concionalia.]

[c] *ita Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram.*

Ad ſecundum [c] duobus modis per iocum Sacramenta conferri, vno vt qui ludunt, intendant

verè Sacramenta conferre,ſed ob recreandi finem: quomodo poſſent alij facere ob pecuniam lucrandam.Alio, vt qui ludunt intendant non verè Sacramenta conferre, ſed illudere, atque decipere: quomodo milites dicebant Chriſto, *Aue Rex Iudæorum*.Priori, valet Sacramentum : & hoc modo Athanaſius egit, vt ex [d] hiſtoria patet: poſteriori non valet.

Ille autem à gentibus Baptizatus, fuit [e] Geneſius Mimus, qui coram Diocletiano ægrotum ſe fingens,ac poſtulans Baptiſmum, vt myſteria noſtra rideret:ab Imperatore accerſitum Sacerdotem audiuit interrogantem quid peteret, repentè conuerſus Geneſius ſeriò reſpondit, ſe gratiam Chriſti recipere velle. Quare eum Sacerdos cum legitima intentione baptizauit, & ille cum intentione ſuſcipiendi verũ baptiſma gratiam Chriſti recepit.

Argumentum [f] Caluini. ſequeretur ex noſtra ſententia homines incertos eſſe de Sacramenti effectu,quòd nemo poſſit eſſe de intentione alterius certus.Sed ſimilis incertitudo contingit in pueris baptizatis qui tantùm ex relatione humana diſcunt ſe eſſe Baptizatos,& tamen à Lutheranis, & Caluiniſtis baptizantur. Quare non debet in hoc ſtatu vitæ homo quærere certitudinem infallibilem de ſua ſalute, aut iuſtificatione, cùm haberi nequeat,iuxta illud: *Cum timore & tremore ſalutem veſtram operamini*. Sed ſufficit ad quieſcendum animum certitudo probabilis, quam poteſt equidem habere, dumtaxat, baptizatus: cùm probabilibus rationibus videt miniſtrũ habuiſſe intentionem.

Kemnitius objicit [h] S. Aug.dicẽtem,expectandam eſſe reuelationem, vt ſciatur, num Baptiſmus collatus per iocum valeat. Addunt alij alium [i] locum, quo idem Aug. ait Baptiſmum collatum ab ebrio, valere. Deinde Innocentiũ 4. producit qui teſte, [k] Angelo ſenſit, ad veritatem Sacramenti non requiri, vt miniſter intendat facere quod Eccleſia facit: imò ſi intendat facere quod non facit

[d] *apud Ruffi. 10. hiſt. 14. Sozom. 2. cap. 16. Niceph. 8. cap. 40.*

[e] *apud Adonẽ Treuirenſem in Martyrologio 8. Kalend. Septembris â quo acceperũt Vincentius in ſpeculo libro 12. c. 102. Antoninus 1. par. tit. 8. cap. 1. § . 9. ſummæ hiſtorialis.*

[f] *in Antidoto & Kemnitij 2. par. Examinis.*

[g] *Philip. 2. v. 12.* μετὰ φόβου, καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.

[h] *7. de Baptiſmo 53.*

[i] *tract. 5. in Ioannem.*

[k] *in ſummâ.*

Eccleſia, nec id appareat, ſatis eſſe.

Ad primum locum Aug. eum dicere ſe de eâ re dubitâſſe, [l] quia in nullo Concilio definita fuerat. Nunc autem à Florentino, & Trident. Concil. generali definita fuit, quibus proculdubio acquieſceret Aug. ſi viueret, cum fuerint eo modo celebrata, quo Nicenum primum, cui acquieuit. Ad ſecundũ non dixiſſe ebriũ, [m] ſed ebrioſum. Ad Innocentiũ, illa verba: *Etiamſi gerat in mente non facere, quod facit Eccleſia* duobus modis intelligi poſſe. Primò, quòd non intendat facere actionem illam vt Sacramentalẽ ſicut Eccleſia facit: ſecundò, quòd nõ intendat iuſtificare hominem hâc ceremonia: prior non eſt ad mentem Innocentij, cum ibidem addat. *Dummodo intendat baptizare.* Et ter repetat Baptiſmum non eſſe ratum ſi miniſter intendat nõ baptizare, ſed tantum corpus lauare: poſteriorem Innocentius intelligit. illa autem: *Imo ſi contrarium gerat.* &c. de ſuo capite finxit Kemnitius.

[l] *nobis tutum eſt, in eâ non progredi aliquâ temeritate ſententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cæpta, nullo plenario Cõcilio terminata ſunt.*

[m] *qui certè poteſt rectam, & deliberatam intentionem habere.*

Catharinus obijcit. 1. D. Thomæ 3. p. q. 64. ar. 8. ad 2. quo docet ad perfectionem Sacramenti ſatis eſſe intentionem Eccleſiæ, quæ exprimitur in ipſa forma verborum, nec aliud requiri ex parte Miniſtri. Et in 4. [n] diſt. 6. Non requiri mentalem intentionem Miniſtri: ſed ſufficere expreſſionem verborum, in qua continetur intentio Eccleſiæ. 2. [o] Chryſoſtomum, *Sacerdos* (inquit) *linguam, & manus præbet. Neque enim iuſtum eſt propter alterius malitiam, ad Salutem noſtram accedentes offendi.* 3. [p] Nicolaum Papam, docentem ſufficere baptizari, in Nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti vt baptiſmus valeat, Intentionis autem nullam mẽtionem agere.

[n] *q. 1. art. 2.*

[o] *homil. 85. in Ioannem.*

[p] *in reſponſione ad Conſulta Bulgarorum.*

4. Nimis videtur durum, poſuiſſe Deum ſalutẽ hominum in arbitrio impij miniſtri. 5. Cùm Dominus per ſeruum contrahit cum alio, vel munera mittit, nihil refert qualis ſit intentio ſerui.

Ad 1. D. Thom. nihil minus velle quam quod Catharinus. ibidem enim in corpore articuli do-

cet debere determinari ea quæ in Sacramento fiunt, per intentionẽ Miniſtri, quia ex ſe alioquin ad multos vſus detorqueri poſſint. Et in reſpõſione ad primum debere miniſtrum, quòd ſit inſtrumentum animatum, ſeipſum applicare ad opus per intentionem, qua intendat facere quod facit Chriſtus, & Eccleſia. Item art. 10. requiri in miniſtro, intentionem conferendi Sacramentum, non autem iocandi, &c. Quare ad loca pro Catharino reſpondeo, non loqui D. Thom. de perfectione Sacramenti ſimpliciter, ſed de perfectione requiſita, vt humana certitudine ſimus certi, validum eſſe Sacramentum. De hac enim certitudine obiectionem formauerat ſecundam, in illo art. q. 64. Alioquin, ſi vellet ſufficere ad perfectionem Sacramenti in ſe, ſolam prolationem verborum ſine intentione, niſi pronuntiandi huiuſmodi verba: non erat cur adderet, *niſi exprimatur contraria intentio Miniſtri, vel ſuſcipientis.* Si enim intentio non exigitur: etiamſi contrarium exprimat, dummodo pronuntiet verba, æquè benè baptizabit Miniſter ac ſi non exprimeret contrarium. Ergo hanc clauſulam addidit, ſolùm vt oſtenderet certitudinem humanam de Baptiſmo haberi, niſi exprimat Miniſter, vel ſuſcipiens ſe habere intentionem contrariam intentioni requiſitæ Miniſtro, vel ſuſcipienti.

Ad 2. Chyſoſtom. nihil aliud velle, quàm non eſſe iuſtum Sacramenta pendere ab eâ qualitate miniſtri, quæ non eſt omninò neceſſaria miniſterio, qualis eſt probitas, non autem intentio, ſine quâ miniſter non eſſet miniſter, cui commiſſa eſſet applicatio particularis Sacramentorum. Si enim vellet Chryſoſt. malam voluntatem miniſtri nullo modo poſſe nocere alteri, ſequeretur ſi miniſter nollet baptizare infantem, cùm non ſit alius qui baptizet, infantem verè baptizatum eſſe.

Ad 3. Nicolaum non fuiſſe ſollicitum de intentione, tùm quòd ordinariè adeſt, tùm quòd de internis non iudicat Eccleſia.

Ad 4. non eſſe durum ſi Deus permittat aliqua, ne violentiam inferat naturæ hominis, aut ordinem quem præſcripſit inuertat. alioquin cur permittit tot infideles & infidelium infantes perire?

Ad 5. contractus factus à Domino per ſeruum, non requirit intentionem ſerui, quòd actio ſerui ſit tantùm exhibitiua, vel ſignificatiua voluntatis Domini, non autem practica, & operatiua alicuius effectus: ſiue quia ſeruus non determinat voluntatem, aut ordinationem Domini ad aliquod particulare, ſed determinatam exprimit tantum. At Miniſter, & determinat Sacramenta ad particularia, & eius verba ſunt ſignificatiua & operatiua.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

DE EFFECTV, NVMERO, ET CÆREMONIIS Sacramentorum.

Quid quæritur cum diſputatur de efficaciâ Sacramentorum ex opere operato?

CAP. PRIMVM.

NON quærimus primò: *propriane virtute operetur Deus, an externis ſymbolis reſignet vices ſuas*, vt mentitur [a] Caluinus, id enim quærere eſt, *an Sacramenta ſint primariæ cauſæ*, quod nulli adhuc in mentem venit. [a] 4. *Inſtit.* 14. § 17.

Neque, *an ex opere meritorio, ſiue dignitate operis, vel miniſtri, vel ſuſcipientis, Sacramenta efficaciam habent*, vt nobis imponit [b] Kemnitius. Omnes enim catholici opponunt opus operatum, operi operantis: & per opus operantis intelligunt meritorium opus: contendunt autem Sacramenta non pendere à bonitate Miniſtri, aut meritorio ſuſcipientis opere: cum ſæpè ex iniuſto faciant iuſtum: iniuſtus verò opus meritorium facere non poteſt. Neque, *an conferant gratiam ſine fide, & bono motu ſuſcipientis*: ita vt vis operis operati ſit excogitata ad excludendam fidem, & pœnitentiam internam in iuſtifica-

[b] 2. *part. Examinis p.* 95. & *Calninus in Antidoto ſeſſ.* 7. *can.* 8.

tione vt [c] Lutherus, [d] & Kemnitius catholicis tribuunt. Requirimus enim in adultis fidem, & pœnitentiam.

[c] *libro de captiuit. Babyl. cap. de Baptiſmo.*

[d] *ſupra pag.* 125. *& Caluin. in Antidoto canonis* 5. *&* 8. *ſeſſ.* 7.

Sed quæritur, *an vi ipſius actionis externæ, Sacramentalis quæ opus operatum dicitur, Sacramenta efficaciam habeant.*

Kemnitius tamen nititur ſuam, & Lutheri ſententiam probare. Primò, ſi opus operatum requirat fidem, & motum bonũ internũ, tantũ autẽ excludat dignitatem miniſtri: Ergo Sacramenta legis antiquæ conferebant gratiam ex opere operato, in his enim requirebatur fides, & ille motus, nec miniſtri malitia, verbi gratia, Circũcidentis officiebat Circunciſioni. At id negant Scholaſtici: igitur vt opus operatum ſolis nouæ legis Sacramentis conueniat, excludit fidem, & motum bonum.

Ad antecedens, non requiri fidem, & illum motũ vt cauſas efficientes gratiæ Sacramentalis ex opere operato, requiri tamen in adultis vt diſpoſitiones.

Ad conſequens, hæc & ſimilia, in antiquâ lege, fuiſſe in genere ſuo, cauſas ita gratiæ, vt nihil Sacramenta ad gratiam efficienter conferrẽt: niſi fortè Circunciſio quam volunt nonnulli cõtuliſſe gratiam ex opere operato. & proinde huiuſmodi Sacramentorum gratiam, ex opere operantis fuiſſe.

Secundò, [e] Gabriẽlẽ docere tunc eſſe opus operatum, cum non requiritur internus motus.

[e] 4. *diſt.* 1. *q.* 3.

Reſpondeo, ſubiungere Gabriẽlem, *quo motu, de congruo vel de condigno mereatur gratiam*, ſcilicet Sacramentalem. Quare non excludit Gabriel motum internũm, diſponentem ad gratiam Sacramentalem, ſed meritorium gratiæ Sacramentalis.

Tertiò, [f] Paludanum aſſerentem, non requiri in Sacramentis vt homo ſe diſponat ſed diſpoſitionem effici ab ipſo Sacramento, atque hoc eſſe, cauſare gratiam ex opere operato.

[f] 4. *diſt.* 1. *q.* 1. *concluſ.* 2. *probati* 4.

Reſpondeo, non loqui de diſpoſitione, quæ ſit motus internus ſuſcipientis, vt fides & pœnitentia, quos motus [g] aſſerit in Sacramentis requiri: ſed de

quadam diſpoſitione vltima, ad quam putat continuò gratiam ſequi, eamque diſpoſitionem eſſe caracterem in tribus Sacramentis, in aliis ornatum quemdam animæ. Cum enim exprimere vellet Paludanus quomodo Sacramenta efficerent gratiam, excogitauit illam ſententiam: de qua, Scholaſticorum eſt, diſputare. [g] *d.4.q.5.*

Quartò, [h] Marſilium diſtinguere opus operatum contra deuotionem internam operantis. [h] *in 4. q. 2. art. 2.*

Reſpondeo, diſtinguere, non vt excludat omninò, ſed tantum ab efficientia.

Quintò, D. Thom. Palud. & Gabriel docere Miſſam prodeſſe etiam ex opere operato, impœnitentibus.

Reſpondeo, loqui de Sacrificio non de Sacramento: prodeſt autem per modum impetrationis, vt conuertantur impœnitentes.

Sextò, Catholicos inde probare Sacramenta conferre gratiam ex opere operato, quòd Baptiſm⁹ proſit paruulis, ſine vlla fide, aut motu interno: Ergo pariter fidem, & motum internum excludũt in adultis. Ad antecedens, rectè inde probare Catholicos efficaciam Sacramentorum non pendere à qualitate ſuſcipientis ſimpliciter loquendo.

Ad conſequens negatur. Ideo enim excludunt fidem, & motum in paruulis, quia non requiruntur vt diſpoſitiones, requiruntur autem in adultis. Etſi vtrinque gratia ſacramentalis conferatur ex opere operato.

Septimò, cum de opere operato Scholaſticorum ſententiæ varient, & alij non requiri fidem, alij requiri velint, [i] Concilium Trident. ſeſſ. 7. can. 8. de Sacramẽtis in genere, admittit ſimpliciter opus operatum, nec ad hanc vel illam opinionem reſtringit, Cenſetur ergo omnes approbaſſe.

[i] *Si quis dixerit per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam cõſequendam ſufficere: anathema ſit.*

Sed 1. falſum eſt variare dumtaxat Scholaſticorum opiniones: 2. quamuis variarent non tamen propterea omnes à Concilio approbari. Sed tantùm generaliter definire voluiſſe Sacramenta

conferre gratiam ex opere operato.

Octauò, poſtquam definiuit eod. can. Sacram. conferre gratiam ex opere operato can. 12. definit Sacramenta non pendere ex dignitate Miniſtri. Niſi ergo idem ineptè repetat, hæc duo diſtinguit: & ſic opus operatum non erit ſimpliciter, non pendere ex dignitate Miniſtri, ſed aliquid aliud: nimirum, non requiri fidem ſuſcipientis.

Reſpondeo hæc duo quidem diſtingui, prius enim affirmationem ſonat, nimirum Sacramenta vi ſuâ efficere gratiam, idque intendit Concil. definire can. 8. poſterius verò [k] negationem, quam definit can. 12. quæ ex illa ſequitur affirmatione. Illud autem aliquid aliud, quod in opere operato importatur, non eſſe non requiri fidem, ſed eſt illa huiuſmodi affirmatio. Nono Concil. in iſto can. 8. Opponit opus operatum fidei, ergo intelligit excludi fidem per opus operatum.

Negatur antecedens Concil. enim diſertè exprimit, ſe dicere anathema tãtùm cuicumque affirmauerit ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere. Et quamuis dixiſſet fidem ſimpliciter, non addita particulâ, *Solam*, negaretur conſequens: quòd tantum excluderet Concil. fidem ab efficientiâ, non autem diſpoſitione gratiæ.

Sententia hæreticorum de efficacia Sacramentorum.

CAP. II.

MESSALIANI [a] docebant Sacramentis non iuſticari homines, ſed ſolis precibus: [b] Lutherani & [c] Caluiniſtæ: etſi interdum dicant Sacramenta *eſſe cauſas inſtrumentales gratiæ, conferre gratiam, efficacia eſſe*: ſemper tamen intelligunt,

[a] *apud Damaſcen. libro de hæreſibus.*
[b] *Lutherus homilia 1. de Baptiſmo an 1535. edita circa principium 2. part. Kemnitius 2. par. exam. pag. 98*
[c] *in Antidoto canonis. 5. & 6. ſeſſ. 7.*

mediante fide: id eſt, nihil ipſa agere niſi repræſentatione, inſtar picturarum excitando fidem. Et proinde reuera negant Sacramenta gratiam efficienter conferre vt etiam [d] Armeni & noui quidam Cathari.

[d] *apud Guidonem Carmelitam.*

Sacramenta ex opere operato conferre gratiam probatur ex Teſtamento nouo.

CAP. III.

NE fruſtra laboremus, ſimul [a] probandum eſt aliter eſſe cauſam Sacramenta, quam concionem.

Primò, Lucæ 3. [b] *Ego baptizo vos aqua* (inquit Ioannes) *ille vos baptizabit Spiritu ſancto.* Quibus verbis tantum diſcrimen ponitur inter efficaciam Baptiſmi Ioannis, & Chriſti, quantum eſt inter aquam, & Spiritum. At Baptiſmus Ioannis erat efficax ad alendam fidem, non minus quam Baptiſma Chriſti. Aderat enim ablutio externa, & [c] verbum promiſſionis, [d] in fide Mediatoris. Igitur efficacia Baptiſmi Chriſti, ſignificata per ſpiritum, importabat aliud: nempe gratiam.

Reſpondet quidem [e] Caluin. Baptiſmum Ioannis, & Chriſti eandem efficaciam habuiſſe, & in hoc tantùm diſtingui, quòd Ioannes erat miniſter externi ritus, Chriſtus verò author internæ ſanctificationis. Sed hac [f] de re infra [dicam tamen, vel Chriſtus per ſuum Baptiſma tanquam inſtrumentum efficax conferebat iuſtificationem, vel non. Si poſterius ergo non baptizabat in Spiritu ſancto: quia etſi conferebat gratiam, non tamen per Baptiſmum, ſiue actione baptizandi: niſi velis, *baptizare in Spiritu ſancto*, nihil aliud eſſe quam effundere, vel mouere aquam: ſi prius habemus qui-

[a] *Nam ad omnia teſtimonia noſtra ſolent reſpondere Sacramenta eſſe veras gratiæ cauſas, ſed fidem excitando, inſtar concionis.*

[b] *v.16. ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, &c. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Item Math. 3. v. 11. Marci 1. v. 8. & Ioan. 1. v. 26. cum 33.*

[c] *Lucæ 3. v. 3. Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ, in remiſsionem peccatorum.*

[d] *Actor. 19. v. 4.*

[e] *in 19. Actor.*

[f] *libro de Baptiſmo c. 19. 20. 21. 22.*

dem Sacramenta Chriſti conferre gratiam ex opere operato. Sed vltra vel per Baptiſmũ Ioãnis tanquam per inſtrumentum efficax etiam Chriſtus cõferebat ſanctificationem: vel non: ſi non ergo non erant hæc duo Baptiſmata eiuſdem efficaciæ: ſi cõferebat, ergo Ioannes baptizabat etiam in Spiritu ſancto: quamuis vt miniſter, reuera enim applicabat Sacramentum quod reuera efficiebat ſanctificationem.]

Secundò, [g] *qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit.* Hîc tribuitur Baptiſmo vis ſaluandi. At non ſaluat, niſi iuſtificando. Nec dices ſaluare excitando fidem. Tunc enim fides, eſſet Sacramenti effectus. At præmittitur. Ineptum eſt autem primo ponere effectum, deinde cauſam, ſicut dicere: *Qui curatus fuerit, & acceperit medicinam ſanus erit.*

[g] *Marci vltimo v.16. ὁ πιστεύσας καὶ ὁ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται, qui verò non crediderit cõdemnabitur.*

Tertiò, [h] *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt intrare in regnum Dei.* Quid eſt autem renaſci ex aquâ niſi renouari ſpiritu per gratiam? Neque dicas renaſci ex aquâ eſſe renaſci ex fide quam excitat aqua. Tunc enim propoſitio Chriſti eſſet falſa: 1. quia multis alijs modis, quam per aquam fides excitari poſſit. [2. quia in infantibus dum baptizantur ipſa non excitatur fides, & cùm adoleuerint prius debet excitari per verbum, & tunc iuxta aduerſarios erunt iuſtificati, iuxta nos verò, ſi habeant præterea gratiam. At fieri poteſt vt in eo moriantur ſtatu, antequam quidquam cogitauerint de ſuo Baptiſmo. Igitur ſaluabuntur ſine huiuſmodi aquâ excitante fidem.]

[h] *v. 5.*

Deinde cum nihil præmiſiſſet Chriſtus de fide: quis cogitare potuiſſet eum ibi tradere rationem excitandæ fidei. Potius ergo debuiſſet dicere *Niſi quis renatus fuerit ex verbo, & Spiritu ſancto.* Nam per verbum ſolet excitari fides.

Quare ſimpliciter negauit [i] Caluinus hic de Baptiſmo agi: ſed tantùm de interna renouatione atque ſenſum eſſe, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, id eſt Spiritu ſancto,* qui inſtar aquæ mundat vt patet ex

[i] *in hunc locũ, & 4 inſtit. 16. §. 25.*

ſimili: *Ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne*, vbi per ignem intelligitur Spiritus ſanctus.

Contra omnes [k] ſcriptores hactenus hunc locum intellexerunt de Baptiſmo. Nec ſimile illud Caluini valet 1. quia per, *ignem* rectè intelligi poteſt, non Spiritusſanctus, ſed ignis viſibilis qui in Apoſtolos deſcẽdit. 2. ignis poſtponitur Spiritui-ſancto. At non eſt abſurdum poſt vnum vocabulum, aliud poni quo prius declaretur. Abſurdum autem primo declarationem ponere, deinde quod declaratur. Negari autem non poteſt quin ſi aqua pro Spiritu ſancto accipiatur, ponatur ad declarandum effectum Spiritusſancti qui eſt mundare. 3. ſi valeret expoſitio Caluini, malè aqua coniungeretur cum verbo renaſcendi, aqua enim, ſi tantum inſpiciatur eius ſignificatio, non gignit, ſed lauat, atque refrigerat. Quare Chriſtus debuiſſet dicere, *Niſi quis mundatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto*, vel *renatus ex ſemine & Spiritu ſancto*: non ergo ibi aqua ſolum declarat effectum Spiritusſancti, ſed propriè ſignificat aquam, vt concurrit Sacramentaliter ad ſpiritualem regenerationem.

Quartò [l] Acto. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in remiſſionem peccatorum* Item [m] *Quid moraris, baptizare? & ablue peccata tua.* Quibus locis tribuitur Baptiſmo remiſſio peccatorum. Nec dici poteſt id fieri quod Baptiſmus excitet fidem. Nã quos alloquitur Petrus Acto. 2. iã crediderant. Audita enim concione Petri compuncti ſunt corde, & dixerunt: [n] *Quid faciemus viri fratres?* Petrus autem non dixit, *oportet credere* vel *magis credere*, ſed *pœnitentiam agite.*

Reſpondet Caluin. baptizari in remiſſionem peccatorum, ſeu abluere peccata, nihil aliud eſſe quam accipere teſtimonium, ſeu ſigillum acceptæ iuſtificationis, idque ad confirmandam fidem. Sed præterquam quod oſtenſum eſt Sacramenta non poſſe eſſe huiuſmodi ſigilla. Quis eſt iſte tropus, quo actio ſignificata per ſignum, ponatur ad ſigni-

[k] *vt Iuſtinus Apolog. 2. Tertull. libro Baptiſ. Cyprian. 3. ad Quirinum c. 23. Ambr. 3. de Spirituſancto 11. Hieron. in 16. Ezechiel. Baſil. Naziãz. Nyſſen. ſerm. de Baptiſmo.*

[l] v. 38. μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, *In nomine Ieſu Chriſti*, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

[m] *Actor. 22. v. 16.* τί μέλλεις, ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου.

[n] v. 37. τί ποιήσωμεν ἄνδρες ἀδελφοί.

[o] *in 2. Actor. & 4. Inſtit. 15. §. 18.*

ficandum ſignum, & futura ad ſignificandam præteritam? Sicut qui diceret, imperatori victori, *vince hoſtes*, id eſt, *accipe triumphum in ſignum victoriæ præteritæ*. Nec enim *Vince hoſtes*, id ſignificare poteſt.

Quintò, [p] Actor. 8. & [q] 2. ad Timoth. 1. dicitur dari Spiritusſanctus, & gratia per Impoſitionem manuum. Et quamuis hæc loca de Confirmatione, & Ordinatione ſoleant intelligi, quæ apud multos aduerſarios non ſunt propriè Sacramenta: tamen, cùm inde probemus Sacramenta, quæ ipſi volunt impropria, gratiam conferre, quanto magis propria?

Sextò, [r] *Vnum corpus multi ſumus omnes qui de vno pane participamus* ſiue vt eſt in Græco οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν *Omnes enim ex vno pane participamus.* Id autem quomodo? niſi quia panis ille alit, & auget vitam huius corporis myſtici, ſicut ideo colligimus aliqua membra eſſe eiuſdem corporis phyſici, quando idem cibus alit hæc omnia mẽbra.

Septimò, [s] *Chriſtus dilexit Eccleſiam mundans eam lauacro aquæ* Item, [t] *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.* At ſi propriè tanquam cauſa inſtrumentali non mundaremur interius aquâ, ſed tantum eſſet Symbolum efficax, quo Deus ſe oſtẽderet ſimul operari, non magis propriè diceremur mundari per quamlibet aliam actionem quæ tunc ſimul fiat, etiam excitando fidem, quam per aquam.

[p] *v.* 17. *Et* 18.
[q] *v.* 6.
[r] 1. *Cor.* 10. *v.* 17. ὅτι εἷς ἄρτος, *Quoniã vnus panis*, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. *Similis locus habetur ca.* 12. *v.* 13. *In vno ſpiritu nos omnes in vnũ corpus baptizati ſumus.*
[s] *Epheſ.* 5. *v.* 25. ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, *& ſeipſum tradidit pro ea v.* 26. ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ. *vt eam ſanctificaret* καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι.
[t] *Tit.* 3. *v.* 5.

Idem probatur ex vaticinijs prophetarum, & figuris.

Cap. IIII.

PRIMO, Iſaiæ primo, [a] *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum,* &c. [b] *Lauamini, mundi eſtote.* Quæ verba vterque [c] Cyrillus [d] Baſil. [e] Theodor. & [f] Hierony, de Bapt ſmo intellexerunt: ac ſi dixiſſet,

[a] *v.* 11.
[b] *v.* 16.
[c] *Hier. Catec.* 1. *Alexãdr. in hunc locum.*
[d] *orat.* 13.
[e] *in Pſal.* 50.
[f] *in hunc locũ.*

vt Hierony. explicat. *Pro ſuperioribus victimis, & holocauſtis, Euangelij mihi placet religio, vt baptizemini in ſanguine meo, per lauacrum regenerationis, quod ſolùm poteſt peccata dimittere.* Illud autem *ſolum*, non excludit niſi cæremonias & ſacrificia Iudaica.

Secundò Ezechiel. [g] 36. *Effundam ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* De Baptiſmo intelligunt [h] Hierony. Theodo. [i] Cyprianus.

Tertiò, Mich. [k] 7. *Proiiciet in profundum maris omnia peccata veſtra.* De Baptiſmo, [l] Hieronymus [m] Auguſt. [n] Rupertus. At quod in mare proiicitur, non ſolùm ſignificat extingui, ſed reipſa vi extinguitur aquæ.

Quartò, Zach. 13. [o] *In die illa eris fons patens domui Iacob*, in ablutionem peccatoris. De Baptiſmo [p] Hierony. Rupertus.

Prima figura Geneſ. 1. [q] *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas* nimirum vt eas redderet fœcundas, ſicut in [r] Hebræo exprimitur. Inde namque erant procreandi piſces, & aues. Hoc autem geſſiſſe figuram Baptiſmi qui conſtat ex aqua & Spiritu ſancto docent [s] Tertull. & [t] Hierony: vt igitur aqua initio mundi à Spiritu ſancto vitalem quamdam vim accepit, vt procrearet animalia, ſic & Baptiſmus à Spiritu ſancto vim accepit nouos procreandi [u] homines.

Secunda, eſt [x] aqua diluuij ſaluante realiter, & non figuratè, Noe & reliquos in arca.

Tertia, [y] Circuncíſio, ad quam Paulus reſpicit, Coloſſ. 2. At Circunciſio verè, & efficienter carnem abſcindebat.

[g] *verſ. 25.*
[h] *in hunc locũ.*
[i] *lib. 1. Epiſt. vltim. & lib. 4. Epiſt. 7.*
[k] *v. 19.*
[l] *Epiſt. 83.*
[m] *in Pſal. 113.*
[n] *in hunc locũ.*
[o] *v. 1.*
[p] *in hunc locũ.*
[q] *v. 2.*
[r] מְרַחֶפֶת *Merachepheth incubabat: ſcilicet more gallinæ nidum ſuum fouentis & oua calore animantis. ita Hieron. qq. in Geneſ.*
[s] *libro de Baptiſmo.*
[t] *Epiſt. 83.*
[u] *quos propterea Tertullianus vocat piſces, quod naſcantur ex aquis: eáque de cauſâ literæ capitales verſuum Sybillinorum reddunt ἰχθὺς, id eſt, Piſcis. Ieſus Chriſtus, Dei Filius Saluator: ἰησοῦς, χριστὸς, θεοῦ υἱοῦ σωτήρ. vt Optatus annotauit 3. in Parmen. Aug. 18. Ciuit. 23.*
[x] *Geneſ. 7. ac 1. Petri 3. v. 20. & 21.* [y] *Geneſ. 17.*
[z] *v. 11. Circunciſi eſtis non Circunciſione manufactâ, in expolitiano corporis, ſed in circunciſione Chriſti.*

Digitized by Google

Quarta, ſubmerſio [a] Ægyptiorum in mari, & tranſitus realis filiorum Iſrael, de quo Paulus 1. Corinth. 10.

Sexta Numer. 19. aqua luſtrationis, quam fuiſſe figuram Baptiſmi docet [c] Auguſt. In hac autem expiatione tria requirebantur: cinis vaccæ ruffæ, qui Chriſti mortem, & merita ſignificabat, aqua quæ Baptiſmum, hyſſopus, humilis herba radices habens in petra, fidem, ſine quâ adultis Baptiſma non prodeſt. Sicut ergo in illa expiatione hyſſopus non mundabat, ſed aqua vim habens ex cinere vaccæ, & hyſſopo aſperſa, ſic in Baptiſmo non eſt fides quæ propriæ, vel efficienter purgat peccata, ſed aqua vim habens ex Chriſti paſſione vt meritoria cauſa, & fide ſuſceptâ, vt diſpoſitione. Ad has expiationes tùm figurantem, tùm figuratam reſpexit Dauid dicens: *Aſperges me Domine hyſſopo,* &c. Pſal. 50. v. 8.

Septima [d] teſte Ambroſ. tranſitus realis filiorũ Iſrael per Iordanem Ioſue 3. & 4.

Octaua, [e] eodem teſte, vera, [f] & realis cura à leprâ Naaman Syri, lauacro Iordanis.

Nona [g] probatica piſcina, teſtibus [h] Tertul. [i] Ambroſ. [k] Chryſoſt. Cyrillo, Theophyl.

Decima, [l] aqua Siloe per quam illuminatus eſt inſtrumentaliter cæcus natus. Ita [m] Ambroſ. & [n] Auguſt.

Vndecima Exodi 16. Manna, & 17. aqua de Petra, illud Euchariſtiam hęc Baptiſmum ſignificans. 1. Corinth. 10.

---

a *Exod.* 14.
b *u.* 2. *cum* 11.
c *in qq. ſuper Numer. c.* 33.
d *in illud Lucæ* 1. *Ipſe præibit in ſpiritu, &c. & Aug. in illud Pſal.* 113. *Et tu Iordanis conuerſus es, &c.*
e *in* 4. *Lucæ &* 2. *de Sacram.* 4.
f 4. *Regum.* 5.
g *Ioan.* 5.
h *ſupr.* 1. *lib.* 1. *de Spiritu ſancto,* 7.
k *in hunc locũ.*
l *Ioan.* 9.
m *epiſt.* 75.
n *tract.* 44. *in Ioan.*

Idem probatur ex Conciliis.

Cap. V.

Nicaenum, [a] *Baptiſma noſtrum* (inquit) *non oculis corporis conſiderandum eſt, ſed mentis oculis aquam vides, conſidera virtutem Dei in aquis abſconditam.* [b] Conſtantinop. I. *Credimus vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum.* [c] Mileuitanum, *Paruuli qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.* At in eis non poteſt Baptiſmus eſſe cauſa remiſſionis excitando fidem. [d] Arauſicanum.2.poſtquam dixiſſet fidem à Deo inſpirari, vt Baptiſma fideliter recipiatur: *Hoc etiam* (inquit) *ſecundum fidem Catholicam credimus, quòd accepta per Baptiſmum gratia omnes baptizati Chriſto adiuuante, & cooperante quæ ad ſalutem pertinẽt, poßint, & debent ſi fideliter laborare voluerint, adimplere.* Florent. in decreto vnionis Trident. ſeſſ. 7.can.6. *Si quis dixerit Sacramenta noua legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam, non ponentibus obicem non conferre quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeßionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus anathema ſit.* item can. 7. & 8.

[a] *è Græco verſum ab Alphõſo Piſano, in caput inſcriptũ* διατύπωσις *doctrina de Baptiſmo, ante octauum canonem.*
[b] *in Symbolo.*
[c] *can. 2.*
[d] *can.25. circa medium.*

Ex patribus Græcis.

Cap. VI.

Ivstinvs [a] cum præmiſiſſet neminem adduci ad Baptiſmum antequam credat: *Remißionem* (inquit) *peccatorum conſequimur in aqua.*

[a] *Apologiâ ad Antoninum.*

Clemens [b] Alexand. *Multis modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, & lauacrum: lauacrum quidem per quod peccata abſtergimus, gratia autem quâ remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur.* [c] *&c.*

Origenes: [d] *paruuli baptizantur in remiſsionem peccatorum.*

Cyrillus [e] *Magnum eſt ſanè propoſitum hoc Baptiſma, captiuitatis liberatio, peccatorum remiſsio, animæ regeneratio, currus ad cælum,* &c.

Baſil. [f] reſpondens obiectioni hæreticorum. *Si ideo Spiritusſanctus eſt æqualis Patri & Filio, quia in ipſo baptizamur: igitur aqua erit æqualis patri & filio, quia in ipſa baptizamur.*

Reſpondet, *Si qua eſt in aqua, gratia, non ex aquæ natura eſt, ſed ex præſentia ſpiritus.* At iuxta aduerſarios ſufficeret dicere. *Quia nihil efficit aqua.*

Gregor. Nyſſenus, *Baptiſma peccatorum expiatio eſt remiſsio delictorum, renouationis, & regenerationis cauſa.* Item. [h] *Si quis mihi dubitando, & ambigendo negotium exhibeat interrogans, qua ratione aqua regeneret, dicam optimo iure ad eum, oſtende mihi modum natiuitatis quæ ſit ſecundum carnem: dices fortaſſe: ſemen cauſa hominis effectrix eſt. Audi igitur contra à nobis, quòd aqua, quæ benedicitur purgat, & illuminat hominem.*

Chryſoſto. [i] *Quod illîc operatur Circuncißio in depoſitione carnis, id agit hîc Baptiſmus in depoſitione peccatorum.*

Cyrill. [k] Alter: *Quemadm. viribus ignis intenſius aqua calefacta, non aliter vrit, quam ipſe ignis, ſic Spiritusſancti operatione aqua, qua baptizati corpus reformatur ad diuinam virtutem, & potentiam.*

Theodoret: [l] Qui ex nouo Teſtamento vitam inſtituunt, per ſanctiſſ. Baptiſmum animam expurgant, & à prioribus maculis liberam reddunt conſcientiam. Damaſc. 4. de fide 10 Theophyl. in 3. & 5. Ioannis Oecumenius in 10. ad Hebræos.

[b] 1. *Pædag.* 6.

[c] *Illuminatio autem per quã ſanctam illam, & ſalutarem lucem intuemur: perfectũ autem dicimus, cui nihil deeſt. Quid enim ei deſit, qui Deũ nouit?*

[d] *Homil.* 14. *in* 2. *Lucæ.*

[e] *præfat. Catecheſeon.*

[f] *libro de Spiritusſan. cap.* 15. *vide etiam Nazianz. orat. in Sancta lumina, & orat. in ſanctum lauacrum.*

[g] *lib. de Baptiſmo.*

[h] *ibidem infra.*

[i] *homil.* 39. *in Geneſ. item homil.* 24. & 25. *in Ioannem.*

[k] *libro* 2. *in Ioannem c.* 42.

[l] *in* 10 *ad Hebræos.*

Soluuntur

Ex Latinis.

Cap. VII.

Tertvll. [a] *Caro abluitur vt anima emaculetur, caro vngitur, vt anima conſecretur*, [b] &c.

Cyprian. [c] *Qui poßibilis aiebam tanta conuerſio?* nimirum renaſci per aquam, ſubiungit, *ſed poſtquam vndæ genitalis auxilio, ſuperioris æui labe deterſa in expiatum, pectus ac purum deſuper ſe lumen infudit*, &c.

Lactantius [d] *Cùm homo cæleſti lauacro purificatus, exponit infantiam cum omni labe vitæ prioris, & incremento diuini vigoris accepto, fit homo perfectus ac plenus.*

Syluester [e] Papa, *Hæc aqua, diuina virtute per inuocationem Trinitatis concepta, ſicut extra, corpus hominis abluit, ita animum intra à ſorde, & inquinatione mundās ſplendidiorem radijs ſolaribus efficit.*

Ambroſ. [f] *Impoßibile videbatur vt peccatum ablueret aqua, &c. ſed quod impoßibile erat, Deus fecit poßibile eſſe, qui tantam nobis donauit gratiam.* Hieron. Epiſt. 83. & Dialog. conta Luciferianos.

Optatus, [g] *Baptiſma Chriſtianorum, Trinitate confectum, confert gratiam: ſi repetatur facit vitæ iacturam.*

Auguſt. [h] *Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideò contempta ſacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas.*

Leo, [i] *virtus altißimi, & obumbratio Spiritus ſancti quæ fecit vt Maria pareret, eadem fecit vt regeneret vnda credentem.*

Gregor. lib. 9. [k] Epiſt. 39. & Bernard. ſerm. de cæna Domini.

Philippus [l] Melancthon nihilominus audet aſ-

[a] *de Reſurrectione carnis.*
[b] *caro ſignatur vt anima muniatur: caro manus impoſitione adumbratur vt anima ſpiritu illuminetur: caro corpore Chriſti & ſanguine veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur.*
[c] *2. Epiſt. 1.*
[d] *7. de diuino proemio cap. 5.*
[e] *apud Nicephorum. 7. cap. 33.*
[f] *2. de Pœnit. 2.*
[g] *5. cōtra Parmenian.*
[h] *19. contra Fauſtum 11. Item 4. de Baptiſmo. 22.*
[i] *ſerm. 5. de Natali domini.*

[k] *Qui dicit peccata in Baptiſmo funditùs non dimitti, dicat in mari rubro, Aegyptios non veraciter mortuos.* [l] *in Apologia art. 13.*

ſerere PP.nihil dumtaxat pro nobis dicere. [m] Luther contemnit teſtimonia PP. [n] Caluinus ait hyperbolicè loquutos. Contra 1.PP. vt plurimum referunt hos mirabiles effectus ad omnipotentiam Dei,cuius non eſt opus, in hyperbolicis loloquutionibus. 2. Chryſoſt. homil.4.ad baptizandos,apertè ait ſe non hyperbolicè loqui.Et [o] Auguſt.eos qui non credunt,poſſe fieri vt paruuli ſine fide actuali per Sacramentum ſaluentur, infideles vocat. At non eſt infidelis qui non credit verum, id quod hyperbolicè dicitur. 3 quomodo fieri poteſt tot PP. Græcos, & Latinos in libris dogmaticis & Epiſtolis,vel commentarijs ſcripturæ , in re adeò graui hyperbolicè loquutos?Pari ergo ratione dici poterit in aliis fidei dogmatibus ſimili hyperbole vſos. [p] Kemnitius ergo fatetur propriè loquutos:ſed hæc omnia detorquet ad efficientiam per fidem, id eſt Sacramenta excitare obiectiuè fidem:quod ſupra refutatum eſt.

[m] *libr. contra Cochlæum.*

[n] *4. Inſt.14. §. vltimo.*

[o] *epiſt. 23.*

[p] *2. parte Exam.p.98.*

Idem rationibus probatur.

CAP. VIII.

PRIMA, Baptiſmus rectè adhibetur non intelligentibus, vt infantibus,amentibus,ſurdis, & ignorantibus linguam in qua baptizantur: aliàs eſſent rebaptizandi , quod tamen nec quidem aduerſarij faciunt. At fruſtra [a] illis adhiberetur Baptiſmus ſi inſtitutus tantum eſſet ad excitandam fidem , inſtar concionis,& non immediate efficiendam ſanctitatem. Ergo hanc ſanctitatem immediate conferunt.

[a] *quia nequit excitare fidem niſi ex auditu & intelligentiâ.*

Secunda , non eſſet vlla cauſa , cur adhiberentur Sacramenta hominibus doctis , cùm legere poſſint ſcripturas , vel etiam imperitis qui conciones audiunt, vel vident Baptiſma depictum in tabulâ,hæc

enim omnia æquè poſſunt obiectiuè excitare fidē.

Tertia, ſuperfluum cenſeretur baptizari ſingulos. Nam ſufficeret vnum baptizari, & alios adeſſe, atque attendere quid fiat. omnes enim ſigno illo viſibili poſſunt excitari ad fidem, quemadm. etſi concio ad vnum dirigeretur, æquè poſſet omnes audientes excitare.

Quarta, verba, & ſigna Sacramentalia pendent à ſolâ inſtitutione diuinâ. Sed mera ſigna, habentia tantùm vim ſignificatiuam, obiectiuè excitandi, poſſunt etiam ab hominibus inſtitui. Nam eodem modo ſignificant verba Hebraïca à Deo ſcripta in tabulis, & Græca ab hominibus deſcripta, ac æquè excitant ex ſe ad bellum tubæ Ethnicorum, ac tubæ, quas [b] iuſſit Dominus fieri. Igitur Sacramenta, non ſunt mera ſigna, ſed habent præterea vim ſupernaturalem aliquid efficiendi. [b] *Numer.* 10.

Quinta, Sacramēta pendent etiam à Deo in ipſo vſu. At ſi tanquam verba, vel ſigna ſolùm ſignificant, & animum excitant in repræſentando, nihil refert à quibus procedant. Igitur non ſunt nuda ſigna, ſed præterea aliquid efficiunt.

Sexta, pendent etiam à Chriſti paſſione, & morte. Sed id fruſtra, ſi ſolùm vim illam ſignificatiuam, & nullam, vi paſſionis Chriſti, virtutem habeant. Sicut non rectè dici poſſet concio verbi, manaſſe ex latere Chriſti. Nec enim ad ſignificandum ſolùm, egent Chriſti paſſione.

Septima aduerſarij volunt Sacramenta eſſe inſtituta, vt nos certos infallibiliter reddant remiſſionis peccatorum, & gratiæ Chriſti, nec pendere à fide dantis, vel accipientis. At ſi tantùm ſignificent, obiectiuè excitando fidem. Cum non ſemper excitent fidem, nec obiectiuè valeant excitare, niſi dependenter à noſtrâ liberâ apprehenſione vt causâ obiectiuâ mouente proximiùs. Non infallibiliter erunt ſigna, & ſi quam certitudinem habeant in excitando pendebit efficienter à noſtra apprehenſione, in ſignificando à noſtra fide.

Octaua, ſequetetur ex ſententiâ aduerſ. Nihil intereſſe inter veteris, & nouæ legis Sacramenra (antiqua enim illa ſignificabant etiam Chriſti gratiam, ac remiſſionem peccatorum, poterâtque excitare fidem) illud autem falſum eſſe demonſtrabitur [c] infra.

[c] *cap.* 14. 15. 16.

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

Cap. IX.

PRIMA, [a] Habacuh. 2. [b] Rom. 1. [c] Hebr. 10. *Iuſtus ex fide viuit.* non dixit autē ſcriptura, viuit ex Sacramētis. Item. [d] *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* [e] R. *Corde creditur ad iuſtitiam:* non addidit Paulus & corpore ſuſcipitur Sacramenrum ad ſalutem, vel iuſtificationem, ſed, *ore autem Confeſſio fit ad ſalutem.* Ita Lutherus in Babyl. capt. cap. de Baptiſ. & in aſſer. ar. 1.

[a] *verſ.* 4.
[b] *v.* 17. ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.
[c] *verſ.* 38.
[d] ἐπίστευσε ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. *Rom.* 4. *v.* 3.

Reſpondeo primò, his locis non dici per ſolam fidē viuere, vel iuſtificari hominem: alias & Deus, & merita Chriſti excluderentur.

Secundò, etſi ibi ſcriptura de Sacramentis non habeat mentionem: alio tamen loco habere vt patet ſupra.

[e] Rom. 10. *v.* 10. καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

Tertiò, illa verba *Iuſtus ex fide viuit* non ſignificant ad literam iuſtum hominem fieri, vel reputari ex fide, ſed iuſtum ex fide quam habet, conſtanrer expectare quæ Deus promiſit, & non deficere, etſi promiſſiones tardare videanrur. Tam enim Paulus, quam Habacuh tractant de patientiâ & longanimitate, vt patet ex textu.

Secunda, [f] *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.* puta etſi baptizaretur: Dominus enim non dixit *qui non crediderit, nec baptizatus fuerit.* Ergo fides, non Baptiſmus ſaluat.

[f] *Marci vltimo. v.* 16.

Reſpondeo [plus requiri in affirmatione eſſentiæ rei actu quam in negatione: in illa enim requiruntur omnia, quæ neceſſario omnino conducunt ad eſſentiam rei: in hac ſufficit vnius horum negatio: Ad hominem actu requiritur corpus, anima, & diſpoſitiones neceſſariæ corporis ad animam: ad non hominem, ſufficit negatio vnius horum, ſi enim non ſit vel corpus, vel anima, vel huiuſmodi diſpoſitiones homo actu non erit.] In affirmatione ergo ſalutis noſtræ Chriſtus, & fidem & Baptiſmum in adultis incluſit, quia vtrumque ad eam ſalutem neceſſario conducit: in negatione, ſatis fuit horum vnum negare: quomodo enim hoc loco negationem fidei ponit, in [g] alio ponit negationẽ Baptiſmi. Neque propterea ſequitur Baptiſmum, aut fidem nihil ad ſalutem prodeſſe, ſed nihil ſeorſim: quemadmodum etſi animal ſeorſim nihil faciat ad rationem hominis, non ſequitur nihil cum rationali facere: aut potionem ſalubrem nihil prodeſſe ad ſanitatem ægroti, etſi nihil prodeſſe poſſit niſi medico credatur. aut fidem nihil prodeſſe, etſi ſine charitate nihil proſit, [h] vt ait Paulus.

Tertia, [i] Paulus reclamat inquit [k] Melancthon, & negat Abrahamum iuſtificatum ex Circunciſione, ſed Circunciſionem dicit ſignum propoſitum ad exercendam fidem noſtram. Igitur eodem modo Sacramenta Chriſtiana non iuſtificant niſi excitando fidem.

Reſpondeo, quidquid ſit de antecedente de quo [l] ſupra, interim negatur conſequens. Nam de Circunciſione dicit Paulus. [m] *Circunciſio nihil eſt* de Baptiſmo *Saluos nos fecit per lauacrum*, &c.

[n] Quarta. [o] *Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* [p] *Ego ſum* (inquit ipſe) *qui deleo iniquitates* ergo non Sacramenta.

Reſpondeo delere peccata ex potentia abſoluta ſolius Dei eſſe: delere inſtrumentaliter, eſſe poſſe creaturæ, iuxta illud: [q] *Quorum remiſeritis peccata remittentur eis.*

[g] *Ioan.3.v.5. Niſi quis renatus fuerit, &c.*
[h] *1. Cor.13. v.2.*
[i] *Rom.4.*
[k] *in Apologia art.13.*
[l] *libro.1. cap. 17.*
[m] *1. Corinth. 7.v.19.* ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι.
[n] *eſt Zuinglij libro de verâ, & falſa Religione.*
[o] *Luc.5.v.21.* τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός.
[p] *Iſaiæ 44.v.25.*
[q] *eſt Kemnitij.*

Octaua, ſequeretur ex ſententiâ aduerſ. Nihil intereſſe inter veteris, & nouæ legis Sacramenta (antiqua enim illa ſignificabant etiam Chriſti gratiam, ac remiſſionem peccatorum, poterátque excitare fidem) illud autem falſum eſſe demonſtrabitur [c] infra.

[c] *cap.* 14. 15. 16.

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

Cap. IX.

[a] *verſ.* 4.
[b] *v.* 17. ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.
[c] *verſ.* 38.
[d] ὅτι ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. *Rom.* 4. *v.* 3.

PRIMA, [a] Habacuh. 2. [b] Rom. 1. [c] Hebr. 10. *Iuſtus ex fide viuit.* non dixit autē ſcriptura, viuit ex Sacramētis. Item. [d] *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* [e] *Corde creditur ad iuſtitiam:* non addidit Paulus & corpore ſuſcipitur Sacramentum ad ſalutem, vel iuſtificationem, ſed, *ore autem Confeſſio fit ad ſalutem.* Ita Lutherus in Babyl. capt. cap. de Baptiſ. & in aſſer. ar. 1.

Reſpondeo primò, his locis non dici per ſolam fidē viuere, vel iuſtificari hominem: alias & Deus, & merita Chriſti excluderentur.

[e] *Rom.* 10. *v.* 10. καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

Secundò, etſi ibi ſcriptura de Sacramentis non habeat mentionem: alio tamen loco habere vt patet ſupra.

Tertiò, illa verba *Iuſtus ex fide viuit* non ſignificant ad literam iuſtum hominem fieri, vel reputari ex fide, ſed iuſtum ex fide quam habet, conſtanter expectare quæ Deus promiſit, & non deficere, etſi promiſſiones tardare videantur. Tam enim Paulus, quam Habacuh tractant de patientiâ & longanimitate, vt patet ex textu.

[f] *Marci vltimo. v.* 16.

Secunda, [f] *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.* puta etſi baptizaretur: Dominus enim non dixit *qui non crediderit, nec baptizatus fuerit.* Ergo fides, non Baptiſmus ſaluat.

Reſpondeo [plus requiri in affirmatione eſſentiæ rei actu quam in negatione: in illa enim requiruntur omnia, quæ neceſſario omnino conducunt ad eſſentiam rei: in hac ſufficit vnius horum negatio: Ad hominem actu requiritur corpus, anima, & diſpoſitiones neceſſariæ corporis ad animam: ad non hominem, ſufficit negatio vnius horum, ſi enim non ſit vel corpus, vel anima, vel huiuſmodi diſpoſitiones homo actu non erit.] In affirmatione ergo ſalutis noſtræ Chriſtus, & fidem & Baptiſmum in adultis incluſit, quia vtrumque ad eam ſalutem neceſſario conducit: in negatione, ſatis fuit horum vnum negare: quomodo enim hoc loco negationem fidei ponit, in [g] alio ponit negationē Baptiſmi. Neque propterea ſequitur Baptiſmum, aut fidem nihil ad ſalutem prodeſſe, ſed nihil ſeorſim: quemadmodum etſi animal ſeorſim nihil faciat ad rationem hominis, non ſequitur nihil cum rationali facere: aut potionem ſalubrem nihil prodeſſe ad ſanitatem ægroti, etſi nihil prodeſſe poſſit niſi medico credatur. aut fidem nihil prodeſſe, etſi ſine charitate nihil profit, [h] vt ait Paulus.

Tertia, [i] Paulus reclamat inquit [k] Melancthon, & negat Abrahamum iuſtificatum ex Circunciſione, ſed Circunciſionem dicit ſignum propoſitum ad exercendam fidem noſtram. Igitur eodem modo Sacramenta Chriſtiana non iuſtificant niſi excitando fidem.

Reſpondeo, quidquid ſit de antecedente de quo [l] ſupra, interim negatur conſequens. Nam de Circunciſione dicit Paulus. [m] *Circunciſio nihil eſt* de Baptiſmo *Saluos nos fecit per lauacrum*, &c.

[n] Quarta. [o] *Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* [p] *Ego ſum* (inquit ipſe) *qui deleo iniquitates* ergo non Sacramenta.

Reſpondeo delere peccata ex potentia abſoluta ſolius Dei eſſe: delere inſtrumentaliter, eſſe poſſe creaturæ, iuxta illud: [q] *Quorum remiſeritis peccata remittentur eis.*

- [g] *Ioan.3.v.5. Niſi quis renatus fuerit,* &c.
- [h] 1. *Cor.*13. *v.*2.
- [i] *Rom.*4.
- [k] *in Apologia art.*13.
- [l] *libro.*1. *cap.*17.
- [m] 1. *Corinth.* 7.*v.*19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι.
- [n] *eſt Zuinglij libro de verâ, & falſa Religione.*
- [o] *Luc.*5.*v.*21. τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός.
- [p] *Iſaiæ* 44.*v.*25.
- [q] *eſt Kemnitij.*

[r] Ioan. 20. v. 23.
[s] v 26. mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.
[t] v. 21.

[r] Quinta, [s] Epheſ 5. vis baptiſmi tribuitur verbo: verbum autem non operatur niſi excitando fidem. Et [t] 1. Petri 3. tribuitur Reſurrectioni Chriſti, id eſt fidei Reſurrectionis.

Reſpondeo per *verbum* non intelligi cõcionem, ſed verbum ſacramentale quod operatur, etſi non intelligatur: per *Reſurrectionem* non intelligi fidem Reſurrectionis, ſed ipſam Reſurrectionem in quãtum eam repræſentamus in Baptiſmo, emergendo ex aquis iuſtificati, vt in nouitate vitæ ambulemus, quomodo Chriſtus per Reſurrectionem, cœpit nouam viuere vitam.

Soluuntur ex Patribus.

Cap. X.

[a] Lutherus libro contra Cochleum & Philippus in Apologia art. 13.
[b] epiſt 23.
[c] libro 1. cap. 20.

PRimò Aug. [a] obiiciunt dicentem, non Sacramentum, ſed fidem Sacramẽti iuſtificari. Sed nullibi hoc expreſsè, in Auguſtino inuenitur: Imò potius contrarium cum ait [b] *paruulos eſſe fideles & ſaluari, ſi moriantur poſt Baptiſmum, quia etſi non habeant fidem, habent tamen fidei Sacramentum*, ac ſi dixiſſet: *Paruulos non ſaluat fides ſed Sacramentum.* Et fortaſsè hoc collegerunt ex illis Aug *id faciente verbo non quia dicitur* &c. quibus ſupra ſatisfactum eſt. Verum etſi hoc dixiſſet Aug. intelligendum eſſet quando quis nequit Sacramentum habere, ſufficit enim fides Sacramenti cum voto eiuſdem.

[d] quæſt. 59.

Secundò, ex lib. [d] qq. vet. & noui Teſtam. *Qui Baptiſmum putat carnali ratione conſiſtere, hic non eſt ſpiritualis: nec donum cæleſte poterit conſequi, qui ſe per aquã, non per fidem commutari credit.*

[e] q. 109.
[f] q. 21.

Reſpondeo 1. hunc librum non Aug. ſed hæretici cuiuſdam eſſe, ait [e] enim Melchiſedech fuiſſe Spiritum ſanctum, [f] mulierem non fuiſſe creatam

ad imaginem Dei &c. 2. Nihil aliud dicere velle quam illum nō eſſe ſpiritualem qui putat noſtrum Baptiſma ſolùm eſſe mundationem carnis vt olim Iudæorum Baptiſmata, non autem credit nos cō-mutari ſcilicet formaliter per fidem perfectā, quæ vi Baptiſmi nobis confertur. *Aqua* (inquit) *cernitur, ſed qui non videtur ſpiritus operatur vt fides in ipſo ſit.*

[g] Tertiò, eundem Aug. lib. 3. [h] in Leuit. cùm ait 1. Miniſtrum hominem ſolùm præbere viſibile Sacramentum, Deum verò inuiſibilem gratiam 2. Ita ſeparari hæc duo, vt in quibuſdam ſit Sacramētum viſibile, ſine gratiâ inuiſibili, vt in Simone Mago, à Philippo baptizato: in quibuſdam inuiſibilis gratia ſine Sacramento viſibili, vt in bono latrone.

[g] *eſt Caluin. 4. Inſtit. 14.*
[h] *q. 84.*

Ad primum, dupliciter hominem miniſtrare Sacramenta, vno faciendo quod poteſt ex naturali ſua virtute: alio applicando Sacramenta vt inſtrumenta â Deo mota, & eleuata ad actionem ſupernaturalem faciendam. Priori modo, non iuſtificat, ſed ſolùm lauat corpus, aut aliquid ſimile. Alio, hominem dicimus iuſtificare, ſed non aliâ actione quam illa qua Deus vtitur ad iuſtificandum. Atque ita exponendus eſt Hierony [i] cum ait: *Homo aquam præbet, Deus autem Spiritum ſanctum.*

[i] *in 4. Iſaiæ.*

Ad ſecundum, illa reuera poſſe ſeparari: non quòd Sacramentum ſenſibile, non ſit cauſæ inuiſibilis gratiæ, ſed quòd eius effectus impediri poſſit per obicem, & quòd poſſit Deus ſine Sacramento gratiam dare.

Quartò, [k] eundem cùm ait ſolùm Deū poſſe dare Spiritum ſanctum, & ideò Apoſtolos non dediſſe quibus imponebant manus, ſed tantùm oraſſe vt deſcenderet.

[k] *15. Trinitatis cap. 26.*

Reſpondeo 1. Ipſum Spiritum ſanctum nō poſſe propriè dari, niſi à quo procedit. dona autem ipſius poſſe etiam dari à creaturis inſtrumentaliter. 2. Spiritum ſanctum ex authoritate non niſi à Deo dari: Inſtrumentaliter tamen etiam poſſe ab

hominibus dari, vt habemus Act. 8. quod fatetur ipſe Auguſtinus ibidem.

[l] *19. contra Fauſtum c. 16.*

Quintò, [l] eundem: *Quid ſunt* (inquit) *quæque corporalia Sacramenta, niſi quædam ſenſibilia verba.*

Reſpondeo Aug. ibi aſſignare quidem vnam ex proprietatibus Sacramenti, nempe *Significationem*, non tamen propterea negare alias, quas alibi ſæpè poſuit: loco autem illo ideò de ſignificatione agit, quia de Sacramentis in genere, id eſt vtriuſque Teſtamenti, diſputabat, quare debuit ponere effectum omnibus Sacramentis communem.

[m] *21. Ciuit. 25.*

Sextò, [m] eundem reprehendentem ſentientes, non poſſe damnati eos, qui Sacramenta percipiũt Baptiſmi & cœnæ Domini, licet nec fidem, nec bonam teneant vitam, vidẽtur enim illi credidiſſe Sacramenta iuſtificare ex opere operato.

[n] *Vides* (inquit *Lutherus de captiuit. Babylonicâ cap. de Baptiſmo*) *quã diues ſit, homo Chriſtianus, ſeu baptizatus, qui etiam volens, non poteſt perdere ſalutẽ ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere?*

Reſpondeo, iuſtè eos, & ſimul Lutheranos idem [n] ſentientes, reprehendi. Non enim arguuntur quòd crediderint Sacramenta iuſtificare ex opere operato, ſed quòd gratia ſemel habita per Sacramentum, non poſſet deperdi per quodcumque peccatum.

Septimò, *Sicut inueſtitur canonicus* (inquit [o] Bernardus) *per librum, Abbas per baculum, Epiſcopus per annulum, ſic diuiſiones gratiarum, diuerſis ſunt tradita Sacramentis.*

[o] *ſerm. de cœnâ Domini.*

Reſpondeo, non comparaſſe Sacramenta cum libro, baculo, &c. ratione efficientiæ Sacramentorum, ſed diuerſitatis, cùm ibidem doceat Sacramenta conferre gratiam.

[p] *libro de Pœnitentiâ.*

[q] *3. in Eunomium & libro de Spirituſancto cap. 12.*

Vltimò, [p] Tertull. [q] & Baſil. vocantes Baptiſma, fidei obſignationem.

Reſpondeo, id verum, non quia excitat fidem, ſed quia per Baptiſmum teſtatur baptizatus ſe credere eique dat Eccleſia publicum ipſius fidei teſtimonium. Porrò non propterea negant hi PP. alios Sacramentorum effectus.

Google

Soluuntur ex ratione.

Cap. XI.

Rima, In omni Sacramento requiritur promiſſio: vbi promiſſio, ibi exigitur neceſſario fides accipiẽs promiſſionem. Ergo fides eſt quæ immediatè iuſtificat. Confirmatur, multi per fidem ſaluantur ſine Sacramento, nulli per Sacramentum ſine fide. [a]

Reſpondeo, 1. Verbum promiſſionis equidem in Sacramenti inſtitutione requiri, non autem in vſu. Non enim qui Baptizat ait: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*, &c. ſed, *ego te baptizo*. 2. Etſi requireretur in vſu, & conſequenter fides, tamen ideò ſolùm fidem requiri, vt applicari poſſit Sacramentum, quemadmodum autem medico offerente pharmacum, & promittente ſanitatem requiritur in ægroto fides, qua medico aſſentiatur, nón tamen eſt ipſa fides quæ ſanat, ſed pharmacum, ita in Sacramento non fidem, ſed Sacramentum iuſtificare. 3. Etſi fides inſtificare concederetur, non propterea inde concludi ſolam fidem agere, ſed tantùm, fidem & Sacramentum neceſſaria eſſe. Ad confirmationem nullum ordinariè ſaluari (etſi habeat fidem) niſi cum Sacramento, vel in re, vel in voto: aliquos perire cum Sacramento, propter defectum fidei, quia fides eſt etiam neceſſaria ſuo ad ſalutem modo.

Secunda, [b] ſolus Deus nouit corda hominum: ipſe igitur ſolus poteſt ipſa mundare: non ergo Sacramenta: Confirmatur: quia ſi Sacramenta ex opere operato inſtificarent, Deus alligaretur Sacramentis, vt qui nón poſſet non iuſtificare in Sacramento ritè accepto.

Ad conſequens, vt principalem cauſam, Deum

[a] *Lutheri ſup. & Philippi in Apolog. ar. 13.*

[b] *eſt Zuinglij libro de verâ, & falſâ religione cap. de Sacramentis.*

Digitized by Google

ſolùm poſſe mundare, vt inſtrumentalem, poſſe & creaturas:ad hoc enim non exigitur vt norint corda,ſed moueatur ab eo qui nouit.

Ad confirmationem non alligari Deum Sacramentis cùm poſſit ſine illis iuſtificare, & iuſtificet cum illis non neceſſitate abſoluta,ſed quia promittere placuit, non poteſt autem ſuis non ſtare promiſſis. Et certè ſi aliquid hæc ratio probaret inferret etiam, Chriſti ſanguinem non poſſe iuſtificare homines.

[c] *eſt Caluini 4. Inſtit. 14 §. 14.*

Tertia, [c] dicere Sacramenta inſtificare,eſt abſtrahere homines à Deo,ac facere vt in ſpectaculo rei corporeæ acquieſcant.

Reſpondeo,id falſum eſſe, cum ſimul doceamus Sacramenta ex ſe non habere virtutem, ſed à Deo operante per illa, hoc ipſo enim trahimus homines ad Deum:alioquin nec debuiſſet Chriſtus ſanare per fimbriam veſtis,lutum, &c. aut proponere ſerpentem ex cuius conſpectu ſanarentur homines.

[d] *Kemnitij 2. parte Examin. cap. de efficacia Sacramenti.*

[e] *v. 16.* τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ δύναμις θεοῦ ἐστὶ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι.

Quarta, [d] eodem modo iuſtificant verbũ Dei,& Sacramenta 1. quia ſcriptura ſicut dicit Sacramenta iuſtificare ita & verbum Rom. [e] 1. *Euangelium virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti.* 2. quia in iuſtificatione per Sacramenta concurrunt velut duæ manus,vna Dei, nempe verbum prædicationis, & Sacramentum:altera hominis, nempe fides. Sed verbum iuſtificat tantùm excitando fidem. Igitur,&c.

Negatur maior. Ad primam probationem 1. intelligi poſſe per, *Euangelium* non concionem, ſed myſteria Euangelij vt Incarnationem, paſſionem. 2. ibidem explicare Apoſtolum quomodo Euangelium ſaluet, cum ſubiungit, [f] *Iuſtitia enim Dei reuelatur ex eo ex fide in fidem* 3. etſi ſcriptura tribuat & verbo,& Sacramento vim iuſtificandi, non tamen licere inferre,eodem modo iuſtificare,cum id non dicat:aliàs ſequeretur Deum,& Chriſti paſſionem eadem ratione iuſtificare ac verbum.

[f] 17. δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ *in eo* ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν.

Ad ſecundam, verbum dici poſſe manum Dei, quia offert ſalutem, non quòd reipſa operetur, vel applicet. Sacramentum verò dici manum, quia applicat reipſa meritum & operatur gratiam, fidem quoque dici poſſe noſtram manum, non quòd apprehendat promiſſionem, & hoc modo ſola iuſtificet, ſed quia remouet obſtacula, & diſponit animam, vbi eſt neceſſaria talis diſpoſitio, alioquin nec ipſis adultis mente ſanis prodeſſet Baptiſmus, ſi in ipſo momento Baptiſmi, diſtraherentur animo non apprehendentes per fidem promiſſiones.

8 Vltima, Sacramenta res craſſæ, & materiales in animam penetrare nequeunt. Igitur non purgant à ſorde peccati. 8 *Zuingli.*

Antecedens probatur, Primò ſi vllo modo poſſent Sacramenta operari in animam, id fieri deberet per actionem, quam in corpora habent. At ſæpè Sacramenta ne ipſum quidem corpus attingũt, vt patet in Abſolutione, Matrimonio (quod ſolis nutibus fieri poteſt) & Conſecratione.

Secundò, iuſtificatio eſt nobilius, & difficilius opus creatione, teſte Aug. tract. 72. in Ioann. Et quidquid ſit in iuſtificatione reperitur creatio gratiæ, rei videlicet ſupernaturalis omninò. At nulla creatura poteſt eſſe inſtrumentum creationis teſte D. Th. 1. p. q. 45. art. 5.

Tertio, iuſtificatio fit in momento. At Sacramenta in momento operari non poſſunt. Nam nequit aliqua operari cauſa niſi quando eſt: actio autem Sacramentalis cum ſit ſucceſſiua, in inſtanti eſſe non poteſt.

Quartò, vel eſt in Sacramentis aliqua virtus diuinitùs ſuper addita, vel non. ſi non, ergo non poſſunt effectũ attingere ſupernaturalem: Eſt enim inintelligibile aliquid manere ſicut erat antea nihil de nouo recipiens, & tamen poſſe facere quod non poterat antea. Si eſt: vel corporalis, vel ſpiritualis. Si prior, igitur non poterit agere in rem ſpiritualem, ac producere ſpiritualem effectum produ-

cere. Si poſterior, igitur non erit in Sacraméto corporali vt in ſubiecto, corpus enim non eſt capax ſpiritualis accidentis.

Quintò, iſta virtus vel eſt tota in quâlibet parte Sacramenti, vel pars eius in vnâ parte Sacramenti, & pars in alterâ. Non primum: quia tunc ſequeretur illam non pendere à ſubiecto in eſſe, nec inhærere propriè, quare eſſet ſubſtantia, non accidens. Deinde prolato quouis Sacramenti verbo, produceretur effectus, quod nemo concedit. Neque ſecundum, quia tunc corporea eſſet, & prolato primo verbo, periret pars virtutis, prolato ſecundo altera, & ſic vel tota, vel maxima ex parte periret, antequam effectus produci inciperetur effectus.

Sextò, vel iſta virtus eſt in verbis tantum, aut in elemento, aut in vtroque. Si in verbis tantùm, quomodo Euchariſtia ſine verbis iuſtificat? ſi in elementis quomodo verba conſecrationis Euchariſtiæ operantur? Si in vtroque, vel erit eadem virtus numero vtriuſque: & hoc non, cùm nequeat vnum accidens numero eſſe in duobus ſubiectis: vel erunt duæ partiales: neque etiam illud, quia tunc deberent ſimul concurrere ad opus. At aliquando accidit vt vna Sacramenti pars longo tempore adhibeatur poſt aliam, vt patet in Abſolutione.

Septimò, non poteſt intelligi quid ſit iſta virtus, quando adueniat, quando deſinat eſſe, *&c.*

Ad anteced. argumenti reſpondeo, Primò, etſi fieri poſſit res corporales in ſpiritum agere, vt patet de corpore noſtro in animam, & igne inferni in dæmones, nos tamen modum quo id fiat neſcire: neque propterea à veritate deficiendum eſſe: ſed ſufficere probare ita de facto haberi. Sicut nec [h] Auguſt. deſtitit aſſerere, & defendere peccatum originale, etſi faſſus fuerit ſe ignorare quomodo contraheretur.

Secundò, [i] Sacramenta non eſſe cauſas gratiæ phyſicas, ſed morales tantum, quomodo vera cau-

[h] *3. de peccatorum meritis, & remiſſ. 4.*

[i] *ita ſentit Canus relectione de Sacramentis parte 4. & Ledeſmius in 4. diſt. 1. q. 3. ar. 1.*

ſa homicidij, verè eſt qui iubet, etſi non attingat occiſum. Hoc autem nihil aliud eſt quam ad præſentiam Sacramentorum dum agunt, Deum alia actione infundere gratiam. Verum hæc ſententia non omnibus placet. tum quòd ſcripturæ doceant Deum eſſe qui per hominem baptizat, & proinde qui eâdem actione conferat gratiam quâ miniſter baptizat [Deus autem non confert gratiam actione morali] tum quod PP. conferant Sacramenta cum veris cauſis efficientibus.

Tertiò, Reſpondetur ergo cum [k] D.Thom. id fieri quòd Sacramenta ſint cauſæ efficientes phyſicæ, ſed inſtrumentales, quibus Deus vtitur ad producendum effectum ſupernaturalem. Vt autem Deus per inſtrumentum aliquod verè producat effectum.

k 3.p.q.62. ar.4.

Primò, non eſt neceſſe vt ſe inſtrumento applicet ſicut eſt neceſſe in nobis, cùm ſit omnibus præſentiſſimus, ſed vt applicet inſtrumentum operi. Hæc autem applicatio Sacramenti, eſt motio illa qua Deus mouet Sacramentum.

Secundò, non eget [l] vt homo, inſtrumento naturaliter apto ad illud opus. Non enim ipſe inſtrumento iuuatur, ſed vtitur inſtrumento, quia placet illi. Vnde ſequitur non eſſe neceſſe in Sacramentis aliquam inhærentem qualitatem, quæ perficiat illa formaliter: ſed ſatis eſt Deũ velle Sacramento vti.

l *nec enim homo ſecare lignũ poſſet ſerrâ, niſi illa ferrea, & acuta eſſet [aut ſcribere calamo niſi ad id apto.]*

Tertiò, nec etiam requiritur, inſtrumentum à Deo motum, aliquid operari in ſubiecto per naturale ſuam virtutem & operationem: quod ſi forte operatur, illa operatio vt ſimpliciter naturalis, non erit cauſa effectus diuini, ſed ſolùm vt res, quam Deus ad hoc, vel illud faciendum adhibere voluit: in nobis autem id omninò neceſſe. Nam præter motionem ipſius hominis quâ inſtrumentum mouetur, ipſum etiam inſtrumentum per naturalem ſuam virtutem, & actionem concurrere debet. Etſi enim faber vtatur artificioſè ſecuri, ad faciendam cathedram, niſi tamen ſcindat ſecu-

rus, ille nihil efficiet. Vnde ſequitur vt motio, ſeu vſus Dei in Sacramentis ſit tota virtus, & ratio, per quam agunt.

Quartò, Deum proinde poſſe quâlibet re vti pro inſtrumento cùm homo nequeat.

Quintò, Deum per aliquod inſtrumentum poſſe in rem remotiſſimam ab inſtrumento agere, quandoquidem non eget operatione propria inſtrumenti. Homo verò id præſtare non valet: quia inſtrumentum, quo vtitur, debet operari in ſubiecto ſecundum ſuam actionem propriam, illa autem actio corporalis eſt, quæ ſine contactu minimè accidit.

Ad primam probationem, ex proximè dictis patet, inſtrumentum vt motum ſupernaturaliter à Deo non egere contactu.

Ad primam partem probationis ſecundæ, reſpondeo eſſe iuſtificationẽ nobilius & difficilius opus, non quod ſit difficilius infundere gratiam, quam aliquid creare: ſed quia vt ibidem Aug. explicat, ſit opus maioris miſericordiæ.

Ad ſecundam partem 1. negatur maior. Nam in creatione nullum ſubiectum concurrit: creatio enim à ſubiecto non pendet. At gratia ita producitur à Deo vt tamen educatur de potentia ſubiecti nimirum animæ, & proinde non creatur propriè, dicitur tamen infundi, quia non acquiritur: ſicuti dicitur ſcientia infuſa non quod non ſit de potentia ſpiritualis ſubſtantiæ educta, ſed quia non acquiſita. 2. conceſſa maiore negaretur minor. D. Thomas enim eam ſolum de creatura aſſerit quæ concurreret diſponendo ſubiectum per actionem propriam.

Ad tertiam 1. poſſet Maior negari, & dici iuſtificationem fieri in vltima parte ſenſibili operationis Sacramenti, quæ reuera in inſtanti temporis noſtri nequit eſſe [quamuis ſe habeat, communiter loquendo, pro inſtantanea, eo quod ſit inperceptibilis] 2. admiſſa Maiore, negaretur Minor, quod

iuſtificatio diceretur fieri in illo inſtanti quo finitur actio Sacramentalis, tametſi enim actio quoad ſuas partes deſinat negatiuè, id eſt per primum ſui non eſſe, nihilominus quantum ad terminum, deſinit affirmatiuè, id eſt per vltimum ſui eſſe. dices tunc non eſſe Sacramentalem actionem.

Reſpondeo tunc maximè eſſe, eo modo quo res ſucceſſiua eſſe poteſt, hæc enim nuſquam eſt per ſuas partes in re exiſtentes: ſed ſemper habet quiddam indiuiſibile, quod eſt initium, vel finis, vel continuatiuum rei ſucceſſiuæ, per quod dicitur eſſe, id que tunc perfectè, quando illud indiuiſibile actionem terminat: Ita enim videmus non dici eſſe vnam horam niſi quando finitur hora: & orationem non ſignificare perfectè niſi cùm eius terminus profertur.

Ad quartam, totam illam virtutem, eſſe motionem tantum Sacramenti à Deo, quæ cum ſit motus rei corporalis nempe Sacramenti, erit etiam ipſa corporalis: Cum infertur ergo nequit efficere rem ſpiritualem, negatur vt ſupra in reſponſ. ad antecedens argumenti.

Ad quintã, virtutem illam, partim eſſe in vna parte Sacramẽti partim in aliâ, proinde paulatim perire prout pereunt Sacramenti partes. Nec tamen ſuperuacaneæ. Nam particula vltima operatur in virtute præcedentium omnium: ſicut oratio perfectè ſignificat, cùm profertur vltima vox, quæ tamen nihil ſignificaret, niſi præceſſiſſent aliæ: & terminus motus acquiritur per vltimum mutatũ eſſe, quod tamen nihil poſſet, niſi præcurriſſent cætera.

Ad ſextam. Quia Sacramentalis actio eſt propriè miniſtri dantis Sacramentum, quâ Deus vtitur tanquam inſtrumento ad iuſtificandum, non autem ſuſcipientis actio, quæ eſt opus noſtrum, Sacramentum verò eſt opus Dei non noſtrum: propterea quando miniſter vtitur rebus & verbis vt in Baptiſmo, Confirmatione, Vnctione extrema, tũc etiam illis vtitur Deus, & virtus in vtriſque

conſiſtit. At cum miniſter non niſi vtitur verbis, tunc virtus non niſi in illis reſidet ſicut in Abſolutione, Matrimonio, & conſecratione Euchariſtiæ. Hinc fit vt vno die poſſint exprimi peccata, alio die abſolui, dummodo ſit homo, in quem Abſolutio cadat. In conſecratione requiritur quidem præſentia panis, non quòd in pane ſit operatiua virtus, ſed quia niſi eſſet præſens, non eſſet in quod conſecratio ageret. Quando demum miniſter ſolo elemento vtitur, virtus quoque in ſolo elemento habetur, vt cum Euchariſtiam porrigit.

Ad vltimam, id intellectu impoſſibile videri imaginantibus ſpiritualem aliquam qualitatem debere Sacramento inhærere, qui autem, illam non admittunt nullas pati anguſtias dumtaxat.

Explicatur ſententia hæreticorum, de differentia Sacramentorum Teſtamenti veteris, & Noui.

CAP. XII.

CONSENTIVNT hæretici nobiſcum illa differre 1. [a] in ritu 2. quòd nouæ legis Sacramenta ſint pauciora. 3. faciliora. 4. [b] nobiliora. 5. quòd antiqua fuerint noſtrorum figuræ 6. quòd illa data ſint ad tempus, noſtra vſque ad finem ſæculi. Quæſtio tota eſt de principali effectu, nimirum iuſtificatione à peccato.

[c] Qui noſtris tribuunt tantùm diſcernere fideles ab infidelibus, vel eſſe quaſi admonitionem fidelitatis, aut bonorum operum: plus antiquis quã noſtris largiuntur. melius enim diſcernit Iudæum monetque fidelitatis, ac bonorum operum Circũciſio, quæ manet, cerni poteſt, eſtque ſenſibilior, quam

[a] *Hæc colligũtur ex Auguſtino epiſt. 118. & libro 3. doctr. Chriſt. 9. & lib. 19. contra Fauſtũ 13. ac in Pſal. 73.*
[b] *ſalſ ẽratione authoris, noſtra enim immediatè à Chriſto inſtituta, & promulgata, vetera autem à Moſe tantum promulgata.*
[c] *Anabaptiſta, & Carolſtadius.*

quam Chriſtianum Baptiſmus.

Lutherus, ſigna antiqua annexam habentia promiſſionem vt Iridem, rorem in vellere, dumtaxat, [d] æquat noſtris Sacramentis: quæ verò non habent, nec quidem vult propriè dici Sacramenta, ad quod genus reuocat, omnes cæremonias [c] legales, quibus expiabantur homines.

[f] Caluinus [g] omnia antiqua eodem modo, ac noſtra iuſtificare contendit nimirum alendo fidem [h] noſtra tamen vberiorem conferre gratiam.

[i] Kemnitius admittit diſtinctionem Lutheri de duplici genere ſignorum, & cum [k] Caluino aſſerit in noſtris vberiorem gratiam dari.

[d] de Babylon. Captiuit. cap. de Baptiſmo. Error eſt Sacramenta noua legis, penes efficaciam ſignificationis, id eſt, quod noſtra efficaciter ſignificent faciendo, [l] quod figurant, non illa.

[c] *vt agnum Paſchalem, Sacrificia ac ſimilia, quæ à veteribus tamẽ Sacramenta dicuntur.*

[f] 4. *Inſtit.* 14. §. 23. [g] *contra Lutherum.* [h] *contra Lutherum.*
[i] *in Examine pag.* 60. & 70. [k] *pag.* 74.

Explicatur ſententia Catholicorum.

CAP. XIII.

CONSENTIVNT [a] omnes Sacramenta veteris legis ſolùm figuraſſe gratiam non contuliſſe ex opere operato, noſtra verò illam conferre. Diſſentiunt, quòd [b] nonnulli velint antiqua nec quidem ex opere operantis iuſtificaſſe, excepta Circunciſione. Alij [c] contrarium dicant quòd probabilius eſt. Generali-

[a] Scholaſtici in 4. diſt. 1. Cõcilium Florent. in Armenor. inſtructione Nouæ legis ſeptem ſunt Sacramenta, ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnct. Ordo, Matrimonium. Quæ multum à Sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam figurabant. Hæc verò noſtra, & continent gratiam & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt.

[b] *Magiſter* 4. *diſt.* 1.
[c] *Eſt opinio communis.*

ter enim Apoſtolus dixit, [d] *factores legis iuſtificabuntur.* Quamuis hæc iuſtificatio non ſit propriè Sacramentalis, ſed communis omnibus operibus bonis in charitate factis, nec ſit iuſtificatio prima, ſed ſecunda.

Rurſus [e] alij volunt Circuncíſionem, cùm non fuerit propriè Sacramentum Moſaicum ſed legis naturę, ex opere operato iuſtificaſſe.[f] Alij negant, ſed veteres fuiſſe quidem iuſtificatos vt nos ex merito paſſionis Chriſti, verum nos per Sacramenta, illos per ſolam fidem, quæ tamen requirebat Circuncíſionem tanquam fidei poteſtationem, & conditionem ſine qua fides non operabatur: quæ ſententia eſt probabilior.

[d] *Rom. 2. 13.* ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

[e] *Alexand p. 4. q. 7. membr. 7. ar. 4. Bonauent. Scotus, Gabriel in 4. diſt. 1.*

[f] *D. Thom. 3. p. q. 70. art. 4. & diſcipulorũ eius.*

Nullum Sacramentum legis vel naturæ, vel ſcriptæ iuſtificaſſe ex opere operato, ſcripturis probatur.

CAP. XIIII.

PRIMO ex Prophetis. [a] *Sacrificium, & oblationem noluiſti. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.* [b] *Si ſacrificium voluiſſes dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis:* [c] *Quo mihi multitudo victimarũ veſtrarum?* [d] *Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris?* [e] *Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?* [f] *Si obtuleritis mihi holocauſta, & munera veſtra non ſuſcipiam & vota pinguium non reſpiciam.* At ſi antiqua Sacrificia ex ſe ad iuſtificationem, & pro peccato expiationem valebant, quare illa reſpuiſſet Deus? Quod ſi Sacrificia non expiabant peccata, multo minus ergo cæremoniæ cæteræ.

Secundò, ex Paulo Rom. 3. [g] *Quid ergo amplius Iu-*

[a] *Pſal. 39. v. 9. & 10.*

[b] *Pſal. 50. v. 17.*

[c] *Iſaia 1. v. 11.*

[d] *v. 12.*

[e] *Hieremiæ 11. v. 15.*

[f] *Amos 5. v. 22.*

[g] v. 1. τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς.

des eſt, aut quæ vtilitas Circunciſionis? [h] *multum quidem per omnem modum.* Deinde nullam aliam affert vtilitaté, niſi quòd fuerint Iudæis credita eloquia Dei.

Tertiò Paulus, præcipuè in eo capite probare intendit Iudæos non fuiſſe quoad iuſtitiam Gentibus potiores, vnde ſubiungit: [l] *Quid ergo? præcellimus eos? nequaquam: præcauſati ſumus enim Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe.* Non quod vtrinque defuerint homines iuſti: ſed quia iuſti non fuere, ratione Circunciſionis, vel Incircunciſionis: ſed fidei in Chriſtum venturum. At ſi ex opere operato contuliſſet iuſtificationem, Circunciſione præcelluiſſent Iudæi. Quartò *ex* [k] *operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo.* At quis neget Circunciſionem fuiſſe legis opus?

Quintò, [l] *An Iudæorum Deus tantum nonne & gentium? imo & gentium.* &c. Quaſi diceret, Deum parentem omnium quomodo credibile eſt ſolis Iudæis dediſſe contra peccatum remedium?

Sextò Romanorum. 4. quo ex profeſſo probat Abraham non in Circunciſione, ſed in præputio iuſtificatum fuiſſet: vt inde moneret Paulus Circunciſionem non iuſtificare. Si enim non iuſtificabit eum qui primò accepit, quomodo iuſtificabit alios?

Septimò, [m] Circunciſio nihil eſt, præputium nihil eſt. Item [n] *Quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa?* agit autem ibi de Circunciſione & legalibus cæremoniis. At quomodo egena elementa, ſi iuſtificarent? Octauò ſi æqualia ſunt noſtra & illa Sacramenta, quare dixiſſet ad Galat. 4. Iudæos tanquam paruulos ſub elementis huius mundi ſeruientes fuiſſe, nos autem viros perfectos?

Nono, Philipp. 3. arbitratur detrimentum iuſtiam ex lege, atque profitetur ſe nõ habere fiduciam in carne, id eſt (ſicut exponit) Circuncisione aliiſque ſimilibus rebus.

Decimò, Coloſſ. 2. Vocat omnia Sacramenta

[h] v. 2. πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ *vbi illud primum* πρῶτον *non eſt ordinis nota, ſed idem valet ac Præcipuè ſiue, Potiſſimùm.*

[l] v. 9. τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ ἰουδαίους τε καὶ ἕλληνας πάντας ὑφ᾽ ἁμαρτίαν εἶναι.

[k] v. 20. ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ.

[l] v. 29. ἢ ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν, ναὶ καὶ ἐθνῶν.

[m] 1. Cor. 7. v. 19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν.

[n] *ad Galat. 4.* v. 9. πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ πτωχὰ στοιχεῖα.

vetera vmbram futurorum. At ſi noſtra aliam vim non haberent, adhuc etiam verſaremur in vmbrâ. Ibidem, [o] opponit Baptiſmum Circunciſioni, hanc vocat manufactam in expoliationem carnis tantum, illum verò non manufactum appellat.

[o] *v.11.& 12.*

Vndecimò, Hebræ. 7. [p] *Reprobatio* (inquit) *fit præcedentis mandati propter infirmitatem, & inutilitatem:* loquitur autem de cæremonialibus mandatis, quorum præcipuum erat de Circunciſione cap. 9. *Ceremonias veteres ſanctificaſſe quidè inquinatos* ait, *ſed ſolùm ad emundationem carnis.* Cap. 10. *legem non potuiſſe accedentes perfectos facere, aut auferre peccata, ac Deum hoſtias & oblationes noluiſſe,* ſcilicet in ordine ad iuſtificationem ex opere operato. Nam placuiſſe ex obedientia & deuotione offerentis dubium eſſe non poteſt.

[p] *v.18.* ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές.

Lutherani reſpondent hæc teſtimonia intelligi debere tantum de Sacramentis non habentibus promiſſionem annexam. Sed nonne Circunciſio Sacrificia & ablutiones habebant hanc promiſſionem?

Kemnitius, [q] loqui ſcripturas de Sacramentis antiqnis vt nudis cæremoniis remota promiſſione, & fide in Chriſtum, ſine quibus nihil valuiſſent. Contra 1. remota etiam promiſſione, & fide, nihil etiam noſtra Sacramenta valent, vt aduerſarij volunt, hac in re ergo non diſtinguntur à Paulo, cùm illa egena, inutilia, &c. noſtra verò ſaluare, regenerare dicat: Sed quia, illa cum promiſſione, & fide nihil ex opere operato conferunt, noſtra conferunt [r] Circunciſionem cum præputio 2. confert. At præputium neque cum fide neque ſine fide valet ex ſe ad iuſtificationem.

[q] *2. par. Exa. pag. 63. Item Caluin. 4. Inſt. 14. §. 23. & 25.*

[r] *Circunciſio nihil eſt, Præputium nihil eſt. Et Galat. 6. verſ. 15. In Chriſto. Neque Circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.*

Calu. Ergo [s] reſpondet primò, Paulum non abſolutè ſed comparatiuè loquutum, vt magnificaret efficaciam noſtrorum, quia dant vberiorem gratiam, non autem vt extenuaret antiquorum efficaciam. Contra ſi ita eſſet, malè vetera vocaſſet inutilia, comparaſſet cum præputio Circunciſionem,

[s] *4. Inſtit. 14. §. 22.*

noluiſſet Hebræ.10.v.1. appellare imagines, ſed tantum vmbras cùm imago habeat poſitiuam, & realem corporis ſimilitudinem, vmbra priuatiuam tantum, & quæ reuera nihil eſt.

Secundò, [t] reſpondet loqui Paulum de Sacramentis antiquis vt iam abrogatis.

Contra. 1. Paulus Roman. 2. apertè docet ſe loqui de Circuncisione nondum abrogatâ. [v] *Circuncisio* (inquit) *prodeſt: ſi legem obſernes.* Nam poſt abrogationem non prodeſt, ſed obeſt. 2. ex 1. Corinth. 7. [x] *Circunciſus vocatus eſt? non adducat preputium.* Deinde ſubiungitur: *Circuncisio nihil eſt*, &c. 3. PP. antiqui vixerunt cum adhuc Circuncisio vigeret, eos tamen omnes ſub elementis huius mundi fuiſſe ſeruientes [y] dicit. 4. abſolutè pronunciat Hebræor. 10. v. 8. placita non fuiſſe Deo quæ ſecundum legem offerebantur.

[z] Tertiò, reſpondet Paulum non de efficaciâ, loqui, ſed de modo ſignificandi Sacramentorum, quòd antiqua res futuras, noſtra præteritas ſignificarent. Sed Apoſtol. loqui de efficacia patet. 1. ex ijs verbis. *Nihil eſt, nihil valet, elementa egena*, &c. 2. tota quæſtio Apoſt. cum Iudæis non erat de modo ſignificandi (Iudæi enim credentes in Chriſtum venturum fatebantur Sacramenta vetera res ſignificare futuras) ſed de efficaciâ, & iuſtificatione.

[t] *ibidem* §. 24.

[v] *v.* 25. περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς.

[x] *v.* 18. περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω.

[y] *Galat.* 4.

[z] *ſup.* §. 25.

Idem ex Patribus probatur.

CAP. XV.

PHILO, [a] omnes Circuncisionis cauſas quas à maioribus acceperat, exponens, neque clarè, ne obſcurè, inſtitutionis in remedium peccati meminit.

¶ Ioſephus [b] datam Circuncisionem ait vt poſteritas Abrahæ ab alijs Gentibus diſcerneretur, nec aliam affert cauſam.

[a] *libro de Circunciſione.*

[b] 1. *Antiq.* 12.

Iuſtinus, [c] Dialogo cum Triph. probat Circunciſionem non iuſtificaſſe.

Dionyſius, [d] Synagogam ait carnalia Sacramēta, & vmbras habuiſſe: cœleſtem Hieruſalem, nudam ſine ſignis veritatem habere, Eccleſiam noſtram, cum vtrâque communicare, quod & habeat corporalia ſigna, & ſimul ſpiritualia dona.

[e] Irenæ. *Circuncisionem non quaſi iuſtitiæ conſummatricem, ſed in ſigno eam dedit Deus, vt cognoſcibile perſeueret genus Abrahæ.* Et infra. *Et quia non per hæc iuſtificabatur homo*, &c.

Origen. [f] opponit illam Iudæorum carnalem Circunciſionem Circunciſioni ſpirituali Chriſtianorum: & proinde vult tantum intereſſe inter illa, & noſtra Sacramenta quantum inter carnem & ſpiritum.

Euſeb. [g] Cæſarienſis antiqua Sacramenta non agnoſcit niſi tanquam elementa quædam, & rerum ſpiritualium adumbrationes.

Emiſſenus, [h] *Non enim Sacramenta Eccleſiæ ſicut Sacramenta ſynagogæ medicinam tantum docent, & oſtendunt: ſed ipſa ſunt potius medicina, & remiſſio peccatorum.*

Athanaſ. [i] docet Circunciſionem nihil fuiſſe niſi vmbram Baptiſmi noſtri.

Epiph. [k] Circunciſio fuit carnalis quæ deſeruijt tempori vſque ad magnam Circunciſionem, hoc eſt Baptiſmum, qui circuncidit nos à peccatis.

Baſil. [l] *Quid* (inquit) *confers lauacra cum lauacris, quæ ſolam nominis appellationem habent communem: rerum verò tanta eſt differentia, quanta eſt inter ſomnia, & veritatem?*

Chryſoſt. [m] *Attende quod Deus Circunciſionem pro lege ſtatui voluit, non quod ad animæ ſalutem efficere hoc poſſit aliquid*, &c. *Hinc B. Paulus ſignum hoc vocat dicens: Et ſignum dedit Circunciſionis ſigillum.* Nam ad *iuſtitiam ipſa Circunciſio nihil conducit*. Idem docent

[c] *Quin etiam* (inquit) *ex eo, quòd non poſſunt fœminæ circuncidi, intelligitur ſigni cauſa datā eſſe Circunciſionē, non pro opere Iuſtitiæ.*

[d] 5. *Eccleſ. Hierar. par.* 1.

[e] 4. *cap.* 30.

[f] *Homil.* 3. *in Geneſim.*

[g] 1. *Demonſtrationis cap.* 10. *ac* 1. *hiſt.* 2.

[h] *Homilia in Sabbath. poſt primam dominica Quadrageſimæ, ad illud: Faciamus hìc tria tabernacula.*

[i] *Oratione in illud: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.*

[k] *Hæreſ.* 8.

[l] *libro de Spirituſancto cap.* 14.

[m] *Hom.* 29. *in Geneſim.*

[n] Cyrill. [o] Theodor. [p] Damaſc. [q] Theophyl. [r] Oecumen.

Ex Latinis verò Tertull. lib. contra Iudæos probat Circuncisionem & Sacrificia ſiue Sacramenta Iudæorum non iuſtificaſſe.

Cyprian. [s] idem quod Origen. dicit. [t] Ambroſ. *Signum Circuncisio corporalis, veritas Circuncisio ſpiritualis: illa membrum amputat, iſta peccatum.*

Hierony. in 3. ad Galat. reddit cauſam cur Circuncisio instituta fuerit, ſed nec verbulo quidem indicat fuiſſe in remedium peccati.

Auguſt. [u] *Sacramenta* (inquit) *non ſunt eadem, quia alia ſunt Sacramenta dantia ſalutem, alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem. Sacramenta veteris Teſtamenti promiſerunt Saluatorem.*

Reſpondet [x] Kemnitius, Auguſt. loqui de Sacramētis non habentibus annexam promiſſionem.

Contra 1. Auguſt. loquitur generaliter de omnibus. 2. quomodo non haberent promiſſionem, quæ promittebant ſaluatorem?

Reſpond. ergo [y] Caluinus, non loqui de efficaciâ, ſed de ſignificatione: & hoc intereſſe, quod illa ſignificarent Chriſtum venturum, noſtra exhibitum, & datum.

Contra. 1. non dixit Auguſt. noſtra ſignificare Saluatorem: ſed dare ſalutem. 2. cum ait ibidem, *mutata ſunt Sacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, fœliciora*, certè de efficacia loquitur. Et alibi. [z] *Cur non dicam præcepta illa veterum Sacramentorum nec bona fuiſſe, quia eis non iuſtificantur homines? vmbra enim ſunt prænuntiantes gratiam, quâ iuſtificamur.*

[n] 10. *in Iulianum ante medium.*
[o] *q.* 67. *in Geneſ.*
[p] 4. *fidei* 10. 14. *&* 26.
[q] *in* 2. *ad Roman.*
[r] *in* 4. *ad Roman.*
[s] *libro* 1. *contra Iudæos cap.* 8.
[t] *Epiſt.* 72. *& in* 4. *ad Rom. Non ergo* (inquit) *Circuncisio aliquid habet dignitatis ſed ſignum eſt tantum.*
[u] *in Pſal.* 73.
[x] *in Exam. pag.* 59. *&* 60.
[y] 4. *Inſtit.* 14. §. 26.
[z] *Epiſt.* 19.

Idem probatur rationibus in ſcriptura fundatis.

CAP. XVI.

PRIMA, Sacramentum vt iuſtificare poſſit debet habere annexam promiſſionem abſolutam gratiæ remiſſionis peccatorum, vt aduerſarij fatentur. Sed nullum tale erat in lege veteri, tùm quia inter meliores repromiſſiones noui Teſtamenti præ repromiſſionibus antiquis, Paulus [a] ponit promiſſionem remiſſionis peccatorum: Tùm quod Auguſt. [b] ait ideò vtriuſque teſtamenti promiſſiones eſſe diuerſas, quòd promitterentur antea res terrenæ nunc verò cœleſtes. Tùm quia, *Vetus Teſtamentum* (inquit [c] Lutherus) *per Moyſem datum promiſſio erat, non remiſſionis peccatorum, ſeu rerum æternarum*, &c. Tum quòd ſacrificium Abel, Iris, vellus Gedeonis, horologium Achaz, quæ Lutherus vult vera Sacramenta, talem non habebant promiſſionem: de cæteris verò probabimus [d] infra. Igitur nullum horum iuſtificabat.

Secunda, lex ipſa vetus tota in hoc diſtinguitur â noua, quod illa non iuſtificaret, hæc iuſtificet, [e] *Lex enim per Moyſem data, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Illa dicitur [f] litera occidens, vetus Teſta mentum (ſcilicet quia non poteſt renouare hominem vt ait [g] Auguſt.) in [h] ſeruitutem generans. Noſtra verò, ſpiritus viuificans Teſtamentum nouum, libertatem afferens. Ergo fieri non poteſt vt Sacramenta vetera, quæ erant pars non minima illius legis antiquæ iuſtificarent.

Tertia, promiſſio in Sacramentis inſtitutis ad iuſtificandum non poteſt impleri niſi fide recipiatur vt aduerſarij dicunt. At promiſſiones Sacramentis

[a] *Hebræor* 8. *v.*6.*cùm* 12.
[b] *tract. in Pſal.*72.
[c] *de Captiu. Babyl. cap. de Euchariſtiâ.*
[d] *cap. ſequẽti.*
[e] *Ioan.*1.*v.*17. ὁ νόμος διὰ μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις, καὶ ἀλήθεια διὰ ἰησοῦ χριστοῦ ἐγένετο.
[f] 2. *Cor.* 3.
[g] 3. *cõtra duas epiſtolas Pelagiani cap.*4.
[h] *Galat.*4.

veteribus annexæ implebantur etſi non crederent homines. Nam promiſſio annexa Iridi fuit de non diſſipanda amplius terra diluuio: annexa Circunciſioni, vt fieret Abraham pater multarum gentiū daretúrque poſteris eius terra Promiſſionis. Sacrificijs annexa, Chriſtum eſſe moriendum pro expiatione peccatorum. Igitur, &c.

Quarta, nihil eſt iuxta aduerſarios aſſerendum niſi ſcriptum. Sed noſtra Sacramenta dicuntur in ſcripturis iuſtificate, & nihil tale de veteribus legitur. Igitur malè aſſeruntur paria.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XVII.

PRIMA Geneſ. 17. Deus minatur omni Hebræorum maſculo, etiam infanti perpetuum interitum niſi circuncidatur [a] *Maſculus* (inquit) *cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.* Ergo per Circunciſionem liberabantur maſculi ab æterna morte.

[a] v. 14.

Ad antecedens in Græco quidem textu haberi [b] *octauo die*, quæ fuerit cauſa Auguſtino, & alijs hunc locum de infantibus intelligere, verum non habentur in Hebræo, nec in Paraphraſi Chaldaica, nec vulgata editione latina. & textus de ſolis adultis intelligendus eſt vt patet ex his. *Quia pactum meū irritum fecit.* Etſi enim Aug. intelligat de pacto cum Adamo: tamen eodem cap. ſe ſatis explicat Deus cùm ait. [c] *Hoc eſt pactū meum quod obſeruabitis: circuncidetur ex vobis omnis maſculus.* Proinde cauſa comminationis non eſt peccatum originale, ſed actuale, ſcilicet tranſgreſſio præcepti de Circunciſione, cuius peccati ſoli adulti capaces erant.

[b] *incircunciſus maſculus, cuius non circuncidetur caro præputij in die octauo, peribit anima illa de populo ſuo.*

[c] *verſ.* 10.

Ad conſequens hæc verba *delebitur anima,* &c. non ſignificare mortem æternā, non enim dicitur

Digitized by Google

abſolutè *delebitur*, vel *periit*: ſed, additur, *de populo ſuo* id eſt ſeparabitur à populo ſiue per mortem corporalem, ſiue per quandam velut excommunicationem. Verbum enim Hæbræum כָּרַת *Carath*, propriè exſcindere ſignificat. Quare liberatio huiuſmodi non erat à morte æterna [Sed etſi fuiſſet: duobus tamen modis liberari à peccato dici, vno iuſtificatione à peccato mortali, nimirum per gratiæ infuſionem, alio preſeruatione ſiue declinatione à peccato: poſteriori poſſet dici Circunciſio liberaſſe à peccato, in quantum eius obſeruatione homines euitabant peccatum inobedientiæ circa præceptum diuinum. priori autem non poſſe, de quo eſt controuerſia.]

[e] Secunda, in Circunciſione eſt promiſſio remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ. [f] Geneſ. 17. *Ego ero Deus tuus & ſeminis tui poſt te*, id eſt, vt vult Caluin. *Dabo tibi vitam æternam.* Deus enim vt ait [g] Chriſtus non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum ſcilicet iuſtorum. primus autem ingreſſus ad vitã æternam eſt per remiſſionem peccatorum. Igitur Circunciſio, & Baptiſmus non differunt niſi in ritu externo.

[h] Negatur antecedens. Ad probationem verba illa: *Ego ero Deus tuus* &c. nihil aliud ſignificare niſi promiſſionem cuiuſdam protectionis particularis vt ait Chryſoſtomus, qualis debebatur populo peculiari. Vel ſignificare *Non habebitis alium Deum preter me*: aliàs iuxta Caluinum non fuiſſet Deus niſi iuſtorum Iſraëlitarum quod falſum eſt, cùm ſit Deus omnium viuentium, ſiue bonorum, ſiue malorum vt intendit Chriſtus in argumento citatus. Volebat enim vniuerſaliter Sadducæis probare animas eſſe immortales, probat autem ex verbis dicentis Dei *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac*, &c.

[d] וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהוּא *venichrethah hannepheſch habi. Excidetur anima illa quæ pœna paſſim in ſcripturâ ponitur contra omnes qui aliquã ceremoniam omiſiſſent. Et nominatim eadem habentur verba Hebræa. Numeror. 19. v. 13. contra cũ qui tetigiſſet cadauer, nec ſe aquâ abluiſſet.*

[e] *eſt Caluini 4. Inſt. 16. §. 3. & 4.*

[f] *v. 7.*

[g] *Math. 22. v. 31.*

[h] *1 quia Paulus & Aug. docent nos habere meliores repromiſſiones. 2. quia data eſt Circũciſio primùm Abrahæ iam iuſto 3. quia non niſi propagationem poſteritatis, & terram Paleſtinæ Deus promiſit Abrahæ.*

[i] *in hunc locum.*

iam defunctorum, Deus autem non eſt mortuorũ, id eſt non exiſtentium, ergo illi quoad animas viuebant. [Quæ ſi voluiſſet Chriſtus ad iuſtos tantùm reſtringere, reſpondere Sadducæi potuiſſent, animas iuſtorum præſeruari quidem à Deo immortales, naturaliter tamen eſſe mortales: vnde animas impiorum iuxta naturæ ſuæ conditionem perire.]

Tertia, [k] in Leuitico habemus expiari quodcumque peccatum per ſacrificium & orationem Sacerdotis orantis, pro delinquente offerente.

[k] *cap.* 4. 5. & 6.

Reſpondeo, non de quocumque peccato agi, ſed tantum ignorantiæ, damni in res externas proximi, & periurij prolati ex cupiditate habendi res alienas: non autem blaſphemiæ, idololatriæ, &c. Nec obſtat dici cap. 6. Sacrificio arietis expiari omne peccatum, quod peccare homines ſolent. Intelligitur enim de peccato circa ablationem rei alienæ, aliàs ſuperioribus capitibus ponerentur fruſtrà ſacrificia pro varijs peccatis. Deus autem non remittit quoad culpam, & mortem æternam vnum peccatum quin ſimul remittat omnia. Quare illud ex Leuitico non niſi intelligi poteſt de expiatione quoad temporalem pœnam, & immunditiem quandam legalem. Maximè cum [l] Apoſt. diſerte doceat ſacrificia antiqua nihil valuiſſe ad expiandas animorum culpas.

[l] *Hebræor.* 10.

Quarta, [m] Paulus loquens Chriſtianis, de antiquis illis. [n] *Eandem* (inquit) *eſcam ſpiritualem manducauerunt* [o] *& eundem potum ſpiritualem biberunt.* quia nimirum effectum ſpiritualem efficiebãt. Ergo paria nobiſcum in effectu Sacramenta habuerunt. 1. quia eandem eſcam & eundem potum eumque ſpiritualem. 2. quia Paulus intẽdit Chriſtianos monere ne credant ſibi omnia eſſe ſalua quòd Baptiſmum & Euchariſt. perciperent, niſi etiam in bonis operibus perſeuerent: cum antiquis ſimilia Sacramenta ſine operibus bonis parum profuerint: quod certè nihil concludit, niſi velit vtra-

[m] *Caluini* 4. *cap.* 14. § 23. *Inſtit.*

[n] 1. *Cor.* 10. *v.* 3. πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον.

[o] *v.* 4. καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον.

que Sacramen. quoad efficaciam eſſe æqualia. 3. quia Auguſt. tract. 26. in Ioan. vt à Caluino citatur ait Sacramenta Iudæorum & noſtra, fuiſſe in ſignis diuerſa, in re quæ ſignificatur paria: diuerſa ſpecie viſibili, paria virtute ſpirituali.

[p] *Caluinus ſupr.* § .19. & *Kemnitius* 2. *par. Examinis pag.* 41.

Negatur conſequens, atque hac in re ſibi ipſis Caluinus & Kemnitius contradicunt, nam contendunt Sacramentũ proprie dictũ cæremoniam eſſe ordinariam, & ſtatam. Manna autẽ & aqua de Petra non fuerunt huiuſmodi, vt patet, & tamen aſſerunt fuiſſe vera Sacramenta. Igitur ſimul fuerunt, & non fuerunt vera Sacramenta.

Ad primam probationem, non velle Paulum antiquos eandem nobiſcum eſcam manducaſſe & potum bibiſſe, ſed eandem inter ſe. Senſus enim eſt. *Omnes Iudæi eandem eſcam manducarunt, & tamen non omnes placuerunt Deo.* 1. quia illorum huiuſmodi eſca, & potus erant etiam beſtiis communis in vſu, noſtra minimè. 2. quia Chriſtus etiam vtrũque diſtinguit. [q] *Patres veſtri* (inquit) *manducauerunt Manna in deſerto & mortui ſunt.* [r] *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* [s] Caluinus reſpondet Chriſtum non aſſeruiſſe ſe daturum meliorem cibum quam manna fuerat reuera, ſed quam fuerat ſecundum craſſam Iudæorum opinionem. Cõtra. ſi hâc in re Iudæi erraſſent, eorum confirmaſſet errorem Chriſtus, affirmans Manna cibum tãtùm fuiſſe corporalem vt [t] Chryſoſt. & [u] Cyrill. aduertunt. 3. Sacramenta noſtra habent promiſſionem gratiæ ſpiritualis. At comedenti Manna, vel bibenti aquam de petrâ, aut trãſeunti mare rubrum, nulla inuenitur promiſſio (ad quam nos [x] Petrus Martyr remittit) niſi fortè [y] temporalis: ex quâ tamen conatur ipſe Martyr ſpiritualem deducere, hâc argumentatione.

[q] *Ioan.* 6. *v.* 49. οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον.
[r] *v.* 58. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.
[s] 4 *Inſtit.* 14. § 25.
[t] *homil.* 44. *in Ioan.*
[u] 3. *in Ioan.* 34.
[x] *in* 1. *Cor.* 10.
[y] *Exod.* 16. *v.* 12. *Numeror.* 20. *v.* 8.

Extremũ malorum, & radix eſt peccatum. Ergo qui petit ab aliquo liberari malo, tacitè petit liberari à peccato. Igitur quæcunque bona Deus promittit, aut exhibet innituntur reconciliationi cum eo: Falſa conſequentia prima, etſi enim malorum

radix ſit peccatum, mala tamen pœnæ, & culpæ nō [z] ſunt [z] inſeparabilia inter ſe: [nonne [a] Iſraëlitæ petebant liberari à ſiti cum murmuratione? eſtne velle tacitè à peccato liberari? nonne multi etiam à pœnis liberari deuotè petunt, qui tamen à peccatis nolunt deſiſtere? nonne Iob petebat eripi ab afflictione, & tamen iuſtus ipſe erat?] Falſa item ſecunda tùm in re ſiue materia: aliàs ſequeretur Deum eſſe reconciliatum omnibus malis, cùm [b] nullus ſit cui aliquod bonum non præſtet? [tum in illuſtratione, ſiue forma: nullo enim modo ſequitur ex præcedenti etiam verâ 1. quia ex eo quod aliquis petit tacitè, vel etiam expreſſè liberari à peccato & pœna, non ſequitur ſi Deus aliquod bonum temporale conferat, id eſſe in ſignum recōciliationis aut iam factæ, aut faciendæ, quia fortaſſe non rectè petit vel ponit obicem gratiæ 2. quamuis eſſet ſignum reconciliationis. Non tamen inde ſequeretur abſolutè conſequentia ſecunda. Nam multis non petentibus plurima dona largitur, quæ niti reconciliatione cum Deo probari nequeunt

[z] *Sæpe enim peccant homines, & non puniuntur in hâc vitâ, ſæpè non peccant, & affliguntur, vt Iob, Tobias, &c.*

[a] *Exod. 17. & Numeror. 20.*

[b] *quot Gentilibus Cyro Alexādro Cæſari, &c. bona temporalia dedit qui tamen Dei non erant amici.*

Porrò manna, & illa aqua dicuntur ſpiritualia, non quoad effectum, ſed propter ſignificationem [ſignificabant enim noſtra Sacramenta & gratiam eorum] & propter cauſam. quia vtrumque miraculosè productum. *Bibebant enim de ſpirituali conſequente eos petrâ.* id eſt, bibebant aquam ſcaturientem etiam de petrâ ſpirituali, & principali nimirum prouidentia Chriſti. Si quidem ſenſus eſſe non poteſt, *bibebant petram, id eſt Chriſtum* (vt putat Caluinus) [quamuis enim rectè dici poſſit *bibere de dolio, & de petrâ*, pro *bibere vinum, vel aquam dolij, aut petræ*, nullus tamen patitur loquendi vſus dicere *bibere dolium, aut petram.*]

Ad ſecundam probationem, Reſpondeo Apoſtolum non argumentari ibi à ſimili [ſed [c] à minori ad maius] non ad monendum fideles ne Sacramentis confidant, ſed ne illis abutantur, concedentes idolothyta. Si enim antiquis non pepercit Deus abutentibus tātum noſtrorum figuris Sacra-

[c] *[placebit fortè aliis formare argumētum à Maiori ad Minus: ſed in his rebus nō eſt nobis immorandum vtrinque enim remanet vis argumenti.]*

que Sacramen. quoad efficaciam eſſe æqualia. 3. quia Auguſt. tract. 26. in Ioan. vt à Caluino citatur ait Sacramenta Iudæorum & noſtra,fuiſſe in ſignis diuerſa,in re quæ ſignificatur paria: diuerſa ſpecie viſibili, paria virtute ſpirituali.

Negatur conſequens, atque hac in re ſibi ipſis Caluinus & Kemnitius contradicunt,nam contendunt Sacramentũ proprie dictũ cæremoniam eſſe ordinariam,& ſtatam. Manna autẽ & aqua de Petra non fuerunt huiuſmodi,vt patet,& tamen aſſerunt fuiſſe vera Sacramenta. Igitur ſimul fuerunt, & non fuerunt vera Sacramenta.

[p] *Caluinus ſupr.* §.19. & *Kemnitius* 2. *par. Examinis pag.* 41.

Ad primam probationem,non velle Paulum antiquos eandem nobiſcum eſcam manducaſſe & potum bibiſſe,ſed eandem inter ſe. Senſus enim eſt. *Omnes Iudæi eandem eſcam manducarunt, & tamen non omnes placuerunt Deo.* 1. quia illorum huiuſmodi eſca, & potus erant etiam beſtiis communis in vſu, noſtra minimè. 2. quia Chriſtus etiam vtrũque diſtinguit. [q] *Patres veſtri*(inquit) *manducauerunt Manna in deſerto & mortui ſunt.* [r] *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* [s] Caluinus reſpondet Chriſtum non aſſeruiſſe ſe daturum meliorem cibum quam manna fuerat reuera, ſed quam fuerat ſecundum craſſam Iudæorum opinionem. Cõtra. ſi hâc in re Iudæi erraſſent, eorum confirmaſſet errorem Chriſtus, affirmans Manna cibum tãtùm fuiſſe corporalem vt [t] Chryſoſt. & [u] Cyrill. aduertunt. 3. Sacramenta noſtra habent promiſſionem gratiæ ſpiritualis. At comedenti Manna, vel bibenti aquam de petrâ, aut trãſeunti mare rubrum, nulla inuenitur promiſſio (ad quam nos [x] Petrus Martyr remittit) niſi fortè [y] temporalis: ex quâ tamen conatur ipſe Martyr ſpiritualem deducere, hâc argumentatione.

[q] *Ioan.* 6. *v.* 49. οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον.
[r] *v.* 58. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.
[s] 4 *Inſtit.* 14. § 25.
[t] *homil.* 44. *in Ioan.*
[u] 3. *in Ioan.* 34.
[x] *in* 1. *Cor.* 10.
[y] *Exod.* 16. *v.* 11. *Numeror.* 20. *v.* 8.

Extremũ malorum, & radix eſt peccatum. Ergo qui petit ab aliquo liberari malo, tacitè petit liberari à peccato. Igitur quæcunque bona Deus promittit, aut exhibet innituntur reconciliationi cum eo: Falſa conſequentia prima, etſi enim malorum

radix ſit peccatum, mala tamen pœnæ, & culpæ nõ ſunt [z] inſeparabilia inter ſe: [nonne [a] Iſraëlitæ petebant liberari à ſiti cum murmuratione? eſtne velle tacitè à peccato liberari? nonne multi etiam à pœnis liberari deuotè petunt, qui tamen à peccatis nolunt deſiſtere? nonne Iob petebat eripi ab afflictione, & tamen iuſtus ipſe erat?] Falſa item ſecunda tùm in re ſiue materia: aliâs ſequeretur Deum eſſe reconciliatum omnibus malis, cùm [b] nullus ſit cui aliquod bonum non præſtet? [tum in illuſtratione, ſiue forma: nullo enim modo ſequitur ex præcedenti etiam verâ 1. quia ex eo quod aliquis petit tacitè, vel etiam expreſſè liberari à peccato & pœna, non ſequitur ſi Deus aliquod bonum temporale conferat, id eſſe in ſignum recõciliationis aut iam factæ, aut faciendæ, quia fortaſſe non rectè petit vel ponit obicem gratiæ 2. quamuis eſſet ſignum reconciliationis. Non tamen inde ſequeretur abſolutè conſequentia ſecunda. Nam multis non petentibus plurima dona largitur, quæ niti reconciliatione cum Deo probari nequeunt

[z] Sæpe enim peccant homines, & non puniuntur in hâc vitâ, ſæpè non peccant, & affliguntur, vt Iob, Tobias, &c.

[a] Exod. 17. & Numeror. 20.

[b] quot Gentilibus Cyro Alexãdro Cæſari, &c. bona temporalia dedit qui tamen Dei non erant amici.

Porrò manna, & illa aqua dicuntur ſpiritualia, non quoad effectum, ſed propter ſignificationem [ſignificabant enim noſtra Sacramenta & gratiam eorum] & propter cauſam. quia vtrumque miraculosè productum. *Bibebant enim de ſpirituali conſequente eos petrâ.* id eſt, bibebant aquam ſcaturientem etiam de petrâ ſpirituali, & principali nimirum prouidentia Chriſti. Si quidem ſenſus eſſe non poteſt, *bibebant petram, id eſt Chriſtum* (vt putat Caluinus) [quamuis enim rectè dici poſſit *bibere de dolio, & de petrâ,* pro *bibere vinum, vel aquam dolij, aut petræ,* nullus tamen patitur loquendi vſus dicere *bibere dolium, aut petram.*]

Ad ſecundam probationem, Reſpondeo Apoſtolum non argumentari ibi à ſimili [ſed [c] à minori ad maius] non ad monendum fideles ne Sacramentis confidant, ſed ne illis abutantur, concedentes idolothyta. Si enim antiquis non pepercit Deus abutentibus tãtum noſtrorum figuris Sacra-

[c] [placebit fortè aliis formare argumẽtum â Maiori ad Minus: ſed in his rebus nõ eſt nobis immorandum vtrinque enim remanet vis argumenti.]

mentorum, & proinde minus peccantibus, quanto magis nobis non parcet abutentibus veris Sacramentis, & proinde magis peccantibus.

Ad tertiam, malè à Caluino Auguſtinum produci. Ita enim habet *Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificante virtute ſpirituali:* id eſt, diuerſa erant ſigna, tamen quoad vim ſpiritualem ſignificandi (non autem vt vult Caluinus, quoad virtutem ſpiritualem ſimpliciter) eadem erant quia idem ſignificabant, quod clarius paulò ante dixerat his verbis. In ſignis diuerſa ſunt, ſed in re quæ ſignificatur paria ſunt.

[d] *eſt Kemnitij.*
[e] *Coloſſ. 2. v. 11.*

Quinta [d] ratio, Apoſtolus [e] vocat Baptiſmum Circunciſionem. Ergo paria facit illa.

Sed contrarium ſequitur. Nam ita vocat Baptiſmum Circunciſionem, vt opponat Circunciſioni antiquæ, voluit autem appellare Baptiſma Circunciſionem, quod hæc eſſet figura Baptiſmi cui expoliationem peccatorum tribuit non Circunciſioni antiquæ.

[f] Kemnitij p. 67.
[g] *Hebræor. 13. v. 8.* ἰησοῦς χριστὸς χθὲς, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

[f] Vltima, [g] *Chriſtus Ieſus heri, & hodie, ipſe & in ſæcula.* Sed quid inde? 1. quia Paulus ibi agit de doctrinâ & fide, non de Sacramentis. 2. quamuis de his ageret: quid aliud ſequeretur, quam noſtra, & antiqua eundem ſignificare Chriſtum?

Sententia hæreticorum de Charactere.

CAP. XVIII.

[a] *4. Trialogi 15. apud waldenſem tom. 2. de Sacram. ca. 109.*
[b] *in Antidoto ſeſſ. 7. canon. 9.*
[c] *2 par. Exam. p. 129. & ſeq.*
[d] *libr. de erroribus Pontificiorum.*

[a] VICLEF, [b] Caluin. [c] Kemnit. & [d] Tilmannus Heshuſius Characterem Sacramentalem affirmant probari non poſſe.

Primò, quia nihil de eo ſcripturæ, & PP.

Secundò, quia de ipſo nihil certum inter Scholaſticos.

Tertiò, quòd excogitator characteris fuerit Innocentius 3. qui multa mala decreuit, & fecit. Sed ipſe cap. *Maiores* ſatis oſtendit non ſe primum de charactere tractaſſe. Et tanquam optimus Pontifex ab omnibus laudatur hiſtoricis; *Laudabilia* (inquit [e] Krantzius) *multa ſcripſit, multa conſtituit.* Item lib. 12. cap. 2. *Præfuit Innocentius tertius Pontifex, cui parem multâ doctrinâ, & rerum magnificentiâ ætas illa non habuit.*

[e] 9. Metrop. 1.

Sententia Catholicorum de charactere.

CAP. XIX.

NOMEN characteris acceperunt Scholaſtici ab Auguſtino, quia hoc nomine vtitur paſſim: Eſtque vox Græca, formam ſeu figuram ſignificans, Hebræor. 1. v. 3. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ,* καὶ χαρακτὴρ *& figura ſubſtantiæ eius.*

Sententiam Catholicorum his cõplectemur propoſitionibus, Prima: *Signum aliquod ſpirituale animæ imprimitur in quibuſdam Sacramentis, quod character appellatur.* Probatur.

Primò, ex Concil. Florent. in literis vnionis, *Inter hæc Sacramenta tria ſunt Baptiſmus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctum imprimunt, in anima indelebile: vnde in eâdem perſonâ non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt & reiterationem admittunt.* Trident. ſeſſ. 7. can. 9. *Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in animâ, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, Anathema ſit.*

Secundò, ex communi Theologorum ſententia in 4. diſtinct. 6.

Durandus [a] equidem arbitratur huiuſmodi characterem eſſe ſolum reſpectum rationis aduenientem ex deputatione ad certum officium, qualis eſt relatio in Doctoribus, Prætoribus, *&c.* Scotus, [b] non poſſe ex ſcripturis, aut PP. probari. [c] Gabriel dubitat an id Eccleſia definierit. Verùm iſti DD. nihilominus characterem cum aliјs omnibus agnoſcunt.

[a] *in* 4. *diſt.* 4. *q.* 1.
[b] *diſt.* 6. *q.* 9.
[c] *ibidem. q.* 2.

Secunda, *Character non eſt relatio, ſed abſoluta qualitas*, Et quidem non eſſe relationem rationis contra Durãdum probatur. Quia Concilium Tridentinũ anathema dicit negantibus Characterẽ, at hęretici non negant, nec poſſunt negare illam relationem rationis in miniſtris, quæ non ſit in aliis minimè deputatis ad miniſterium. Ergo damnat hæreticos, quia negant characterem realem, vnde ſententia Durandi non multum ab hæreſi huius temporis diſcrepare videtur. Contra Scotum, non eſſe realem relationem ſimpliciter probatur. 1. Omnis relatio aliquod habet fundamentum: At iſtius relationis quale erit? non anima, quia character ineſſet omnibus hominibus, [non quæcumque alia qualitas infuſa peculiaris ob ipſum quia hæc potius diceetur Character non autem illa relatio] 2. quia PP. de Charactere, vt re abſoluta loquuntur, dicunt enim *imprimi, nos eo conſecrari, conſignari*, &c.

Tertia, *Character tria habet officia ſcilicet, aptum facere hominem ad cultum diuinum, configurare Chriſto, & diſtinguere ab aliјs.* In Baptiſmo facit hominem aptum ad ſuſcipienda omnia Sacramenta alia, eſtque paſſiua poteſtas: in Ordine facit aptum miniſtrandi alia Sacramenta, eſtque poteſtas actiua: in Confirmatione, & facit aptum ſuſcipiendi alia Sacramenta, & profitendi fidem: vnde partim eſt potentia paſſiua, partim actiua, videtur tamen magis actiua, nam abſque iſto Charactere reliqua Sacramenta ſuſcepta valent, quod non contingeret, ſi eſſet principaliter paſſiuus ſicut patet in Baptiſmo. Iſta autem potentia non videtur phyſica, ſed tantùm moralis,

moralis, quia Character non attingit effectum, ſed tantum operati dicitur, quia vbicumque eſt, ex pacto Deus adeſt, & concurrit ad producendum effectum ſupernaturalem quod non facit vbi deeſt Character. Quia verò iſta potentia eſt quædam participatio poteſtatis Chriſti ſummi Sacerdotis à quo deriuatur, ideò dicitur nos Chriſto configurare, quia autem configuramur ſpeciali quadam ratione ideò Charactere diſtinguimur ab alijs.

Quarta, [d] *Character Sacramentalis in ſola anima eſt tanquam in ſubiecto*, id eſt non inhæret animæ mediantè aliqua potentia intellectuali. Non eſt enim habitus vel potētia operatiua [phyſicè] quod eſſet neceſſe, ſi reſideret in intellectu aut voluntate, vt nonnulli putant.

Quinta, *Character eſt indelebilis*, ita Concilia citata, recipiturque ab omnibus. Ratio à priori, quia character caret contrario, eſtque in ſubiecto incorruptibile. à poſteriori quia Sacramenta imprimentia Caracterem non reiterantur.

Sexta, *tria ſolum Sacramenta Characterem imprimunt Baptiſma, Confirmatio, Ordo*, ita Concil. ſupra, & ab omnibus conceditur. Ratio à priori difficilè redditur: illa tamen adduci ſolet quòd in his tribus homo quodammodo ſtatum mutet accipiendo nouam poteſtatem per nouam conſecrationem. Nam in Baptiſmo tranſit à Diabolo ad Chriſtum, & accipit poteſtatem participandi bonis Eccleſiæ. In Confirmatione tranſit ad militiam Chriſti, & accipit robur, atque potentiam pugnandi ex officio contra Dæmones. In Ordine, aſcribitur in numerum Præpoſitorum huius militiæ, & accipit poteſtatem tribuendi aliis bona Domini ſui. In aliis autem Sacramentis non fit talis mutatio. Nam in Euchariſtia alitur tantùm ſpiritualiter, in pœnitētia, curatur à morbo peccati, in Extrema Vnctione recipit antidotum contra reliquias peccati, in Matrimonio remedium contra concupiſcentiam.

Septima, *Nec Circunciſio nec vllum Sacramentum ve-*

[d] *[Hæc eſt cōtra D. Thom. 3 p. q. 63. ar. 4. arbitrantē eſſe characterē immediatè in intellectu, & cōtra Scotum. 4. diſt. 6. q. 11. aſſerentem in voluntate eſſe. opinionis D. Thomas rationes ſunt 1. quia per characterē tribuitur poteſtas ſuſcipiendi Sacramenta quibus fidem profitemur, fides autem in intellectu reſidet 2. quia character eſt ſignum. At ſignum maximè ad intellectum pertinet: quia per ſignum res cognoſcuntur 3. quia filius Dei dicitur character Patris, Filius autem diuinus per intellectum procedit.]*

teris legis imprimebat Characterem in anima. Ita [e] D. Thom. contrarium [f] Scotus quantum ad Circunciſionem. Probatur tamen. 1. quia Circunciſio non in anima, ſed in corpore imprimebat characterem, vt ſic eſſet figura Baptiſmi. 2. quia introducitur character ad ſuſcipienda, vel miniſtranda opera ſupernaturalia.

[e] 3. p. q. 63. ar. 1.
[f] in 4. diſt. 6. q. 9. ad 1.

Sacramentorum autem antiquorum opera non erant talia. 3. ideo contrarium aſſeruit Scotus quòd arbitraretur Circuncisionem conferre gratiam ex opere operato, ſed id refutauimus.

Octaua, *Nullus Character in Chriſto erat.* Eſt etiam [g] D. Thom. 1. quia Character eſt quædam participatio Sacerdotij Chriſti intrinſecè 2. quia ſignari eſt proprie ouium, ſeruorũ, militum, ſubditorum. 3. quia Character datur vt Deus quaſi ex pacto cõcurrat nobiſcum ad actiones Sacramentales. Quæ omnia non competunt Chriſto, ipſe namque eſt ſummus Sacerdos, Paſtor, Dominus, Dux, & cauſa principalis in quantũ Deus ac inſtrumentalis coniuncta in quantum eſt homo.

[g] ſupra ar. 5.

Probatur Character ex ſcripturis.

CAP. XX.

PRIMO 2. Corinth. 1. [a] *Qui vnxit nos Deus,* nimirum per gratiam, *& ſignauit nos*, nimirum obſignatione, ſeu charactere quo conſecramur Deo, & deputamur ad eius cultum, *& dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* id eſt teſtimonium bonę conſcientiæ quod ſequitur iuſtificationem.

Secundò, [b] *In quo & credentes in Græco* πιστεύσαντες poſtquam credidiſtis, *ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto,* [c] *qui eſt pignus hæreditatis*, quod de ſignaculo accepto in Baptiſmo intelligunt Chryſo.

[a] v. 22. ὁ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.
[b] Epheſ. 1. v. 13. ἐν ᾧ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.
[c] v. 14. ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν.

Theophy. Hieroy. &c.

Tertiò, [d] *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum in quo ſignati eſtis in diem Redemptionis*, id eſt regenerationis in Baptiſmo vt notarunt Haymo, & Oecumenius, illud enim, [e] *in diem*, idem eſt ac *in die*, ſicut illud, *ſaluabit me in regnum ſuum*, id eſt *in regno ſuo*.

Reſpondet [f] Caluin. hæc intelligi de obſignatione promiſſionum, quam Deus in cordibus facit, vt fides magis confirmetur: contra apertè Apoſtolus ait nos, non autem promiſſiones obſignati, pari alioquin ratione dici deberent inungi promiſſiones.

Quartò, Circunciſio fuit Baptiſmi figura. At Circunciſio non ſolùm præſcindebat carnem, ſed etiam relinquebat in corpore ſignum quo diſcernerentur Iudæi à Gentibus.

Quintò, ex vaticinio, [g] *Omnes gentes, & linguæ venient & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum.* Quod poteſt intelligi optimè de Charactere, cùm videamus Paulum loqui de ſigno quodam interno, & oporteat ſcripturam per ſcripturam exponere, ſi fieri poteſt.

[d] *Epheſior.* 4. v. 30. μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

[e] 2. *Timoth.* 4. v. 18. σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

[f] *in commentario.*

[g] *Iſaiæ* 66. v. 18. & 19.

Idem ex PP. probatur.

CAP. XXI.

DIONYS. [a] *Hunc* (*qui baptizatur*) *diuina maieſtas in ſui conſortium intus admittit, eique lucem ſuam perinde ac ſignum aliquod tradit.* [b] Cyrill. deſcribens Baptiſmum per effectum, vocat *regenerationem, ſignaculum ſanctum, & indelebile.* [c] Baſilius, *ſignaculum. Item, Quomodo* (inquit) *vendicabit te Angelus ſibi, quomodo eripiet ab hoſtibus ſi non agnouerit ſignaculum?*

[a] *par.* 3. *cap.* 2. *Eccleſiaſt. Hierarch.*

[b] *præf. Catecheſeon.*

[c] *oratione.* 13. *quæ eſt exhortatoria ad Baptiſmum.*

lum inuiolabile, [d] Nazianz. *ſigillum quo cognoſcimur eſſe Dei poſſeſſio.* [e] Chryſoſt. Porro idem, charactere Spiritusſancti nos inſigniuit. [f] Epiph. ait Baptiſmum nos obſignare in nomẽ Dei. [g] Ambroſ. *Spiritu ſignamur, vt ſplendorem atque imaginem eius, & gratiam tenere poſſimus: quod eſt vtique ſpirituale ſignaculum.* Auguſt. *eluxit paſtoribus Catholica Eccleſia, &c. & ouem quæ foris errabat, & Dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus ſuis foris acceperat venientem ad Chriſtianæ vnitatis ſalutem ab errore corrigi, &c.* [Item Epiſtola 44. vos oues Chriſti eſtis quia Characterem Dominicum portatis quem accepiſtis, in Sacramento, ſed erratis, & peritis. tractatu 5. in 1. Epiſt. Ioan. Baptizatus etiamſi charitatem non habeat, characterem quidem impoſitum habet, & tamen deſertor vocatur, & lib. 2. contra Petilianum ſub finem: venientes à vobis recipere non poſſumus, niſi quod veſtrum eſt deſtruamus. Deſtruimus enim perfidiam deſertoris, non deſtruimus Characterem Imperatoris.] item 1. contra Creſconium cap. 30. Theodoretus in 2. Corinth. 1. Haym. Primaſ. Anſelm. Theophyl. Oecumen. in 1. & 4. ad Epheſios & Damaſc. 4. fidei 10.

[d] *oratione in ſanctum lauacra.*
[e] *Homil. 2. in epiſt. ad Epheſ. Itẽ. ſignati ſunt Iſraelitæ, ſed Circunciſionis notâ, vt pecora, nos autem, vt filij ſignati ſumus ſpiritu-ſancto.*
[f] *hæreſi. 8.*
[g] *libro 1. de Spiritu ſancto cap. 6.*

Reſponderi poſſet loqui PP. tantùm de externo ſymbolo primò, quia [h] Aug. ait exterius Charactem cognoſci.

[h] *ſerm. de geſtis cum Emerentiano.*

Secundo, ſi Donatus in nomine ſuo baptizaret, Donati characterem infigeret. At non niſi viſibilem donare poſſet. Tertiò characterem eſſe ipſam Trinitatis inuocationem quæ fit in Baptiſmo.

Contra 1. PP. apertè dicunt Characterem eſſe ſpiritualem, *indelebilem*, & *ſemper manentem.* At externum Symbolum Sacramentale tranſit. 2. ſequeretur omnia Sacramenta characterem habere, ſi Symbolum externum Character eſſet.

Ad primum, videri Characterem, in quantum videmus aliquem ſuſcepiſſe Sacramentum Characterem imprimens, ſicut dixit Auguſt. videri & agnoſci externum Symbolum quando veniunt ad

Eccleſiam baptizati ab hæreticis, quia etſi non videatur Symbolum eo quod tranſierit, tamen videntur qui verum ſuſceperunt Baptiſma.

Ad ſecundum, loqui Auguſt. ex hypotheſi ac ſi dixiſſet: ſi per impoſſibile Donatus in nomine ſuo poſſet Sacramentum conferre, characterem ſuum, nimirum inuiſibilem, proinde etiam conferret.

Ad vltimum inuocationem Trinit. & ipſum Symbolum externum dici Characterem poſſe non impreſſum, ſed imprimentem.

Idem oſtenditur ratione.

Cap. XXII.

PRIMA, in hoc Deus differt à nobis, quòd cum vult diligi, infundit qualitatem mẽtibus, per quam diligatur. Ergo ſimiliter cum deputat aliquem, vel conſecrat ad Sacramenta dãda, vel recipienda id non facit per ſimplicem deputationem, vt faciunt homines: ſed infundens aliquam qualitatem quâ fiat aptus deputatus.

Secunda, aliquis manens infidelis publicus, Sacramentum ſuſcipiet validum, ſi, volens, ab alio baptizetur infideli, vt etiam aduerſarij fatẽtur. [Nam eo ipſo vt ouis (etſi extra ouile) ſpectat ad Eccleſiæ iuriſdictionem.]

Si verò Abſolutionem, vel Euchariſt. aut Vnctionem extremam à legitimo recipiat Miniſtro, vel Matrimonium contrahat, reuera Sacramentum non ſuſcipiet. [Nec enim dicetur propterea ad Eccleſiæ iuriſdictionem ſpectare.] Sed huius rei diſcrimen aſſignari nequit, ratione gratiæ: quia vtrinque non datur nec aliqua reddi poteſt, niſi quòd Baptiſmus characterem imprimat, alia verò

Digitized by Google

ſupra nomináta, minime. Ergo, &c.

Tertia, quædam Sacramenta reiterãtur, quædam nõ. At huius rei diuerſitas ex charactere optimè defenditur: quia hæc Sacramẽta manẽt in ſuo effectu, cætera nec in ſe, nec in effectu manẽt. Si autem non admittatur nulla ratio duntaxat aſſignari poterit.

[a] 4. *Inſtit.* 18. §. 19.

Caluin. [a] ait non repeti Baptiſmum, quòd ſit in Eccleſiam ingreſſus, & quædam fidei initatio, vnde ſicut vnus eſt Deus in quem credimus, & vna Eccleſia in quam ingredimur, ita vnum Baptiſma.

[b] 2. *par. Exam. p.* 133.

Contra. 1. hæretici ab hæreticis baptizati, neque intrant ad Eccleſiam, nec intiantur ad fidem: Apud hæreticos ſiquidem neque Eccleſia, neque fides: igitur iſti poterunt ſaltem rebaptizari. 2. Ordinatio neque ingreſſus ad Eccleſiam eſt, neque initiatio ad fidem: & tamen non reiteratur. [b] Kemnitius, alias rationes reddit primam ex Gabriele, ſcilicet quia placuit Deo quædam Sacramenta non iterari. Sed vnde id conſtat. Si namque dicatur id haberi ex PP. & Concil. traditione, ea etiam ſimul docent rationem huius rei eſſe, quòd quædam characterem Sacramenta imprimant, alia minimè.

[c] *pag.* 238. 239. & 240.

Secundam, [c] Quia Baptiſmus ſignificat Chriſti mortem. Chriſtus autem ſemel tantum mortuus eſt. Contra Baptiſmus eam ſignificat vel ex ſua inſtitutione ſimpliciter, vel quia Baptiſmo commorimur Chriſto, id eſt morimur peccato, ſicut ille corpore mortuus eſt. Si prius. Ergo & Euchariſtia non debet repeti. quia ſimili modo Chriſti mortem ſignificat. Si poſterius, cùm per pœnitentiam moriamur peccato, nec illa repeti poterit. vel ſi poſſit, Baptiſmus poterit, videlicet quoties poſſumus emori peccato.

[d] *Ioan.* 13. *v.* 10. ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι.

Tertiam quia, [d] *qui lotus eſt non indiget niſi, vt pedes lauet ſed eſt mundus totus.* Contra. ibi agitur de interna & vera mũdatione. Ergo qui ruſus per peccatum factus eſt immundus, indigebit baptizari denuò, ſi hæc ratio valet.

[e] *Hebr.* 6.

Quartam, quia, [e] *Impoßibile eſt eos qui ſemel illu-*

minati ſunt ideſt Baptizati, *renouari iterum ad pænitẽtiam*, id eſt, Baptiſmum. Contra. illuminati hîc nõ appellantur tantùm baptizati, ſed verè renouati id eſt iuſtificati. Quare ſaltem denuo rebaptizari poterunt qui in primo baptiſmate non receperunt gratiam.

Quintam, Quia, [f] *vnum Baptiſma*. Contra. non dicitur vnum quod repeti nequeat. Sed quòd ſolùm Chriſti Baptiſma ſalutare ſit, idque vno certo celebrandum ritu. Sicut fides [g] dicitur vna, & Euchariſtia vnus panis 1. Corinth. 10. verſ. 17. quæ tamen repeti poſſunt. Quare has quatuor rationes poſtremas non putat Kemnitius ſolidas, putat tamen ſequentes.

Sextam, quia pactum Dei nobiſcum in Baptiſmo initum, perpetuum eſt. [h] *Nunquid infidelitas eorum* (ait Paulus) *fidem Dei euacuauit*. Quare cum poſt Baptiſmum peccamus nouo non opus eſt pacto, ſed recurrere ſatis eſt ad primum in Baptiſmo initum. Contra, [i] [pactum Dei in Baptiſmo, vel ideò perpetuum dicitur, quòd Deus accedentibus ritè ad Baptiſmum ſeruet immutabiliter promiſſiones quas [k] Baptiſmo coniunxit, vel quia ſemel Baptizato Deus immutabiliter ſuam gratiam conſeruat. Si prius verum quidem dicit, ſed ad rem, vt nihil, nam etiam Deus ſeruat promiſſiones quas aliis Sacramentis coniunxit, quę tamen iterari poſſunt.] Si poſterius, mentitur, cum per [l] Hierem. Deus aſſerat ſe relictu͂rũ derelinquentes ſe [Alias ſequeretur, vel nuſquam poſt Baptiſm. hominem poſſe peccare, vel quantumcunque peccatorem, gratiam amittere non poſſe.] 2. Si iuxta Apoſtolum ſemel illuminati renouari nequeunt. quomodo ad pactum Baptiſmi recurrere poſſunt? 3. quomodocumque pactum Dei in Baptiſmo duret eadem erit ratio pacti eius in [n] Sacramentis aliis. Igitur nec reiterari poterunt. 4. Qui ſine fide baptizatur, cum illo Deus [o] nullum contrahit pactum. Ergo ille rebaptizari poterit.

[f] *Epheſ. 4. v. 5.*

[g] *ibidem.*

[h] *Rom. 3. v. 3.* μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει.

[i] [*per pactum contractum cũ Eccleſia nomine generis humani.*

[k] *per veluti pactum ſpeciale cum baptizato initum.*]

[l] *cap. 18. v. 7. 8 9.*

[n] *imò in verbo Dei, cum eodem modo velint aduerſarij ſe habere verbum Dei, & Sacramẽta in iuſtificatione.*

[o] *quia pactum non interſedit niſi inter conſentientes.*

Septimam, Quia nullibi ſcriptum eſt debere Baptiſmum reiterari. Sed neque legitur non debere reiterari.

Octauam, Quia non habemus in ſcripturis Anabaptiſmi exemplum, & Circunciſio figura Baptiſmi ſemel tantùm conferebatur. Contra. 1. Quod exemplum prohibet in Scripturis Anabaptiſmum? 2. Ioannis Baptiſma æquale erat noſtro iuxta Lutheranos, iuſſit tamen [p] Paulus rebaptizari baptizatos Baptiſmo Ioannis. Capiant exemplum 3. Cyprianus, Africani, & plurimi Aſiatici rebaptizabant contradicente Eccleſia Romana quam execrantur aduerſatij: quidni ergo & ipſi repetunt Baptiſma?

[p] *Actor. 19. v.4. & 5.*

Nonam, Quia per Baptiſmū naſcimur ſpiritualiter, vna eſt autem generatio ſpiritualis, ſicut corporalis. Igitur &c.

Contra. 1. iuxta Bellarminum negatur Minor 2. Ordinatio non eſt generatio, & tamen non repetitur 3. qui ſine fide Baptizantur, non regenerantur & tamen non rebaptizantur.

De numero & ordine Sacramentorum.

Sententia hæreticorum de numero Sacramentorum.

Cap. XXIII.

PRIMA, ſolius Lutheri initio captiuit. Babylon. *vnicum eſſe Sacramentum.*

Secunda, duo eſſe, Baptiſmum ſcilicet & Euchariſtiam, ita Lutherus ſupra in fine quem [a] plures ſequuntur.

[a] *Philippus in locis an. 1521. & 1522. cap. de ſignis, Illyric. Confeſſ. Antuerpienſi cap. 11. de Sacramentis & cap. 18. de Abſolutione Kemnit. 2. part Exam. cap. de numero Sacramentor. pag. 12. & ſeq.*

Tertia, tria ponit Baptiſmum, Euchariſtiam, &

Google

Pœnitentiam, ita Lutherus ſupra ad initium, & aliàs frequenter, eſt valdè communis inter Lutheranos.

Quarta, [b] item tria Baptiſmum, Cœnam & Matrimonium.

Quinta, [c] Caluini, Baptiſmum, Cœnam, Ordinationem.

Sexta, Baptiſmum, Cœnam, Pœnitentiam, Ordinationem, eſt Philippi in locis editis an. 36. 52. 58.

Septima, his vellet Matrimonium addere. Philippi ſupra.

Octaua, ſex Sacramenta aſſerit.

Nona, ſeptem, quæ diſplicuit, & placuit ſimul Luthero ſupra.

[b] *Zuinglij libro de vera, & falſa religione capite de Sacramentis cum capite de Matrimonio.*

[c] *4. Inſtit. 18. §. 19. & 20. cum cap. 19. §. 31.*

Septem tantum eſſe Sacramenta Eccleſiæ probatur ex ſcripturis, PP. & poſterioribus Concilijs ac DD.

CAP. XXIV. XXV.

HÆC [a] ſeptem Baptiſ. Confirmation. Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ord. Vnctio, Matrimonium eſſe propriè Sacramenta Eccleſiæ.

Primò, probatur ex ſcripturis & Patribus ad ſingula quæque eorum infra producendis. Plura non eſſe, conſtat quod aquã benedicta, & panis, ſignum crucis, cæremoniæ ante Baptiſmũ, quas interdum vocant [b] PP. Sacramenta, non ſint talia propriè. Tùm quia dantur etiam ante Baptiſmum, qui tamen eſt omnium Sacramentorum primum, tùm quòd promiſſione gratiæ gratum facientis carent. Lotionem pedum contendere videntur [c] Ambroſius, [d] Cyprian. [e] Bernard. Sacramentum eſſe. [f] Ritus enim habetur in ſcriptura. Promiſſio item, [g] *Si non lauero te*, &c. *non habebis partem mecum*.

[a] CAP. XXIIII.

[b] *Alexander 1. Epiſt. 1. aquã. Auguſtinus 2. de peccator. mer. 26. panem in Pſal. 141 ſignum crucis in Pſal. 65. cæremonias ante Baptiſmum.*

[c] *3. de Sacr. 1.*

[d] *ſerm. de ablutione pedũ.*

[e] *ſerm de cœna domini.*

[f] *Ioan. 13.*

[g] *v. 8.* ἐὰν μὴ νίψω σε οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

bebis partem mecum, myſterium. [h] *Quod ego facio tu neſcis modo*,&c. Mandatum, [i] *vos debetis alter alterius lauare pedes*. Verùm illa verba, *ſi non lauero*, ad literam tantùm cõminationem important ob inobedientiam. Nec enim à communicatione Chriſti extorris factus fuiſſet Petrus, quia minime lotus, ſed quia inobediens vt exponunt. [k] Chryſoſt. Cyrill. Baſil. 1. de Baptiſ. 2. Nec illa, *vos debetis*, &c. mandatum ſonant niſi humilitatis, & charitatis mutuæ, vt explicant Chryſ. & Cyrill. in hunc locũ. 1. quia nuſquam hæc cæremonia fuit ab omnibus Eccleſijs recepta, maximè Romana. 2. fideles nuſquam arbitrati ſunt ſe habere ſpeciale mandatum lotionis pedum. Ambroſ. autem inde non putauit eſſe verè Sacramentum quòd non damnat Eccleſiam Romanam, quæ hanc lotionem non habebat in vſu.

Cyprian. verò & Bernard. dicunt, quidem eſſe Sacramentum expiatorium quotidianarum culparum. At neque ipſis neque alijs fidelibus fuit vſquam (quod conſtet) in quotidiano vſu. Quare nihil aliud volunt quam lotionem à Chriſto factã ſignificaſſe aliquid ſacrum, nimirum expiationem peccatorum venialium, quæ quotidie in nobis fieri debet.

Secundò,[l] ex vnanimi conſenſu Theologorum Eccleſiæ [m] ab annis ſaltem quadringentis. Nec eſt veriſimile Eccleſiam hâc in re erraſſe, cum ſincerus Sacramentorum vſus, ad notas Eccleſiæ ſpectet ex ſententia aduerſariorum.

Tertiò, ex Concil. [n] Florent. & [o] Tridentino. Quæ ſi non recipiantur & proinde tollatur authoritas, Eccleſiæ præſentis, reuocari in dubium poterunt omnia Concil. præcedentia.

[h] v. 7. ὃ ἐγὼ ποιῶ σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι.
[i] v. 14. ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας.
[k] *in hunc locum.*
[l] CAP. XXV.
[m] *Nam Magiſt. 4. diſt. 2. & omnes Theolog. inde Septem Sacramenta tradiderunt eſſe.*
[n] *in inſtructione Armen.*
[o] *ſeſſ. 7. can. 1.*

Idem probatur ex congruentiįs.

CAP. XXVI.

PRIMA, ducitur à ſimilitudine vitæ corporalis, ad quam ex parte ſingulorum hominũ requiruntur tria per ſe, generatio, augmentatio, nutritio, per accidẽs, remedium contra morbos, & remedium contra relinquias morbi. Ex parte Reipublicæ requiruntur Patres, qui vitam corporalem propagent, & Magiſtratus qui ordinent eam: ita in vita ſpirituali requiritur generatio quæ fit per Baptiſmum: Augmentatio, per Confirmationem, nutritio per Euchariſtiam remedium contra morbum peccati per Pœnitentiam; contra peccatorum reliquias, per Vnctionem extremam: per Matrimonium propagantur homines deputandi ad cultum diuinum. Per Ordinem verò gubernantur.

Secunda, ex numero noſtrorum vulnerum. Nam Baptiſ. eſt contra originale peccatum, Pœnitentia contra actuale, Vnctio contra reliquias peccati, Confirmatio contra infirmitatem, Euchariſtia contra malitiam, Matrimonium contra concupiſcentiam, Ordo contra Ignorantiam.

Tertia ex numero virtutum Baptiſ. reſpondet fidei, Confir. ſpei, Euchariſt. Charitati, Pœnitent. Iuſtitiæ, Vnctio fortitudini, Ordo prudentiæ, Matrimon. Temperantiæ.

Quarta, ex celebritate numeri ſeptenarij in expiationibus Exodi. 29. Leuit. 4. [a] &c. vnde [b] Naamam iuſſus eſt ad purgandam lepram lauari ſepties.

Reſpondet Kemnit. 2. par. [c] Examinis 1. hæc eſſe principalia noſtræ fidei, de numero Sacramentorum, fundamenta. Sed mentitur. 2. hinc etiam colligi fuiſſe ſeptem Sacram. in lege antiqua. Con-

[a] *13. 14. 16. 23. Numer. 19. & 2. Paralip. 29. v. 21. ac Iob. vlt.*

[b] *4. Reg. 5. de his congruẽtiis. vide D. Thom. in 4. diſt. 2. q. 1. & 3. p. q. 65. ar. 1. & contra gentes 4. cap. 58.*

[c] *pag. 16. & 17.*

tra Sacramenta antiqua non erant inſtitura in remedium peccati, & ad perficiendum hominem in vita ſpirituali:ſicut ſunt noſtra 3. poſſe etiam colligi eſſe plura ſeptem,quia ſunt alij celebres numeri in ſcriptura. Sed, Theologi non deſumunt numerum Sacramentorum, à quocumque numero ſcripturæ,ſed expiatorio.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XXVII.

PRIMA, Scriptura nuſquam tradit ſeptem eſſe Sacram. ſed neque contrarium dicit. Non enim nominat Sacramentorum numerum.

Secunda, ſcripturæ duo tantum Sacramenta docent. Quia ex latere Chriſti fluxerunt tantum ſanguis & aqua, ſignificantia, vt exponunt [a] Cyrill. Chryſ. [b] Aug. [c] Damaſ. Eucharistia & Baptiſmum.

Reſpondeo, 1. duo illa tanquam principalia poni non tamen excludi cætera: ſicut cùm [d] Paulus Baptiſ. & Confirmationem tantùm ponit, nec meminit Euchariſtiæ quæ ſimul cum Baptiſmo & Confirm. dabatur. 2. [e] alios grauiſſimos PP. per ſanguinem & aquam intelligere Baptiſmum ſanguinis,& Baptiſ. aquæ, [f] alios Redemptionis noſtræ pretium,& Baptiſmum:id eſt fluxiſſe ex Chriſti latere Baptiſmum qui omnem ſuam vim habet ex Chriſti ſanguine, quare nihil certi ex hoc loco de numero Sacram. colligi poteſt.

Tertia,quia Angelus [g] in Apocaly. vocat Sacramentum, beſtiam quæ ſeptem capita habeat. Sed Ioannes ipſe per ſeptem capita,non Sacramēta,ſed reges interpretatur.

[h] Quarta,cum veteres de Sacramentis loquuntur,duo tantùm ponunt Baptiſmum, & Euchariſt. Aug. de [i] de doctrima Chriſt. & Epiſt. 118. [k] Iu-

[a] in hunc locū.
[b] *2. de Symbolo cap. 6.*
[c] *4. fidei 10.*
[d] *Hebr. 6. v. 1.*
[e] *Cyrill. catech. 3. Hiero. epiſt 83.*
[f] *Ambr. 10. in Lucam 105. Leonem epiſt. 4. Aug. ac Bedam in 19. Ioā.*
[g] *cap. 17. Hæc ſunt Kemnitij argumenta 2. par. Exam. pag. 18. & 50.*
[h] *Caluini 4. cap. 19. §. 3. Inſtit.*
[i] *cap. 9.*
[k] *Hos addit Kēnitius pag. 25.*

ſtin. Apol. 2. Irenæ. Tertull. 1. & 4. in Marcion, ac de corona militis. Cyrill. in catecheſib. Ambroſ. libro de Sacram. & de iis qui initiantur myſteriis. Recentiores verò plura duobus ponere, ſed minus quam ſeptem Dionyſ. de Eccl. Hierarch. Baptiſmum, Euchar. Confirm. Ordinem [l] Gregor. can. *Multi ſecularium* Baptiſ. Chriſma, Euchariſt. [m] Rabanum Paſchaſ. & authorem de operibus cardinalib. Chriſti. Idem

[l] 1. q. 1. *apud Gratianum.*
[m] *de Cœnâ Domini.*

Reſpond. nullum PP. dixiſſe, minus Septem eſſe Sacramenta aut non eſſe Septem, vel tantùm eſſe duo vel tria, *&c.* non eſt autem neceſſe vt quiſque, cùm de Sacramentis egit, omnia Sacramenta poneret. Sed ſatis eſt ſi ex diuerſis PP. ſeptem colligantur, vnuſquiſque vero pro ſua inſtitutione de vno aut pluribus egerit. Aug. duo ponit tantũ exempli gratiá lib. de doctri. addit autem ep. 118. *& ſi quid aliud in diuinis literis commendatur.* [n] Alibi verò Confir. & Ordin. vt vera Sacram. agnoſcit. Iuſtinus eorum tantùm meminit quæ ſufficiebant ad declarandum gentibus quod propoſuerat, ſcilicet Chriſtianos merito non admittere vllos præter ſuos ad ſynaxim, vbi neceſſario fuit de Baptiſmo tractandum: Nec illos in ſua ſynaxi, vorare humanas carnes vbi fuit ſpecialiter agendum de Euchariſtia. [o] Irænæus pro loci opportunitate modo meminit vnius, modo alterius. Tertull. eo. 1. loco. non ait duo eſſe Sacramenta, ſed in Sacramentis Deum vti voluiſſe aqua, pane, oleo quæ ſunt materiæ quinque Sacramentorum, non meminit aliorum, quia ſolum volebat probare Deum noſtrum eſſe omnium ſenſibilium Creatorem, quòd vteretur huiuſmodi rebus in Sacramentis ſuis. In alio loco ſolum Marcionem arguit quòd non niſi damnantes coniugium ad hæc duo Sacramenta admitteret, nec tamen dicit iſta ſolùm eſſe Sacramenta. in 3. non agit niſi de cæremoniis Eccleſiæ, quæ ex ſcriptura non habentur, quas tamen omnes enumerare non intendit cùm dicat *harum & aliarum*

[n] 2. *contra literas Petiliani cap.* 104. *& lib.* 2. *contra epiſtolam Parmeniani cap.* 13.
[o] *lib.* 1. *cap.* 9. *agit de Euch.* 18. *cap. de Baptiſmo. cap.* 2. *de pœnitentia libro* 3. *cap.* 4. *meminit Confeſſionis.*

huiuſmodi diſciplinarum, *ſi legem poſtulas ſcripturarum nullam inuenies, traditio tibi obtenditur auctrix.* Cyrill. & Ambroſ. etiam meminerunt Chriſmatis, de aliis autem tacuerunt: quòd ex profeſſo ad catechumenos ſcriberent inſtruerentque de rebus quæ fiunt tempore Baptiſmi, tria autem Sacramenta cum baptizantur adulti, eo die illis miniſtrantur tantum, Baptiſma, Confirmatio, & Euchariſtia.

Dionyſ. non intendit agere niſi de ſolemnibus actionibus Hierarchæ id eſt Epiſcopi, quare tractat de Baptiſ. & Euch. quæ ſolemni ritu Epiſcopus adminiſtrat, & de Conſecratione olei, ac Ordinatione quæ à ſolis Epiſcopis fiunt. Solemnis autem publicæ pœnitentiæ vſus non videtur tempore Apoſtolorum viguiſſe, & proinde huius non [p] meminit: malè autem inter recentiores ponitur hic author à Kemnitio. cum vt antiquiſſimus à Gregorio. 1. citetur Author can. illius qui Gregorio tribuitur non niſi quædam exempla proponit. Rabanus, iuxta librorum titulum, non niſi de Sacramentis quæ Clericis conueniunt tractat. Paſchaſ. niſi de Euchariſtia, quia liber eſt, de *cœna Domini*, Author operum cardinalium, ſolùm Sacramenta explicare nititur, quæ Chriſtus inſtituit in cœna.

[p] *meminit tamen Pœnitentiæ Epiſtola ad Demophilum. Extrema vnctio priuatim à presbytero confertur, matrimonium verò quoad eſſentiã non eget miniſterio Sacerdotis.*

De ordine, & comparatione Sacramentorum nouæ legis inter ſe.

CAP. XXVIII.

LVTHERVS [a] vnum Sacramentum alio præſtantius eſſe negauit [b] Concilium autem Triden. id aſſerẽtibus anathema dicit. Et quidem Sacramenta ſicut ſunt vnum genere, ſic ita differunt ſpecie vt vnum, ſi non omnibus, ſaltem alicui ſecundum quid præſtantius ſit: Euchariſtia tamen

[a] *libro de inſtituendis Miniſtris ad Pragenſes.*

[b] *ſeſſ. 7. can. 3. Si quis dixerit, hæc ſeptem Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius Anathema ſit.*

omnibus præſtantior abſolutè. Baptiſmus excellit omnibus, quoad effectũ remittendi originale peccatum. Cõfirmatio, Baptiſmo, quoad effectum gratiæ ad benè operandũ, eſt enim Confirmatio quędam conſummatio, & perfectio Baptiſmi cuius ſupponit gratiam, cui vberiorem addit. Pænitentia omnibus, neceſſitate remittendi peccata, poſt naufragium. extrema vnctio, Pœnitentiæ, quod eius & ſupponat effectum & ſupperaddat gratiam, quæ non ſolum deleret peccata ſi adeſſent, ſed etiã peccati tollat reliquias. Ordo, omnibus, quod à ſolo Epiſcopo miniſtrari poſſit. Nam Confirmatio ex diſpenſatione confertur etiam à ſimplici Sacerdote. Matrimonium omnibus, ſignificatione nimirum vnionis Chriſti cum Eccleſia [in ratione ſponſi cum ſponsâ.]

At Euchariſtia ideo omnibus ſimpliciter, 1. quia vt ait [c] Concil. Trident. *reliqua Sacramenta tunc primum ſanctificandi vim habent cùm quis illis vtitur. At in Euchariſtia ipſe ſanctitatis author ante vſum eſt.* 2. Quia eſt omnium Sacramentorum conſummatio. Vnde poſt ſingula conferri ſolet, quãdo traduntur adultis.

[c] *ſeſſ. 10. c. 3.*

Porrò Concil. idem in numerandis Sacramentis ordinem dignitatis non ſeruauit, ſed primo [doctrinæ] ponens communia omnibus, deinde quæ non niſi quibuſdam. Secundo, in communibus ordinem temporis obſeruat quo ſumi ex ſua natura debent, ſcilicet, Baptiſmus deinde Confirmatio, Euchariſtia Pœnitẽtia, Vnctio, Ordo vero, & Matrimonium ideo poſtrema, quia certis tantum propria perſonis.

De Cæremoniis Sacramentorum in genere.

De Nomine, definitione, partitione Cæremoniarum.

CAP. XXIX.

CÆREMONIAS Hebræi חֻקִּים *Chukkim* vocāt, quod tamen propriè non tam actionem ipſam cæremonialem ſignificat, quam *legē*, ſiue *ſtatutum* quo præcipitur. Hāc vocē Græci vbique per *δικαιώματα* reddunt, id eſt iuſtificationes ſiue ritus ad iuſtificādum & purgandum inſtitutos. Nomen latinum *Cæremonia*, [a] vel à *Cære* oppido in quo ſacra Romanor. ſeruata fuere cùm Galli Romam diripuerunt, [b] vel à carēdo, quaſi cæremonia, dicitur, quod quędam cæremoniæ in abſtinendo, & carendo poſitæ ſint.

Eſt autem cæremonia actus [c] *Religionis externus qui non aliundæ habet laudem niſi quia ſit ad Dei honorem.* Quinque vero ſunt cæremoniarum partitiones.

Prima, ſumitur à fine vel effectu. Aliæ enim ſunt inſtitutæ ad iuſtificandum vt *Sacramenta*, aliæ ad alios quoſdam ſpirituales effectus vt *Exorciſmi*, quædam ad ſolum ornatum, vt *veſtis alba neophytorum.*

Secunda, à cauſa efficiente, ſeu inſtitutore. Aliæ enim à natura, vt *flectere genua cum oramus Deum.* Aliæ à Deo, [iure poſitiuo] vt *Sacramenta.* Quædam ab Apoſtolis vel ſucceſſoribus, & dicuntur Eccleſiaſticæ.

Tertia, à cauſa formali. Quædam enim ſunt immediatè cultus Dei, vt *ſacrificium*, *Oratio*, &c. Quædam

[a] ita Liuius libro 5. & Valerius Maxim. 1. cap. 1.

[b] ita Auguſt. 1. retract. 37. & Gellius 4. cap. 9. ac Macrobius 2. Saturnalium. 3.

[c] Religionis enim tres ſunt actus 1. internus elicitus, velle ſcilicet exhibere Deo debitum cultum 2. externus interno reſpondens, qui aliunde non eſt bonus, quā quia ſit ad Deum colendū [ſiue quia reſpondet interno] 3. actus cuiuſlibet alterius virtutis, vt imperatus à Religione.

dam ad hunc diſponunt cultum vt *ieiunia*. Quædam ſunt diuini cultus inſtrumenta vt *templa*, &c.

Quarta, à materiali obiecto. Aliæ enim circa perſonas verſantur, vt *Exorciſmi*. Aliæ circa locũ, vt *conſecratio templi*. Quædam circa tempus, vt *feſti dies*. Quædam circa modum, vt *Latinè Sacramenta celebrari*. Quædam circa res ipſas, vt *benedictiones aquæ*.

Quinta, ab accidentibus. Aliæ ſiquidem particulares, aliæ vniuerſales aliæ temporales, aliæ perpetuæ. aliæ præceptæ, aliæ liberæ.

Quid ſentiant aduerſarij de cæremonijs & quid tenendum.

CAP. XXX. & XXXI.

TRIA [a] nobiſcũ aduerſarij fatentur. [b] Primò, præter cæremonias, quibus continetur Sacramenti eſſentia, alias requiri ad Sacramentorum adminiſtrationem.

Secundò, eas eſſe adhibendas quæ [c] in ſcripturâ habent mandatum, vel exemplum.

Tertiò, poſſe Eccleſiam ſtatuere certum ordinem, & modum circa hæc ne ſit confuſio. Sequentes verò negant propoſitiones.

Prima eſt, [d] *Cæremonias aliquas Chriſtus, vel Apoſt. inſtituerunt, quas ex ſola traditione habemus.*

Primò, quia Sacramentum Chriſmatis (quod Sacroſanctum vt Baptiſmia [e] Aug. affirmat) fuit inſtitutum à Chriſto, & tamen eius non meminit ſcriptura. 2. aquam vino miſcendam in Euchariſtiâ. inſtitutam à Chriſto fuiſſe Cyprianus docet [f] 3. Paulus nihil ſcripſit de ritu Sacramenti Euchariſtiæ de quo agebat. 1. Corinth. 11. & tamen ibi dixerat. [g] *Cætera cum venero diſponam.*

Secunda, *Aliquæ cæremoniæ præter Sacramenta vim ſpiritualem habent*. Nam [h] PP. affirmant ſignum

[a] CAP. XXX.
[b] *Lutherus li. de piis cæremoniis Caluin. 4. inſtit. 10. §. 14.*
[c] *vt orationes, gratiarũ actiones pſalmodia, &c. 1. Corint. 14. & 1. Timoth. 4.*
[d] CAP. XXXI.
[e] *2. cap. 104. contra literas Petiliani.*
[f] *2. Epiſt. 3.*
[g] *verſ. vltimo* τὰ δὲ λοιπὰ ὡς ἂν ἔλθω διατάξομαι.
[h] *Tertull. initio Scorpiaci. Origen. hom. 6. in 13. Exodi. Cyprian. 4. epiſt. 6. Lactãt. 4. cap. 26. & 27. Nazianz. l. in Iulianum Athanaſ. libro de incarnatione & ſalutari aduentu Domini, &c.*

crucis miram habere virtutem contra omnes inſidias dæmonũ. Quod ſit vel ex apprehenſione dæmonum, cùm recordantur ſe Chriſti cruce deuictos; vel ex deuotione agentis, eſt enim ſignum crucis quædam inuocatio meritorum Chriſti; vel ex mero Dei inſtituto, & proinde ex opere operato, quomodo Iudæi & Ethnici quidam ſigno crucis fuêre adiuti.

Tertia, *poteſt Eccleſia* [i] *inſtituere nouas cæremonias, non quidem ad iuſtificandum impium, ſed ad alios effectus ſpirituales.* Probatur.

[i] *Eccleſiā poſſe inſtituere aliquas cæremonias, modo abſit obligatio, & opinio cultus fatetur Lutherus libr. de formula Miſſe, & libro de piis cæremoniis, Confeſſio Auguſtana ar. 15. & 26. Philippus in locis tit. de cæremoniis. Negat Caluinus 4. inſtit. 10. §. 11. & Kemnit. pag. 166.*

Primò, Quod ſine Dei mandato expreſſo, quamquam non ſine Dei inſpiratione aliqui priuati, vel Synagoga potuerunt, id Eccleſia Chriſti poteſt. Sed Iacob cum nondum eſſet Patriarcha nouam cæremoniam excogitauit. Geneſ. 28. Et Synagoga feſtum ſolemne, Eſther 9. & Iudith vltimo. Ergo. &c.

Secundò, [k] Apoſtoli cæremoniam inſtituerunt pro Gentibus, vt abſtinerent à ſanguine, & ſuffocato. At quod tunc Eccleſiæ licuit, & nunc licebit. Nec enim id fecerunt Apoſtoli ex peculiari reuelatione, ſed ex poteſtate ordinariâ gubernandi Eccleſiam.

[k] *Actor. 15 v. 18. & 19.*

Tertiò, Si Eccleſia id non poſſit, vel quia non habet poteſtatem aliquid ſtatuendi, vel quòd cæremoniæ ad ſtatum Teſtamẽti veteris pertineant, vel quia repugnat aliquid addere cæremonijs inſtitutis à Chriſto. Non primum, nam ab initio fuêre ſingulis ætatibus Concilia celebrata quæ ſemper canones ediderunt: neque ſecundum, quia Sacramenta, ſunt etiam cæremoniæ: nec denique tertium. nullibi enim Dominus prohibuit ne adderemus cæremonias Sacramentis: imò cum ſint vtiliores ad vſum Sacramentorum, id reliquit arbitrio Eccleſiæ ſuæ.

Quarta, *Cæremoniæ ab Eccleſiâ inſtitutæ, non poſſunt omitti ſine peccato, etiam citra ſcandalum.* Hæc probatur lib. [l] 4. de Summo Pontifice. Quare propter

[l] *à cap. 15. ad 21. incluſiuè.*

cæremonias natę ſunt in Eccleſia grauiſſimę diſſentiones,& ſub pœnis grauiſſimis [m] impoſitæ leges de cæremonijs, & tandem [n] hæretici habiti qui non obediebant.

Quinta, *Cæremoniæ ſunt vtiles, meritoriæ, & pars quædam cultus diuini.*

Prima [o] vtilitas,quia vt oriuntur ex internâ piâ affectione,ita etiam nutriunt illam:vnde cùm templa ritè ornata ingredimur, accendimur ad deuotionem,cùm verò inculta, vt hæreticorum, videtur nobis domum ingredi profanam.

Secunda, [p] intelligentiam iuuant, ſunt enim rudibus picturæ: & ſæpè cæremonijs antiquis melius perſuadetur aliquod dogma, quam multis teſtimonijs,ita enim [q] Auguſt peccatum originale in paruulis probauit, quod exorcizantur,in ſufflantur, *&c.*

Tertia, iuuant memoriam, ſine his enim facilè traderentur obliuioni myſteria Redemptionis.

Quarta, exercitium fidei, cùm enim (verbi gratia) ligno crucis vtimur contra dæmones, proteſtamur eâ cæremoniâ, nos certò credere tantam eſſe potentiam Crucifixi, vt ad eius ſolam imaginem dæmones fugiant.

Quinta, [r] conſeruatio religionis,ſunt enim religioni,quod ſal eſt carnibus, & cortex medullæ. Ideò namque proponuntur myſteria cæremoniis veſtita, vt externam quãdam maieſtatem ſenſibus obiiciant, & per eam maiori cum reuerentia percipiantur.

[m] *paßim in diuerſis Conciliis.*

[n] *Encratitæ apud Epiph. hæreſ. 46. reiicientes ieiunia, peregrinationes, &c Manichæi apud Aug. 20. contra Fauſtũ 3. & 4. Euſthatiani apud Socratem 2. cap. 33. Aeriani apud Epiph. hæreſi 75. Vigilãtius apud Hierony. libro in Vigilãt. Claudius Taurinenſ. apud Ionam Aurelianenſem libris de imaginibus, Petrobruſiani apud Bernard. Epiſt. 240. waldenſes apud Guidonem in ſummâ de hæreticis, Thaburitæ apud Aeneam Syluium de Origine Bohemorũ cap. 35 wiclef apud waldenſem to. 3. de Sacramentalibus.*

[o] *Auguſt libro de curâ pro mortuis cap. 5. & epiſt. 119. cap. 11. ac libro 9. Confeſſ 6. & 7. capitibus.*

[p] *Aug. epiſt. 119. cap. 7.*

[q] *6. in Iulian. cap. 2.*

[r] *Vnde Auguſt. 19. contra Fauſtum 11. affirmat nullam poſſe Religionem ſine cæremoniis conſiſtere.*

piantur. Sexta, [s] diſtinctio Catholicorum ab hæreticis, ſicut enim hi exoſas habent Eccleſiæ cæremonias, ſic Eccleſia ſemper ab hæreticorum obſeruantiis propriis abſtinuit. *Eſſe meritorias probatur*, 1. quia omnia virtutum opera Deo placent, ſuntque meritoria, ſi cum fide & charitate procedant. At cęremoniæ ſunt religionis opera, & aliquando alterius etiam virtutis, ſique imperentur à ſuperiori, ſunt ſimul obedientiæ actus 2. quia profeſſio fidei exterior Deo [g] grata eſt. At cæremoniis profitemur fidem. *Eſſe partem diuini cultus.*

Primò quia natura docet hominem debere colere Deum animo per actus interiores, & corpore per exteriores.

Secundò, oratio vocalis, omnium conſenſu, eſt cultus Dei, quia ſcilicet eſt ſignum mentalis, quidni ergo adoratio corporalis, cùm ſit interioris ſignum?

Tertiò, Deus eſt ſummè colendus, ſed magis colit, qui, cæteris paribus, animo & corpore, quam qui animo tantùm.

Reſpondent id ſe fateri, ſed tantum negare cultus, quibus Deus non præbeat teſtimonium verbo ſuo. Contra vel requirunt approbare Deum hos cultus expreſſè, vel in genere tantum. Non prius vt patet [h] in Sacrificio Abelis, voto perpetuæ virginitatis S. Mariæ, &c. poſterius ergo, quod certè noſtris etiam cęremoniis cõuenit 1. quia cùm Paulus ait: 1. *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis*, non minus cereorum accenſionem, ſacras veſtes, &c. includit quàm geniculationem, ex hoc loco [k] à Caluino deductam 2. cùm Deus iubet obe-

[s] *hac de cauſâ mutauit Eccleſia Sabbâthum in dominicam, & Epiphanius in fine librorum cõtra hæreſes recenſuit omnes Eccleſiæ cæremonias vt indicaret veluti notas, quibus Eccleſia ab omnibus ſectis diſcernitur. Quare hoc tempore optimè diſtinguntur Catholici ab hæreticis per ſignũ crucis, abſtinentiam à carnibus feria 6. &c. Hinc maluerunt ſancti viri mori quã cæremonias dimittere, intelligentes non abiicere militiæ ſignum, niſi militiæ deſertorem ita Eleazarus in antiqua lege 2. Machabæorum 6.*

[g] *Mathæi 10. v. 32. & Roman. 10. v. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem Confeßio fit ad ſalutem.*

[h] *de quibus nullum extat teſtimonium expreſſum.*

[i] *prioris Corinth. 14. v. vlt.* πάντα εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

[k] 4. *Inſtit.* 10. §. 30.

diri præpoſitis, præcipit in genere leges ſeruari Eccleſiaſticas.3.cęremonię ſunt actus virtutis religionis, Deus autem eſt omnium author virtutum.

Sexta propoſitio, *Sapientiſſimè inſtitutum eſt Sacramenta miniſtrari aliâ linguâ quàm vulgari, excepto* [l] *Matrimonio, &* [m] *Confeſſione, quæ ſpectat ad materiam Sacram. Pœnitentiæ.* Probatur Primò ex antiquiſſimo Eccleſiæ vſu de quo [n] 1. tom.

Secundò, ſi quæ neceſſitas exigeret, dumtaxat, linguã vulgarem, maximè vt perciperentur verbã Sacramentorum. Sed id, minimè. Nam huiuiſmodi verba diriguntur aut ad elementa, quæ nihil intelligunt, aut ad Deum, quia omnia Idiomata nouit, aut ad perſonas quidem ipſas ſed non inſtruendas, verùm conſecrandas, aut abſoluendas: quod tam æquè benè fit linguâ ignotâ quam vernacula.

Tertiò, aliàs cogerentur fideles extra ſuas regiones diuinis carere officiis. 4. ex dignitatę Sacramẽtorum.

[l] *cùm enim conſiſtat in mutuo conſenſu, neceſſario requiruntur verba, aut nutus intelligibilia ab vtrâque parte.*

[m] *quia debet intelligi quid confiteatur Pœnitens.*

[n] *de Verbo Dei libr. 2. cap. 15.*

Soluuntur obiectiones contra cæremonias.

CAP. XXXII.

PRIMA, [a] Apoſtol. 1. Corinth. 7. *ne vlla quidem in relaqueum iniicere auſus eſt,* id eſt præceptum condere.

Reſpondeo, de re quam tractabat non feciſſe, nimirum virginali continentia, quia Dominus id ſub conſilio reliquerat: alibi tamen quædam reuera conſtituiſſe (vt patet cùm ait: [b] *Quod ſi quis non obediat verbo noſtro,* &c.) de quibus Dominus nihil in particulari præſcripſerat.

[c] Secunda, Paulus docet ad Coloſſ. Chriſtum nos plenè inſtituiſſe qualiter ſit colendus, non eſſe hac de re quidquam petendum ab hominibus, ca-

[a] *Caluin. 4. inſtit. 10. §. 2.*

[b] *2. Theſſal. 3. v. vlt.* εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, & *ne commiſceamini cum illo, vt cõfundatur.* καὶ μὴ συναμίγνυσθε αὐτῷ ἵνα ἐντραπῇ.

[c] §. 8.

uendū ab inani philoſophia, damnari ἐθελοθρησκείας id eſt cultus ab hominibus inuentos.

Reſpondeo, non niſi generaliter omnia Chriſtum docuiſſe, nec Apoſtolum negare petendum ab Eccleſia de cultu diuino, ſed tantum ab hominibus proprij capitis. Nuſquam aduerſarij probabunt noſtras cæremonias inanes eſſe aut cultus à proprio fictos ingenio id eſt à principijs fidei auerſos, de quibus loquitur Paulus.

[d] §. 9. Tertia, [d] Apoſtolus ad Gal. nō patitur conſcientias fidelium in ſeruitutem redigi, quomodo ergo cæremoniæ obligant in conſcientia?

Reſpondeo, loqui Paulum tantùm de ſeruitute Iudaica, hac de re [e] alibi dictum.

Quarta, Dominus reprehendit traditiones hominum. Reſp. argui tantùm vel [f] contrarias Dei præceptis, vel [g] inanes, vel [h] non rectè ſeruatas, noſtræ autem non ſunt huiuſmodi.

[i] Quinta, eſt imitari Iudæos & Gentiles.

Reſpondeo, 1. nos non imitari Iudæos, ſed veritatem figuræ ſucceſſiſſe: alias tollendus etiam eſſet Baptiſmus. Gentiles autem potius imitati ſunt Iudæos. 2. ibi nō eſt imitatio vera vbi quod fit, alium finem habet. At noſtræ cæremoniæ alium finem à Iudæorum, & Gentilium cæremonijs habent.

[k] Sexta, [l] Aug. conqueritur de multitudine cæremoniarum Eccleſiæ.

[m] Reſpondeo, loqui tantùm de cæremonijs, quas priuati, maximè mulierculæ ſibi imponebat.

[n] Septima, intereſt inter nos, & Iudæos, quòd hos, Deus voluerit per ſigna viſibilia docere, nos minimè, vnde Chriſtus: [o] *venit hora quâ veri adoratores in ſpiritu & veritate adorabunt.*

Reſpondeo, id duobus modis intelligi poſſe vno, quòd Iudæi ſolas cæremonias, nos ſolam lucem verbi, & ſpiritualem habeamus: Et hoc falſum, nam Iudæos etiam habuiſſe lucem conſtat ex illo, [p] *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Nos quoque cæremonias habere ex ipſis Sacramentis

[e] *4. de Rom. Pontifice, cap. 17. & 20.*
[f] *Mathæ. 15. v 3. 4. 5 6.*
[g] *ibidem tot lotiones manuum.*
[h] *Mathæi 23.*
[i] §. 12.
[k] §. 13.
[l] *Epiſt. 119. c. 19.*
[m] *vide lib. 4. de Rom. Pont. cap. 18.*
[n] §. 14.
[o] *Ioan. 4. v. 23.*
[p] *Pſal. 118. v. 104.*

patet. Altero, quòd cultus Iudaicus in quantum veteris Teſtam. ſimpliciter, erat principaliter externus, Chriſtianus vero internus: & hoc quidem verum, atque propterea dixit Chriſtus adoraturos Deum Chriſtianos *in ſpiritu & veritate*. Sed nihil contra nos.

[q] Octaua, quidquid commendationis habent opera, id totum habent obedientiæ intuitu iuxta illud [r] *Non præcepi de Sacrificiis & victimis* &c. item: [s] *Nunquid vult Deus ſacrificium* &c. Ergo cæremoniæ à Deo non inſtitutæ illi non placent. Sed tales ſunt in Papatu, cum nec quidẽ vtiles ſint, vix enim ab vllo intelliguntur. Igitur, &c.

[q] §.13.
[r] *Hierem.* 7. *v.* 21.
[s] 1. *Reg.* 15. *v.* 22.

1. Negatur antecedens. Nam Deo placuit [t] Sacrificium Abel non imperatum, & beatior vidua ſi ſic permanſerit, non tamen præcipitur. Citata autem ſcripturæ teſtimonia ſolùm anteponunt obedientiam ſacrificiis. [2. conceſſo etiam anteced. & cõſeq. negatur ſubſumptio: etſi enim cæremoniæ in Papatu non ſint immediatè, ſunt tamen mediatè à Deo, per Vicarios ſuos imperatæ] faciléque ab omnibus intelliguntur ſaltem in genere vt patet diſcurrenti per cæremonias à perſona, loco, tempore: maximè cum toties à Paſtoribus explicentur. Et quamuis non intelligerentur eò ſatis vtiles ſunt quòd venerationem rebus ſacris concilient. Alias fruſtra fuiſſent etiam Iudæis propoſitæ tot cæremoniæ, quæ vix à tertia parte intelligebantur.

[t] *Hebræor.* 11. *v.* 4.
[u] 1. *Corinth.* 7. *v. vltimo.*

Nona, Deus prohibuit additiones præſcriptis ſuis. Sed [x] alibi fuit reſponſum.

[x] 4. *de verbo Dei cap.* 10.

Decima, Qui incolebant Samariam, à feris fuêre diſcerpti quod nouis Deum cæremoniis colerent: Achaz, & Manaſſes reprehẽduntur, quod nouũ exſtruxerint altare. Sed Gentes in Samaria dicũtur interfectę quod non timerent Dominum, vt patet ex textu 4. Reg. 17. [y] Achaz arguitur, quod feciſſet altare ad ſimilitudinem altaris idolorum Damaſci, remouiſſetque altare Domini de loco ſuo. [z] Manaſſes verò, quòd altare, ad ſacrificandum idolis.

[y] 4. *Reg.* 16.
[z] *cap.* 21.

SECVNDA

CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt,

DE BAPTISMO ET CONFIRMATIONE,

duobus libris explicata.

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM, ET CAPITVM,

LIBER PRIMVS.

Qui eſt,

DE BAPTISMO.

Cap. I. De *Nomine, Definitione, & Partibus Baptiſmi.*

II. *De materia Baptiſmi.*

III. *De forma Baptiſmi.*

IIII. *De neceſſitate Baptiſmi.*

V. *Quo tempore cœperit Baptiſmus eſſe neceſſarius.*

VI. *De Baptiſmo ſanguinis, & flaminis.*

VII. *De miniſtro Baptiſmi.*

VIII. *De Baptiſmo infantium.*

IX. *Soluuntur obiectiones.*

X. *Quid ſentiant aduerſarij de fide requiſita in Baptiſmo Paruulorum.*

XI. *Declaratur quæ fides in huiuſmodi Baptiſmo requiratur, refelluntúrque errores.*

XII. *De effectibus Baptiſmi.*

XIII. *Baptiſmum verè tollere peccatum.*

XIV. *Baptiſmum non facere homines impeccabiles, & baptizatum, etſi credat, damnari poſſe.*

XV. XVI. XVII. *De ſecundo, tertio, & quarto ab hæreticis ficto Baptiſmi effectu.*

XVIII. *Solâ memoriâ Baptiſmi non poſſe dimitti peccata patrata poſt Baptiſmum.*

Digitized by Google

LIBER PRIMVS.

Qui eſt, DE SACRAMENTO BAPTISMI.

De nomine, definitione, & partibus Baptiſmi.

CAP. PRIMVM.

NOMEN [a] *Baptiſma*, quod dumtaxat omnes recipiunt, proprie immerſionem ſignificat. Præterea vocatur à PP. *gratia*, *donum*, *ſigillum*, *myſterium*, *expurgatio*: ſed communiſſimè φωτισμὸς *illuminatio* iuxta illud [c] *impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati* ſunt, &c.

Baptiſma autem Sacramentum eſſe, iam dubitat nullus, eſt enim expreſſus ritus: [d] *lauacrum aquæ in verbo vitæ* Inſtitutio, ac mandatum: [e] *Niſi quis renatus*, &c. *Baptizantes eos*, &c. Gratiæ promiſſio: [f] *qui crediderit, & baptizatus*, &c. hocque docent PP.

[g] Definitur autem Baptiſmus, *Sacramentum regenerationis, per aquam in verbo vitæ Sacramentum*, genus eſt, *Regenera.* differentia diſtinguens à Sacramentis antiquis, *per aquam*, differentia diſtinguens ab alijs nouis. Etſi enim propriè non dicantur regenerare:

a βάπτισμα.
b vide Clementem 1. Pædagogi 6. Nazianz. orat. de Baptiſmo, Chryſoſt. homilia ad baptizatos.
c Hebræor. 6. v. 4. ἀδύνατον τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, &c.
d Epheſ. 5. v. 26.
e Ioan. 3. v. 5.
f Marc. vlt. v. 16.
g à Catechiſmo Romano.

Digitized by Google

tamen iuſtificant impium præſertim Pœnitentia: iuſtificatio autem eſt velut quædam regeneratio.

Additur *in verbo vitæ* vt exprimatur etiam forma Sacramenti, quare [h] Philippus malè definit Baptiſmum. *Signum, quo Deus nobiſcum agit, & recipit nos in gratiam*: hoc enim omnibus conuenit Sacramentis, malè item [i] Caluinus, *ſignum initiationis, quo in Eccleſia cooptamur ſocietatem, vt Chriſto inſiti inter filios Dei cenſeamur*. 1. quia non attingit aut formam, aut materiam Baptiſmi, neque principalem effectum, nimirum regenerationem ſecundum nos, alere fidem iuxta Caluinum 2. quia hæc definitio conuenit etiam Circunciſioni. Synagoga enim, veri Dei Eccleſia erat cuius caput Chriſtus, & in quã cooptabantur homines per Circunciſionem.

[h] *in locis anni 58. titulo de Sacrificio.*

[i] *4. Inſtit. 15. §. 1.*

De materia Baptiſmi.

CAP. II.

MANICHAEI [a] aquam à Baptiſmo reiiciebant quod putarent à diabolo productam. [b] Seleucus, & Hermias, quòd ad Ioannis Baptiſmum ſpectaret, ad Chriſti autem Spirituſſanctus, & ignis. [c] Iacobitæ loco aquæ imprimebant ferro candente figuram crucis in frontibus. [d] Pauliciani pro aqua ſubſtituebant illa verba: *Ego ſum aqua viua*. [e] Lutherus arbitratus eſt quidquid balnei nomine nuncupari poteſt eſſe aptum ad baptizandum, & proinde vinum, lac, ceruiſiam. Concil. autem [f] Tridẽt. definiuit aquam veram & naturalem requiri ad Baptiſmum, [ſcilicet inſtar materiæ, in ipſa, ſiue cum ipſa ablutione,] ita vt 1. excludatur dumtaxat omnis liquor alius. Nam & aquæ ſolius ſacræ ſcripturæ meminerunt: nec per ignem quo dicitur baptizaturus Chriſtus, intelligunt elemen-

[a] *apud Aug. libro de hæreſibus cap. 46.*
[b] *apud Philaſtrium libro de hæreſibus.*
[c] *apud Bernard. Lutzemburgenſem in catalogo hæreticorum.*
[d] *apud Euthymium 2. par. Panopliæ tit. 21.*
[e] *in Sympoſiacis colloquiis cap 17.*
[f] *ſeſſ. 7. can. 2. Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, &c. Anathema ſit.*

tarem, ſed vel ardorem Charitatis, vel linguas igneas in Apoſtolos effuſas 2. quantumcumque accidentaliter mutetur aqua naturalis, tamen ſemper maneat idonea Baptiſmi materia.

De forma Baptiſmi.

CAP. III.

APOSTOLORVM tempore [a] quidam baptizabant, *in nomine trium principio carentium.* [b] Gnoſtici, *in nomine Ignoti Patris, in veritate matris omniũ,* & in *nomine deſcendentis Ieſu,* [c] Cataphryges, & Paulianiſtæ non baptizabant *in nomine patris,* &c. [d] Ariani quidam, *in nomine Patris, per filium* in *Spiritu ſancto* conferebãt Baptiſma. [e] Eunomiani, *in Domini mortem:* [f] Gręci aliquando pertinaciter adeò adhærebant ſuæ formæ *Baptizetur N. in nomine Patris & filij, & Spiritusſancti,* vt rebaptizarent baptizatos formâ Latinorum. *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti.* [g] Lutherus, [h] Zuing. [i] Brentius, etſi vſum huius formæ recipiant, non tamen eſſe ad Baptiſmum neceſſariam arbitrantur. Deniqne multi [k] Catholicorum putarunt ſufficere innocationem vnius perſonæ Trinitatis, ac præſertim Chriſti.

Primò, quia [l] legimus Apoſtolos ita baptizaſſe.

Secundò, quia in qualibet perſona diuina implicitè continentur aliæ.

Tertiò, quia ita ſentit Ambroſ. 1. de Spirituſancto. cap. 3.

Nihilominus tamen certum eſt Baptiſma aut abſolutè, aut ſub conditione repetendum, ſi detur

[a] *Damnantur in can. 48. aliàs 49. Apoſtolorum.*
[b] *apud Irenæ.* 1. *cap.* 18.
[c] *apud Innocent.* 1. *Epiſt.* 22. *cap.* 5.
[d] *apud Nicephorum* 13. *ca.* 35.
[e] *apud Socratem.* 5. *cap.* 23.
[f] *ita refertur in Concilio Lateran.* 4. *cap.* 4.
[g] *de captiuit. Babylonic. cap. de Baptiſmo.*
[h] *lib. de verâ, & falſa Religione cap. de Baptiſmo ſub finem.*
[i] *in ſuo Catechiſmo.*
[k] *Bernard. Epiſtol.* 340. *Hugo de Sancto Victore* 2. *de Sacramentis par.* 6. *cap.* 2. *&c.*
[l] *Actor.* 8. 10. *&* 19.

in nomine tantum vnius perſonæ Trinitatis. Quare vera Baptiſmi forma eſt illa Latinorum [vel Græcorum] forma, ſupra. Quę ex illo Math. [m] *Baptizantes eos in nomine Patris & filij & Spiritusſancti* colligitur adiuncta declaratione Eccleſiæ, & traditione. Ipſa enim [n] docet debere in Baptiſmo exprimi actionem miniſtri, ea autem per illud: *Ego Baptizo* exprimitur, ſiue *Baptizo* ſolum (nec enim, ego, eſſentiale eſt) Deinde aliam perſonã, ad quã tẽdat actio, atque id per pronomen *Te*, denique exprimendas eſſe tres diuinas perſonas, ita enim [o] Pelagius & [p] Zachar. ſummi Pontif. & communis traditio [q] PP. id autem fit cum dicitur. *In nomine Patris & filij, & Spiritusſancti*

Ad primũ negatur 1. quia cum quidam [r] reſpõdiſſent Paulo. *Neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus.* dixit, *In quo ergo baptizati eſtis?* Satis oſtendẽs, Apoſtolos ſolitos baptizare in nomine Spiritusſancti; & proinde aliarum ſimul perſonarum explicitè. Nec enim dices baptizaſſe in ſolo Spiritusſancti nomine 2. in canonib. Apoſtolorum damnantur qui aliter baptizant quam *in nomine Patris filij & Spiritusſancti*, ac antiquiſſimi PP. qui vel Apoſtolos, vel eorum diſcipulos viderunt eandem formam Baptiſmi præſcribunt. Quare cùm in Actis legimus Apoſtolos baptizaſſe in nomine Domini Ieſu intelligitur, vel in fide, aut authoritate, vel Baptiſmo inſtituto à Chriſto, vel in nomine quidem Chriſti ſed non ſolius, vſum verò compẽdioſa locutione Lucani fortè autem ita baptizabant. *Ego te baptizo in nomine Patris, & filij eius Ieſu Chriſti & SS*[ti] ad magis commendandum Chriſti nomen. Ita videntur intelligere hęc loca Fulgẽt. [s] atque [t] Baſilius, & quòd veriſimilius eſt, Ambroſ. ſupr. videtur enim Baſilium ſequi cum eadem teſtimonia adducat, ac de eadem re loquatur, ſoleatque Baſilij ſententias

[m] 28. v. 19.

[n] *ita Concilium Florentinum in inſtructione Armenor. Alexander 3. extra de Baptiſm. & eius effectu ca. Si quis Puerũ.*

[o] *can. Si reuera. & can. Multi ſunt.*

[p] *can. In Synodo de cõſecr. diſt. 4.*

[q] *Dionyſ. de Eccleſ. Hierarch. ca. 2. Iuſtin in Apolog. 2. Origen. in 6. ad Roman. Athanaſ. ſerm. 3. contra Arianos parum à medio Baſilius, de Spiritusſancto cap. 12. Ambroſius 2. de Sacra. 5. & 7. Auguſt. 6, de Baptiſmo. 25.*

[r] *Actor. 19. verſ. 2.*

[s] *de Incarnatione, & gratia Chriſti. cap. 11.*

[t] *libro de Spiritu ſanctocap. 12.*

facere ſuas. Atque ita ſoluitur tertium.

Ad ſecũdum, non ſufficere implicitam trium perſonarum mentionem: quia explicitam Chriſtus & PP. tradunt. Sacramẽta enim ſunt ſigna ſenſibilia, & externa, ac proinde oportet Inuocationem triũ perſonarum exterius, & ſenſibiliter ſonare.

De neceſſitate Baptiſmi.

CAP. IIII.

BAPTISMVM eſſe neceſſarium neceſſitate præcepti non eſt controuerſia: nũ vero ſit neceſſitate medij [ſuppoſita eius inſtitutione] ideſt, ſine ipſo ſalus acquiri valeat, etſi fortè ignorantia excuſet à tranſgreſſione præcepti, eſt quæſtio. [a] Pelagiani ita quidem negabant eſſe neceſſarium ad remiſſionem originalis peccati, vt tamen vellent neceſſarium ad aſſecutionem gloriæ.

At noſtri [b] hæretici, & ad hanc etiam neceſſarium negant, verumtamen. *Si quis dixerit Baptiſmũ liberum eſſe hoc eſt non neceſſariũ ad ſalutem, anathema ſit* ait [c] Concil. Tridẽt. Probatur.

Primò, [d] *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnum cælorum.* Quia, [e] *quod natum eſt ex carne, caro eſt,* item [f] *oportet vos naſci denuò,* quid eſt hoc, niſi nos naſci peccatores & filios iræ, atque contra hoc malum, eſſe adhibendum Baptiſma, ſine quo, cum remaneamus in peccato, conſequenter perire neceſſe eſt. Propterea [g] Aug. hunc locum de neceſſitate medij intellexit.

Reſpondet. Caluin. in antidoto ſeſſionis ſextæ hîc non agi de Baptiſmo ſed per *aquam* intelligi ſpiritum ſanctum, qui purgat ad modum aquæ. Verùm hoc refutauimus lib. 2 de Sacramentis in gere cap. 3. vel intelligi mortificationem ex [h] Baſilio.

[a] *apud Aug. libro de hæreſibus cap. 69.*

[b] *Zuinglius ſupra. Bucerus in 3. Mathæi. Calui. 4. Inſti. 16. §. 24. & 25.*

[c] *ſeſſ. 7. can. 5.*

[d] ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. *Ioan. 3. v. 5.*

[e] *v. 6.* τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι.

[f] *v. 7.* δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν *deſuper.*

[g] *1. de peccatorum merit. 30.*

[h] *libro de Spiritu ſſ. cap. 15.*

Contra- Baſil. non negat ad literam hîc agi de vera, & naturali aquâ ſed tantum quærit, cur adiungatur ſpiritui ſancto, & ait, vt aqua ſignificet mortificationem peccatorum, Spiritusſanctus, reſurrectionem virtutum.

Reſpondet ergo Petrus Martyr etſi aqua coniūgatur cum ſpiritu ſancto non tamen propterea eādem inferre neceſſitatē, ſicut nec eandem infert fides cordis, & cōfeſſio oris cum ait Apoſtol. [k] *Corde creditur ad iuſtitiam*, &c. Satis enim eſt ex Spiritusſancto renaſci. Contra non eſt par ratio. Nam cordis fides, & oris confeſſio, ad diuerſos referuntur effectus, aqua verò, & ſpirituſſ. ad vnum & eundem. Quare vel copulatiuè, vel diſiunctiuè ſunt accipienda, ſi poſterius vt vult Martyr, ſenſus erit *nos debere renaſci ex aqua, vel Spirituſ.* quod falſum eſt. Ergo prius, & proinde ſemper erit neceſſaria aqua in Baptiſmo. Reſpondet autem [l] Vviclef per *aquam* intelligi fluxam ex latere Chriſti. [m] Brentius, *Pœnitentiam*, [n] Zuinglius per *Baptiſmum*, exponit concionem. Sed his opponimus 1. communem PP. conſenſum qui hunc locum de Baptiſmi Sacramento per aquam veram intellexerunt.

2. Scriptura tunc ſecundum proprietatem verborum intelligenda eſt, cùm inde nulla ſequitur abſurditas. At quæ ex hoc loco? 3. Fatentur omnes Baptiſmum ex aqua conſtare. At vnde probabunt ſi non ex hoc loco? Alia enim & pariter detorqueri poterunt ad metaphoras, nec ad ſummum inde aliud colliges quam poſſe quidem hominis Baptizari aquâ, non tamen minimè poſſe aliis Baptizari liquoribus.

Secundo noſtra probatur propoſito ex [o] Concil. Carth. & Mileuitano in quibus ex profeſſo dānantur arbitrantes paruulos ſaluari ſine Baptiſmo.

Tertiò ex ſummis Pontif. [p] Siricio [q] Innocent. 1. [r] Leone 1. Quartò, ex [s] PP. Irenæo, [t] Origene, [v] Nazianz. [x] Baſilio, [y] Cyprian. [z] Ambroſ. [a] Auguſt.

[i] *in 1.Cor.7.*

[k] *Rom.10.v.10.* καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, *Ore autem Confeſſio fit ad ſalutē* στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

[l] *apud waldenſ.tom.2.ca.101.*

[m] *in 3.Mathei.*

[n] *in 1.Marci.*

[o] *apud Aug. epiſt.90. & 92.*

[p] *Epiſt.1.c.2.*

[q] *Epiſt.26.*

[r] *Epiſt.80. aliàs 78.*

[s] *3.cap.19.*

[t] *in 6 ad Rom.*

[u] *orat. in Sāctum lauacrū.*

[x] *orat.13.*

[y] *3.epiſt.8.*

[z] *2.de Abraham vlt.*

[a] Auguſt. *Quiſquis dixerit* (inquit) *quod in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine Sacramẽti eius participatione de vita exeunt, hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam.*

a epiſt. 20.

Hierony. 3. contra Pelagianos, Fulgentius libr. de fide ad Petrum cap. 30. Proſper de vocatione Gentium cap. 8.

Quintò, ideo fingunt aduerſarij non eſſe Baptiſ. neceſſarium quod pro certo habeant fidelium filios naſci, ſine reatu peccati originalis: ideſt huiuſmodi peccatum illis non imputari. At hoc falſum eſt. Vt patet. 1. [b] in Eſau: 2. quia [c] *eramus* (inquit Paulus) *& nos natura filij iræ*, Item, [d] *in quo omnes peccauerunt.*

b Rom. 9.
c Epheſ. 2. v. 3. ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς.
d Rom. 5. v. 12. ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον.

Reſpõdet Martyr ſolos prædeſtinatos naſci ſanctos. Contra. 1. ergo non omnes filij fidelium naſcuntur ſancti: nec quidquam referre poterit naſci de fideli vel infideli quod eſt contra Caluinum (quem pro ſe Martyr allegat) qui hanc promiſſionem: [e] *Ero Deus tuus & ſeminis tui* de ſanctificatione fideliũ intelligit cumque ſit vniuerſalis ad omnes extendi debebit [2. ſaltem non prædeſtinatis fidelium filiis neceſſarium erit Baptiſma.] Ad Pauli teſtimonia reſpondent, intelligenda eſſe de corruptione naturę, ſiue peccato quod reuera ineſt, ſed non imputatur: non autem de reatu.

e Geneſ. 17.

Contra 1. filius iræ non eſt, niſi obnoxius pœnæ, cui proinde reuera imputatur peccatum. 2. Non poſſet ex illis Pauli colligi aliquem habere reatum, aut mortuum Chriſtum pro reatu, ſed tantum pro vitio naturæ corruptæ. Nam ſi dicas intelligi quidem de reatu ſed mox dimitti paruulis eo inſtanti quo ſunt fidelium. Contra, cùm eodẽ inſtanti ſint fidelium filij, & ſint abſolutè, ſequetur eodem inſtanti reatum habere & non habere.

Sextò, quia omnes [f] PP. docent Chriſtianos fieri, non naſci. Obijcitur primò, dictum fuiſſe Abrahæ. *Ero Deus tuus & ſemini tuo.* At nos ſucceſ-

f vt Tertull. in Apolog. c. 17. in fine Hieron. epiſt. 7.

ſimus poſteritati Abrahæ per Chriſtum.

Reſpondeo hanc promiſſionem non eſſe de remiſſione peccatorum, vt [g] ſupra dictum eſt: & quamuis quodam myſtico ſenſu ad illam inflecteretur, & ad nos pertineret: non tamen propagatione carnali vt patet, ſed ſpirituali regeneratione in Chriſto, quæ fit per Baptiſmum.

[g] *libro 2. de Sacramentis in genere cap. 17.*

Secundò 1. Corinth. 7. [h] *ſanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem, &c: alioqui filij veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt.*

[h] v. 14. ἡγίασται, ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, &c. ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.

Reſpondeo, ſicut nequit verâ, & internâ ſanctificatione ſanctificari coniux infidelis per ſolam cohabitationem cum coniuge fideli ſine pænitentia: ſic ex hoc loco non poſſe concludi infantes verè ſanctificari interius ſine Baptiſmo per parentes fideles.

Putat ergo [i] Anſel. nihil aliud velle Paulum, quàm oſtendere cõiugatis, cum diſparitate huiuſmodi religionis, coniugium valere ſi cohabitare velint, cuius rei ſignum eſt quod eorum filij ſunt ſancti, id eſt legitimi. Arguit hanc interpretationem martyr, quòd legitimi etiam ſint ex vtroque infideli parente. Sed quamuis id ſit verum, non tamen de his loqui volebat Paulus (quia de his dubium non erat:) ſed tantùm de coniugibus in diſparitate religionis: quòd videretur ob hanc diſparitatem fidelis pollui coniux. [k] Tertull. vult filios dici ſanctos, quia conſecrantur Deo ab altero coniuge fideli, procurãte vt Chriſtiani fiant: hinc enim elucet alterum coniugem nõ abhorrere à fide. Nec obeſt reſponſio Martyris, ex ſcortatione filios Chriſtianos etiam à parentibus fieri, nec tamen propterea parentum eſſe coniugium legitimum, multominus ſanctum. Nam Paulus ſcortationem excludit, agit enim expreſſè de coniugio.

[i] *in hunc locum & author Commẽtarior. apud Ambroſium.*

[k] *2. ad vxorẽ Aug. 2. de peccator. meritis 26.*

[l] Nonnulli denique putant ſanctificari coniugem infidelem, quia diſcit ſeruare leges matrimonij, quibus præſeruatur ab infamibus immunditijs [quæ redundant etiam in filios, ſolent enim filij

[l] *Anſel. & Aug. ſupr.*

parentum vitiis infamari.]

[m] Tertia obiectio,prophanatur Baptiſmus cum datur ei qui ad Chriſtum non pertinet, ſicut prophanatur ſigillum regium cum eo falſum ſignatur diploma. [Debet ergo Baptiſmus iam iuſtificatis conferri.] [m] *eſt Caluini.*

Reſp. non ideò prophanari eo in caſu quia Baptiſmus ſanctificat immundos:Illa autem comparatio non valet,quia Baptiſmus non eſt merum ſigillum gratiæ,ſed etiam cauſa.

Quarta, eadem eſt ratio Circunciſionis & Baptiſmi dumtaxat. Sed infantes qui ante octauum diem moriebantur non circuncidebantur,& tamen non eſt veriſimile periiſſe. igitur nec qui ſine Baptiſmo.

1. Negatur Maior.2. etſi vera eſſet, minorem tamen certam non eſſe.

Quinta,ſequeretur ſine ſua culpa perire infinitos infantes:alienum certè à miſericordia diuina.

[Reſpondeo 1.ſi quid concluderet, inferret etiã non ſolum filios fidelium, aut prædeſtinatos, ſed omnes infantes qui ſine Baptiſmo moriuntur debere ſaluari. [2.ad maximam Dei miſericordiam ſpectat omnibus ſub peccato concluſis remedia redẽptionis propoſuiſſe:ad ſuauem iuſtitiam & ſapientiam,quoſdam permittere ob defectum ſecundarum rerum remediis priuari] [n] quare cùm in peccato maneant iuſtiſſimè damnari. porrò iudicia Domini abyſſus multa.

[n] *Vide Aug. lib 2. de bono Perſeuerantiæ. 12. & Proſper. 2. de vocatione Gent. 8.*

Quo tempore cœperit Baptiſmus eſſe neceſſarius.

Cap. V.

[a] *Ioan. 3. v. 22. & cap. 4. v. 1. & 2.*
[b] *Chryſ. hom. 28. in Ioann. Theophyl. in 3. Ioan.*
[c] *Cyrilli. 2. Ioann. 57. & ſeq. Aug. tract. 13. & 15. in Ioan. Eſtque cõmunis DD. in 4. diſt. 3.*
[d] *v. 33.*
[e] *v. 39.*

PRima propoſitio, *Baptiſmus ante paſſionem Domini inſtitutus eſt.* Nam [a] dicitur Chriſtus baptizaſſe per diſcipulos ſuos. Quamuis autem nõnulli [b] PP. arbitrentur non fuiſſe hoc Baptiſma Sacramentum, verior tamen [c] contraria opinio, tùm quia non diceretur Chriſtus baptizaſſe, (cum ipſe aquam non effunderet) niſi fuiſſet proprium eius Baptiſma, id autem eſt in aqua & Spiritu ſancto, ita enim diſtinguitur à Baptiſmo Ioannis. Quare Ioan. 1. de Chriſto in præſenti dicitur: [d] *Hic eſt qui Baptizat in Spiritu ſancto*, tùm quod non legamus rebaptizatos baptizatos à diſcipulis Chriſti ante paſſionem, legimus autem rebaptizatos, à Ioanne Baptizatos.

Obiicitur quidem cum Chryſoſt. & Theophyl. [e] Ioan. 7. *Nondum erat Spiritus datus*, &c. Sed hic locus intelligitur de plenitudine Spiritus ſancti in die Pentecoſtes.

Secunda propoſitio, *Baptiſmus Chriſti inſtitutus eſt quãdo Chriſtus fuit in Iordane Baptizatus*. Id eſt quamuis tunc verbis non docuerit quę materia, & forma eſſet Baptiſmi, tamen contactu ſuæ carnis determinaſſe & conſecraſſe aquas pro materia Baptiſmi: formam verò cum tota Trinitas ſenſibiliter apparuit, *vox Patris, filius in carne, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ*, effectum denique, *cum aperti ſunt cœli*, qui baptizatis per gratiam aperiuntur. hæc eſt communis, & Catechiſmi Concil. Trident. opinio.

Tertia, *Baptiſmus Chriſti non fuit ante mortem eius neceſſarius, aut medij, aut præcepti neceſſitate*; Nam vſ-

que ad mortem Chriſti,lex antiqua vim ſuam retinuit. Si quidem monebat Chriſtus Iudæos eam ſeruare,& ipſe vſque dum,ſeruauit, ergo ſicut ſine Baptiſmo iuſtificabantur ante Aduentum Chriſti, ita & ante mortem eius. Quare illud, *niſi quis renatus*, &c. non intelligitur à die quo Dominus loquebatur Nicodemo,ſed à die ceſſationis legalium cæremoniarum.Illud item: [f] *Lex & prophetæ vſque ad Ioannem* Intelligitur quoad prædicationem,non autem obligationem.

[f] *Luc.* 16.*v.* 16. ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται ἕως ἰωάννου.

Quarta, *Baptiſmus Chriſti cœpit eſſe vtroque modo neceſſarius die Pentecoſtes.* Etſi enim ſimpliciter lex vetus ceſſauerit in morte Chriſti, tamen ob huius ignorantiam rei, obligauit Iudæos vſque ad publicam Euangelij promulgationem,antequam nec obligauit Baptiſma facta eſt autem in die Pentecoſtes.

Primò,quia [debuit fieri omnibus expletis myſterijs] & non ante.

Secundò, quia tunc primùm cœperunt Apoſtoli publicè loqui de Chriſto, in vrbe regiâ, præſentibus populis omnium nationum, cōcionante Summo Euangelij præcone Petro, tractante præcipua doctrinæ capita Euangelicæ, ſubſequuto vſu Sacramentorum. quæ ſunt conditiones promulgationis ſolemnis.

Tertiò, promulgatio veteris legis fuit nouæ figura teſte [g] Auguſt. & [h] Leone.Illa autem promulgata in Sina, quinquageſimo die poſt primum Iudæorum Paſcha facta eſt. Ergo hæc ſimiliter fieri debuit poſt primum Paſcha Chriſtianorum.

[g] *Epiſt.* 119.
[h] *ſerm.* 1. *de Pentecoſte.*

De Baptiſmo ſanguinis & flaminis.

CAP. VI.

KEMNITIVS [a] etſi hæc tria Baptiſmata concedat Baptiſmum fluminis, ſanguinis, flaminis tamē Martyrium aut Pœnitentiam remittere peccata inſtar Baptiſmi aquæ negat; ſed id haberi cōtendit per fidem in Chriſtum tempore Martyrij,& pœnitentiæ.

Primò quia contrarium aſſerere, eſt æquare opera noſtra ſanguini Chriſti,& virtuti Baptiſmi.

Secundò, quia [b] Auguſt. ait contra Cyprianum, bonum latronem non paſſione ſuâ, ſed fide apprehendente Chriſtum obtinuiſſe remiſſionem peccatorum.

Prima propoſitio, *Martyrium rectè dicitur, & eſt quoddam Baptiſma.*

Primò, quia ita ſcriptura [c] Matei 10. vocat martyrium: item PP. [d] Tertull. *Hic eſt* (inquit) *Baptiſmus qui lauacrum regenerationis non acceptum refert, vel perditum reddit.* [e] Proſper, [f] Cyprian. [g] Ambroſ. [h] Hierony. [i] Cyrill. Catech. 3. Nazianz. orat. in ſancta lumina.

Secundò, quia Martyrium conuenit cum Baptiſmo aquæ in tribus effectibus: ſcilicet configurare hominem Chriſti paſſioni & morti. Remittere originale, & omnia peccata, Remittere omnem pœnam debitam peccatis. nuſquam enim Eccleſia orat pro animabus Martyrum. Et quidem [k] Dominicus à Soto putat Martyrium ſine charitate ſuſceptum nihil prodeſſe. ſuſceptum cum charitate non alium inferre gradum gratiæ, quam qui reſpōdet merito charitatis Martyris.

Probabilius [l] tamen eſt, ſi quis ad Martyrium accedat ſine affectu ad aliquod peccatū, & ſi adultus ſit, cum fide & dilectione inchoata, & pœnitentia ſaltem imperfecta, qualis etiam ante aquæ

[a] *2. par. Exa. pag. 90. 91. 92.*
[b] *4. contra Donatiſtas 22.*
[c] *v. 38.*
[d] *libro de Baptiſmo loquens, de Martyrio.*
[e] *in Epigrammat.*
[f] *præfat. libr. exhortatorij ad Martyrium.*
[g] *ſerm. 3. in Pſal. 118.*
[h] *in 4. ad Epheſ.*
[i] *13. Ciuit. 7.*
[k] *in 4. diſt. 3. q vnicâ ar. 11. & Ledeſmius, ibidem.*
[l] *eſt D. Thom. ſententia in 4. diſt. 4. q. 3. ar. 3. ad 1. & q. 4. Maioris, Gabrielis & aliorum ead. diſt.*

Baptiſmum requiritur, virtute Martyrij ex opere operato iuſtificari. Probatur.

Primò, ex pueris Innocentibus pro Chriſto interfectis quos vt ſanctos Eccleſia colit. Reſpondent fuiſſe antea iuſtificatos per Circunciſionem. Sed neque certum eſt Circunciſ. iuſtificaſſe, nec veriſimile eſt omnes fuiſſe circunciſos cum iuſſerit Herodes omnes infantes à bimatu, & infra (& proinde etiam qui necdum octauum diem attigerant) interfici, & conſequenter filios Gentilium quoque. Sotus ergo reſpōdet id fuiſſe priuilegium paruulorum. Sed cum Martyrium non minus ſit efficax in adultis, vnde hoc priuilegium colligit?

Secundò, quia Eccleſia indifferenter honorat quotquot conſtat pro Chriſto occiſos in confeſſione veræ fidei & vnitate Eccleſiæ: nec vſquam examinat an fuerint in ſtatu gratiæ.

Tertiò, aliàs ſequeretur Baptiſma ſanguinis, non differre à Baptiſmo flaminis, cum vtrumque conſiſteret in interna conuerſione ad Deum.

Quartò, qui cum ſola attritione requiſita ad Baptiſmum aquæ, moreretur pro Chriſto in perſecutione, vel ſaluaretur vel non, ſi prius ergo iuſtificatur virtute Martyrij. ſi poſterius, ergo Baptiſma ſanguinis non ſupplet Baptiſma fluminis.

Quintò, quia hoc ſentire videntur PP. [m] Cyprian. *Nunquid poteſt* (inquit) *vis Baptiſmi eſſe maior, aut potior, quam confeſſio, quam paſſio?* Auguſt. [n] *Quicumque non percepto etiam regenerationis lauacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantùm eis valet ad dimittēda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte Baptiſmatis.*

Obijcitur primò, [o] *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatē autem nō habuero nihil mihi prodeſt.*

Secundò, [p] *Maiorem charitatem nemo habet quam vt animam ſuam,* &c. Ergo Martyres ſummam habuerunt charitatem. Igitur ſi quid conſequuntur ablutionis ſpiritualis, id charitati tribuendum erit.

Ad primum reſpondeo, nihil quidem prodeſſe Martyrium ſicut nec Baptiſma aquæ, ſine charita-

[m] *Epiſt. ad Iabaianum.*

[n] 13. *Ciuit* 7.

[o] 1. *Cor.* 13. *v.* 3. ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμα μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

[p] *Ioan.* 15. *v.* 13. μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

te: verùm non requiri vt charitas præcedat, ſed ſufficere ſolum ſi infundatur dum ſuſcipitur Martyrium, ſicut cum ſuſcipitur Baptiſma fluminis.

Ad 2. [nomine charitatis, non eſſe neceſſe intelligi infuſum habitum aut actum dilectionis ſupernaturalis, ſed tantum quamcumque dilectionem] quæ dicitur maior, non quod [q] maior dari nequeat, ſed ratione operis, id eſt quia nihil habet homo maius vitâ, quod valeat pro amicis dare.

Secunda [r] propoſitio, *Perfecta conuerſio ac pænitentia* (id eſt quæ includit veram contritionem, & charitatem ac votum Baptiſmi aquæ) *rectè Baptiſma flaminis dicitur, & Baptiſmum aquæ ſaltem in neceſſitate ſupplet.*

Primò, quia [s] *Si impius egerit pænitentiam à peccatis ſuis* (inquit Dominus) [t] *iniquitatum eius non recordabor amplius.*

Secundò, ex PP. [v] Ambroſ. [x] Auguſt. Bernardo. epiſtola 77. Innocent. 3. cap. *Apoſtolicam* de presbytero non baptizato. Vnde Concilium Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. non dixit Baptiſmum eſſe neceſſarium in re ſimpliciter, ſed in re vel in voto.

Tertiò, conuenit cum Baptiſmo aquæ in Nomine [y] Marci 1. & Lucæ 3. v. 3. Item configurat hominem paſſioni Chriſti, ac totam remittit pœnam, perfecta conuerſio ſicut fuit in Mariâ Magdalenè, ſi enim non remittat, non erit niſi imperfectè Baptiſma flaminis, igitur conuenit etiam illi alius effectus nempe iuſtificare hominem, [tum quia pœna non remittitur non remiſsâ culpâ, tum quia hæc Pœnitentia debet eſſe cum charitate, charitas autem non eſt ſine gratia, nec grata ſine iuſtificatione, eſt enim incompatibilis peccato.]

Tertia propoſitio, *Tam Martyrium, quam pæniten-*

[q] *Nam conſtat B. Mariã habuiſſe maiorem præ omnibus charitatẽ, quæ tamen non ſubiit Martyrium Sanguinis.*

[r] *non eſt apud veteres adeò certa, atque ſuperior, non defuerunt enim aſſerentes dãnari Catechumenos etſi in bonis operibus vixerint vide libr. de Eccleſiaſt. dogmatib. apud Aug. cap. 74. & epiſt. 77. D. Bernardi.*

[s] *Ezech. 18. v. 21.*

[t] *v. 22.*

[u] *de obitu Valentini: Quam eram regeneraturus amiſi: ſed ille gratiam, quam ſperauerat, non amiſit.*

[x] *4. de Baptiſm. 22.*

[y] *verſ. 4.*

tia peccata remittunt, non autem ſola fides quâ Martyres, vel pœnitentes Chriſtum apprehendunt.

Primò, quia ſcripturę tribuũt remiſſionem peccatorum ipſi paſſioni. [z] Math.10.item Pœnitentiæ Ezech. 18. Lucæ 7. v. 48.

[z] *v.39. Qui perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam & c.16.verſ.25. Marci 8. v. 35. & Luc.9.v. 24.*

Secundò, ita ſentiunt PP. ſupra. Tertiò, alias nõ eſſent tria Baptiſmata, ſed duo tantum nempe Baptiſmus aquæ, & ipſa fides. Si dicas tria eſſe, quia tria inſtrumenta excitandę fidei, erunt etiam longe plura tribus, ſicut plura huiuſmodi inſtrumenta.

Ad primum Kemnitij reſpondeo. 1. Velle Kemnitium in Baptiſmo aquæ ſolam fidem iuſtificare, ergo ipſemet ęquat hęc tria Baptiſmata. 2. Martyriũ & pœnitentiam (ſiue dicantur opera noſtra ſiue non) nos minimè æquare ſanguini Chriſti, ſed tantum Baptiſmo aquæ, vt explicatum eſt: quod eſt ęquare gratiam gratię & inſtitutionem, ac pactum pacto & inſtitutioni Chriſti.

Ad ſecundum mentiri Kęmnit. nam nec Auguſtinus reprehendit Cyprianũ, nec aliud dicit quam latronem iuſtificatum fide, & conuerſione cordis ad Deum.

Vltima, *licet Martyrium & Pœnitentia ſint Baptiſmata quædam, non tamen Sacramenta.*

Primò, quia nulla in Martyrio forma verborum, aut, quod vices gerat, eſt de eſſentia in Pœnitentia verò, nec forma, nec ſenſibile ſignum.

Secundò quia Sacramenta debent eſſe ordinaria remedia cuiuſmodi Martyrium non eſt.

Tertiò, quia Sacram. ſunt cauſa gratiæ, vt actiones Dei viſibiles per ſuos miniſtros. At Martyris occiſio eſt actio diaboli per ſuum ſatellitem. Conuerſio autem quomodocumque ſe habeat ad iuſtificationem, non eſt viſibilis.

De Miniſtro Baptiſmi.

CAP. VII.

CATHOLICI docent. 1. ius baptizandi conuenire ex officio ordinario Epiſcopis, [a] ſubordinariè presbyteris. 2. Diaconis, extraordinario officio, atque in abſentia Sacerdotum, aut eorum iuſſu. 3. Laïcis nuſquam licere ſolemniter baptizare imò nec etiam priuatim Sacerdote aut Diacono præſente. 4. ipſis abſentibus licere quidem in caſu neceſſitatis [b] omnibus etiam mulieribus, & infidelibus baptizare: extra hunc caſum, non [c] Caluin. tamen aſſerit etiam in caſu neceſſitatis non licere niſi ordinatis miniſtris.

Primò, quia ſolis Apoſtolis præcepit baptizare Dominus [d] *Euntes* (inquit) *Docete*, &c.

Secundò, quia hac de re dubij fuere PP. [e] *Etſi laicus* (inquit Auguſt.) *neceſſitate compulſus Baptiſmum dederit, neſcio an piè quiſquam dixerit, Baptiſmum eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt, ſi autem neceſſitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt.*

Tertiò, Concil. 4. [f] Carthag. prohibentur mulieres baptizare.

Quartò, [g] Tertull. & [h] Epiph. id quoque improbant. Contra primò figura erat Baptiſmi Circũciſio, & iuxta Caluin æquè efficiebat. At [i] Sephora in ne ceſſitate, præſente viro, ſed in anguſtijs maximis, & penè exanimato, circuncidit puerum ſuum

[a] *ac dependẽter ab Epiſcopis.*

[b] *ita definit Concil. Flor. In cauſa neceſſitatis* (inquit) *non ſolum ſacerdos, vel Diaconus, ſed etiã laicus, & mulier, imò etiam Paganus, & hereticus baptizare poteſt.*

[c] 4. *Inſt.* 15 §. 20. 21. 22.

[d] *Mathæi vlt.*

[e] 2. *contra Epiſtol. Parmeniani.* 13.

[f] *Can.* 100.

[g] *libro de virginib.*

[h] *Hereſi* 42. & 79.

[i] *Exod.* 4. *verſ.* 24.

[k] *v.* 26. וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ *vaiiiref mimmenu. Et receßit ab eo, ſiue, dimiſit eum, id eſt, ei lenior, ſiue remißior fuit.* רָפָה *Raphah enim ſignificat remiſſum eſſe. Nec vox* וַיִּרֶף *vaiiiref cum ſit Maſculini generis, poterit ad Sephoram referri. Quare in Græco habetur,* καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ὁ ἄγγελος.

quod placuiſſe Deo hinc patet, quia Angelus, qui minabatur Moyſi dimiſit eum, ſiue vt eſt in Hebræo non amplius perſequutus eſt, ſed leuiter ſe habuit. Temerè ergo vocat Sephoram [l] Caluinus fœminam ſtultam quod circumcidiſſet filium.

[l] §.22.

Secundò, eodem modo commiſit Apoſtolis Chriſtus docere, quo baptizare. At hoc non obſtāte, licet omnibus in neceſſitate docere, atque inſtruere ignorantes. Ergo & baptizare.

Tertiò, iuxta [m] Caluin. ſoli Apoſtoli acceperūt poteſtatem Baptizandi. Et tamen Philippus tantum Diaconus [n] baptizauit plurimos: [o] & Ananias laicus Paulum. id enim factum eſt, primo anno à paſſione Domini, quo nulli, præter Apoſtolos, Epiſcopi vel Sacerdotes, Diaconi præter ſeptem erant.

[m] §. 20.
[n] *Actor.* 8.
[o] *Actor.* 9.

Quartò, ex PP. [p] Tertull. *laicis* (inquit) *ius eſt baptizandi* [q] Nicæno Concil. dum ſtatuit Baptiſma hæreticorum ratum eſſe: apud quos tamen verum Sacerdotium non eſt. item 2. Concil. Elibert. [r] Carthag. 4. [t] Hierony. Auguſt. 2. contra Epiſt. Parmeniani 13.

[p] *libro de Baptiſmo.*
[q] *apud Hieron. libr contra Luciferianos.*
[r] *Can.* 38.
[s] *Can.* 100. *Mulier Baptizare non præſumat, niſi cogente neceſſitate, ita citatur à Magiſtro* 4. *diſt.* 6. *& Gratiano can. Mulier. de conſecr. diſt.* 4.

Ad primum reſpondeo 1. veriſimile eſſe hæc dicta fuiſſe in die Aſcenſionis quo aderant cum Apoſtolis [u] quingenti fratres ad quos etiam hæc verba ſpectarent 2. quomodo hæc eſſent intelligenda docuiſſe Apoſtolos, & Eccleſiam ex praxi.

Ad ſecundum, falſum eſſe, nec enim dubitanter Aug. loquitur cum ait, *Neſcio an piè*, &c. idem enim eſt ac ſi dixiſſet. *Non niſi impiè*, &c. Porrò eſſe peccatum veniale ſi laicus non adhibeat omnem diligentiam ſacerdotem inueniendi, nullum ſi adhibeat

Ad tertium, excepiſſe Concil. caſum neceſſitatis, vt citatur à [x] Petro Lombardo, & Gratiano.

[t] *ſupr.*
[u] 1. *Cor.* 15. *v.* 6.

Ad quartum, loqui PP. de publico miniſterio vel ordinario. Nam Tertull. id improbat in Eccleſię domo, Epiph. autem vbi ait mulieri non licere, ibi

[x] *ſupr.*

& Diacono non permittit,& tamen conſtat poſſe extraordinariè Diaconum baptizare.

De Baptiſmo infantium.

Cap. VIII.

EXTITIT [a] hæreſis tẽpore B.Bernardi aſſerẽs non licere baptizare infãtes, quam ſequuntur hoc tempore omnes [b] Anabaptiſtæ. [c] Eraſmus vult baptizatos, cùm adoleuerint interrogandos eſſe, num ratum habeant quod eorum nomine in Baptiſmo promiſſum fuit: ſi negauerint, liberos eſſe dimittendos. Ludouicus [d] Viues ait olim neminem baptizari conſueuiſſe niſi adultâ ætate, quique per ſe peteret Baptiſmum, ac intelligeret quid ſit baptizari. Eccleſia Catholica verò [e] docet infantes eſſe baptizandos.

Primò, quia Circunciſio ita erat figura Baptiſmi, vt hunc, Circunciſionem vocauerit [f] Paulus. At Circunciſio infantibus [g] dabatur, quidni ergo baptiſmus?

Secundò, Dominus non ſolum adultos, ſed etiã infantes ad Regnum cœlorum vocat: [h] *ſinite* (inquit) *paruulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum.* At generalis eſt comminatio: *niſi quis renatus,* &c. Ergo ne priuẽtur tanto bono, quo frui poſſunt, debent baptizari. dices, paruulorum nomine, intelligi humiles ac innocentes adultos, ita enim [i] Aug. vel ſaltem paruulos iam rationis capaces, vt vult [k] Tertull. dicuntur enim venire: quod grandiorum eſt. Infantes enim portantur. Sed quamuis typicè humiles intelligantur, tamen ad literam in-

[a] *apud Bernard. ſerm. 66. in Cantica, & epiſt. 240.*

[b] *exorti, authore Balthaſaro Pacimõtano, anno* 1517. *teſte Cochlæo in Actis Lutheri.*

[c] *præfatione paraphraſis in Matthæum.*

[d] *in caput.* 27. *lib.* 1. *de Ciuit. Dei.*

[e] *Concil. Trident. ſeſſ* 7. *cap.* 12.13.14.

[f] *Coloſſ.* 2. *v.* 11.

[g] *Geneſ.* 17. *verſ.* 12.

[h] *Marci* 10. *v.* 14. ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

[i] 1. *Confeſſ.* 19.

[k] *libro de Baptiſmo.*

telligi infantes patet, 1. quod apud [l] Lucam dicantur βρέφη, 2. portari quare vox, *venire*, pro *accedere*, & *appropinquare* [quoquo modo ſit] apud Marcum vſurpatur.

Tertiò, leguntur in [m] ſcripturis non ſemel integræ baptizatæ familiæ. At non eſt veriſimile aliquos in eis non fuiſſe infantes.

Quartò ex PP. [n] Diony. [o] Origen. 5. cap. 6. ad Rom. *Eccleſia ab Apoſtolis traditionem accepit paruulis dare Baptiſmum.* Cyprian. 3. Epiſt. 8. [o] Nazianz. [p] Concil. Mileuitan. [q] Bracarenſi 2. [r] Viennenſi, Papis Clemente 1. 6. Conſt. 15. Siricio Epiſt. 1. [s] Innocent. 1. Leone. 1. Epiſt. 84. alias 86. Gregorio 1. lib. 3. Epiſt. 9. Innocent. 3. Epiſt. ad Epiſcop. Arelatenſem. cap. *Maiores* de Baptiſmo, & eius effectu.

Quintò, infantes ſaluari poſſunt vt probatum eſt: alioquin plus poſſet culpa quam gratia, eſſent enim peccato Adami participes, nō poſſent autem eſſe gratiæ Chriſti. Sed extra Eccleſiam non eſt ſalus vt definitur in [t] Concil. Lateran. *Quia* (inquit Chriſtus) [v] *qui non eſt mecum contra me eſt.* Igitur intrent in Eccleſiam neceſſe eſt: At nequeunt niſi per Baptiſma 1. quia non intrant niſi cum vocantur à Deo quia, [x] *quos vocauit, hos & iuſtificauit*, in illis autem nulla fingi poteſt vocatio niſi per Baptiſmum, per quem rectè dicuntur vocati: quia in numerum vocatorum aſcribuntur 2. quia [y] PP. in eo diſtingunt Catechumenos à fidelibus, quod hi intra Eccleſiam ſunt, illi non, nimirum quia baptizati non ſunt. 3. quia nequit homo Chriſto & Eccleſiæ coniungi, niſi aut fide, aut Sacramento,

[l] 18. v. 15. προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη. *Afferebant autem ei, & infantes.*

[m] *Actor.* 16. *verſ.* 15. 33. & 1. *Cor.* 1. *v.* 16.

[n] *cap. vltimo Eccleſ. Hierarch. quo ait Apoſtolicā eſſe traditionē paruulorum Baptiſma Iuſtin. q.* 56. *Irenæ.* 2. *cap.* 39.

[o] *orat. in ſanctum lauacrum Baſil. exhortatoriâ ad Baptiſmum. Hierony.* 3. *contra Pelagianos. Auguſt.* 10. *de Geneſ.* 23. *Proſper* 2. *de vocat. Gent.* 8.

[p] *Can* 2.

[q] *Can.* 7.

[r] *Clementina* 1. *de ſumma Trinitat. & fide Catholica.*

[s] *Epiſt.* 26.

[t] *Cap.* 1.

[v] *Mathai* 12. *verſ.* 30. ὁ μὴ ὢν μετ᾽ ἐμοῦ κατ᾽ ἐμοῦ ἐστι.

[x] *Roman.* 8. *verſ.* 30.

[y] *Nazianzen. ſupr. Chryſoſtom. homil.* 24. *in Ioann. Cyrill.* 12. *in Ioann.* 50. *Auguſt. tract.* 4. *in Ioann. Concil. Florent. in inſtruction. Armenorum.*

aut vtroque ſimul. Paruuli autem nequeunt niſi Sacramento, [primum autem Sacramentorum eſt Baptiſ.] Ergo,&c.

Sextò, ſi quod impedimentum obſtaret quo minus baptizarentur vel id ex aliqua prohibitione diuina,aut ex Sacramento,vel miniſtro , aut ſuſcipiente,aut Eccleſia , quòd ius in hominem acquirat ſine propria eius voluntate. Non primum, quia nulla talis extat,nec 2. quia Sacrãmẽtum non niſi à diuina inſtitutione pendet quare ex ſe ſemper eſt efficax ſiue adulto ſiue infanti detur,neque 3.quia æque poteſt miniſter infanti Sacram. miniſtrare,ac adulto non 4. quia diſpoſitio in adultis, per actualem fidem , & conuerſionem ad Deum exigitur, tùm propter actualia peccata commiſſa, tùm quòd,cum homo habeat vſum liberi arbitrij, non iuſtificetur à Deo niſi concurrat per aſſenſum liberi arbitrij , hæc autẽ non habent in infantibus locum.non 5. quia non obligantur ad ea niſi ad quæ [z] tenentur,& quibus,ſi adulti eſſent, deberent ſe propriâ ſubiicere voluntate.

[z] *omnes enim obligantur ad quærendam propriam ſalutem.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. IX.

PRIMA, in ſacris ſcripturis nullum nec mandatum nec exemplũ de Pędobaptiſmo habetur.

Reſpondeo 1. ſatis ex ſcripturis colligi 2. Etſi non colligeretur , ſufficere Apoſtolicam traditionem.

Secunda, mandatum habemus prius docendi. Reſpondeo id fieri debere, ſi baptizandi ſint doctrinæ capaces.

Tertia, nec Chriſtus, nec Ioannes quemquam baptizarunt: Reſpondeo. 1. negatur propoſitio 2. Ita ſit quid inde? aliis Chriſtus commiſit baptizan-

di officium. Ioannis autẽ Baptiſma fortè non erat neceſſarium paruulis.

Quarta, reprobi non ſunt baptizãdi, ne prophanetur Sacramentum. Multi ex infantibus ſunt reprobi, ergo ne contingat baptizare reprobos aliquando, ab omnibus eſt abſtinendum.

Reſpondeo 1. etiam inferri, non deberi adultos baptizari 2. negatur Maior. Ad probationem non prophanari Sacramentum, quia verè tunc iuſtificatur infans & proinde tam æquè illi, ac adulto, eſt ſignum efficax gratiæ.

Quinta qui non credit, non eſt baptizãdus. Reſponſio ſequenti capite.

Sexta cogi homines ad Baptiſm. 1. eſt plus tribuere Sacramento quam par ſit. 2. eſt ſtabilire opinionem Papæ, quod ſine Baptiſ. non eſt ſalus.

Prima pars falſa eſt: ſecunda vera.

Septima, coniungenda eſt [a] aqua cum Spiritu ſicut [b] fides cum Baptiſmo. At infantes Spiritu obtuſi ſunt, nec credere poſſunt.

[a] *Ioan. 3. v. 5.* [b] *Marci vlt. v. 16.*

Reſp. aquam cum Spiritu eſſe, cùm ſicut aqua exterius, ita Spiritus interius lauat. Fides autem actualis in adultis tantum requiritur, quæ autem in paruulis dicetur infra.

Octaua, Eccleſia tantum obligatur credere articulos fidei. At Pædobaptiſmus non eſt huiuſmodi. Negatur Minor.

Nona, ſi baptizandi ſunt infantes. Ergo & communicandi: ſicut in praxi antiquitas habuit.

Negatur conſequentia, quia Baptiſma abſolutè neceſſarius eſt ad ſalutem infantium, non autem Euchariſtia: praxis autem illa non fuit ex neceſſitate.

Decima, non datur Baptiſmus abſque pœnitentiâ [c] Actor. 2.

Reſpondeo, id verum pœnitentiæ capacibus, cuiuſmodi non ſunt infantes.

[c] *v. 38.*

Vndecima, [d] Nazianz. optabat differri Baptiſmum, donec pueri de fide ſuâ aliquid reſpondere

[d] *ſerm. de Baptiſmate.*

poſſent. Et [e] Auguſt. ait non fuiſſe Pædobaptiſmum in Concilijs ſtabilitum, & ab Origenis tempore incœpiſſe.

[e] 4. de Baptiſmo.

Reſpondeo, Nazianz. velle tantum differri vſque ad triennium quo necdum habetur communiter rationis vſus, nihilominus tamen excipere periculum mortis, verum hæc opinio alijs non placuit PP. Auguſtinus ideo negat ſtabilitum Pædobaptiſmum in Concilijs, quod eum contendat antiquiorem eſſe omni Concilio, vt qui à traditione Apoſtolica deſcendat. illud autem de Origene nullibi dixit Auguſtinus.

Duodecima, [f] *Corde creditur ad iuſtitiam, confeſſio fit ad ſalutem.* Id paruuli non poſſunt.

[f] Rom. 10. v. 10.

Reſpond. id neceſſarium in adultis tantùm, in paruulis autem hoc ſupplet fidei Sacramentum.

Decima tertia, Perfecta Sacramenta cùm ſint, perfectos requirunt: quales non ſunt infantes.

Diſtinguo, requirere agens perfectum principale, imperfectum autem potius ſubiectum, quod perficiant. Vnde non infantes, ſed nec quidem adulti reſpectu Baptiſmi ſunt perfecti.

Decima quarta, Cœna requirit externam confeſſionem fidei, propterea paruuli arcentur à cœnâ. At Baptiſmus hanc etiam confeſſionem requirit, cùm ſit fidei proteſtatio.

Reſpondeo confeſſionem fidei eſſe ipſam Sacramenti ſuſceptionem. nec defectus confeſſionis fidei eſt cauſa paruulos à communione arcendi.

Decima quinta, Chriſti ſymbola ad ipſius commemorationem, & prædicationem ſunt ordinata.

Reſpondeo, hoc etiam præſtare ipſam Sacramenti ſuſceptionem. Paruuli enim dum immerguntur commemorant Chriſti mortem, atque ſepulturam.

Decima ſexta, fides ex auditu: Reſpondeo, actualis verum eſt [habitualis autem non eſt neceſſe.]

Decima ſeptima, Chriſtus annorum triginta baptizatus fuit. Reſpondeo 1. nec egebat Baptiſmo, nec

nec erat periculum mortis, quod neutrum in pueris habetur. 2. Circuncifus in infantia fuit. Circunciſio vero noſtro reſpondet Baptiſmo.

Decima octaua, Quicunque baptizantur, Chriſtum induunt. Reſpondeo. Infantes induere Chriſtum, cum per habitum gratiæ infuſum, exuunt veterem hominem, & induunt nouum. Quia, [g] *ſicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi* (ſcilicet eo ipſo quo aliquis naſcitur ex Adam, cõmunicatur ei peccatum Adæ) *Ita per vnius obedientiam iuſti conſtituuntur multi*: Videlicet eo ipſo quo aliquis renaſcitur ex Chriſto per Baptiſmum, communicatur, ei iuſtitia Chriſti etiamſi vſum rationis non habeat.

Decima nona, Noui Teſtamenti Sacramenta ſunt ſpiritualia, Infantes toti carnales.

Reſpondeo ideo etiam ſuſcipere Baptiſmum, vt fiant ſpirituales. Vigeſima Apoſtoli, piſcatores ſunt hominum, non Infantium. Quaſi verò Infantes non ſint homines. Deinde piſcari propriè, non eſt baptizare, ſed prædicare.

Vigeſima prima. Qui accedunt ad Sacramenta probare debent ſeipſos iuxta Apoſtolum.

Reſpondeo, Paulum loqui tantùm de Euchariſtiæ Sacramento.

Vigeſima ſecunda *fidelis diſpenſator dat cibum in tẽpore ſuo*, & aſpicit albas meſſes, non virides, & tenerrimas.

Reſpondeo, Baptiſmi ſemper eſſe tempus, meſſes albas, homines ad ſalutem diſpoſitos, quales paruuli ſunt.

Vigeſima tertia, Illi verè dicuntur fratres qui ex eodem poculo bibere poſſunt. Nequeunt autem de eodem nobiſcum bibere Infantes.

Reſpondeo maiori ratione dici fratres qui eadẽ generatione naſcuntur: quomodo ſpirituali regeneratione nobiſcum naſcuntur Infantes. Nam ex eodem bibere poculo eſt tantùm fraternitatis ſignum.

[g] *Rom. 5. verſ. 19.* ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.

Vigeſima quarta, Qui Sacramentorum externã tantum partem ſumit, nihil ſumit. Tales ſunt Infantes, quia ratione carent.

Negatur minor. Ad probationem etſi careant rationis vſu, non tamen carere animâ rationali in qua Deus per gratiam poſſit habitare.

Vigeſima quinta, Baptiſmus eſt tinctio cum doctrina, & manuum impoſitione, Hebræor. 6.

Negatur. Tantùm enim Apoſtolus ait *non eſſe rurſus iaciendum fundamentum pœnitentiæ* (ſcilicet perfectis) *ab operibus mortuis, & fidei ad Deum baptiſmatum doctrina*, id eſt doctrinæ de Baptiſmo tradēdæ: quod doctrina de Baptiſmo ad inſipientes, non ad perfectos pertineat.

Vigeſima ſexta, Baptiſmus eſt mortificatio, & ablutio, cum inuocatione nominis Ieſu, à ſuſcipiente.

Reſpondeo etiam in paruulis mortificari originale peccatum, hæc autem inuocatio non eſt de eſſentia, ſed conueniens tantum.

Vigeſima ſeptima, Baptizari eſt ablui corpore aquâ, in certitudine fidei, depulsâ cōſcientia malâ: [h] Hebræo. 10.

Reſpondeo Apoſtolum non ibi definire Baptiſ. ſed tantum monere, volentem accedere ad Deum, debere plenam habere fidem ac conſcientiam, & præterea Baptiſmum.

[h] *v. 22. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda.*

Vigeſima octaua, Baptiſmus eſt depoſitio ſordium, & ſepeliri cum Chriſto.

Reſpondeo hæc etiam conuenire paruulorum Baptiſmo, cum habeant originale peccatum.

Vigeſima nona, Baptiſmus eſt ſtipulatio bonæ conſcientiæ erga Deum 1. Petri. 3.

Reſpondeo, id eſſe effectum, non eſſentiam Baptiſmatis: productum in infantibus fundamentaliter, excitandum formaliter cum adoleuerint.

Trigeſima, Baptiſmus eſt lauacrum regenerationis, &c. At neque is neque qui ab [l] Ezech. [k] & Zach. deſcribitur ad infantes pertinet. Negatur. Mi-

[l] *cap. 36. v. 25.*
[k] *13. v. 1.*

nor, ideo autem errant Anabaptiſtæ quod minimè arbitrentur paruulos habere peccatum originale.

Trigeſima prima, Sacramenta ſunt cibi ſolidi.

Reſpondeo id verum de Euchariſtia, falſum de Baptiſmo qui regeneratio eſt, non cibus.

Vltima, adultos cæcos, ſurdos & mutos, non ſunt Baptizandi: Ergo multo minus infantes.

Ad antecedens, baptizari, ſi aliquando indicauerint ſe velle: ſin minus, non baptizari, quia requiritur eorum perſonalis conſenſus, nec certo ſcimus num ponant obicem. Ad conſeq. negatur, quia ſufficit in his alienus conſenſus, atque certi ſumus non ponere obicem.

Quid ſentiant aduerſarij de fide requiſita in Baptiſmo paruulorum.

CAP. X.

LVTHERANI [a] ſentiunt actualem debere eſſe, aut [b] aliquid ſimile, nimirum internos quoſdam motus, & inclinationes ad credendum & diligendum Deum, ſicut quando exultauit Ioannes in vtero.

Sacramentarij [c] verò negant omninò aliquam fidem eſſe neceſſariam in huiuſmodi Baptiſmo. Id quod deducunt ex promiſſione facta Abrahæ & ſemini: vel certè ex diuinâ prædeſtinatione.

[a] *Lutherus in captiuit. Babyl. an. 20. & libro cõtra Cochleum. an. 23.*

[b] *ita conuentus witembergenſis apud Cochleum libro. 3. Miſcellaneorũ tract. 8. & Philippus in locis an. 58.*

[c] *Caluin. 4. inſtit. 16. §. 19.*

Declaratur quæ fides in huiuſmodi Baptiſmo requiratur, refelluntúrque errores.

CAP. XI.

PRIMA propoſitio, *infantes non habent actualem fidem.*

Primò, quia [a] ſcriptura affirmat infantes non cognoſcere diſtantiam inter bonum, & malum, nec aliquod excipit tempus. Quare ergo Lutherus ſine ſcripturâ excipit aliquod tempus?

Secundò, ita ſentiunt PP. [b] Nazianz. [c] & Aug.

Tertiò, fides actualis nequit oriri in mente, niſi ex reuelatione diuinâ, eâque vel immediatè à Deo, vel mediante verbo Dei prædicato, non prius cõpetit infantibus, quia hic eſt extraordinarius modus, & ſolis fortè Prophetis, ac Apoſtolis conceſſus: neque poſterius, quia ſequeretur infantes audire, & percipere quæ dicuntur, ac proinde auſcultari attentè: cuius contrarium experientia docet. Ergo nullo modo.

Tertiò, [d] dum in Baptiſmo reluctantur infantes, vel percipiunt quod fit, vel non. ſi non, quomodo ergo credunt? ſi percipiunt, quomodo cum tanto ſacrilegio ſanctificari poterunt?

Secunda propoſitio, *Non habent infantes dum baptizantur vllos nouos motus, & inclinationes, ſimiles actibus fidei & dilectionis.*

Primo, quia aduerſarij contendunt hos motus eſſe impropriè fidem. At in tota ſcriptura nomen fidei non inuenietur in ea ſignificatione: ſemper enim fides ponitur in cognitione.

Secundò, vel huiuſmodi motus ſunt in corpore, vel in animo: ſi prius, nequeunt eſſe ſimiles actibus fidei, & dilectionis: tùm quia non niſi analogicè corporalia dicuntur ſimilia ſpiritualibus: tùm

[a] *Deuter. 1. v. 39. Ionæ vltimo v. vlt.*

[b] *oratione in Sancta lumina, qua infantes, ſine ſenſu Sanctificationis Sanctificari ait.*

[c] *Epiſt. 57. & tract. 80. in Ioan. 4. de Baptiſmo 24. ac 1. de peccat. merit. 20.*

[d] *eſt Auguſt. epiſt. 57.*

quòd Deus eſt longè nobilius obiectum, quam quod actu corporeo poſſit attingi. ſi poſterius ergo non erunt ſine cognitione, vt volunt. motus enim intellectus, eſt animo percipere, motus verò voluntatis ſequitur intellectus apprehenſionem.

Secundò, Lutherus in paruulis eam ponit fidem, quam iuſtificantem vocat, excitatam in illis ex auditu verborum exorciſmi. At illa nequit eſſe motus ſine cognitione, vt patet.

Tertiò, Lutherani volunt huiuſmodi motus, ne vera fide, ſufficere ad iuſtificationem infantium. At nihilominus pro infallibili principio habent ſolam fidem iuſtificare. Ergo pugnantia dicunt.

Tertia, *Infantes non iuſtificantur ſine fide.* Nam [e] *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Hebr. 11. Item Rom. 3. [f] *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem.*

Reſpondent, ſi Deus prædeſtinauit infantes, eos ſe iuſtificaturum, modo aliquo ſibi noto, non tamen per fidem.

Contra. 1. prædeſtinatio non impletur, niſi per media Eccleſiæ reuelata. At Apoſtolus Romanor. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. contendit iuſtificationem (quæ ad prædeſtinationem ſpectat) non contingere ſine fide. [2. explicent quis ſit ille modus? nec enim debet noua introduci doctrina ſine intellectu.]

Quarta, *Infantibus in Baptiſmo infunditur habitus fidei, ſpei, & Charitatis.* probatur, Primò, ex communi DD. opinione in 3. diſt. 23. & D. Thom. 3. p. q. 69. ar. 6.

Secundò, quia Concilium Viennenſe *Clement.* 1. *de Summa Trinit.* definit hanc ſententiam probabiliorem, ac teſtimoniis tam veterum, quam recentiorem conformiorem.

Tertiò quia Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. decreto de peccato originali decernit, Infantes per Baptiſmum iuſtificari, ſeſſione verò 6. cap. 7. cum remiſſione peccatorum in Baptiſmo infundi hæc tria dona, atque inhærere menti.

[e] *v. 6.* χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι.

[f] *v. 28.* λογιζόμεθα πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον.

Quartò, infantes per Baptiſmum illuminantur, nam à PP. frequentiſſime vocatur illuminatio: iuſtificantur, [g] fiuntque fideles, atque Deus in eis [h] habitat. At quomodo hæc conſtare poſſunt ſine Fide, Spe, ac Charitate? ſed hæc per actus ſuos nequeunt in paruulis eſſe vt probatum eſt, ergo per habitum.

Quintò, [i] Aug. aſſerit Deum infantibus dum baptizantur ſuam occultam infundere gratiam. At gratia infuſa iuxta omnes Theologos nequit eſſe ſine Fide, Spe, & Charitate.

Quinta, *in tantum paruuli actu credere dici poſſunt 1. Quòd ipſa ſuſceptio Baptiſmi eſt profeſſio fidei. 2. Quòd in aliorum fide baptizantur*, id eſt, quòd alij pro eis proteſtantur fideles. Prima pars eſt [k] Aug. dum ait infantibus ipſum baptizari eſſe credere. Secunda patet ex conſenſu [l] PP. quamuis non ſit eſſentialis Sacramento: Dices quid prodeſt huiuſmodi aliorum fides? Reſpondeo prodeſſe, tum vt adducentur infantes ad Baptiſma, non enim hoc infideles facient: tùm quia Deum hoc modo infantes colunt, habet enim ratum obſequium nomine puerorum præſtitum, cum per ſe infantes id nequeant præſtare.

Objicitur primo, ſi infantes actu non credunt illuditur per mendacium Baptiſmi, Sacramento dum reſpondetur pro infante: *Credo.*

Reſpondeo, non ſignificari hoc verbo, infantem credere proprio, ſed alieno actu: vnde nullum eſt mendacium.

Secundò, [m] *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt*, inquit Dominus.

Reſpond. hos non fuiſſe infantes, ſed grandiores. Nam & vocauit eos ad ſe Chriſtus & ſcandalizari poſſe indicauit.

Tertiò, [n] exultauit Baptiſta in vtero.

Reſpondeo 1. vnius exemplum non facere regulam. 2. non exultauit ſine cognitione vt [o] Ambroſ. & Beda teſtantur.

[g] *Auguſt. 1. de peccator. mer. & remiſſ. cap. 33. & Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 13. de Baptiſmo.*

[h] *teſte Aug. Epiſt. 57.*

[i] *lib. 1. cap. 9. de peccator. merit.*

[k] *ſup. 27. cap.*

[l] *Dionyſ. cap. vlt. Eccleſ. Hierarc. Aug. 3 de libero arbitrio 23. quo ait hanc eſſe totius Eccleſiæ ſententiam. Proſper de vocat. Gent. 2. c. 8. Concil. Trid. ſupr.*

[m] *Math. 18. v. 6* ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ.

[n] *Luc. 1. verſ. 44.*

[o] *in Lucam.*

Vltimò, infantes ſaluari poſſunt. Ergo recipiunt Spiritus ſancti operationem. At nequeunt recipere fidem cum cognitione. Ergo nouum motum ſine cognitione.

Negatur concluſio, quia poſſunt recipere fidem ſine cognitione,

---

De effectibus Baptiſmi.

CAP. XII.

VERI effectus Baptiſmi à Catholicis recepti ab hæreticis reiecti, ſũt. 1. delere omnem culpam, & pœnam. 2. conferre ex opere operato gratiam, & alia dona quibus iuſtificatur homo. 3. imprimere indelebilem caracterẽ. Ad quos reuocantur qui enumerantur à [a] PP. præterea, vt facere animam pulchram, Deo dilectam, &c.

Aduerſarij alios fingunt quos execrantur [b] fideles vt errores primum, non poſſe baptizatum damnari, etiamſi velit, niſi nollet credere. Secundum, liberari ab obedientia diuinæ legis. Tertium, liberari, ab obſeruatione humanarum legum. Quartum, ab omnibus votis. Quintum ſolam Baptiſmi memoriam iuſtificare à peccatis, poſt Baptiſma patratis.

[a] *Maximè Nazianz. oratione in ſanctũ Lauacrũ Chryſoſt. homil. 1. ad Neophitos.*

[b] *Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 6. 7. 8. 9. 10.*

Baptiſmum verè [a] *tollere peccatum.*

CAP. XIII.

PROBATVR Primò. [b] *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Itē [c] *mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,* &c. [d] *Qui lotus eſt non indiget,* &c. [e] *Effundā ſuper vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Quæ nequeunt intelligi per non imputari. Ineptiſſimè namque diceretur aliquis tollere ab alio ignorantiam, vel malitiam, quod ignoſcat illi quod ignoranter, aut malitioſè fecerit.

Secundò, Circūciſio verè tollebat carnem, Mare rubrum Ægyptios verè ſuffocauit. Probatica piſcina verè morbos pellebat. Hæc autem erant figura Baptiſ. Ergo & Baptiſ. verè tollit peccatum.

Tertiò comparatur in ſcripturis, mundatio per iuſtificationem rebus verè mundis, [f] *lauabis me & ſuper niuem dealbabor.* [g] Deleuit vt nubem iniquitates tuas, &c.

Quartò, comparatur per Antitheſim originali peccato: [h] *ſicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiam iuſti cōſtituentur multi.* [i] *ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Verè autem homines cōſtituuntur peccatores, & mortui per Adam. Ergo, & per Chriſtum verè iuſtificati.

Quintò, [k] *Conſepulti ſumus cum Chriſto per Baptiſmum in mortem. Vt quemadmodum Chriſtus ſurrexit à*

[a] *negant Proclus Originiſta apud Epiph. hæreſ.64. Meſſaliani apud Theodoret. 4. de Fabulis hæreticorum Lutherus art. 2. damnatorum à Leone, Caluinus in Antidoto ſeſſ. 5.*

[b] *Ioan 1. v. 29.* ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

[c] *Epheſ.5. v. 26.*

[d] *Ioan.13. v. 10.*

[e] *Ezechielis 36. v.25. Item Coloſſ.1. v. 22. reconciliauit in corpore carnis eius exhibere vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram Deo.*

[f] *Pſal. 50. v. 8.* [g] *Ezech. 44. verſ.22. item 1. v. 18.* [h] *Romanor. 5. verſ. 19.*

[i] *1. Corinth. 15. verſ. 22.*

[k] *Roman. 6. verſ. 4.* συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη χριστὸς ἐκ νεκρῶν, διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς *per gloriam Patris.* οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ergo (vt verbis Auguſtini vtamur)[l] *Quemadmodum in illo vera mors facta eſt, ſic in nobis vera remiſſio peccatorum: Et quemad. in illo vera Reſurrectio, ita in nobis vera iuſtificatio.*

[l] *in Enchirid. cap. 53.*

Sextò, dicimur in ſcripturis [m] renaſci, & [n] regenerari per Baptiſmum. At quomodo verè geniti ſpiritualiter, ſi adhuc mors in nobis manet.

[m] *Ioan. 3. v. 5.*
[n] *Tit. 3. v. 5.*

Septimò, [o] *Nō poſſumus menſæ domini participes eſſe ſimul & dæmoniorū.* [p] *Quæ ſocietas luci ad tenebras,* &c. At quantumcumque Deus non imputaret peccatū ſi tamen reuera peccatum, quoad ſe, in nobis maneret, ſequeretur ex aduerſariorum ſententia, ſimul diabolum habitare in nobis per peccatum, & Chriſtum per iuſtificationem.

[o] *1. Cor. 10. v. 21.*
[p] *2. Cor. 6. 15.*

Octauo, [q] *Odio eſt Deus impius & impietas eius,* [r] *odiſti omnes qui operantur iniquitatem.* [s] *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem* At quomodo iuſtificeat Deus hominem in Baptiſmo, ſi remanet peccatum quod odit: ſi odit, quod punire intendit, ſi intendit quomodo ignoſcit, ſi non ignoſcit, quomodo non imputatur peccatum?

[q] *Sapient. 14. v. 9.*
[r] *Pſal. 5. v. 6.*
[s] *Pſal. 44. v. 9.*

Nonò, ex Concilio Trident. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali. *Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam quæ in Baptiſmate confertur, reatum Originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati habet, ſed illud dicit tantum radi, aut non imputari, Anathema ſit.*

Digitized by Google

1. *Baptiſmum non facere homines impeccabiles.*

2. *Baptizatum etiam ſi credat damnari poſſe.*

CAP. XIV.

PRIMA pars aduerſus [a] Calui. probatur, primò, [b] *Tu fide ſtas noli altũ ſapere, ſed time.* Item [c] *Melius erat eis non cognoſcere viam iuſtitiæ,* &c. *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa,* &c. Actor. 20. v. 30. *Quidam circa fidem naufragauerunt.* 1. Timoth. 1. v. 19. & cap. 4. v. 1. Item cap. 6. verſ. 10.

Secundò, Act. 8. Simon Magus credidit & Baptizatus eſt: & tamẽ à fide & Charitate defecit. Obiicitur, [d] *Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quia ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare,* &c.

Reſpondeo, ſolum velle Ioannem oſtendere peccatum mortale non poſſe cum charitate conſiſtere, qua renaſcimur Deo, tanquam diuino ſemine, ac proinde non eſſe iuſtum, qui malè agit, ita Auguſt. [f] & Hierony.

Secunda, probatur aduerſus [g] Lutherum Rom. [h] 8. *Si ſecundum carnem vixeritis moriemini.* Item: [i] *Nolite errare neque fornicarij, neque fures,* &c. *regnum Dei poſſidebunt.* Et ſimilia paſſim in Epiſtolis Pauli, quæ omnia de Baptizatis dicuntur.

Reſpondet [k] Kemnitius ſenſum Lutheri non eſſe, *cùm fide poſſe alia peccata manere, & tamen cum illis hominem damnari non poſſe,* ſed, *per peccatum amitti etiam fidem,* & *ad fidem* (quæ eſt incompatibilis peccato mortali) *ſequi iuſtificationem.* Contra 1. ſentire Lutherum quod negat Kemnitius patet, cum [l] ait

[a] *3. Inſtit. 2. §. 11. & 12. & Iouinian. apud Hieronym. 2. contra Iouinianum.*

[b] *Rom. 11. v. 20.* σὺ τῇ πίστει ἕστηκας, μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.

[c] *2. Petr. 2. v. 21. & Hebr. 6. v. 4. 5. 6.*

[d] *1. Ioan. 3. v. 9* πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται. *Quia ex Deo natus eſt.*

[e] *Tract. 5. in epiſtolam Ioan.*

[f] *2. in Iouiniã.*

[g] *lib. de Captiuit. Babylo. cap. de Baptiſmo.*

[h] *v. 13.* εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε μέλλετε ἀποθνήσκειν. [i] *1. Cor. 6. v. 10.*

[k] *2. par. Exam. pag. 213. & ſeq.* [l] *ſupr.*

Nulla peccata eum poſſunt damnare niſi ſola incredulitas: cætera omnia, ſi redeat, vel ſtet fides, in promiſſionem diuinam baptizato factam, in momento abſorbentur per eandem fidem.

2. quod etiam intendit Kemnit. falſum eſt, [m] *Si habero omnem fidem* (inquit Paulus) *ita vt môtes transferam, Charitatem autem non habuero nihil ſum.*

[m] *1. Corinth. 13. v. 2.* ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥς τε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω οὐθέν εἰμι.

Reſpondent loqui Paul. de fide miraculorum, non fide iuſtificante. Contra 1. [non aduertunt Paulum per particulã *omnem*, cõprehendere quamcumque fidem] 2. fides miraculorum non eſt niſi fides Catholica ſed excellens, ſuo iuſtificans modo. Quare hanc eandem fidem de qua hic egerat Paulus poſtea vnam ex virtutibus Theologicis facit v. 13. ſecundum verò Lutheranos hæc fides eſt fiducia diuinæ miſericordiæ. At quid prohibet dum aliquis furatur confidere Deum minimè ſibi imputaturum peccatũ. 3. ſi iuxta Lutheranos poteſt manere peccatum factum cum fide, quidni etiam dum perpetratur? Merito ergo definiuit. Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 6. de Baptiſmo. *Si quis dixerit Baptizatum non poſſe etiamſi velit gratiam amittere quãtumcumque peccet, niſi nolit credere, Anathema ſit.*

De ſecundo, tertio, & quarto ab hæreticis ficto Baptiſmi effectu.

CAP. XV. XVI. & XVII.

NON [a] liberare Baptiſmum à neceſſariâ obſeruatione legis diuinæ. [a] CAP. XV.

Probatur Primo, Math. 19. [b] *ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* [c] *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*, &c. [d] *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet.* Vide librum 4. de iuſtificatione tom. 4.

[b] *v. 19.* [c] *2. Cor. 5. v. 10.* [d] *Galat. 6. v. 7.*

Reſpondet quidem [e] Lutherus ſcripturas pro

[e] *in 3. ad Gal.*

nobis eſſe, pro illo Chriſtum. Sed inepta reſponſio ſeipſam refellit.

Secundò, ex Concil. Trident. ſupr. can. 6. Si quis dixerit baptizatos per Baptiſmum ipſum ſolius tãtum debitores fidei fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſtianæ ſeruandæ, Anathema ſit.

[f] Cap. xvi. [f] Non liberare Baptiſmum ab obligatione legis Eccleſiaſticæ probatum eſt lib. 4. de Romano Pontifice à cap. 15.

Obijcitur, per Baptiſmum adijcimur diuinæ ſeruituti, Math. vlt. *Baptizantes eos, &c. docentes eos ſeruare quæcumque mandaui vobis.* Ergo liberamur ab omnibus alijs vinculis. 1. [g] Corinth. 7. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.* [h] Coloſſ 2. *Si mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis huius mundi, quid adhuc decretis mundi tenemini.* Item [i] *In præceptis Patrum veſtrorum nolite ambulare.* Denique vnius eſt Legiſlator qui poteſt perdere & ſaluare. Iacobi 4.

[g] verſ. 23. [h] verſ. 20. [i] Ezech. 20. v. 18.

Antecedens admittitur, diſtinguitur cõſequens: *ab omnibus ſimpliciter*, negatur. *ab omnibus contrarijs huic ſeruituti*, admittitur. Nam non ſumus liberi ab ijs quæ conducunt ad huiuſmodi ſeruitutem nonne Apoſtolus imperat ſeruis obedire Dominis filijs parentibus, ſubditis, Prælatis? Imo ex ipſa antecedẽtis probatione optimè deducitur. Sed Deus mandauit obediendum eſſe legibus Prælatorum. Ergo eorum legibus obedire tenemur.

Ad 1. 2. & 3. teſtimonium pro conſequente.

Reſpon. loqui de ſeruitute, & decretis contrarijs.

Ad vltimum, agi de ſummo Legiſlatore, qui independenter omninò valeat condere leges. Vult enim Iacobus probare hominem non eſſe iudicem diuinæ legis, quia vnus tantum eſt talis ſummus Legiſlator. At id minimè impedit leges alias eſſe latas à ſuperioribus iuxta illud: [k] *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Quare Concil. Trident. ſupr. can. 8. *Si quis dixerit Baptizatos liberos eſſe ab omnibus S. Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare non teneantur, ni-*

[k] Prouerbior. 8. verſ. 15.

ſi ſe ſuâ ſponte illis ſubmittere voluerint. Anathema ſit.

1 Baptiſmum non liberare à votis omnibus votis quæ poſtea fieri poſſunt. 1 CAP. XVII.

Probatur Primò, ex tom. 2. diſputatione de Monachis.

Secundò, ex Concil. Trident. ſup. can. 9. *Si quis dixerit ita reuocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia quæ poſt Baptiſmum fiunt, vi promiſſionis in Baptiſmo ipſo iam facta irrita eſſe intelligant quaſi per ea, & fidei quam profeſſi ſunt detrahatur & ipſi Baptiſmo. Anathema ſit.*

Sola memoria baptiſmi non poſſe dimitti peccata patrata poſt baptiſmum.

CAP. XVIII.

PROBATVR, Primò ex ſcriptura, [a] *Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt iterum renouari ad pœnitentiam,* non quidem vllo modo, hic enim eſt Nouatianorum error, neque ſimpliciter non poſſe actionem repeti Baptiſmi: quamuis enim id certiſſimum ſit, tamen inde fruſtra Paulus conaretur monere baptizatos vt à peccatis abſtinerent: cum dicere poſſent nihil referre ſi ipſa baptizādi actio repeti nequeat, dummodo virtus & efficacia rurſus communicari valeat. Ergo dicere vult, *nō ſolū ipſam actionē Baptiſmi* ſed nec quidem eius efficaciam reiterari poſſe, quare peccantibus non eſſe ſperandum tantâ facilitate quanta in Baptiſmo reconciliari: ſed nouum remedium difficilius & laborioſus quærendum eſſe.

a *Hebr. 6.*

Secundò, [b] ex PP. qui ſemper peccantibus poſt Baptiſmum grauiſſimos impoſuerunt labores antequam reconciliarent.

b *hac de materia vide infra de Pœnitentia maximè librū* 4.

Tertiò, nulla patitur æquitas vt æquè facilè accedat ad gratiam Dei qui poſt Baptiſmum, ac qui

ante peccauit: hic enim ignoranter, ille ſcienter peccat.

[c] *eſt Lutheri.*

Quartò ex Concil. Trident. ſupr. can. 10. [c] *Si quis dixerit peccata omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt ſola recordatione, & fide ſuſcepti Baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri, Anathema ſit.*

[d] *Marci vlt.*

Obiicitur Primo, hæc promiſſio, [d] *Qui crediderit & baptizatus erit ſaluus erit*, ſemper manet & ſemper eſt vera. Quare qui poſt Baptiſ. peccauit ſi incipiat credere & amplecti fædus Baptiſmi ſui, certè ſaluus erit, vnde Iudæi ad memoriam reuocabant exitum ex Ægypto cum ad pænitentiam in Deum, redibant.

Reſpondeo, hanc promiſſionem, conditionalem eſſe, nimirum ſi permanſerit baptizatus in fædere Baptiſmi, ſi autem fregerit aliud remedium eſſe querẽdum 1. alioquin omnes apoſtatæ ſaluari poſſent facillimè. 2. illud redire ſola cogitatione non poteſt, alioquin etiam rediret ad fidem qui ſolùm cogitaret ſe aliquando credidiſſe. Reipſa autem denuò baptizari, non licet. nec Iudæi commemorabant exitum illum, quaſi ea commemoratione purgarent peccata, ſed vt tam inſigni commemorato beneficio arguerent ſuam in Deum ingratitudinem, atque eo modo ſe ad pænitentiam prouocarent.

[e] *eſt Kemnitij.*
[f] *ad Tit. 3. v. 5.*
[g] *Epheſior. 5. v. 26.*
[h] *Marci vlt. v. 16.*

Secundò, [e] ſcripturæ modo effectum Baptiſmi per præſens, modo per præteritum. & futurum deſcribunt. [f] *Saluos nos fecit per lauacrum*, &c. [g] *mundans eam*, &c. [h] *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit.* Ergo Baptiſmus cuiuſcumque etiam temporis differentiæ peccata delet. ita enim Auguſt. 1. de nupt. & concupiſcentia. cap. 33.

Reſpondeo, id fieri non quòd peccata futura deleãtur per Baptiſmum, ſed quòd Baptiſmus in quãcumque differentia temporis adminiſtretur, effectum gratiæ producat, niſi ponatur obex. ad Auguſtinum ſolùm velle, Baptiſmum nobis dare ius ad percipienda ſalubriter alia remedia in pecca-

Digitized by Google

torum remiſſionem quæ aliàs nihil nobis prodeſſent.

[i] Tertiò, fædus Dei cum hominibum perpetuum eſt. Iſ. 54. [k] *In miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* [l] *Nunquid illorum incredulitas fidem Dei euacuauit.* [m] *Si non credimus ille fidelis permanet negare ſeipſum non poteſt.* [n] *Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis, tamen reuertere ad me*: Ergo fædus Baptiſmi nuſquam ita frangitur, quin ſemper poſſit renouari. Confirmatur 1. quia Apoſtolus lapſos poſt Baptiſmum reuocat ad promiſſionem gratiæ Baptiſmi. 3. Gal. 2. quia natura promiſſionis Baptiſmi, [o] *vt iuſtificati gratia Chriſti heredes ſimus vitæ æternæ*, id requirit. Eſt enim generalis ratio iuſtificationis poſt quemcumque lapſum.

Ad anteced. aliquando fædus Dei eſſe perpetuum, aliquando non. Ad conſequens negatur: quia huiuſmodi fædus eſt conditionatum, quare deficiente conditione deficit, & fædus.

Ad 1. Confirmationem ſolùm velle Paulum docere, nos non iuſtificari per Circuncisionem, ſed per fidem Chriſti, quia qui baptizantur, Chriſtum induunt: quare hic locus non eſt ad rem, neque enim ibi agit Paulus de modo iuſtificationis impiorum poſt Baptiſmum, ad 2. Latius patere iuſtificari per Chriſtum, quam in Baptiſmo per Chriſtum. Et proinde, etſi iuſtificationem conſequamur in Baptiſmo, non tamen ſolum in Baptiſmo.

[i] *eſt Kemnitij.*
[k] *verſ 8.*
[l] *verſ 3. Rom. 3.* μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει.
[m] *2. Timoth. 2. verſ. 13.* εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται.
[n] *Hierem. 3. v. 1.*
[o] *Tit. 3. v. 3.* ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ᾽ ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.

[p] Quartò, in Baptiſmo communicatur nobis Chriſti puritas, quæ ſemper viget. Atque differentes Baptiſma quòd arbitrarentur peccata futura non delere, reprehendunt PP. Igitur ſentiebant PP. Baptiſmum delere futura peccata.

Negatur propoſitio, nec illa eſt cauſa quare hi reprehenderentur à PP. ſed aliæ, vt periculum & incertitudo mortis, &c. de quibus [q] Baſil. [r] Naz. [s] Chryſoſt.

[t] Quintò, Poteſtas clauium nequit ſeparari à Baptiſmo. Nam hæc non exercetur ſine prædica-

[p] *eſt Caluini 4. Inſt. 15. §. 3.*
[q] *orat. 13.*
[r] *orat. in Sanctum Lauacrũ.*
[s] *homil. 1. in Acta.*
[t] *Caluin. ibid. §. 4.*

tione Euangelij, quâ annunciamus impios mũdari ſanguine Chriſti. At ſignum & teſtimonium huius ſanguinis effuſi eſt Baptiſma. Ergo qui poſt Baptiſmum reconciliantur virtute clauium, per Baptiſmum reconciliantur.

1. Negatur Maior, ac eius probatio, 2. quamuis vera eſſet: ad minorem, eſſe quidem Baptiſma hoc teſtimonium, ſed aliis etiam id competere & non ſoli Baptiſmo.

Errores de Baptiſmo Ioannis.

Cap. XIX.

PRIMVS, hæreticorum, etſi enim poſuerit [a] Lutherus maximum diſcrimen inter Baptiſma Ioannis, & Chriſti: tamen diſcipuli eius ſequuti [c] Petilianum Donatiſtam eiuſdem omnino efficaciæ eſſe vtrumque affirmarunt.

Secundus [d] Petri Lombardi baptizatos à Ioanne ſine notitia Spiritus ſancti, & ſpem in eo baptiſmate ponentes denuo quidem fuiſſe baptizandos, qui tamen non in eo ſpem reponebant, habebantque Spiritus ſancti notitiam non eguiſſe rurſus baptizari Baptiſmo [e] Chriſti.

Tertius eiuſdem Lombardi, Baptiſma Ioannis fuiſſe Sacramentum veteris legis.

[a] *diſputatione de Baptiſmo Chriſti, & Ioannis editâ an. 20.*
[b] *Melanthon in locis an. 58. Bucerus, & Chytræus in 3. Math. Brentius homil. 21. & 29. in Lucam. Item Caluinus 4. Inſtit. 15. §. 7. & 8.*
[c] *apud Aug. 2. contra literas Petiliani cap. 32. 34. 37.*
[d] *4. diſt. 4.*
[e] *ibidem.*

PRIMA

PRIMA PROPOSITIO.

CAP. XX.

BAPTISMVS *Ioannis non fuit Sacramentum idem cum Baptiſmo Chriſti*, probatur.

Primò, Ioan. Baptiſ. ab ipſo erat inſtitutum, paſſim enim [a] Ioan. Baptiſma dicitur quę denominatio nequit ſumi à ſolo miniſterio. nam pariter liceret vocare Baptiſma Chriſti, Baptiſma Pauli, aut Petri. At ſolus Chriſtus inſtituere poteſt nouæ Sacramenta legis. Igitur.

Dices ſi non fuit inſtitutum à Deo, quare ergo ipſe ait Ioan. [b] *Qui miſit me baptizare ille mihi dixit.*

[c] Reſpondeo, in genere ſolùm inſpiraſſe Deum, & mandaſſe Ioanni vt baptizaret: ritum autem Baptiſmi fuiſſe à Ioanne præſcriptum.

Secundò, non ſola aqua, ſed inuocatio Trinitatis eſt de eſſentia Baptiſmi. At Ioannes non ita baptizauit. Quidquid enim dicant [d] Centuriaſtæ, contrarium nec ſcriptura, nec traditione, nec ex PP. aut ratione demonſtrari poteſt.

Tertiò, Baptiſmus Chriſti eſt noui Teſtamenti Sacramentum. Ergo ab authore noui Teſtamenti inſtitutum. At Baptiſma Ioannis non fuit inſtitutum, à Chriſto: incæpit enim ante prædicationem Chriſti. Ergo, &c.

Quartò, Baptiſmus Chriſti nequit iterari, iteratur autem Ioannis, vt probabitur [e] infra, ergo non ſunt idem. Negaret cõcluſionem Kemnitius, quod etſi eiuſdem fuerint efficaciæ, tamen debuerit repeti Baptiſma Ioannis, quia tantùm ſignificabat Chriſtum venire, Baptiſma Chriſti, iam Meſſiam veniſſe. Contra 1. eandem nobiſcum infert concluſioné. Aug. 5. de Baptiſmo cap. 9. 2. nec illa diuerſa

[a] *vt Math. 3. v. 7. & cap. 21. v. 25. Marci 11. v. 30. Actor 1. v. 22.*

[b] *Ioan. 1. v. 33.* ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι ἐκεῖνός μοι εἶπεν.

[c] *ita Aug. 5. de Baptiſmo 9. & 13.*

[d] *Centur. 1. li. 2. cap. 6. col. 496.*

[e] *cap. 22.*

ſignificato non eſt ſufficiens ad reiterationem Sacramenti, alioquin Baptiſmus Chriſti collatum ante paſſionem, potuiſſet reiterari poſtea, quòd ſignificaret tantùm paſſionem venturam.

Secunda propoſitio.

Cap. XXI.

BAPTISMA *Ioannis non habuit eandem vim, & efficatiam quam habet Chriſti*, id eſt non conferebat iuſtificationem ex opere operato. Probatur.

Primò, quia [a] Ioannes ipſe ſuum ita diſtinguit Baptiſma à Baptiſmo Chriſti vt ſuo ſolam tribuat aquam, Chriſti, tribuat Spiritum ſanctum.

[b] Reſpondent 1. tantùm voluiſſe Ioannem diſtinguere externum ab interno miniſterio, ac ſi dixiſſet: *ego quidem exterius baptizo, ſed interim qui ſimul interius baptizat eſt ille*: ſicut dixit Apoſtolus: [c] *Ego plantaui*, &c. *Deus autem incrementum dedit.* Nec refert tempus haberi futurum, *ille vos baptizabit*: nam etiam Ioan. 1. dicitur, *Hic eſt qui baptizat*, cùm tamen nec per ſe, nec per ſuos baptizaret Apoſtolos, Ergo per Ioannem. Cõtra, nullam reddunt cauſam cur omnes Euangeliſtæ dixerint in futuro ipſe baptizabit [maximè cum præcedat apud Mathæum, cap. 3. v. 11. *qui poſt me venturus eſt fortior me eſt*, quibus apertè docet illud quod ſubiungit: *ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto*, debere proprie intelligi de futuro tempore.] Ad probationem non ſignificari tunc per ſe, aut per alios Chriſtum baptizaſſe: [ſed tempus præſens ponitur ad ſignificandam proprietatem Baptiſmi Chriſti, ac ſi dixiſſet Ioannes, ille eſt, cuius eſt baptizare in Spiritu ſancto: ſicut dicere ſolemus de iuſto præſide, *ille eſt qui iudicat iuſte*, quamuis tunc non iudicet, & de iudicio vl-

[a] *Marci 1. v. 8. Ego baptizaui vos aquâ, ille baptizabit vos Spiritu-ſancto.*
[b] *Caluin. Philippus, Kemnit.*
[c] *1. Cor. 3. v. 6.*

timo futuro, *illud eſt iudicium tremendum.*] ac ipſemet Ioannes dixit de peccatorum expiatione futura per Chriſti paſſionē: [d] *Ecce qui tollit peccata mundi.*

[e] Reſpondent. 1. per Baptiſmum in Spiritu ſancto non intelligi Baptiſmum aquæ Chriſti, ſed effuſionem donorum Spiritus ſancti, vt interpretatur ipſemet Chriſtus Actor. 1. v. 5. & Petrus Actor. 11. v. 16. Contra 1. verba Ioannis Baptiſtæ omnes ferè interpretes intelligunt de Baptiſmi Sacramento: Chriſtus autem, & Petrus alluſerunt ad verba Ioannis, non tamen eſt neceſſe eodem modo illa accepiſſe 2. quamuis verba Ioannis Baptiſtæ poſſint intelligi de miſſione donorum Spiritus ſancti, tamen neceſſario debent etiam intelligi, de quocumque Baptiſmo Chriſti in Spiritu ſancto, talis autem eſt Baptiſma Chriſti aquæ vt patet Ioan. 3. v. 5. Ergo, &c. Chriſtus verò & Petrus, quod ita plura ſignificabat voluerunt ad vnum ſignificatorum applicare, pro ratione rei ſubiectæ.

[d] *Ioan. 1. v. 29.*
[e] *Kemnit.*

Secundò, probatur propoſitio ex PP. [f] Origen. [g] Iuſtino, [h] Nazianz. [i] Chriſoſt. Cyrillo Alexād. 2. in Ioan. quo etiam ait Spiritum ſanctum præuidiſſe futuros aliquando temerarios homines qui non diſcernerent Chriſti Baptiſma à Baptiſmo Ioannis: ideoque ipſum impuliſſe Ioannem, vt apertiſſimè diceret ſe ſolùm in aqua baptizare. [k] Damaſc. [l] Baſilio, Ioannes Pœnitentiæ Baptiſmum, prædicauit. Dominus autem adoptionis filiorum Baptiſmum longè excellentius annunciat. Ex Latinis [m] Tertull. *Agebatur* (inquit) *Baptiſmus Pœnitentiæ, quaſi candidatus ſanctificationis, & remiſſionis in Chriſto ſubſecuturæ.* Cum ait autem: *Neque quidquam refert inter eos quos Ioannes in Iordane, & quos Petrus in Tyberi tinxit,* non loquitur, niſi de materiâ Baptiſmi, ac docet nihil referre qua quis aqua naturali baptizetur Tyberis, an Iordanis, &c. Cypriā. ſerm. de Baptiſ. Chriſti. [n] Hilar. [o] Optat. [p] Ambroſ. [q] Hieron. Auguſt. Epiſt. 48. tract. 5. in Ioan. & cap. 7. de vnico Baptiſmò. Innocent. 1. Epiſt. 22.

[f] *5. in epiſt. ad Roman.*
[g] *q. 37. ad Orthodoxos.*
[h] *orat. in Sancta Lumina.*
[i] *homil. 10. & 12. in Mathæū.*
[k] *4 fid. 10.*
[l] *orat. 13.*
[m] *lib. de Baptiſmo.*
[n] *in 3. Mathæi.*
[o] *5. contra Parmenianum.*
[p] *in 3. Lucæ.*
[q] *Dialogo cōtra Luciferianos.*

cap.5.& Leone Epiſt. 4. cap.6.

Tertiò Ioan. non erat ſaluator, ſed tantum ſaluatoris [r] præcurſor ad parandas eius vias. At id non eſt dare ſalutem & iuſtificare, ſed tantum ad hoc diſponere.

Quartò, ex Cõcil. Trident. [s] *Si quis dixerit Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti. Anathema ſit.*

r *Luca* 1.*v.* 76.

s *ſeſſ.*7.*can.*1. *de Baptiſmo.*

Tertia Propoſitio.

CAP. XXII.

POST Baptiſmum Ioannis erat neceſſario percipiẽdus Baptiſma Chriſti.

Primò, quia ad eoſdem dixit Ioannes Baptiſta: *Ego vos baptizo in aqua, & ille vos baptizabit, &c.*

Secundò quia ferè [a] tota Hieroſoly. Iudæa & regiones Iordanis fuêre â Ioanne baptizatæ, & proinde rari erant non baptizati ab ipſo: At in ipſo [b] die Pentecoſtes baptizati ſunt tria millia. Baptiſmo Chriſti. At fieri non poteſt quum illorum aliquis non fuerit à Ioanne baptizatus.

Tertiò Actor.19. habetur expreſſe baptizatos à Ioanne, iterum baptizatos iuſſu Pauli Baptiſmo Chriſti.

Reſpondent, [c] Primò in eo capite Baptiſma vtrinque [d] metaphoricè ſumi pro doctrina. [e] Secũdò ſolùm Baptiſma Ioannis metaphoricè, Chriſti verò propriè vſurpari.

a *Mathæi* 3. *Marci* 1.*Luc.*3.

b *Actor.*2.*v.* 41. *& cap.*4. *v.*4. *apponuntur quinque credẽtium millia exceptis baptizatis à Philippo & aliis per Samariam, & varia Iudææ loca.*

c *Zuinglius libro de verâ, & falſa* Religione. d *vt ſenſus ſit, fuiſſe inſtructos in doctrinâ Chriſti, qui antea fuerant inſtructi in doctrinâ Ioannis. Brentius in* 19. *Actor vult ſumi pro doctrinâ cùm agitur de Baptiſmo Ioannis, pro effuſione verò donorum cùm agitur de Baptiſmo Chriſti.*

e *Henricus Bullingerus, in* 19. *Actor.*

f Tertiò impropriè Chriſti, pro doctrina: propriè Ioannis. Sed ſi ita licet fingere in ſimplici, & aperta ſcripturæ hiſtoria tropos, nulla eſt quæ non poſſit eludi. Quare,

g Quartò fatentur Baptiſma ibi proprie vtrinque accipi. Verùm non agi niſi de Baptiſmo Ioannis. Quod illa verba. *His auditis baptizati ſunt*, non ſint Lucæ narrãtis, ſed Pauli explicantis quod agere ſolerent audita prædicatione Ioannis, diſcipuli eius, nimirum baptizabantur in nomine Chriſti venturi.

f *Kemnit. 2. par. Examinis pag. 198. & 199.*

g *Nicolaus Selneccerus 2. parte ſuæ Pædagogiæ.*

Contra 1. Paulus primò ait Ioannem baptizaſſe populum, deinde monuiſſe vt crederent in Chriſtum venturum. Si ergo verba, *His auditis*, ad eundem populum ſpectant ſequetur vel bis baptizatum à Ioanne populum, vel ineptè Paulum rem narrare. 2. Vel Paulus iuſſit rurſus baptizari illos 12 viros Actor. 19. vel non. Si prius, habetur intentũ ſi poſterius ad quid illa narratio?

h Quintò ergo, volunt hos viros rurſus baptizatos quod non percepiſſent verum Baptiſmum Ioannis ad quem ſpectat inuocatio Spiritusſa.ˢ.ᶜᵗⁱ. cui ſententię videtur Ambroſius fauere in 3. Galat. & 1. de Spiritu ſancto. cap. 3.

h *Centuriaſtæ Cent. 1. lib. 2. cap. 6. col. 496. & Bucerus in 3. Mathæi.*

Sed ſine probatione dicitur hæc inuocatio ſpectaſſe ad Baptiſmum Ioannis. Ambroſius quidem ait hos duodecim viros non ritè Baptiſmo Ioannis baptizatos: ſed non dixit ſi ritè ſuſcepiſſent Baptiſma Ioannis non fuiſſe rebaptizãdos: imò cum velit in 3. Lucæ Baptiſma Ioannis ſolum fuiſſe aquæ, & pœnitentiæ, potius contrarium aſſerit.

Sextò, hos duodecim viros ideò non ritè Baptiſma Ioannis ſuſcepiſſe quod illud minimè ſuſceperint in doctrina Domini, id eſt ignorarint Chriſti Baptiſma, & Spiritum ſanctum. Contra 1. ignorantia non violat Baptiſmum. [2. Pauci admodum fuiſſent ritè à Ioanne Baptizati.]

Septimò, hos viros fuiſſe malè denuò baptiza-

tos, idque antequam Paulus veniret. Contra ex ipſo textu liquet hos iuſſu Pauli baptizatos fuiſſe.

[1] *ſupr. pag. 196.& 202.*

Octauò, [1] Kemnit. ait hunc locum obſcuriſſimum eſſe cum tam varie exponatur, & proinde nihil inde certi colligi poſſe.

Contra. 1. eſt ipſemet planus, & obuius textus. 2. vnanimis PP. & DD. conſenſus. Nec enim dici debet locus obſcurus cui hæc conueniunt, etſi ab hæreticis deprauetur.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XXIII.

[a] *Caluini in Antidoto.*

PRIMA, [a] eadem fuit doctrina, idem ritus, & gratiæ oblatio in Baptiſmo Ioannis & Chriſti. Nam vterque prædicat Chriſtum, eſt in aqua, & in remiſſionem peccatorum: Ergo idem Baptiſmus. Ad antecedens ſicut diſſimilitudo doctrinæ non facit varium Baptiſma, alias hæreticorum Baptiſma inualidum eſſet, ſic nec ſimilitudinem facere idem: adde alia docuiſſe Chriſtum, quæ non docuit Ioannes: ritus autem, ſimilis tantum fuit in materiâ ſcilicet aqua, remiſſio peccatorum diſſimilis. Nam Baptiſma Chriſti confert ex ſe hanc remiſſionem: non autem Ioannis, ſed ſolum ad pœnitentiam prouocabat (vnde Baptiſmus Pœnitentiæ dictus) quam qui agerent dignè, conſequerentur remiſſionem peccatorum, vt exponunt [b] Baſilius, Tertull. [c] Auguſt.

[b] *ſupr.*
[c] *5.cōtra Donatiſtas 10. Gregor. hom. 20. in Euangelia & Beda in 3. Lucæ.*
[c] *Kemnitij pag.183.*
[d] *Epheſior.4.*

Secunda, [c] Apoſtolus docet vbi eſt vnū corpus, vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis, vnus Dominus, &c. vnum eſſe quoque Baptiſma. At illa omnia erant tempore Ioan. Baptiſtæ. Ergo tunc tantum erat vnum Baptiſma. Negatur Maior Paulus enim tantum docet debere Chriſtianos ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, quia ſunt vnum corpus,

vnúmque habent ſpiritum, Deum, fidem, ſpem, & Baptiſma. Alioquin ſequeretur Chriſti Baptiſma fuiſſe in antiqua lege, veteres enim illi vnum etiam nobiſcum ſpiritum, Deum, &c. habebant: & hæreticos qui nihil nobiſcum habent horum commune, vero Baptiſmate carere.

Tertia, [e] Eſt maxima Chriſtianis conſolatio ſi habeant idem cum ſuo capite Baptiſma. Chriſtus autem ſolum Ioannis Baptiſma percepit. [e] *eiuſdem pag. 183.*

Reſpondeo 1. hanc conſolationem injuriam facere Chriſto, non enim Baptiſmum ſuum recipere poterat niſi, vel in regenerationem ſpiritualem, vel ad ſuſceptionem characteris: prius facit Chriſtum peccatorem, poſterius ducem mutat in militem. [2. non oportet ob quaſlibet conſolationes, quas fingere poſſumus fuiſſe conſentaneas, aliquid aſtruere de fide, ſed quæ ſunt à Deo præſcripta accipere, cætera, etſi videantur nobis congrua, Deo tamen non ita: qui aliter prouidit.]

Quarta, [f] Chriſtus cum baptizaretur ſanctificauit aquas contactu ſuæ carnis. affuit viſibilis præſentia Spiritus ſancti, vox gratiæ, & beneplaciti diuini intonuit: quæ inuiſibiliter adſunt in noſtro Baptiſmo. Non igitur ſunt Baptiſmata diuerſa. [f] *eiuſdem ibidem.*

Negatur conſequens: Primò, quia alia ratione hæc in Chriſti adfuerunt Baptiſmo viſibiliter, alia in noſtro inuiſibiliter.

Chriſtus baptizatus fuit. 1. [g] ad exemplum humilitatis. 2. [h] vt oſtenderet Ioannis Baptiſma bonum. 3. [i] declararet quanti debeant ſerui faceſe Baptiſma Domini, qui tanti fecit Baptiſma famuli. 4. [k] vt lauaret noſtra in Iordane crimina. 5. [l] præcipuè ſalutarem inſtitueret, ac conſecraret Baptiſma. Apparuit Spiritus ſanctus & vox audita eſt. [1. ad commendandam Chriſti perſonam, & dignitatem.] 2. [m] ad figurandum effectum Baptiſmi à ſe inſtituti. Quæ omnia cum baptizantur fideles: non contingunt.

[g] *Aug. cap. 49. Enchiridij.* [h] *Hierony. in 3. Mathæi.* [i] *Aug. tract. 4. & 13. in Ioannem.* [k] *Nazianz. in ſancta lumina.* [l] *Ambroſ. & Beda in 3. Lucæ Chryſoſt. & Hieronym. in 3. Mathæi.* [m] *Hilar. in 3. Math.*

[Secundò, in alijs à Ioanne baptizatis non ad-

fuerunt huiuſmodi ſigna. ergo non fuit in illis efficax, & ſimilis Baptiſmus noſtro, vel ſi fuit alio argumento probandum eſt.]

[n] *eiuſdem pag.* 119.
[o] 1.*Cor.*12.

Quinta, [n] ſumus vnum corpus per Baptiſmũ [o] teſte Paulo. At ſumus etiam vnum corpus cum Chriſto. Ergo per idem Baptiſma.

Ad maiorem, loqui Paulum de vnione tantùm membrorum inter ſe.

Ad minorem, nos eſſe vnum cum Chriſto, non quia noſtrum ſuſcepit Baptiſma, ſed quia caput eſt noſtrum, aſſumpta naturâ humanâ in vnionem hypoſtaticam, noſque filij eius ſumus per regenerationem ſpiritualem in Baptiſmo.

Sexta, qui erant tempore Ioannis vnius erant corporis myſtici nobiſcum. At per vnum & idem Baptiſma efficimur vnum corpus.

Ad minorem, veram eſſe tempore nouæ legis, non autem pro quacumque temporis duratione. Non enim per vnum & eundem modum fideles omnes adiuncti ſunt huiuſmodi corpori.

Septima, tempore Chriſti, & Pauli erant plurimi fideles cum ſolo Baptiſmo Ioannis, vt ipſemet Ioannes Apoſtoli, & Apollos [p] Act. 18. qui tamen non fuit coactus rebaptizari.

[p] *v.* 24. & 25.

Reſpondeo 1. fortaſſe Ioannem baptizatum fuiſſe à Chriſto, iuxta illud: [q] *Ego à te debeo baptizari.* 2. mortuus eſt antequam lex de Baptiſmo Chriſti obligaret. Apoſtolos vero fuiſſe baptizatos Chriſti Baptiſmate probant [r] Tertull. & [s] Aug. quod idem dicendum eſt de Apollone teſte [t] Chryſoſt. & Oecumenio.

[q] *Math.* 3. *v.* 14.
[r] *libr. de Baptiſmo.*
[s] *epiſt.* 108.
[t] *in* 18. *Actor.*

Vltima, Chriſtus operabatur interna operatione antequam ipſe, aut diſcipuli baptizarent Ioan. 1. [u] *De plenitudine eius omnes accepimus.* Igitur per Baptiſmum Ioannis, cuius efficaciam apparitio Spiritus ſancti in ſpecie columbæ ſignificauit, & verba Angeli de Ioanne loquentis [x] *Multos filiorum Iſrael conuertet*, &c.

[u] *Ioan.* 3. *v.* 16. ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν.
[x] *Luc.* 1. *v.* 16.

Negatur cõſeq. quaſi verò Chriſtus alligatus fue-

rit Baptiſmo Ioannis,& non potuerit ſuâ ſine illo gratiam conferre. illa apparitio ſignificabat puritatem Chriſti: verba autem Angeli, agunt de prædicatione, non Baptiſmo Ioannis.

De cæremoniis Baptiſmi, & primò, quæ ante Baptiſmum.

CAP. XXIIII. & XXV.

CÆREMONIAS [a] Baptiſ. paucis exceptis, [b] damnant hæretici huiuſce temporis quòd nõ inueniantur in ſcripturis. Contra 1. ipſi & wiclef apud walden. tõ. 3 de Sacramentalibus tit. 5. cap. 45. inueniant in ſcripturis, quas admittunt cæremonias vt infantem coram populo afferri, interrogare afferentes, num ſpondeant ſe inſtructuros in doctrina fidei infantes, nomen imponendum, recitandum ſymbolum. 2. antiquitas ſatis noſtras commendat cæremonias.

[d] Prima eſt, *petere Baptiſma, ac ſuum dare nomen*, ex quo tempore catechumeni, dicuntur *competentes* ſiue *Electi* antea, *Auditores* ſiue *Audictes*. de hac Leo Epiſt. 4. Aug. de cura pro mortuis Hierony. ad Pammach.

Secunda, *ſcrutinium*, ſiue *examen ac exploratio an competentes firmiter credant*, fiunt autem ſeptem ſcrutinia, quorum principale eſt tertium, fierique ſolet feria 4. poſt Dominicam 4. Quadrag. Voce *Scrutinij* vtuntur Ordo Romanus [e] Alcuinus, [f] Amalar. [g] Raban. [h] Aug. [i] Leo.

Tertia, *abrenunciatio Satanæ, & operum eius*: cuius meminerunt [k] Clemens, [l] Dionyſ [m] Tertull. [n] Cyprian. [o] Cyrill. Baſilius de Spiritu ſancto cap. 11. & 27. Chryſoſt. homil. 21. ad populum. Aug. 1. de

[a] Cap. XXIV.
[b] *wiclef apud walden. tom. 3. de Sacramẽtalibus tit. 5. c. 45.*
[c] *Caluin. 4. Inſt. 15. § . 19. Illyric. Cent. 1. lib. 2. cap. 6.*
[d] Cap. 25.
[e] *1. diuinor. officior.*
[f] *1. de officiis Eccleſiaſticis.*
[g] *1. de Inſtit. Clericor.*
[h] *de fide, & operibus cap. 6.*
[i] *epiſtol. 4 ca. 6.*
[k] *7. conſtit. 41. & 42.*
[l] *de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. de Baptiſmo.*
[m] *libro de ſpectaculis cap. 1.*
[n] *de duplici Martyrio.*
[o] *Catecheſ. 1.*

Symbol.ad Catech.cap. 1.

Quarta, *fidei profeſsio*, quã ſæpius interrogati reſpondẽt & in ipſo die Baptiſmi publicè pronuntiãt, recitantes Symbolum, huius meminit [q] Clem. & Diony. [r] Orig. [s] Cyprian. [t] Hilar. [v] &c.

Quinta, *ſignum crucis in fronte, & pectore* per ſingula ſcrutinia, de hac [x] Dionyſ. [y] Baſil. [z] Auguſt.

Sexta, *Exorciſmus*, id eſt abiuratio dæmonum, certis precibus concepta, vt ab homine baptizando recedant. hanc præcipue ridet [a] Caluinus. *Sed accepiſſe Eccleſiam à Deo poteſtatem coercendi dæmones per Exorciſmos*, docent [b] Iuſtin. [c] Cypr. [d] Lactãt. [e] Aug. [f] Prudent. *Accepiſſe, non ſolũ vt donum aliquod ſanctorum, ſed etiam vt officium ordinarium*, teſtantur [g] Antiochenum, [h] Carthag. 4. & [i] Laodicen. Concil. [k] Cyprian. & [l] Cornelius, *Exorciſmos fuiſſe certas, & præſcriptas ab Eccleſia preces*, patet ex eodem Carthag. Concil. & Ioanne Micrologo libro de obſeruationibus Eccleſiaſticis. cap. 7. *Præmitti denique ante Baptiſmum*, tradunt Dionyſius ſupr. Nazianz. in ſanctum lauacrum, Cyrill. Catech. 1. Cyprian. 4. Epiſt. 7. Ambroſ. 1. de Sacram. 5. Aug. de fide & operib. cap. 6. Cæleſtinus 1. Epiſt. 1. cap. 12 Leo 1. Epiſt 4. cap. 7.

Septima, *Exſufflatio*, qua ſignificatur expulſio dæmonis & boni Spiritus afflatio, de hac Aug. 6. in Iulianum 2. Ambroſ. de iis qui initiantur cap. 1.

Octaua, *guſtus ſalis*, de quâ Origenes homil. 6. in Ezechielem & Concil. 3. Carthag. can. 5.

Nona, *cum tanguntur ſaliua nares, & aures dicitur eis Epheta*, id eſt adaperire, hanc explicat Ambroſ. 1. de Sacrament. cap. 1.

[q] *ſupr.*
[r] *homil. 5. in Numeros.*
[s] *1. epiſt. 12.*
[t] *can. 15. in Mathæum.*
[u] *Cyrillus ſupr. Hieronym. Dialog. contra Luciferianos Epiph. in Ancorato. Aug. de fide, & operibus cap. 11.*
[x] *ſupr.*
[y] *ſupr. cap. 27.*
[z] *de catechizandis rudibus cap. 20.*
[a] *ſupr. cap. 19 §. 4.*
[b] *Dialogo cũ Triphone & Tertullianus de corona militis.*
[c] *lib. ad Demetrianum. O ſi audires eos, & videre velles, quando a nobis adiurantur, & torquentur ſpiritualibus flagris, & orationis flagellis exire coguntur.*
[d] *4. cap. 27.*
[e] *10. Ciut. 22.*
[f] *in Apotheoſi.*
[g] *can. 10.*
[h] *can. 7.*
[i] *can. 26.*
[k] *4. epiſtol. 7.*
[l] *Epiſtol. ad Fabium apud Euſebium. 6. hiſtor. 35.*

Decima, *Impoſitio manuum, ac benedictio Sacerdotalis.* Cuius meminit [m] Dionyſ. [n] Clemens. [o] Concil. Carthag. 4. [p] Auguſt.

. Vndecima, eſt *vnctio cum oleo benedicto in pectore, & ſcapulis.* cuius [q] author Recognitionum [r] Chryſoſt. [s] Iuſtin. [t] Cyrillus & [u] Auguſt. meminerunt.

[x] Duodecima, *abſtinentia vini & carnium ac rei vxoriæ.*

[m] *ſupr.*
[n] *7. conſtit. 39.*
[o] *can. 85.*
[p] *2. de peccatorum mer. 26.*
[q] *libro 3.*
[r] *homil. 6. in 2. cap. ad Col.*

[s] *q. 107. & Ambroſ. 1. de Sacram. 2.* [t] *Catech. 2.*
[u] *ſerm. 206.* [x] *Cyrill. Catech. 1. Nazianz. in Sanctum Lauacrum Auguſt. 1. de fide & operib. 6. Concil. Carthag. 4. can. 85.*

De cæremonijs comitantibus Baptiſmum.

CAP. XXVI.

PRIMA, *Impoſitio nominis ſicut quondam in Circumciſione*, huius meminit [a] Dionyſ. Alexãdr. [b] & can. 30. Nicæni Concilij, Iubetur Chriſtianis imponere filijs ſuis nomina non Gentilium, ſed Chriſtianorum.

Secunda, *leuari de fonte à ſuſceptoribus*, vt eos appellat [c] Dionyſ. vel, *ſponſoribus* iuxta [d] Tertull.

Tertia, *conſecratio aquæ.* [e] Dionyſ. [f] Cyprian. [g] Baſil. Ambroſ. 1. de Sacram. 5. Auguſt. 6. in Iulian. 8.

Quarta, *trina merſo*, de quà [h] Clem. [i] Dionyſ. [k] Tertull. [l] Cyrill. Quia tamen Ariani eâ vtebantur ad ſignificandas tres trium perſonarum naturas: propterea Gregorius libro 1. epiſt. 41. quem ſequutum eſt Concil. Tolet. [m] 4. ſanxit, vt in

[a] *apud Euſeb. 7. cap 20.*
[b] *conuerſorum ex Arabico in Latinum & editorũ à Turiano.*
[c] *de Eccleſ. Hierarch. cap. vltimo.*
[d] *cap. libro de Baptiſmo.*
[e] *ſup. cap. de Baptiſm.*
[f] *1. epiſt. vlt.*

[g] *de Spiritusſancto cap. 27.* [h] *Canonic. 49. Apoſtolorum.*
[i] *ſupr.* [k] *de corona militis.*
[l] *Catechum. 2.* [m] *Canon. 5.*

Hiſpaniâ, vna tantum fieret merſio pro regionum autem varietate nunc vna, nunc trina abhibetur.

Quinta, [n] *tempus Paſcha*, & *Pentecoſtes*, extra neceſſitatem. Etſi enim id non fuerit ab Apoſtolis obſeruatum, vt facilius propagaretur populus fidelis, tamen poſtea diligentiſſimè fuit à PP. obſeruatum.

[n] *Siricius epi. 1. cap. 2. Leo. 1. epiſt. 4. & 80. Gelaſ. epiſt. 1. cap 12. Refert Paſchaſinus epiſt. ad Leonē 64. inter epiſtolas Leonis conſueniſſe ſacrum quendam Siciliæ fontem in quâdam perexigua Eccleſia, toto anno aridum eſſe, ſolâ vigilia Paſchæ, & horâ baptizandi aquis redundare.*

De cæremonijs ſequentibus Baptiſmum.

CAP. XXVII.

PRIMA, videtur eſſe *oſculum pacis in ſignum fraternitatis in Chriſto*, cuius meminit [a] Cyprian.

Secunda, [b] *vnctio Chriſmatis in vertice ab Epiſcopo conſecrati.*

Tertia, [c] *cereus accenſus in ſignum fidei.*

Quarta, [d] *veſtis candida à Sabbatho ſancto ad Dominicam in Albis.*

Quinta, [e] *delibatio lactis, & mellis, ſeu vini, in ſignum nouæ infantiæ,* [f] teſte Hierony. ea tamen non erat vſitata niſi in Occidente. Quare mirum non eſt ſi iam prætermiſſa fuerit.

[a] *3. epiſt. 8.*

[b] *Damaſ. in Sylueſtro, Innocent. 1. epiſtol. 1. cap. 3. Ambroſ. 3. de Sacrament. 1.*

[c] *Nazianz. in Sanctum Lauacrum & Aug. in illud Pſal. 65. Tranſiuimus per ignem & aquam.*

[d] *Dionyſ ſup. Ambroſ. de iis qui initiantur cap. 7. Auguſt. ſerm. 157. de tempore.*

[e] *Tertull. 1. contra Marcionem & Hierony. contra Luciferian.*

[f] *in 55. Iſaiæ.*

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt, DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Errores, & mendacia circa hoc Sacramentum.

CAP. PRIMVM.

NOVATIANOS reieciſſe Sacramentum Confirmationis teſtis eſt [a] Theodoretus. Donatiſtas contumelioſè ſanctũ habuiſſe Chriſma ſcribit [b] Optatus, quamuis certum non ſit an abſolutè reijcerent, an tantum vt à Catholicis dabatur, etſi probabilius ſit omninò contempſiſſe: ſicut poſtea fecerunt [c] waldenſes à quibus non multũ abhorruit [d] wiclef, quoſque ſequuntur hæretici noſtri. Anno equidẽ 1548. Lipſienſes & witemberg. vt Sacramentum receperunt: verum non diu in hac perſtiterunt veritate, ſi quidem & qui ante, & qui poſtea ſcripſerunt reijciunt Confirmationem à ratione Sacramenti, quamuis admittant tanquam cæremoniam ſimplicem ab Eccleſia introductam.

Mendacium [e] primum. *qui fecerit olei mentionem*

[a] *3. hæretic. Fabular.*

[b] *2. contra Parmen.*

[c] *apud Aeneã Syluium in hiſtoriâ Bohemor. c. 35.*

[d] *4. Trialogi 14. quo aſſerit non poſſe probari Confirmationem ex ſcripturis: & apertè ſententiã Lutheranorum reprehendit.*

[e] *Caluini in Antidoto ſeſſ. 7. can,*

nullum veterum eſſe. Nam Tertull. contra Marcionem olei meminit Confirmationis.

[f] 4. *Inſt.* 19. §. 10.

Secundum, *nos aſſerere vim Sacramenti pendere à dignitate miniſtri*: quia ſcilicet docemus Confirmationem non niſi ab Epiſcopo ordinariè conferri. Sed aliud eſt loqui de dignitate ſiue officio, aliud de probitate miniſtri. Nonne ipſemet Caluinus contendit non poſſe à laico Baptiſmum conferri?

[g] *eſt Kemnitij. 2. par. Examinis pag.* 298.

[g] Tertiam, vnctionem ex ſchola Montani prodiiſſe, Cyprianum, ac Tertull. hac in re Montaniſtas fuiſſe. Hanc ſententiam Dialogo contra Luciferianos Hierony. refutaſſe. Sed neque inter Môtani errores vnctionem numerarunt, [h] qui de erroribus Montani ſcripſerunt; neque quòd Tertul. Montaniſta fuerit, ſequitur quidquid dixerit Môtanum ſapere. Cyprian. autem Montaniſtam dicere impudentiſſimum eſt. Neque de hac refutatione quidquam in Hierony. extat.

[h] *Tertull. de præſcript. Epiphan. hæreſ.* 48. *Euſeb.* 4. *hiſt.* 14. *Clement. Strom.* 4. *Philaſtr. in Catalog. Hieronym. epiſt. ad Marcellam de errorib. Montani Auguſt. hæreſi* 26. *Theodor.* 3. *hæret. Fabular. Damaſc. lib. de* 100. *erroribus.*

Probatur Sacramentum Confirmationis ex Scripturis.

CAP. II.

TRIA requiruntur ad eſſentiam Sacramenti chriſtiani, 1. Promiſſio gratiæ. 2. Signum ſenſibile cum verbo, quod ſit medium, ſeu organum quo applicetur promiſſio. 3. Mandatum diuinum quo id iubeatur fieri. Quæ tria in Confirmatione ſibi poſtulat demonſtrari [a] Caluinus.

At *promiſſio* habetur Io. [b] 14. quo promittit Chriſtus Paracletũ in omnibus aduerſis. [c] 15. qui faciat

[a] 4. *Inſtit.* 19. §. 5. & *Kemnit. ſup. pag.* 276.

[b] *v.* 16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.*

[c] *v.* 26. *Cum venerit Paracletus, &c. Ille teſtimonium perhibebit de me. v.* 27. *Et vos teſtimonium perhibebitis.*

diſcipulos fortes in teſtificatione veritatis. [d] 16. arguat mundum de peccato, de iuſtitiâ, de iudicio. Item Lucæ [e] vltimo, & [f] Acto. 1. *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes.* Hæc enim iam baptizatis promittuntur, & quidem vt ampliori gratia Spirituſſancti fiant in confeſſione fidei fortes [qui eſt proprius Confirmationis effectus.]

Medium ſeu organum, quo applicetur promiſſio, eſt manuum impoſitio, cum oratione [g] Acto. 8. (fuit enim ſingulare miraculum, Apoſtolos illam gratiam promiſſam ſine vllo recepiſſe medio in die Pentecoſtes.) Nam cuicumque baptizato Apoſtoli manus imponebant veniebat ſuper eum Spiritus ſanctus, donum Apoſtolis promiſſum teſte Petro [h] Actor. 2. *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ.* [i] *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum,* &c. *Et accipietis donum Spiritus ſancti.* Item cap. 11. v. 15.

Pro mandato, habemus mandati exequutionem. Numquam enim Apoſtoli ita ordinariè, & ſecurè impoſuiſſent omnibus baptizatis manus, vt veniret ſuper eos Spiritus ſanctus, niſi hoc eis Dominus mandaſſet.

Reſpondet [k] Caluin. Primò, hanc Apoſtolorum impoſitionem manuum, fuiſſe tantum quandam oblationem baptizatorum Deo.

Contra. 1. id ex ſuâ tantum authoritate probat Caluinus. 2. ſicut per lauacrum regenerationis ſalui ſumus, & propterea non eſt ſimplex oblatio Baptiſma, ſic etiam per manuum impoſitionem recipimus dona Spiritus ſancti: quare nec etiam erit ſimplex oblatio. 3. offerre Deo non eſt maius quam baptizare, & proinde qui à baptizante fieri poterit. At [l] Philippus baptizat, vt autem imponantur manus veniunt [m] Petrus, & Ioannes: [n] Paulo præſente baptizantur duodecim viri nec dicitur à quo. At [o] manus ipſe imponit.

[d] v. 8.
[e] v. 49. *ſedete in ciuitate quoad vſque induamini virtute ex alto.*
[f] v. 8. λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες.
[g] v. 17. *tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.*
[h] v. 17. ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν.
[i] v. 38. μετανοήσατε καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν, &c. καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.
[k] *ſupr.* § .6.
[l] *Act.* 8. v. 12.
[m] v. 14. & 15.
[n] *Act.* 19. v. 5.
[o] v. 6.

Secundò [p] reſpondet, huiuſmodi dona per manuum impoſitionem collata, nõ includere gratiam iuſtificantem ſed tantùm miraculorum, ſicut fiebant per [q] ſudarium Pauli, & proinde hanc impoſitionem non fuiſſe Sacramentum. Contra 1. nuſquam legimus dona miraculornm linguarum, &c. dici Spiritum ſanctum, aut per ea inhabitare Spiritum ſanctum in nobis, aut per ſudarium Pauli dari Spiritum ſanctũ, ſicut per manuum impoſitionem dabatur. 2. cõferebatur omnibus per manuum impoſitionem quod promiſerat Dominus Ioan. 14. 15. 16. & Lucæ vlt. Id autem erat gratia roborans, & confirmans in fide, (dona enim gratis data erant tantum quædam addimenta, nec omnibus danda) ergo manuum impoſitio, non includebat tantum miraculorum donum 3. impoſitionem manuum numerat [r] Apoſtolus inter maximè pertinentia ad ſalutem cuiuſmodi non ſunt huiuſmodi dona.

[p] *& Brentius Confeſſione witembergicâ cap. de Confirmatione.*
[q] *Actor. 19. v. 12.*
[r] *Hebr. 6. v. 2.*

Tertiò, [s] reſpondet habuiſſe Apoſtolos peculiare mandatum id faciendi, nos non habere. Contra promiſſio Apoſtolis facta, generalis erat ad vniuerſam ſpectans Eccleſiam, quia Petrus qui illam optimè intelligebat ad omnes illam extendebat Act. 3. nam omni tempore egent fideles virtute Spiritusſancti ad reſiſtendum in perſecutione, & confitenda fide, nec Chriſtus ad paucos annos ſuæ voluit prouidere Eccleſiæ. Ergo & mandatum perpetuum eſt. inſtat Kemnit. promiſſionem quidem eſſe generalem, ſed organum quo applicetur, non eſſe manuum impoſitionem, ſed Baptiſmum, & Euchariſtiam. Contra 1. cur ergo manuum impoſitione vtebantur Apoſtoli? num illis deficiebat Baptiſmus aut Euchariſtia? 2. iam baptizatis Apoſtolis, & Euchariſtia ſumpta, promittitur gratia Confirmationis, & Samaritani baptizati erant. Act. 8. & tamen non deſcendit Spiritus ſanctus in eos niſi poſtea per impoſitionem manuum.

[s] *ſupr. & Kemnit. ſupr. pag. 290.*

Quartò, [t] reſpondent nihil pro nobis facere impoſitionem manuum cum eam reiecerimus. Sed hoc eſt

[t] *Kemnitij pag. 291.*

hoc eſt mendacium Kemnitij. Bis enim Epiſcopus manus imponit Confirmandis. Quod ſi nunc nō ſequantur effectus viſibiles, vt olim, quatenus homines facilius ad fidem prouocarentur, ſequantur tamen ſemper inuiſibiles, nunc enim miraculis non eſt opus.

Probatur ex ſummis Pontificibus.

CAP. III.

TESTIMONIA producemus, quibus, etſi diſertis verbis non habeatur Confirmatio eſſe Sacramentum, tamen rem ipſam demonſtrant, nimirum eſſe cæremoniam dantem gratiam & diſtinctam à Baptiſmo.

Clemens Rom. [a] *Omnibus feſtinandum eſt, ſine mora renaſci, & demum conſignari ab Epiſcopo, & ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam accipere.*

Vrbanus, [b] *Omnes fideles per manuum impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt Baptiſmum accipere debent vt pleni Chriſtiani inueniantur.*

Cornelius [c] Epiſt ad Fabianum, [d] Melchiades interrogatus vtrum maius eſſet Sacramentum Baptiſmus an Confirmatio, reſpōdit *Scitote vtrumque magnum eſſe Sacramentum*, in eo tamen ait præſtare Confirmationem quòd à ſolo conferatur Epiſcopo. Euſeb. Epiſt. 3. *Manus impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt*, &c.

Innocent. 1. [e] Epiſt. 1 Damaſus Epiſt. 4. [f] Leo. [g] Ioannes tertius & Gregor. primus 3. Epiſt. 9. & Innoc. 3. cap. *Cum veniſſet*. Extra. de ſacra vnctione.

[a] *3 conſtitut. cap. 10.*

[b] *Epiſtolâ ſuâ decretali.*

[c] *apud Euſeb. 6. hiſtor. 35. in Ruffino 33. Neque cætera quibus poſt Baptiſmum, ſecūdum Eccleſiæ canonem imbui oportuerat acquiſiuit: neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit. Quo quidem neutiquam potitus, quomodo quæſo Spiritum ſanctum adeptus eſt?*

[d] *Epiſtol. ad Epiſcopos Hiſpaniæ.*

[e] *cap. 3. Preſbyteris Chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis cum tradunt Spiritumſanctum.*

[f] *Epiſt. 86. aliàs 88.* [g] *Epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ.*

Probatur ex Concilyſ.

CAP. IIII.

ELIBERTINVM, [a] *Si ſuperuixerit* (inquit) *eum* (ſcilicet baptizatũ) *perducat ad Epiſcopum, vt per manuum impoſitionem perfici poſſit.* [b] Arelatenſe. 1. iubet hæreticos ad Eccleſiam redeuntes rectè baptizatos non iterum baptizari, ſed illis imponi ab Epiſcopo manus vt recipiant Spiritum ſanctum. Idẽ [c] Arelatenſ. 2. Laodicen. *Oportet* (inquit) *baptizatos poſt Baptiſmum, ſacratiſsimum Chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri.* [d] Aurelianẽſe & [e] Meldenſe Hiſpalenſe 2. can. 7. Florent. in Armenor. inſtructione, & Trident. ſeſſ. 7. can. 1. de Confirmatione. *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otioſam ceremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium Sacramentum,* &c. *Anathema ſit.*

[a] *Can.* 38.
[b] *Can.* 8 *tempore Sylueſtri* 1.
[c] *ſub eodem Sylueſtro can.* 17.
[d] *vt ieiuni ad Confirmationẽ veniant perfectæ ætatis, vt moneantur Cõfeſsionem prius facere, vt mundi donum Spiritusſancti valeant percipere apud Gratianum diſt. 5. can. Vt ieiuni.*
[e] *apud Gratianum ibid. can. Vt Epiſcopi. Epiſcopi, non niſi ieiuni per impoſitionem manuum Spiritum ſanctum tradant.*

Ex Patribus Græcis.

CAP. V.

DIONY. Areop. [a] *Sed & ipſis* (inquit) *qui ſacratiſsimo regenerationis myſterio conſecrantur, aduentum Spiritus ſancti conſummans vnguenti inunctio elargitur.* Clem. Alexand. apud [b] Euſeb. *Qui* (Epiſcopus) *eũ Baptiſmi Sacramento illuminauit, poſtea verò ſigillo Domini tanquam perfecta, & tuta eius animi cuſtodia obſignauit.* Iuſtinus q. 137. Origen. [c] *Conuerſis à peccato, purificatio quidem per illa omnia datur quæ ſuperius diximus: donum autem gratiæ ſpiritus per*

[a] *de Eccleſ. Hierarch. ca.* 4. *par.* 3.
[b] 3. *cap.* 17. *in Ruff.* 23.
[c] *homil.* 8. *in Leuiticum propè finem.*

olei imaginem deſignatur, vt non ſolum purgationem, [d] &c. Cyrill. [e] Catech. 3. *Quemadmodùm panis Euchariſtiæ poſt ſancti Spiritus inuocationem non eſt amplius panis communis: ſed eſt corpus Chriſti: ſic & ſanctum hoc vnguentum, non amplius eſt vnguentum nudum, poſtquam iàm conſecratum eſt, ſed eſt Chriſma Chriſti, quod aduentu Spiritus ſancti per ipſius diuinitatem, energiam habet quo frons, & alij ſenſus tui Symbolicè inunguntur: & corpus quidem iſto viſibili vnguento perungitur, anima verò, ſancto ac viuifico ſpiritu ſanctificatur.* Nazian. in ſanctũ lauacrum. Amphiloch. in vita Baſilij [e] Theodor. *Qui initiantur Baptiſmo poſt Sathanæ abnegationem & confeſſionem fidei, veluti ſigno ac nota regia ſpiritualis vnguenti Chriſmatè inuncti, ſub ea viſibili vnguenti ſpecie, inuiſibilem ſanctiſſimi Spiritus gratiam percipiunt Damaſcen. 4. de fide cap. 10.*

[d] *conſequi poſſit is, qui conuertitur à peccato, ſed & Spiritu ſancto repleri.*

[e] *in 1. caput Cantic.*

Ex Latinis.

CAP. VI.

TERTVLL. [a] *Caro* (inquit) *vngitur, vt anima conſecretur, caro ſignatur, vt anima muniatur, caro manus impoſitione adumbratur, vt anima ſpiritu illuminetur.*

Cyprian. [b] *vngi neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, vt accepto Chriſmate eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit*

[c] Euſeb. Emiſſenus. *Spiritusſanctus qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocẽtiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.*

Prudent. in Ψυχομαχία Pacianus [d] lib. de Baptiſmo. Ambroſ. [e] *Sequitur ſpirituale ſignaculũ, quia poſt fontem ſequitur, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem Sacerdotis Spiritus ſanctus infunditur: vtraque verò iſta, manu, & ore antiſtitis impetramus.*

[a] *libro de Reſurrect. carnis.*

[b] *1. epiſt. vlt.*

[c] *ſeu Author ſermonis de Pentecoſte.*

[d] *Lauacro peccata purgãtur, Chriſmate ſanctus ſpiritus ſuperinfunditur:*

[e] *3. de Sacramentis cap. 2.*

Sacerdotis Spirituſſanctus infunditur. Hierony. [f] dialogo cõtra Luciferanos. Aug. 15. Trinit. 26. & lib. 2. contra literas Petiliani 104. *In hoc vnguento Sacramẽtum Chriſmatis vult Petilianus interpretari: quod quidem in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt ſicut ipſe Baptiſmus, ſed poteſt eſſe in hominibus peſſimis.*

Beda 6. in Lucam [g] Raban. [h] Amalarius, [i] Hugo. Quibus accedant tria miracula 1. apud [k] Optatum, proiectam ſcilicet ampullam Chriſmatis per feneſtram ab Arianis, Angelica manu ſuſtentatam collidi non potuiſſe. 2. Apud Surium [l] to. 1. ſanctum Rembertum Bremenſem Epiſcopum inter confirmandum cæcum illuminaſſe. 3. [m] Malachiã lunaticum curaſſe.

[f] *Exigis vbi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum. Sed etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus, inſtar præcepti, obtineret.*

[g] *1. de inſtitutis Clerico. 30.*

[h] *1. de officiis Eccleſiaſtic.*

[i] *2. de Sacrament. par. 7. & Magiſter cum Scholaſticis 4. diſt. 7.*

[k] *2. contra Parmenianum.*

[l] *Menſe Februario.*

[m] *apud Bernardũ in Malachiâ.*

Diluuntur ſolutiones aduerſariorum ad PP. teſtimonia.

Cap. VII.

PRIMA, [a] Auguſt. lib. 3. de Baptiſ. 16. docere impoſitionem manuum, ſolum orationem eſſe: & quidem loqui de Confirmatoriâ ac de quâ agimus patet, 1. quia ibidem ait, nunc non expectari quidem, vt per *manuum impoſitionem* homines loquantur linguis, verùm ſatis eſſe, ſi infundatur Spiritus ſanctus inuiſibiliter; quod ſolet citari pro Sacramento Confirmationis: 2. quia lib. 5. cap. 23. ait per *impoſitionem manuum* etiam reconciliatoriã dari Spiritum ſanctum, quem volumus eſſe Confirmationis effectum. 3. quia [b] Gratianus ex hoc loco Auguſt. colligit manuum impoſitionem non eſſe Sacramentum.

Reſpondeo, Auguſt. loqui tantum de *impoſitione manuum reconciliatoriâ*. 1. quia paſſim docet Confir-

[a] *Caluini 4. inſt. 19.*

[b] *Can. Arianos 1. q. 1.*

mationem fieri Chriſmate. At hîc apertè indicat ſe loqui de impoſitione manuum ſine Chriſmate, alioquin non dixiſſet: *Quid eſt aliud niſi oratio?* 2. quia Confirmatio repeti nequit vt conſtat ex [c c] Gregorio 2. & Aug. 2. contra literas Petiliani cap. 104. quo ait in peſſimis Confirmationem manere. At hîc loquitur de *manuum impoſitione* quæ iterari poſſit. 3. agit de reconciliatione hæreticorum teſte Caluino. Sed hæc diſtincta, erat præſertim in Occidentali Eccleſiâ, à manus impoſitione. Confirmatoriâ, vt conſtat ex Vigilio epiſt. 1. cap. 3. & Gregor. lib. 9. epiſt. 61.

c c apud Gratianum diſt. 5. de conſecra. can. Dictum eſt, & can. de homine.

Ad primam probationem, Auguſt. in illo capite vario modo accipere manuum impoſitionem: vt enim hoc Cypriani argum. dilueret. *In ſola Eccleſiâ Catholicâ dari poteſt, & accipi Spiritus ſanctus. Ergo Sacramenta hæreticorum non ſunt rata.*

Reſpondet, equidem in ſolâ Eccleſiâ Cathol. dadari Spiritum ſanctum id eſt charitatem, per *manuum impoſitionem*, quæcumque tandem illa ſit, ſiue Confirmatoriâ ſiue Reconciliatiua, & probat exẽplo Confirmatoriæ cum ait, *nunc non expectari vt homines loquantur linguis*, &c. Quare ſi hæretici hoc dono frui velint eſſe neceſſe redire ad Eccleſiam, & ſuſcipere impoſitionem manuum reconciliatiuam, per quam etiam datur Spiritusſanctus, quia cum nihil ſit præter orationem facilè repeti poterit & proinde dari pluries redeuntibus, vel iam ſemel Confirmatis. Sed quia aliud eſt donum charitatis, aliud Sacramentum, propterea nullam eſſe conſequentiam Cypriani.

Ad 2. dari Spiritum ſanctum per omnem *impoſitionem manuum* ſed ad varios effectus: in *Confirmatoria*, ad roborandam animam in fidei confeſſione: in *Reconciliatoria*, ad peccatorum remiſſionem: in *Ordinatoria* ad poteſtatem miniſtrandi Sacramenta.

Ad 3. ſolùm velle Gratianum non loqui Auguſtinum de manuum impoſitione Ordinatoria, vel Confirmatoria, non tamen negat loqui de Sacra-

mento Reconciliationis.

Secunda, apud veteres, Confirmationẽ fuiſſe tãtum catecheſim puerorum in infantia baptizatorum, citatque Caluin. Leonẽ. ep. 35. & 77. ac Hierony. contra Luciferanos. Contra 1. neque Hieron. neque Leo vel aliquis PP. hui⁹ catecheſeos meminit 2. cõſtat Patres infantibus etiam conſuetos dare Confirmationem vtpote quibus & [f] dabãt Euchariſtiam quæ non niſi poſt Confirmationẽ conferebatur. At infantes catechiſmi ſunt incapaces.

[g] Tertia, veteres quoſdam vocare quidem Confirmationem Sacramentum, ſed impropriè pro humanâ tantum cæremonia in Baptiſmo adhiberi ſolitâ. Contra, antiqui diſertè Confirmationem diſtingnnt à Baptiſmo, vt patet ſupra. quod ſi humana eſt cæremonia, quomodo eam audet Auguſt. æquare Baptiſmo?

[h] Vltima 1. nullum probatum authorem addere mixtionem cum balſamo 2. veteres tribuere Bapt. effectus quos tribuimus Cõfirmationi, vt *dare gratiam, armare contra Diabolum,* 3. Vnctionem iungebant Baptiſmo, nos diſtinguimus.

Ad 1. falſum: eſſe nam huius mixtionis meminit [i] Gregor. 1.

Ad 2. etiamſi nomina effectuum ſint eadem, tamen ad alium finem referuntur, gratia datur in Baptiſmo ad bene operandum, in Confirmat. vt robur ad profitendum fidem.

Ad 3. verum eſſe ſed ita antiqui hæc duo iungebãt vt ſemper duo Sacramẽta putarent: quemad. & iungebant Euchariſtiam, nec tamen dicent aduerſarij voluiſſe PP. eſſe idem Sacramentum cum Baptiſmo.

[d] *Caluin. ſup. §. 4. & 13.*

[e] *Innocent. 1. Epiſt. 1.*

[f] *ex Cyprian. ſerui de lapſis.*

[g] *Kemnitij ſupr.*

[h] *Kemnitij ſupra.*

[i] *in 1. Cantic.*

De materia Confirmationis.

CAP. VIII.

PRIMA propoſitio, *Chriſma ſiue Vnctio materia eſt Sacramẽti Cõfirmationis.* probatur Primò, ex duobus ſcripturæ locis in quibus, vel expreſsè fit mentio huius vnctionis, vel certe ad eam alluditur.

Prior 2. Corinth.1. [a] *Qui confirmat nos Deus, & vnxit nos, & ſignauit, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris,* quem exponunt de Sacram. Confirmationis [b] Ambroſ. [c] Anſel. Theodoret. Nam in primis verbum *Confirmat* proprium huius Sacramenti eſt in quo robur datur. Deinde *vnxit*, vel ad ipſam refertur vnctionem externam, vel ſi ad internam, fit ad externam alluſio, ideo enim illa Spiritus ſancti interna operatio dicitur vnctio, quia per vnctionem externam, dari, & ſignificari ſolet. *Signauit nos,* referri poteſt tum ad internam obſignationem per caracterem, tum ad externum ſignaculum crucis, quod in hoc imprimitur Sacramento. *Dedit pignus ſpiritus in cordibus*, apertiſſimè deſignat effectum huius Sacramenti principalem.

[a] *v.21.22.*
[b] *de iis qui initiantur cap.* 7.
[c] *in hunc locum.*

Poſterior 1. Ioan. 2. [d] *Et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis,* &c. quem de Confirmatione [e] Cyrill. & [f] Aug. interpretantur.

[d] *v. 27.* τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει.
[e] *Catech.3.*
[f] *tract. 3 in epiſtol. Ioan.*

Secundo ex communi conſenſu PP. Pontif. Conciliorum: *Secundum Sacramentum eſt Confirmatio* (inquit Florent. ſupr.) *Cuius materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo quod odorem ſignificat bonæ famæ per Epiſcopum benedicto.*

Secunda propoſitio. *Materia Confirmationis non eſt oleum ſimplex, ſed oleum mixtum balſamo.* Probatur primò ex traditione maiorum, etſi enim Dionyſ.

balſamum non nominet,tamen docet Chriſma [g] *eſſe collectionem ſuauiter ſpirantium materiarum.* [h] Clemens in benedictione Chriſmatis mentionem facit fragrantiæ odoris. [i] Fabianus Papa, & martyr aperte ait Chriſtum inſtituiſſe, vt Chriſma conficeretur ex oleo ad mixto balſamo. [k] Auctor ſerm. de vnctione Chriſmatis. [l] Gregor. Turonenſis pro eo quod [m] Prudentius loquens de quodam iuuene dixerat *lotus, & vnctus*, ipſe dixit *Baptiſma lotus, & balſamo vnctus.* [n] Gregor. 1. Concil. [o] 2. Bracarenſe & Florent.ſupr. Cæteri PP. idem ſe arbitrari ſignificant cùm materiam huius Sacramenti non oleum ſimplex,ſed Chriſma vocant: Chriſma enim non eſt ſimplex oleum.

Secundò, [p] vnguentum quo Dei iuſſu vngeretur tabernaculum erat figura Chriſmatis noſtri. At illud erat ex oleo oliuarum, cum admixtione odoriferorum ſuccorum quorum vnus erat בשם *Beſem* quod ſtacten & balſamum fuiſſe dicitur.

Tertiò,quia effectus huius Sacramenti nimirum confirmatio *in fide*,optimè exprimitur oleo,& balſamo hæc enim 1. duo requirit puritatem, & feruorem in corde ſignificata per oleum,quòd ſit liquor puriſſimus ſubtilis,lucidus,& calidus: 2. conſtantem confeſſionem in ore per balſamum ſignificatam, quod bonum odorem effundit in alios. igni qui apparuit ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes reſpondet oleum,quia vterque in ſcripturis ſignificat Sapiētiam,Charitatem, Spiritum ſanctum: linguis, balſamum reſpondet quòd ſicut linguâ communicatur vox, & ſic foras prodit confeſſio fidei,ita per balſamum communicatur odor, & ſignificatur exterior proteſtatio fidei.

Tertia propoſ. *Chriſma,dumtaxat antequam applicetur conſecratum ac benedictum eſſe debet.*

Primo probatur, ex Pontificibus Clement. [q] conſtit.7.Fabiano Epiſt.2.Damaſ.1. Epi.4. [r] Innocent.1. [s] Gelaſ. 1. Gregor.1. ſupr. Innocent. 3. cap. *Cum veniſſet*,extra,de Sacrâ vnctione.

[g] *cap.4.par.3. Eccleſ.Hierarchia.*
[h] *7. cap. 44. Conſtitut.*
[i] *Epiſt. 2. ad Orientales.*
[k] *apud Cyprian.*
[l] *libro de gloria Martyrum cap.40.*
[m] *libro contra Iudæos.*
[n] *in 1. Cant.*
[o] *can. 4.*
[p] *Exodi 30. v.23.*
[q] *cap. 42. & 44.*
[r] *Epiſt. 1. cap. 3. Leo 1. epiſt. 88.*
[s] *Epiſt. 1. Ioan. 3. epiſt. vnicâ.*

Secundò ex Concilijs, [t] Nicæno quod meminit expreſſè conſecrationis olei catechumenorum, olei infirmorum,& olei Chriſmatis., Laodicenum ſupra [v] Romanum ſub Sylueſtro. Carth. [x] 2.& 3. can.36. Toletan.1. can.20. prohibent ne Chriſma preſbyteri conficiant, quod id ſolius ſit Epiſcopi munus. At ſi Chriſma eſſet ſolum oleum balſamo mixtum, nulla eſſet huiuſmodi prohibitio, cum etiam pharmacopolæ poſſint ſine peccato hanc mixtionem facere.

Tertiò, ex PP. Dionyſ. 4 Hierarch. Eccleſ. [y] Theoph. Antiocheno Epiſcopo [z] Tertull. *Ex inde*(inquit) *egreſſi de lauacro perungitur benedicta vnctione*. Cyprian. lib. 1. Epiſt.12. [a] Baſil. *Benedicimus aquam Baptiſmatis, & oleum vnctionis* Cyrill. Catech. 3. [b] Auguſt. 5. de Baptiſmo.

Quarta, *vnctio Chriſmatis ad crucis figuram in fronte hominis baptizati fieri debet, vt ſit vera & proxima Sacramenti huius materia.* Nam expreſſè nominatur ſignaculum crucis in fronte à Damaſo, Innocent. Leone, Ioanne tertio, Gregor.1. Concil. Hiſpalenſi 2. & Florent. ſupr. [c] à Tertull. [d] Cyrillo, Prudentio, [e] Auguſt. qui ideo in fronte fieri dicit quòd ſit locus pudoris: datur autem hoc Sacrament. ne erubeſcamus Dominum confiteri, etiam coram perſecutoribus.

[t] *Canon. 69. iuxta codicem ex Arabico conuerſum.*
[v] *Can. 5.*
[x] *Can. 3. Carthag. 4. can. 36. Hiſpalenſ. 2. Can. 7. Bracarenſ. Can. 37. Florent. ſup.*
[y] *1. libro ad Autolycũ tom. 5 Bibliotheca. PP.*
[z] *libro de Baptiſmo.*
[a] *lib. de Spiritu ſancto 27. cap.*
[b] *cap. 19. & 20. Beda in 8. Actor Rupert. 5. diuinor. offi. 17. & 18. Iſidorus 1. diuin. offic. 28. Raban. 2. de Inſt. Cleric. 16. &c.*
[c] *lib. de praſc.*
[d] *ſupr.*
[e] *in Pſal. 141.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. IX.

PRIMA, [a] vſus Chriſmatis ad elementa huius pertinet mundi à quibus nos reuocat [b] Paulus.

Reſpondeo, non reuocare niſi ab egenis, quæ iuſtificare nequeunt: aliàs nec aqua in Baptiſmo vtendum eſſet.

Secunda, Dionyſ. Areopag. ſignificat ritum

[a] *Brentij in Confeſſ. witeberg. ca. de Baptiſmo.*
[b] *Coloſſ. 2. v. 8.*

Chriſmatis deſumptum ab athleticis vnctionibus Ethnicorum, & Moſaïca lege.

Reſpondeo, Dionyſ. tribuere doctrinam de Chriſmate Apoſtolis, quamuis ſimilitudinis gratiâ dicat nos vngi athletarum inſtar, vt vincamus in certamine contra diabolum. Et figuram velit huius Sacramenti in lege Moſaïcâ præceſſiſſe.

Tertia, Acta Conciliorum teſtantur Chriſma inſtitutum à Syluestro 1. Negatur. nam antiquiores Syluestro, Tertullianus & Cyprian. meminerunt Chriſmatis: ſolùm præcepit Syluester vt presbyteri tangerent Chriſmate verticem baptizati: quæ vnctio eſt diſtincta à Sacramento Confirmationis quod in fronte ab Epiſcopo datur.

Quarta, [d] Apoſtolos accepiſſe, & dediſſe Spiritum ſanctum ſine Chriſmate.

Reſpondeo, quod ita acceperint, fuiſſe priuilegium, ita dediſſe negatur. Nam comprehenditur ſub impoſitione manuum. 1. quia qui inungit, manus imponit. 2. quia Dionyſ. & Clemens aſſerunt Apoſtolos vſos dumtaxat Chriſmate, huiuſque meminerunt antiquiſſimi Tertull. Theophyl. Cornel. Cypr. 3. quod [e] PP. paſſim manuū ſolam impoſitionem, vel Chriſma ſolùm ponant cum de Confirmatione loquuntur: aliquādo etiam vtrumque ſimul: atque ſic vnum ſub alio comprehēdant. 4. quando [f] dicunt ſolos Epiſcopos per vnctionem Chriſmatis dare Spiritum ſanctum, ſemper allegant Lucam in [g] Actis, quod certè nihil cōcluderet, aut certe admodum obſcurè, niſi Apoſtoli vſi fuiſſent Chriſmate. 5. quia in ſimilibus locis ſcripturæ per compendium aliquid ſæpe dicitur ſub quo alia neceſſario intelliguntur: vt cum Eunuchus [h] dixit, ſe credere Ieſum filium Dei, deinde baptizatus, nonne de alijs fuerat etiam edoctus à Philippo? ſimiliter [i] dixit Paulus nos ſaluari per lauacrum regenerationis, nihil de verbo vitæ exprimens.

[k] Dices, Innocentiū 3. docere, per frontis chriſ-

[d] *Kemnitij.*
[e] *Tertull. de Reſurrectione carnis vtriuſque meminit. At de præſcriptionibus ſolū exprimit ſignari in fronte & 1. in Marcionē ſolius meminit vnctionis: ſicut Cyprianus 1. epiſt. vlt. at lib. 2. epiſt. 1. ſolius impoſitionis manuum. Concilium 1. Arelaten. can. 8. impoſitionis manuum ſolius. Arelatenſ. 2. can. 17. vnctionis. [& impoſitionis.]*
[f] *Innocent. 1. ep. 1. Leo epiſt. 88. Cyprian. ad Iubaian. Aug. 15. Trin. 26. &c.*
[g] *cap. 8.*
[h] *Actor. 8. v. 37.*
[i] *ad Titum 3. verſ. 5.*

mationem deſignari manus impoſitionem Apoſtolorum, item Concil. Florentinum velle loco impoſitionis manuum dari nunc in Eccleſia Confirmationem.

Reſpondeo neutrum horum intendere, Apoſtolos non vſos Chriſmate: ſed tantùm quod erat & dicebatur manus impoſitio tempore Apoſtolorũ, nunc ab alia parte denominari Chriſma, ſiue Confirmationem. 1. quia ſi reuera Confirmatio eſſet loco impoſitionis, ſequeretur Apoſtolos non dediſſe Confirmationem per manuum impoſitionem, quod falſum eſt. 2. quia ſimili phraſi Innocentius, & Concilium ibidem, dicunt Epiſcopos eſſe in Eccleſia loco Apoſtolorum. At certè Apoſtoli, veri Epiſcopi fuerunt.

Qninta, [l] Tertull. lib. de Baptiſmo ait hanc vnctionem ſumptã eſſe ex [m] veteri diſciplina. Idem Cyprian. imo ſerm. de ablutione pedum dicit has cæremonias ab hominibus eſſe inſtitutas. [n] Baſilius nullum extare λόγον γεγραμμένον de vnctione Chriſmatis.

Ad 1. teſtimonium per *veterem diſciplinam* intelligi huius Sacramenti figuram.

Ad 2. loqui de ritibus quibuſdam circa hoc Sacramentum, quod diuinitus fatetur inſtitutum eſſe à Deo.

Ad 3. ſolum velle ex traditione non ſcriptâ haberi inſtitutionem Chriſmatis.

Sexta, [o] Natiuum balſamum iam periiſſe conſtat: cum teſte [p] Plinio, verum balſamum in duobus ſolum hortis Iudææ naſceretur, iamdudum vaſtatis. Nec veriſimile eſt Deum voluiſſe in re tam incertâ & rarâ conſtituere materiam Sacramenti.

Alij [q] equidem putant balſamum in hoc Sacramento eſſe tãtum de neceſſitate præcepti. [r] Alij de neceſſitate medij: ſed quidquid ſit Negatur propoſitio 1. quia id Plinius refert ſolum de tempore antiquo, cum ſuo, fateatur multas fuiſſe arbores Balſami in Paleſtina: & [ſ] Hierony. trecen-

[k] *cap. Cum veniſſet extra. de ſacra vnctione.*

[l] *Kemnitij.*

[m] *id eſt ex Teſtamento veteri.*

[n] *libro de Spirituſancto cap 27.*

[o] *Kemnitij.*

[p] *lib. 12. cap. 25.*

[q] *Caiet. 3. p. q 72. ar 2. Dominic. à Soto 4 ſent. diſt 7. q. 1 ar. 2. Franciſ. à Victoria in Summa de Sacramento Confirmationis.*

[r] *Theologi antiqui 4. diſt. 7. & Iuriſcõſulti in cap. Paſtoralis, extra. de Sacr. non iterandis.*

[ſ] *in 27. Ezechielis.*

t *in 1. Cantic.* tis poſt Plinium annis, & [t] Gregor 1. ducentis poſt Hieronym. affirment tempore ſuo, in vineis Engaddi Balſamum ſolitum gigni. 2. quia naſcitur in Indiâ & aduehitur inde. Nec eius raritas impedit quin Deus illud inſtituerit, nam qui inſtituit, ita vt nuſquam balſamum Eccleſiæ defuerit prouidit.

v *Catech. 3.* x *libro de iis qui initiantur.*

Vltima, [v] Cyrill. docet inungi ferè omnes corporis partes, [x] Ambroſius ſolius meminit capitis.

Reſpond. Cyrillum etiam velle præcipuè frontem inungendam. Non negamus autem quin iuxta varios regionum ritus aliæ partes inũgi poſſint dummodo frons non omittatur. Ambroſ. loquitur de vnctione quæ fit in Baptiſmo.

De forma Sacramenti Confirmationis.

CAP. X.

FORMA huius Sacram. eſt *Conſigno te ſigno crucis ✠ confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, ✠ Filij, ✠ Spiritus ſancti*, ita Florent. Concil. In qua quidem & *cauſa principalis* exprimitur nimirum Trinitas, & *miniſterialis* nempe proferens verba, & *effectus* Sacramenti, ſcilicet facere Chriſti militem, inſigniendo cruce: & roborare, confirmando Chriſmate.

Ordo Romanus alijs verbis eam exprimit hanc formam, ſed eodẽ ſenſu: *ſigna eos Domine ſigno crucis.* Deinde cum tangit Epiſcopus pollice frontem. *Ego te Confirmo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* Etſi enim non habeatur, *Chriſmate ſalutis* includitur tamen in verbo *Confirmo*. nec videtur illa particula de eſſentia formæ, quamuis non debeat omitti, quia præſcribitur ab Eccleſia.

a *libro de diuinis offic. cap. de Sabbatho Sancto.*

Quare cùm [a] Alcuinus ait Romanum Pontif. dum inungit frontem dicere ſolitum: *In nomine Pa-*

tris, & Filij, & Spiritus ſancti: non integram retulit formam. Nec de illa loquitur [b] Ambroſius cùm dixit: *Veniſti ad Sacerdotem quid tibi dixit? Deus Pater omnipotens qui te regenerauit ex aquâ, & Spiritu ſancto, conceſſitque tibi peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam.* Nam hæc verba dicuntur à præſbytero, cùm linit verticem baptizati, poſtquam cæremoniam, ſequitur Confirmatio Epiſcopalis.

[b] *2. de Sacramen. cap. 7.*

Non debet autẽ videri mirum ſi PP. hãc formam diſtinctè non expreſſerint. Quòd & res eſſet omnibus Chriſtianis nota, & nollent gentilibus myſteria prodere. Quarè fere nullus diſertis ſcripſit verbis formam Baptiſmi eſſe: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, ſed ſolum dicunt Baptiſma dari cum inuocatione Trinitatis.

[c] Obijcitur primo, hanc formam in Dei verbo non haberi. Reſpondeo 1. negatur propoſitio. Nã habetur in verbo Dei tradito. 2. [d] Caluin. vult Ordinationem eſſe Sacramentum. At inueniat in ſcriptura verbum, conſtituens cum elemento, huiuſmodi Sacramẽtum. 3. habetur verbum in genere [e] Acto 8. v. 15. *Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum ſanctum*: ſolent enim formæ Sacramentorum dici preces myſticæ à PP.

[c] *eſt Calui. 4. Inſtit. 19. §. 5.*

[d] *ſupr. §. 31.*

[e] *§. 7.*

Secundò, quis nos docuit in oleo ſalutem quærere? Reſpondeo quærere non vt à cauſa principali ſed inſtrumentali, per quam nobis ſuam confert gratiam Chriſtus, traditionem docuiſſe: Nec magis hunc loquendi modum eſſe abſurdum quam [f] *Sagitta ſalutis*, [g] *dies ſalutis, lauacrum regenerationis* &c.

[f] *4. Reg. 13. v. 17.*

[g] *2. Cor. 6. v. 2.*

[h] Tertiò, hanc formam non haberi in vetuſtis ſcriptoribus. Sed iam reddidimus cauſam.

[h] *Kemnitij 2. par. Examin. pag. 288.*

Quartò, non eſſe eandem apud omnes. Nam Gabriele teſte quidam dicebant *Chriſma ſanctificationis* Gerſon verò habet, *firmo te ſigno crucis, & Chriſmate ſalutis.*

Reſpond. eundem omninò ſenſum eſſe.

De effectu huius Sacramenti.

CAP. XI.

DVPLEX eſt, alter gratia gratum faciens & quidem maior quam Baptiſmi, in ordine ad roborandam animam contra diabolum, minor in ordine ad remiſſionem peccati, quia non tota remittitur pœna, vt in Baptiſmo. Alter effectus eſt character quia Confirmatio iterari non poteſt. Primò ex [a] Hebræor. 6. *Nõ iterũ iacientes fundamentum* pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum. Baptiſmatum doctrinæ: *impoſitionis quoque manuum*, &c. id eſt, Confirmationis teſte Chryſoſt. Theodor. Theophyl.

[a] *v.* 8.

Secundò, ex Concilio [b] Tolet. 8. [c] Tarraconenſi, [d] Florent. Trident. ſeſſ. 7. can. 9. de Sacramentis in genere.

[b] *can.* 7. *& decreto Gregorij* 2. *apud Gratianum diſt.* 5. *de conſecrat. can. Dictum eſt, & can. de homine.*
[c] *in inſtruct. Armenor.*

De Miniſtro huius Sacramenti.

CAP. XII.

EX Catholicis ſolus [a] Richardus Armachanus arbitratus eſt commune Epiſcopis, & preſbyteris eſſe, munus Confirmandi. idem poſtea [b] wiclef, [c] Caluinus, & [d] Kemnitius. Catholici verò proprium munus Epiſcopi eſſe contendunt.

[a] *lib.* 11. *Armenicar. quæſt. cap.* 4.
[b] 4. *Trialogi.* 14.
[c] 4. *Inſtit.* 19. §. 10.
[d] 2. *par. Examin. pag.* 324.

Primò, quia Actor. 8. miſſi dicuntur Petrus, & Ioannes, vt per impoſitionem manuum darent Spiritum ſanctum baptizatis à Philippo. Id autem feciſſe *tanquam Epiſcopos*, patet, quòd ſcriptura id ſolis tribuat Apoſtolis cùm alia officia, ſicut prædicandi, baptizandi, etiam inferioribus miniſtris

concedat non feciſſe *extraordinariâ poteſtate*, ſed *ordinariâ*, colligitur ex 6. Hebræor quo numeratur hæc impoſitio cum reliquis ordinarus Eccleſiæ ritibus.

Reſpondet Vviclef, fortaſsè quos baptizauerat Philippus, non fuiſſe rectè baptizatos.

Contra 1. num Philippus ignorabat rectam rationem tradendi Baptiſmum? 2. Et ſi foret ita, cur erat neceſſe Apoſtolos venire, vt alij ritè baptizarentur? nonne quid fieri competebat, literis ſignificare poterant?

Probatur ſecundò, ex [e] Concil. & PP. citatis, qui communi conſenſu docent hoc munus Epiſcopi proprium eſſe.

Tertiò, Quia Confirmatio eſt complementum Baptiſmi, & proinde conuenit vt à primario miniſtro detur. Vltima enim forma à primario agente imprimi ſolet.

Quartò in Confirmatione aſcribimur militiæ Chriſti. Adſcribere autem ad militiam, proprium eſt Ducum & Imperatorum.

Num autem Preſbyteri, ſaltem ex diſpenſatione, poſſint confirmare inter Catholicos eſt quæſtio. Negat [f] Bonauent. Durand. Adrian. Affirmat [g] D. Thom. eius diſcipuli, & [h] Canoniſtæ. quod probabilius eſt. Nam 1. Ambroſ. [i] teſtatur in Ægypto Preſbyteros confirmare in abſentia Epiſcoporum, neque hunc reprehendit vſum. 2. Gregor. lib. 3. ep. 26. dicit ſe permittere, quod ep. 9. prohibuerat, at prohibuerat ne preſbyteri confirmarent. 3. Ex Cõcil. [k] Arauſ. 1. & [l] primo Toletano. 4. Florentinum, & Trident. ſupra decernunt ordinarium miniſtrum huius Sacramenti Epiſcopum eſſe. Ergo nihil prohibet extraordinarium eſſe præſbyterum

Obijciunt Caluin. & Kemnitius Primò, error Donatiſtarum eſt, dicere Sacramentum pendere à dignitate miniſtri.

Reſpondeo veram eſſe propoſitionem de dignitate morali, falſam de Eccleſiaſtica. Alioquin eſſet

[e] *Concil. Trident. ſeſſ. Si quis dixerit ſancta Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem Sacerdotem, Anathema ſit.*

[f] *in 4. diſt. 7.*

[g] *3. par. q. 72. art. 11.*

[h] *in 1. d. 95.*

[i] *in 4. ad Eph.*

[k] *can. 2. Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à presbyteris cum Chriſmate, & benedictione conſignari placet.*

[l] *can. 10.*

De effectu huius Sacramenti.

CAP. XI.

DVPLEX eſt, alter gratia gratum faciens & quidem maior quam Baptiſmi, in ordine ad roborandam animam contra diabolum, minor in ordine ad remiſſionem peccati, quia non tota remittitur pœna, vt in Baptiſmo. Alter effectus eſt character quia Confirmatio iterari non poteſt. Primò ex [a] Hebræor. 6. *Nõ iterũ iacientes fundamentum* pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum. Baptiſmatum doctrinæ: *impoſitionis quoque manuum*, &c. id eſt, Confirmationis teſte Chryſoſt. Theodor. Theophyl.

Secundò, ex Concilio [b] Tolet. 8. [c] Tarraconenſi, [d] Florent. Trident. ſeſſ. 7. can. 9. de Sacramentis in genere.

[a] *v.* 8.

[b] *can.* 7. *& decreto Gregorij* 2. *apud Gratianum diſt.* 5. *de conſecrat. can. Dictum eſt, & can. de homine.*

[c] *in instruct. Armenor.*

De Miniſtro huius Sacramenti.

CAP. XII.

EX Catholicis ſolus [a] Richardus Armachanus arbitratus eſt commune Epiſcopis, & presbyteris eſſe, munus Confirmandi. idem poſtea [b] wiclef, [c] Caluinus, & [d] Kemnitius. Catholici verò proprium munus Epiſcopi eſſe contendunt.

Primò, quia Actor. 8. miſſi dicuntur Petrus, & Ioannes, vt per impoſitionem manuum darent Spiritum ſanctum baptizatis à Philippo. Id autem feciſſe *tanquam Epiſcopos*, patet, quòd ſcriptura id ſolis tribuat Apoſtolis cùm alia officia, ſicut prædicandi, baptizandi, etiam inferioribus miniſtris

[a] *lib.* 11. *Armenicar. queſt. cap.* 4.

[b] 4. *Trialogi.* 14.

[c] 4. *Inſtit.* 19. §. 10.

[d] 2. *par. Examin. pag.* 324.

concedat non feciſſe *extraordinariâ poteſtate*, ſed *ordinariâ*, colligitur ex 6. Hebræor quo numeratur hæc impoſitio cum reliquis ordinarus Eccleſiæ ritibus.

Reſpondet Vviclef, fortaſsè quos baptizauerat Philippus, non fuiſſe rectè baptizatos.

Contra 1. num Philippus ignorabat rectam rationem tradendi Baptiſmum? 2. Et ſi foret ita, cur erat neceſſe Apoſtolos venire, vt alij ritè baptizarentur? nonne quid fieri competebat, literis ſignificare poterant?

Probatur ſecundò, ex [e] Concil. & PP. citatis, qui communi conſenſu docent hoc munus Epiſcopi proprium eſſe.

Tertiò, Quia Confirmatio eſt complementum Baptiſmi, & proinde conuenit vt à primario miniſtro detur. Vltima enim forma à primario agente imprimi ſolet.

Quartò in Confirmatione aſcribimur militiæ Chriſti. Adſcribere autem ad militiam, proprium eſt Ducum & Imperatorum.

Num autem Preſbyteri, ſaltem ex diſpenſatione, poſſint confirmare inter Catholicos eſt quæſtio. Negat [f] Bonauent. Durand. Adrian. Affirmat [g] D. Thom. eius diſcipuli, & [h] Canoniſtæ. quod probabilius eſt. Nam 1. Ambroſ. [i] teſtatur in Ægypto Preſbyteros confirmare in abſentia Epiſcoporum, neque hunc reprehendit vſum. 2. Gregor. lib. 3. ep. 26. dicit ſe permittere, quod ep. 9. prohibuerat, at prohibuerat ne preſbyteri confirmarent. 3. Ex Cōcil. [k] Arauſ. 1. & [l] primo Toletano. 4. Florentinum, & Trident. ſupra decernunt ordinarium miniſtrum huius Sacramenti Epiſcopum eſſe. Ergo nihil prohibet extraordinarium eſſe præſbyterum

Obijciunt Caluin. & Kemnitius Primò, error Donatiſtarum eſt, dicere Sacramentum pendere à dignitate miniſtri.

Reſpondeo veram eſſe propoſitionem de dignitate morali, falſam de Eccleſiaſtica. Alioquin eſſet

[e] *Concil. Trident. ſeſſ. Si quis dixerit ſanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem Sacerdotem, Anathema ſit.*

[f] *in 4. diſt. 7.*

[g] *3. par. q. 72. art. 11.*

[h] *in 1. d. 95.*

[i] *in 4. ad Eph.*

[k] *can. 2. Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à presbyteris cum Chriſmate, & benedictione conſignari placet.*

[l] *can. 20.*

etiam error Donatiſtarum, ſolos preſbyteros miniſtrare corpus Chriſti.

Secundò, preſbyteri Apoſtolis ſuccedunt: vt patet in miniſterio Euchariſtiæ.

Reſpondeo, in quibuſdam ſuccedere, non autem in omnibus. Apoſtoli enim fuêre conſtituti preſbyteri in vltima cœna, Epiſcopi verò poſt Reſurrectionem.

Tertiò, [m] *Noli* (inquit Paulus) *negligere gratiam quæ data eſt tibi per impoſitionem manus presbyterij.* Et [n] Ananias non Epiſcopus impoſuit manus Paulo, vt impleretur Spiritu ſancto.

Reſpondeo 1. nomine preſbyterij, intelligi chorum Epiſcoporum vt exponunt Chryſoſt. & alij. 2. ibi non agi de Confirmatione, ſed Ordinatione Timothei. Ananias autem impoſuit tantum manus vt [o] curaretur Paulus à cæcitate: quamuis finis remotus eſſet vt adimpleretur Spiritu ſancto, non quidem per hanc impoſitionem ſed per Baptiſmum.

[m] 1. *Timoth.* 4. v. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

[n] *Actor.* 9. *verſ.* 17.

[o] *Actor.* 9. *verſ.* 12.

Quartò, ſi iure diuino Epiſcoporum eſt confirmare, quomodo id conceſſit Gregor. preſbyteris? vel enim Epiſcopi id habent ratione Ordinis, vel iuriſdictionis, ſi prius id nequit cōcedi non habentibus eundem ordinem, ſi poſterius ergo Epiſcopus non conſecratus confirmare poterit.

Reſpondeo, ordinarios miniſtros, Epiſcopos eſſe, extraordinarios ex diſpēſatione, preſbyteros. Epiſcopos hanc habere poteſtatem ratione Ordinis, independenter: preſbyteros verò dependenter, quòd eorum character, etſi poteſtas ſit abſoluta, & independens quoad Baptiſ. & Euchariſtiam, ſit tamen poteſtas tantum inchoata & imperfecta, ac dependens à voluntate ſuperioris quoad Sacramentum Confirmationis. Quare niſi perficeretur per diſpenſationem ſuperioris, nihil ageret preſbyter; ſi perficiatur, aget.

Quintò, ignorat ſcriptura differentiam Epiſcopi, à preſbytero.

Contra.

Contra. quid ergo volunt illa Pauli ad Timomotheum: [p] *Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere.* Nonne alloquitur Epiſcopum? Sed hac de re [q] alibi.

Sextò, [r] Hierony. ait ob honorem Sacerdotij, non ob legis neceſſitatem ſolos Epiſcopos imponere manus.

Reſpondeo, per *legis neceßitatem* vel intelligere neceſſitatem conſequendæ ſalutis: nec enim ad cōſequendam ſalutem eſt neceſſe ſolum Epiſcopum miniſtrare Confirmationem, cum etiam ſine Confirmatione, ſalus eſſe poſſit, Sed propter dignitatē Epiſcopatus id competenter ita inſtitutum fuit: vel intelligere *neceßitatem ex natura rei*: quaſi diceret non id factum quaſi aliter fieri nequiret: ſed quia ita placuit Deo vt Epiſcopum honoraret.

Septimò, à multis iam annis nulli ferè Epiſcopi in Germania ſunt: ſed ſuffraganei quidem confirmāt.

Reſpondeo, Suffraganeos verè Epiſcopos eſſe, quamuis careant poſſeſſione Eccleſiæ propriæ.

[p] 1. Timoth. 5. v. 19.
[q] libro 1. de membris Eccl. cap. 14 tom. 2.
[r] Dialog. contra Luciferianos.

De cæremonijs Confirmationis.

Cap. XIII.

IN conſecratione Chriſmatis quatuor cæremoniæ adhibentur. Prima, *benedictio olei, & balſami per orationes*: & quidem merito, cùm [a] Apoſtolus dicat omnia ſanctificari per verbum Dei & orationem.

Secunda, *benedictio olei & balſami per ſignum crucis*: ſine quo nihil conſecrari poſſe, teſtantur omnes ferè [b] PP.

Tertia, *halat Epiſcopus aliquoties ſuper ampullam Chriſmatis*: quæ cæremonia quamuis rideatur à [c] Caluin. & [d] Kemnit. tamen antiquiſſima eſt, eius enim meminerunt Amalarius, Iſidor. Alcuinus, & ſumpta ab exemplo Domini qui in Apoſtolos

[a] 1. Timoth. 4. v. 5.
[b] præcipuè Chryſoſt. homil. 55. in Math. & libro, quod Chriſtus ſit Deus. Aug. tract. 118. in Ioannē & ſerm. 181. de tempore c. 3.
[c] 4. cap. 19. §. 10. Inſt.
[d] pag. 285.

inſufflauit Ioan. 20. v. 22.

Quarta, *Chriſma conſecratum ſalutatur ab Epiſcopo & presbyteris* his verbis. *Aue ſanctum Chriſma.* Hanc adorationem idololatriam [e] hæretici vocant. Sed aliud eſt adorare aliud ſalutare. [f] ſalutauit mulieres Dominus non tamen adorauit: Chriſmati autem conſecrato reuerentia exhibetur, quia res eſt ſacra ſicut monente [g] Propheta, Hebræi arcam venerabantur: neque inuſitatum eſt apud [h] ſacros, & [i] prophanos authores res inanimatas ſalutare. In ipſa Confirmatione, præter cæremoniam eſſentialem, *vngendi, & ſignandi frontem cruce.*

[k] Prima eſt, *vt ſuſceptor adſit*, ſicut in Baptiſmate, qui confirmandum offerat Epiſcopo.

Secunda, *vt variæ preces dicantur ſuper Confirmandos.*

Tertia, *vt confirmato pax detur ab Epiſcopo in ſignum acceptæ gratiæ Spiritus ſancti, cuius pax eſt effectus.*

Quarta, *vt confirmatum Epiſcopus manu leuiter cedat* quatenus intelligat ſe aduerſus ignominiam, & verbera pro Chriſto ferenda, præcipuè patientia armandum.

Quinta, *vt faſciâ frons ligetur*, tum ne Chriſma facilè defluat, tum ad ſignificandum, acceptam gratiam diligenter ſeruandam.

[l] Sexta, *vt ad ſeptem dies non lauetur corpus, ſeu frons.*

Septima, *vt in Sabbatho Paſchæ, & Pentecoſtes* Confirmatio detur.

[m] Octaua, *vt à ieiunis detur, & accipiatur.*

[e] *Tilmannus Heshuſius lib. de errorib. Pötificior. tit. 22. numer. 26. Kemnitÿ pag. 289. Caluin. ſup. § 21.*

[f] *Math. vltimo v. 9.*

[g] *Pſal. 98. v. 5.*

[h] *Nazianz. orat. ad 150. PP. dixit, Vale, Cathedra templo, &c. Hierony. epiſt. de obitu Paulæ.*

[i] *Virgil. 7. Æneid. quo Æneas Italiam ſalutat.*

[k] *Vide Grat. 30. q. 1. can. Si quis. & can. De his. & q. 4. canon. Si quis ex vno. & de conſecr. diſtinct. 4. canon. in Catechiſmo.*

[l] *huius meminit Hugo. 2. de Sacram. par. 7. cap. 6.*

[m] *Vide Gratian. diſtinct. 5. can. Vt ieiuni. & can. Vt Epiſcopi.*

TERTIA CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt,

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

Sex libris explicata.

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM, ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt,

De reali præſentiâ Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ ex verbo Dei.

Cap. I. *De hæreſibus circa præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtiâ.*

II. *Sententia Eccleſiæ Catholicæ iuxta Concilium Tridentinum.*

III. *Ex figuris veteris Teſtamenti demonſtratur præſentia corporis Chriſti in Euchariſtiâ.*

IIII. *Refellitur ſolutio aduerſariorum duplex.*

V. *Ioan. 6. ab illis verbis*: Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita: *& deinceps ferè ad finem capitis agi, de Euchariſtiâ.*

VI. *Probatur veritas corporis Chriſti ex ipſo Ioannis loco.*

VII. *Soluuntur obiectiones.*

VIII. *Hæreticorum variæ expoſitiones verborum Domini* HOC EST CORPVS MEVM.

IX. *Propriè non figuratè explicanda eſſe illa verba* HOC EST CORPVS MEVM.

X. *Probatur ex verbis inſtitutionis.*

XI. *Soluuntur obiectiones.*

XII. *Probatur eadem veritas ex* 10. *prioris ad Corinth.*

XIII. *Idem probatur ex* 11. *eiuſdē epiſtola Pauli.*

XIV. *Soluuntur obiectiones ex verbo Dei petita.*

LIBER SECVNDVS.

Quo continentur teſtimonia PP. pro veritate corporis Chriſti in Euchariſtiâ.

Cap.I. II.III. TESTIMONIA PP. *primæ ætatis, id eſt ab anno Domini* I. *ad* 100.
IIII. V. VI. *Teſtimonia PP. ſecundæ ætatis.*
VII.VIII.IX. *Tertiæ ætatis.*
X. ad XX. incluſiuè. *Quartæ ætatis.*
XXI. ad XXX. incluſiuè. *Quintæ ætatis.*
XXXI. *Sextæ ætatis.*
XXXII. *Septimæ ætatis.*
XXXIII. *Octauæ ætatis.*
XXXIV. *Ætatis nonæ.*
XXXV. *Decimæ ætatis.*
XXXVI. *Vndecimæ ætatis.*
XXXVII. *Duodecimæ ætatis.*
XXXVIII. *Reliquarum ætatum.*

LIBER TERTIVS.

Quo ex omnipotentiâ, & voluntate Dei probatur veritas corporis Chriſti in Euchariſtia: tractatúrque de Tranſſubſtantiatione.

Cap.I. & II. DE *Potentiâ Dei circa corpus Chriſti in Euchariſtiâ.*
III. *Poſſe vnum corpus ſimul eſſe in pluribus locis.*
IIII. *Soluuntur obiectiones.*
V. & VI. *Quomodo ſit in Euchariſtia Chriſti corpus.*
VII. *Soluuntur obiectiones.*
VIII. *Deum voluiſſe ſuum corpus in Euchariſtiâ eſſe.*
IX. X. *Soluuntur obiectiones.*

De Transsvbstantiatione.
XI. *Variæ de modo exiſtendi corporis Chriſti in Euchariſtia ſententiæ.*
XII. *Refellitur ſecunda opinio.*
XIII. *Refellitur tertia.*
XIV. *Refellitur quarta.*
XV. *Refellitur quinta.*
XVI. & XVII. *Refellitur ſexta, & ſeptima nimirum* vbiquitas.
XVIII. *Explicatur ſententia Eccleſiæ.*
XIX. *Probatur, ex verbo Dei, Tranſubſtantiatio.*
XX. *Ex PP.*
XXI. *Ex definitione & conſenſu Eccleſiæ, ab annis* 500.
XXII. *Probatur ex conuenientiâ rationis* 1. *Tranſubſtantiari panem* 2. *remanere accidentia.*
XXIII. *Refelluntur Kemnitij obiectiones.*
XXIIII. *Refelluntur obiectiones Petri Martyris.*
[XXV. *Quomodo hâc in materia ſint formandæ enunciationes.*]

LIBER QVARTVS.

In quo tractatur quæ ſit propria huius Sacramenti ratio.

Cap. I. De *Permanentiâ corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus, opiniones.*
II. *Probatur ex verbis inſtitutionis, permanere corpus, & ſanguinem Chriſti in Euchariſtiâ.*
III. *Idem probatur ex diſſimilitudine Baptiſmi, & Euchariſtiæ.*
IV. & V. *Ex PP.*
VI. *Quid proprie ſit Sacramentum Euchariſtiæ.*
VII. & VIII. *De materiâ Euchariſtiæ.*
IX. *Soluuntur argumenta.*
X. *De vino temperando aquâ in Sacro calice.*
XI. *Soluuntur obiectiones.*

XII.XIII.XIV. *De verbis conſecrationis.*
XV. *Kemnitij, de formâ huius Sacramenti, calumnia.*
XVI. *De Miniſtro Euchariſtiæ.*
XVII. *De effectu Euchariſtiæ, & preparatione ad communionem, ſententia hæreticorum.*
XVIII. 1. *Effectus Euchariſtiæ non eſſe remittere peccata.* 2. *Accendentes cum mortalis conſcientiâ peccati, indignè Euchariſtiam ſumere.*
XIX. *Soluuntur obiectiones.*
XX. *Opiniones, & Scriptores de communione ſub vtrâque ſpecie.*
XXI. *Totum eſſe Chriſtum ſub vtrâque ſpecie.*
XXII. *An tota Sacramenti ratio in vnâ ſpecie inueniatur.*
XXIII. *De vtilitate Communionis ſub vnâ ſpecie.*
XXIV. *Communionem ſub vnâ ſpecie non pugnare cum diuinis literis, ſeu Chriſti mandato.*
XXV. *Soluuntur obiectiones ex Scripturis.*
XXVI. *Refelluntur obiectiones ex PP.*
XXVII. *Soluuntur ex ratione petitæ.*
XXVIII. 1. *Eccleſiam potuiſſe præcipere Communionem ſub vnâ ſpecie.* 2. *id meritò præcepiſſe.*
XXIX. *De veneratione huius Sacramenti.*
XXX. *Soluuntur obiectiones.*

LIBER QVARTVS.

In quo tractatur an Miſſa ſit ſacrificium.

Cap. I. I. DE *Antiquitate.* 2. *Etymologia.* 3. *ſignificatione nominis Miſſæ.*
II. & III. *De ſacrificij definitione.*
IIII. *Partitiones Sacrificij.*
V. & VI. *Miſſam, Sacrificium eſſe.*
VII. *Probatur Sacrificium Miſſæ ex figura Agni Paſchalis.*
VIII. *Idem probatur ex figuris variorum Sacrificiorum Teſtamenti veteris.*

IX.& X. *Ex vaticinijs Prophetarum.*
XI. *Idem probatur ex 4. Ioannis.*
XII. *Ex verbis inſtitutionis Euchariſtiæ.*
XIII. *Ex Actorum 13.*
XIV. *Ex cap. 10. prioris ad Corinthios.*
XV. *Ex traditione PP.*
XVI. *Ex altaribus.*
XVIII.XIX. *Ex liturgijs, & fructu Miſſæ.*
XX. *Ex coniunctione Religionis cum Sacrificio.*
XXI. *Ex comparatione legis Chriſtianæ cum Moſaicâ.*
XXII.XXIII. *Ex differentiâ Sacramenti, & Sacrificij. Item ex Eccleſiæ conſenſu.*
à XXIV. *ad* XXVII. incluſiuè. *Soluuntur obiectiones.*

LIBER SEXTVS.

In quo tractatur quale Sacrificium ſit Miſſa.

Cap.I. & II. PROBATVR, *Sacrificium Miſſæ propitiatorium eſſe.*
III. *Probatur, etiam eſſe impetratorium.*
IV. *Explicatur efficientia propria Sacrificij Miſſæ.*
V. *Soluuntur obiectiones.*
VI.& VII. *Quibus proſit Sacrificium Miſſæ.*
VIII. *An repugnet inſtitutioni cœnæ Domini, in eius celebratione fieri memoriam, & inuocationem ſanctorum.*
IX. *De Miſſis Priuatis.*
X. *Soluuntur obiectiones contra Miſſas priuatas.*
XI. *Quo genere linguæ ſit Miſſa celebranda.*
XII. *An conſuetudo Latinæ Eccleſiæ, quædam ſubmiſſâ voce pronunciandi in Miſſâ, ſit mala.*
XIII. *Quid hæretici ſentiant de ceremonijs Miſſæ, & Mendacia Kemnitij.*
XIV. *Ceremonias quæ Miſſam præcedunt eſſe antiquas.*
XV. *De ceremonijs Miſſæ quæ in actione conſiſtunt.*
XVI. *De ceremonijs Miſſæ cathecumenorum.*

XVII. *De offertorio, & Præfatione.*
XVIII. *De nomine Canonis.*
XIX. *De authore Canonis.*
XX. *Probatur Antiquitas Canonis.*
XXI. *De veritate primæ orationis Canonis.*
XXII. *De veritate ſecundæ.*
XXIII. *De veritate tertiæ.*
XXIV. *De veritate quartæ.*
XXV. XXVI. *De veritate quintæ, & ſextæ.*
XXVII. *De Oratione Dominicâ & ſeqq. Orationibus.*

Digitized by Google

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ LIBRI SEX.

LIBER PRIMVS.

DE REALI PRÆSENTIA CHRISTI IN SAcramento Euchariſtiæ, ex verbo Dei.

De hæreſibus circa præſentiam Corporis Chriſti in Euchar.

CAP. PRIMVM.

[QVI Primò negarunt Chriſti corpus in Euchariſtia, illi videntur eſſe, qui audito, duntaxat, Chriſto diſſerente Ioan. 6. offenſi ſunt, & ex diſcipulis quidam abierunt retrò. Iudam inter iſtos non credentes annumerat [a] Chryſoſtomus: & [b] Aug. *Manſiſſe tamen* (inquit) *cum Chriſto nõ ad intelligendum, & credendum, ſed ad inſidiandum.*

Secundò, veriſimile eſt fuiſſe Corinthios illos à [c] Paulo reprehẽſos, propterea enim vt [d] Auguſt. obſeruat cum dixiſſet Apoſtolus *Iudicium ſibi manducat, & bibit:* ſubiunxit, *non diiudicans corpus Domi-*

[a] *homil.* 46. *in Ioan.*
[b] *tract.* 27. *in Ioan.*
[c] 1.*Cor.* 10. & 11.
[d] *epiſt.* 118. *cap.* 3.

ni, id eſt non diſcernens ab aliis cibis.]

[e] Tertiò, fuerunt Simoniani & Menandriani de quibus [f] Ignatius: *Euchariſtias* (inquit) *& oblationes non admittunt, eò quod non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris noſtri.*

[Quartò, Gnoſtici circa an. 129 quorum magiſter Carpocrates, apud [g] Iræneum. Quintò, Marcion circa an. 155. ſenſit (vt [h] refert Tertull.) Chriſti corpus in hoc Sacramento, non fuiſſe carneum, ſed panaceum. Sextò eodem tempore Marcus, & diſcipuli eius aſſerebant, teſte Irenæ. 1. cap. 9. in Euchariſtia corpus Marci non Chriſti eſſe. Septimo, Arcontici, circa an. 160. Euchariſtiam deteſtabantur, apud Epiph. hæreſ. 40. Octauò, circa an. 273. Manichæi docuerunt 1. Euchariſtiam nõ eſſe corpus Chriſti per cõſecrationem ſed quia eſt vbique. 2. Non eſſe illud corpus quod nobiſcum hîc habuit, ſed aliud à Deo creatum, vide Aug. 20 contra Fauſtum 13. & Leonem ſerm. 6. de ieiunio ſeptimi menſis. Nono, Arianus quidam apud Cyrillum Alexandr. 10. in Ioan. 13. exiſtimauit in Euchariſtiâ, tantùm gratiam ſpiritualem participari, virtute diuinitatis, non autem ſumi ipſam Chriſti humanitatem. Decimo, [i] Donatiſtæ circa an. 358. qui canibus Euchariſtiam proiecerũt. Vndecimo, [k] Meſſaliani circa an. 370. docuerunt Euchariſtiam eſſe rem indifferentem, nec obeſſe, aut prodeſſe. Duodecimo, [l] Vrbicus quidam tempore Auguſtini negabat carnem Chriſti in Euchariſtiâ. Decimo tertio, circa an. 427. Neſtorius negauit in Euchar. ſumi carnem verbo vnitã quem refellit Cyrillus in declaratione Anathematiſmi. 11. Decimo quarto, circa an. 700. magis ſerpſit hæreſis Sacramentariorum vt ex Damaſc. qui tunc temporis floruit, conſtat 4. fid. 14]

[e] [*hos ponit primos Bellarminus, fortaſsè quia primi manifeſtè carnem Chriſti non eſſe in Euchariſtiâ dixerunt: non ratione ipſius Euchariſtiæ, ſed quod negarent Chriſtum verã habuiſſe carnẽ. vnde nullus veterum primis 600. annis diſputat* (inquit Bellar.) *contra hũc errorem.*]

[f] *Epiſtol. ad Smyrnenſes apud Theodor. Dialogo 3. poſt medium quinque foliis ante finem.*

[g] *1. cap. 24.*

[h] *5. in Marcionem.*

[i] *apud Optatum 2. in Parmen. paulò poſt medium.*

[k] *apud Theod. 4. hiſtor. 10. initio.*

[l] *apud Auguſtinum epiſtol. 86. quo aſſerit panem in Eccleſiâ ſucceſſiſſe pecori in Synagoga: quaſi non ſit verum corpus Chriſti in Euchariſtia, vt ibi Aug. Vrbicum carpit.*

Decimo quinto, circa an. 781. [m] Iconomachi vnicam eſſe imaginem Chriſti [n] affirmarunt nimirum panem, & vinum in Euchariſtiâ, qua repræſentatur Chriſti corpus, & ſanguis.

Decimo 6. circa 800. annũ tempore Caroli magni quidam Ioannes Scotus, corpus Chriſti in Euchariſtia figuratè ſolum eſſe ſcripſit: cuius librum damnatum fuiſſe in Concilio Vercellenſi teſtatur [o] Lantfrancus.

Decimo 7. Bertramus tempore Caroli Craſſi circa an. 886. cuius liber extat damnatus in indice Cõcilij Trident. quem confutauit Paſchaſius Abbas Corbeienſis, qui ipſo floruit tempore. [Quanquã nonnulli putant hunc non eſſe Bertrami, quem in catalogo Scriptorum vt pium, & doctũ Trithemius numerat, vel certè librum ab hæreticis corruptum.]

Decimo 8. circa ann. 1050. [p] Berengarius Archidiaconus Andegauenſis hunc errorem maximè propagare cæpit.

Decimo 9. circa ann. 1140. Henricus quidam cum Petro Bruis, (vnde Henriciani, & Petrobruſiani) aſſeruit in vltima tantùm cœna verè datum, ſub ſpecie panis, corpus Chriſti: deinceps meram eſſe deceptionem. hos refutauit [q] Petrus Cluniacenſis.

Vigeſimò, [r] Albigenſes circa ann. 1208. ſimpliciter negarunt Chriſti corpus in Euchariſtia.

Vigeſimo primò, Flagellantium [t] author circa ann. 1350.

Vigeſimo 2. [u] wiclef circa ann. 1370.

Vigeſimo 3. [x] huius libris poſt an. 1400 in Bohemiã delatis, hunc errorem Iacobitæ in Bohemiam hauſerunt. Contra wiclef, ſcripſit [y] Tho-

m [Hos Bellarminus conſtituit primos qui in quæſtionem reuocauerint (ſcilicet directè) veritatẽ corporis Chriſti in Euchariſtiâ.]

n vt refertur 7. Synodo act. 6. tom. 3. in fine.

o in ſuo libro de veritate corporis, & ſanguinis domini in Euchariſtiâ.

p qui adeo hunc propugnauit, & propagauit errorẽ vt author ipſius dicatur, refutarunt Berengariũ Lantfrancus, Guitmundus, Algerus.

q tract. de Sacrificio.

r apud Antoninum par. 4. ſum. Theolog. tit. 11. cap. 7. §. 5. t *teſte Bernardo Lutzemburg. in Catalogo hæreticorum.* u *4. Trialogi 2.*

x vt refert Æneas Sylvius libro de Origine Bohemorum cap. 35.

y 2. tom. de Sacrament.

mas waldenſis.

Vigeſimo 4. Carolſtadius [z] Archidiaconus witembergenſis, ac Lutheri diſcipulus primarius. Quem ſequuti ſunt [a] Huldricus, Zuinglius Tigurinus paſtor, antea Lutheranus, [b] Ioannes Oecolampadius, [c] Henricus Bullingerus [d] Bernardinus Ochinus, & Petrus martyr. libro de Euchariſtia contra Stephanum Gardinerum.

Vigeſimo quinto Caluinus paſſim in [e] inſtitutionibus & nominatum [f] libro de cœna Domini nominatim Lutherum reprehendit [quod ſcilicet agnoſcat realem corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia] & Zuinglium [quòd velit Euchariſtian eſſe nudum ſignum] ſeque putat nouam introducere ſententiam: ſed reuera quæ à Zuinglio non diſcrepat: quamuis eam obſcurè Caluinus proponat.

Primò docet Symbola cœnæ tantùm eſſe in terrâ, corpus Chriſti tantùm in cælo: ita in fine conſenſus cum paſtoribus Tigurinis.

Secundò, nihilominus coniuncta eſſe, non ſolùm quia vnum eſt alterius ſignum, ſed quia cum ſigno, *In cœna* (inquit) *datur nobis corpus Chriſti, vt ſit animis noſtris in cibum ſalutarē, hoc eſt ſubſtantia corporis Chriſti paſcuntur animæ noſtræ, vt verè vnum efficiamur cum eo.*

Tertiò, non poſſe ingenio cōprehendi quomodo id fiat, ſed fide credendum. At quia vidit incredibile eſſe, *corpus Chriſti tantum eſſe in cælo, & tamen ſumi in terra* docuit.

Quartò, [i] non ipſum corpus, ſed quandam eius vim ſubſtantialem ad nos deſcendere per Spiritum ſanctum: quomodo virtus Solis in terram traiicitur, vbi videtur per vim ſubſtātialem, ſolum intelligere qualitatem aliquam.

[k] Quintò communicationem iſtam, ſiue corpo-

[z] *an.* 1524. *vel* 1525. *quo pro hac hæreſi edidit librum.*

[a] *libro de vera & falſa Religione eodē an. quo Carolſtadij liber.*

[b] *Apoſtata ex Monacho Brigittano, libro de genuina expoſitione verborum:* HOC EST CORPVS MEVM.

[c] *Zuinglius ſucceſſor in Tigurina ſede, Apologiâ pro Zuinglio cōtra Lutheranos.*

[d] *libro de Cœna domini cōtra weſtphalū.*

[e] *primò editis an.* 1536. *ſecundò, auctis. an.* 1539. *tertiò,* 1559. *mutatâ formâ quatuor libris comprehenſis.*

[f] *edito* 1540. *Gallicè poſt* 5. *annos latinitati donato a Nicolao Gallaſio.* [g] *in* 26. *Math.*

[h] 4. *Inſtit.* 17. §. 7. [i] *ſupra* §. 12. [k] *ſup.* §. 32.

ris ſiue virtutis è corpore Domini, per fidem fieri, quæ apprehendat Chriſtum in cœlo exiſtentem eumque faciat noſtrum, vt eius bonis participare valeamus.

l §.33. & 34.

Sextò, [l] improbos non percipere corpus Chriſti, licet ſymbola ſumant, quia non credunt.

m §.2.

Septimò, [m] hæc ſymbola ſolum teſtari, & confirmare ſumentem, iam habere fidem, atque corpus Chriſti. Quod quidem repugnat Sexto, nam ſi dentur impiis: ergo etiam teſtantur impios fidem, & corpus Chriſti habere.

Sententia Eccleſiæ Catholicæ iuxta Concilium Tridentinum.

CAP. II.

n *ſeſſ.13 ca. 1.*

TExtvs [n] Concilij. *Principio docet ſancta Synodus, & aperte ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis, & vini conſecrationem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum, atque hominem verè realiter, ac ſubſtantialiter, ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium, contineri.* Quibus docet.

Primò, *poſt confectionē Sacramenti huius, adeſſe corpus Chriſti*, contra Lutheranos, & vbiquiſtas, qui ante conſecrationem adeſſe volunt: & contra Caluiniſtas, qui volunt Euchariſtiam eſſe ſignum coniunctionis cum Chriſto, antea factæ per fidem.

Secundò, *Sacramenti confectionem, eſſe panis conſecrationem, & vini*, ac proinde vi conſecrationis nobis exhiberi corpus Chriſti, contra Vbiquiſtas qui vi omnipræſentiæ illud exhiberi contendunt.

Tertiò, *Totum Chriſtum eſſe in Sacramento*, vt explicatur clarius [o] can.1. ſeſſ. 13. corpus quidem, ac ſanguinem vi Sacramenti: id enim ſolum exprimitur in forma verborum: cætera, per naturalem

o *Si quis negauerit in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, contineri verè realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac*

concomitantiam, contra Lutherum p qui eam in dubium reuocat.

Quartò, *Chriſtum eſſe verè in Sacramento*, contra omnes Sacramentarios qui figurate tantùm adeſſe contendunt.

Quintò, *Realiter*, contra Caluiniſtas, qui volunt adeſſe ſolùm apprehenſum per fidem.

Sextò, *Subſtantialiter* contra eoſdem qui pro ſubſtantia corporis Chriſti, virtutem quandam, ſeu vigorem introducunt.

Septimo, *corpus Chriſti ſub illis ſpeciebus ſenſibilibus contineri*, contra fraudulentiam q Bezæ, qui verè, & realiter eſſe præſens in cœna faſſus, intellexit in cœna beatorum, non autem ſub ſpeciebus panis, & vini. Inde poſſunt quædam regulæ deduci de modo loquendi dumtaxat.

proinde totum Chriſtum: ſed dixerit tãtummodo eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute. Anathema ſit.

p *libro ad waldenſes de Euchariſtia.*

q *in Confeſſ. ſua edita an.* 1556.

Prima, *Nomina ſubſtantiua, quæ dicuntur de Chriſto, ſiue eius corpore extra Sacramentum, dicuntur etiam de ipſo, vt eſt in Sacramento.* Quia nomina ſubſtantiua ſignificant naturam rei abſtrahendo à modo: natura autem rei, & eſſentia omnium quæ ſunt in Chriſtò vere in Sacramento eſt. Quare veriſſimè dicimus in Sacramento corpus, càrnem, ſanguinem, &c. eſſe.

Secunda, *Nomina adiectiua & aduerbia quæ ordinem dicunt, ad circunſtantia corpora, non dicuntur, de Chriſti corpore, vt eſt in Euchariſtiâ, licet dicantur de eo vt eſt in cœlo: alia verò dicuntur.* Quia corpus Chriſti propter modum exiſtendi in Euchariſtia peculiarem, non dicit vllum ordinem ad circunſtantia corpora. Quare non dicimus corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe ſecundum ſe tangibile, vel tangibiliter, viſibile, viſibiliter, &c.

Tertia, *verba quæ ſignificant corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia abſtrahendo à modo exiſtendi cum ordine ad alia, ſimpliciter affirmari poſſunt, reliqua non item.* Quare dicitur rectè corpus Domini, eſt, continetur, ſumitur, in Euchariſtia.

Quarta, *Quamuis corpus Chriſti in Euchariſtia per ſe*

non videatur, nec tangatur, nec moueatur : *tamen ratione ſpecierum, ſiue accidentium quibus eſt coniunctum, poteſt dici, videri, tãgi*, &c. Quia ſpecies illæ verè videntur, tanguntur, mouentur: Ergo quod eis conuenit tribuetur ei cuius dicuntur ſpecies 1. quia [r] Angeli dicebantur videri, & tangi quando videbantur, vel tangebantur corpora aſſumpta. 2. quia [s] Ioannes ait ſe vidiſſe Spiritum ſanctum, cùm tantùm vidiſſet columbam 3. quia PP. eo modo loquuntur de corpore Chriſti. [t] Chryſoſt. homil. 83. [v] Cyrill. [x] Aug.

Quinta, [y] *verba ſignificantia localem motum verè, & propriè dicuntur de corpore Chriſti in Euchariſtia ratione, ſpecierum, licet per accidens.* Quia realis præſentia Chriſti neceſſario requirit, vt motis ſpeciebus moueatur & corpus per accidens, quomodo anima mouetur ad motum corporis.

Sexta, [z] *cætera verba quæ alias ſignificant mutationes, vel actiones dicuntur quidem de corpore Chriſti ratione ſpecierum, ſed impropriè, & figuratè.* Quia oporteret alioquin eas mutationes vel recipi immediatè in corpore Chriſti: & hoc non, vt patet: vel mediantibus ſpeciebus, aut quia inhærent corpori, & hoc falſum : aut propter communicationem idiomatum: ſed neque id etiam, quia ſequeretur primò, Chriſtum in Euchariſtia dici poſſe album, rotundum, calefactum, frigefactum, acidum, quemadmodum propter idiomatum communicationem dicitur paſſus, vulneratus, mortuus, &c. 2. tribuerentur ſpeciebus, Chriſti attributa, quod eſt inauditum 3. non liceret dicere carnem Chriſti videri, tangi, ſed Chriſtum, non enim per communicationem idiomatum attributa vnius naturæ de alia dicuntur, ſed tantum de ſuppoſito. At PP. citati de carne ipſa loquuntur.

[r] *Geneſ. 19. & libro Tobiæ paſſim.*
[s] *Ioan. 1. v. 33.*
[t] *ipſum vides* (inquit) *ipſum tangis, ipſum comedis.*
[u] *12. in Ioan. 58.*
[x] *ſerm. 2. de verbis Apoſt. Quod in Sacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritualiter manducatur.*
[y] *eſt Petri à Soto lect. 6. de Euchariſtia.*
[z] *eiuſdem à Soto.*

Ex

Ex figuris Teſtamenti veteris demonſtratur præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia.

CAP. III.

PRIMO, figuræ neceſſario debent rebus figuratis inferiores eſſe. figuræ autem Euchariſtiæ vel ſunt excellẽtiores, vel non inferiores ſimplici, & naturali pane ſignificante corpus Chriſti. Igitur Euchariſtia non eſt ſimplex, & naturalis panis ſignificans Chriſti corpus, ſed ipſum corpus verè.

Minor 1. probatur ex Coloſſ. 2. quo Paulus figuras Teſtamenti veteris comparat vmbris, impletionem earum corpori. 2. quia figura ſeruit veritati, ac per eam impletur.

Minor probatur Primò, ex figuris æqualibus pani. Prima, [a] Panis Melchiſedech, quem geſſiſſe Euchariſtiæ figuram docent [b] Chryſoſto. [c] Cyprian. [d] Arnob. [e] Ambroſius, [f] Hieron. &c. ſecunda [g] Panis propoſitionis, [h] qui ſolùm à puris, & ſanctificatis comedi poterat. Tertia panis primitiarum. Quarta panis quo roboratus Helias 40. dierum ambulauit ſpatio vſque ad montem Oreb. 3. Reg. 19.

Secũdò, ex figuris pane prę̃ſtãtioribus. Prima eſt Agnus Paſchalis, qui ſi conſideretur vt res naturalis, proculdubio excellit, ſi vt ſymbolum externũ, melius ſignificatur corpus Chriſti, carne Agni, quam pane: mors Chriſti, morte Agni quam fractione panis: Chriſti manſuetudo, & huiuſ. proprietates, anniculi agni proprietatibus, quam panis. Si conſideretur ratione effectus Sacramẽti, melius nutrit caro quam panis, & excitat aptius fidem. Nam melius repræſentat Chriſti mortem. Secunda

[a] *Geneſ. 14.*
[b] *homil. 35. in Geneſ.*
[c] *2. epiſt. 3.*
[d] *in Pſal. 109.*
[e] *4. de Sacra. 3.*
[f] *in 26. Math.*
[g] *Exod. 40. verſ. 21.*
[h] *1. Reg. 21. figuram fuiſſe Euchariſtiæ docent Hierony. in 1. ad Titum Cyrill. Catech. 4. Damaſc. 4. cap. 14.*
[i] *Leuit. 23. v. 17. vnde Irenæ. 4. cap. 23. vocat Euchariſtiam primitias diuinorum munerũ in nouo Teſtamento.*

k *v.* 8.
l *v.* 20.
m *v.* 20.
n *verſ.* 28.
o *Ioan.* 13. *v.* 34. ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, *ſicut dilexi vos* καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

ſanguis Teſtamenti [k] Exodi 24. & [l] Hebræor. 9. tùm quia Lucæ 22. Dominus dixit [m] *Hic calix nouũ Teſtamentum eſt, in meo ſanguine.* Igitur in ipſa cœnâ teſtamentum inſtitutum fuit. tùm quòd videtur Dominus de induſtriâ vti voluiſſe iiſdem ferè verbis quibus Moyſes. [n] *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti* inquit Math. 26. tùm quia propoſuit etiam legem, vt fecerat Moyſes: [o] *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem* & aſperſit ſanguine ſuo Apoſtolorum pectora: quorum neutrum in paſſione legimus factum. Denique quia Teſtamentum fieri debet ab homine libero, ante mortem, coram teſtibus & per aliquod inſtrumentum publicum, ad rei memoriam: Chriſtus in cœna adhuc liber erat, in paſſione vinctus à Iudæis: illic teſtes aderant Apoſtoli, & publicum conditum inſtrumentum, memoriale nimirum Sacramentum Euchariſtiæ, in paſſione inimici aderant, non teſtes (excepto Ioanne) nec vllum factum inſtrumentum. At ſanguis verus melius quam vinum repræſentat ſanguinem Chriſti.

p *verſ.* 58.
q *in* 6. *Ioan.*
r 5. *de Sacrament. cap.* 1.
ſ *verſ.* 18.

Tertia figura, eſt manna 1. ex Ioan. 6. [p] *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: qui manducat hunc panem viuet in æternum.* 2. ex 1. Corinth. 10. quo Apoſtolus comparat Baptiſmo mare rubrum, & Manna Euchariſtiæ. 3. ex PP. [q] Chryſoſt. Cyrill. Theophyl. Auguſt. [r] Ambroſ. 4. ex ſimilitudine inter manna, & Euchariſtiam: manna data eſt in deſerto, poſt tranſitum maris rubri, dum pergerent ad terram promiſſionis: Euchariſtia datur in huius vitæ deſerto, dum poſt Baptiſmum tendimus ad patriam beatam. Licet aliqui parum, aliqui multum collegiſſe viderentur de manna, omnes tandem eandem inueniebant menſuram [ſ] Exodi 16. Euchariſtiæ virtus, & fructus tam ſub paruâ parte ſpecierum quam ſub magna poſſidetur. de manna multi murmurauerunt & perierunt: de Euchariſtiâ nunc multi indignè conqueruntur & peribunt, niſi pœniteant. At manna aliquid

erat præſtantius ſimplici pane. Nam compoſitum fuit Angelorum manibus, pluebat è cœlo, [t] habuit omnem ſaporem, [u] & cuique ſapiebat quod deſiderabat: æquâ ſumebatur menſurâ; quæ omnia mirificè Euchariſtiam ſignificant. Panis verò Euchariſtiæ fit manu piſtorum, prodit è furno, nil niſi panem ſapit, & non eſt æqua vbique ſumentibus menſura.

[t] *Sapien.* 16. *v.* 20.
[u] *v.* 21.

[Probatur ſecundò noſtra propoſitio.

Agnus Paſchalis quatenus occidebatur erat figura immolationis Chriſti in cruce, quatenus manducabatur, erat figura Euchariſtiæ. nec enim ſatisfeciſſet præcepto celebrationis Paſchæ qui ſolùm immolaſſet agnum, vnde multò accuratius de eſu, quam eius immolatione agitur. At vt impleretur figura immolationis, debuit ipſummet corpus Chriſti immolari in cruce. Igitur vt impleretur figura manducationis debuit reuera ipſummet corpus manducari, non autem figuratè: alias nuſquam illa impleretur figura.

Obijcitur, prius agnus fuit occiſus, deinde manducatus. At cœna corporis Chriſti eſt prior immolatione.

Reſpondeo 1. parum referre ad veritatem corporis Chriſti, quem ſeruauerit ordinem: Nam manna fuit poſt occiſionem Agni Paſchalis datum: & tamen illud Euchariſtiam, hæc mortem Chriſti ſignificat. 2. non poterat comedi Agnus, niſi occideretur, & proinde immolatio præcedere debebat. At Chriſtus ſumitur viuus, & viuificans, & proinde nec mors præcedere debet. 3. in ipſa etiam cœna immolationem eſſe, quamuis incruentam.]

futuram,antiqua rem ſignificantia præſentem.] At poſitâ huiuſmodi cõparatione, intrinſeca eſt etiam vtriſque ſubſtantia,ſiue res ipſa,quâ conſtant. Ergo ſi illa in antiquis excellat,quia melius ſignificat, erunt ſimpliciter in ratione Sacramẽti noſtris præſtantiora. 2. Scripturæ & PP. non dicunt Sacramenta noſtra veteribus excellere,quia melius ſignificãt, ſed quia ſunt res figurata, illa figuræ.ergo res ipſæ ſunt conſiderandæ. At quis dubitat manna & Agnum ſecundum ſe meliora eſſe pane ex furno? [3. ratio figuræ in antiquis, figurati in noſtris, poſita hac comparatione, eſt etiam, vt patet, intrinſeca. At ſi æqualiter vtraque rem exhibent, tota peribit ratio figuræ, & figurati propriè. Nam nihil erit in figurato, quod non inueniatur in figura.]

Merito ergo dixit [c] Hierony. *Tantum intereſt inter panes propoſitionis, & corpus Chriſti, quantum inter vmbram, & corpora, inter imagines, & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipſa, quæ per exemplaria figurabantur.*

Ioannis 6. ab illis verbis: [a] Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vitâ: *& deinceps ferè ad finem capitis agi de Euchariſtiâ.*

CAP. V.

NEGANT [b] hæretici ferè omnes. affirmant omnes ferè [c] Catholici.

Primò, quia ſi panis eo ſignificaret loco Chriſtum vt ſola percipitur fide, ſine vllâ ad ſpecies Sacramentales relatione: poſtquam dixerat Dominus de dono patris in præſenti. [d] *Pater meus dat vobis panem de cælo verum*, non dixiſſet, in futuro de ſuo dono

[c] *in 1. ad Titum.*

[a] *v. 51.*

[b] *Lutherus de capt. Babyl. cap. 1. Calu. 4. Inſtit. 17. §. 33. Kemnit. 2. par. Examin. pag. 657. ad caput. 1. ſeſſ. 21. Petrus Martyr contra Gardinerum par. 1. ad ſolutionem 32. obiectionis.*

[c] *Exceptis Gabriele lect. 84. ſupr. can. Miſſæ Cuſano epiſt. 7. ad Bohemos Caiet. 3. p. q. 80. ar. vlt. Tappero expl ar. 15. Louanienſ. Heſſelio libro de Cõmunione ſub vtraque ſpecie. Ianſenio cap. 59. Concordiæ.*

[d] *v. 32.* ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.

ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vitâ.* Nam manducatio per fidem, eſt omnium temporum.

Secundò, tanta eſt horum ſimilitudo verborum cum verbis cœnæ, vt planè ſcriptura videatur clamare illic reddi quod hic promittitur. Illic: [e] *Accipite, & manducate, hoc eſt enim corpus meũ,* [f] *quod pro vobis datur.* hîc: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt,* &c.

[e] *Math.26.v.26.*
[f] *Luce 22.v.19.*

Tertiò, litigantibus Iudæis & murmurantibus diſcipulis de verbis Domini (ſcilicet quod intelligerent aliquid mirandum, & nouum proponi) non ſolũ ſententiam aut verba minimè correxit ſed iterum dixit: [g] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* &c. At ſi per *manducare,* intellexiſſet. *credere* immeritò cum tanto auditorum offendiculo rem totam obſcuritatibus inuoluiſſet, cum vnico verbo facilè res explicare poſſet.

[g] *v. 53.*

Quartò, ſi loqueretur de fide, parabolice loquutus fuiſſet. At ſolebat parabolas ipſemet explicare diſcipulis, vel aliquid præponere vnde diſceremus eſſe parabolam. Hic autem nihil habetur ſimile. Ergo, *&c.*

Quintò, perceptio Chriſti per fidem, cùm vno fiat modo, non eget ita diſtinctè toties exprimi per. Manducare carnem, bibere ſanguinem, cùm manducare, & bibere per fidem, ſint idem. Ergo ſignificare voluit modum carnem, & ſanguinem ſuum ſumendi, qui planè perit, ſi ſpecies Sacramentales tollas.

Sextò, cõparatio inter Manna, & corpus Chriſti quæ hîc fit, non eſt ratione fidei in Chriſtum. Nam ait panem à ſe dandum præſtantiorem: At ratione perceptionis per fidem, Manna æqualiter præſtabat. Ergo comparatio ſumitur ratione Sacramenti.

Septimò, ſicut dixerat Nicodemo Chriſtus: [h] *Niſi quis renatus fuerit,* &c. ita hîc, *niſi manducaueritis carnem filij hominis,* &c. ſicut mirabatur Nicodemus, nec capere poterat hanc regenerationem, ſic nec

[h] *Ioan.3.*

diſcipuli hanc manducationem. Ergo ſicut illic de vero agit Sacramento: ita eſt hic.

Octauò, quia Concil. Alexandr. approbatum [i] in Epheſino, ſeptimum [k] generale, & [l] Tridentinum hunc locum Ioan. de Sacramento Euchariſtiæ intelligunt.

Nono, item omnes Ioannis veteres interpres. præterea, [m] Origenes [n] Athanaſ. [o] Baſilius, [p] Cyrillus Hieroſoly. [q] Theophilus Alexandr. [r] Epiph. [s] Theodoretus, [t] Damaſcenus, [u] Cyprianus, [x] Hilarius, [y] Ambroſ. [z] Heſichius, [a] Emiſſenus [b] Hierony. [c] Auguſt. [d] Leo, [e] Caſſiodor. [f] Haymo, Sedulius, [g] Primaſius, [h] Gregor. [i] Iſidorus, Bernardus ſerm. 1. in vigilia Natiuit. Ex recentioribus [k] Paſchaſius, [l] Adelmannus, [m] Guitmundus Scholaſtici cum magiſtro, 4. diſtinct. 10. walden. tom. 2. de Sacramentis cap. 92. & 94. Gerſon. lib. 2. de Communione Laicorum. Lyran. Carthuſian. in hunc locum Ioan. & Sanderus libro integro hac de re

Reſpondent Ruardus & Ianſenius, Patres accommodaſſe verba Ioan. ad Sacramentum Euchariſtię in homiliis ad populum. Contra 1. multi eorum idem ſcripſerunt in commentariis in quibus literalis ſenſus exponi debet. 2. quia hoc modo poſſet euacuari vis cap. 3. Ioan. pro Baptiſmo, ac dici hunc locum pro ratione populi ad Baptiſmum à PP. transferri.

Decimo, alioquin ſequeretur. 1. Ioannem diligentiſſimum præcipuorum Chriſti myſteriorum ſcriptorem nihil de hoc Sacramento dixiſſe. 2. nullibi explicaſſe nobis Chriſtum huius Sacramenti fructum, aut excellentiam, cùm id tam ſæpè

[i] *Epiſtol. ad Neſtorium.*
[k] *act. 6.*
[l] *ſeſſ. 13. cap. 2.*
[m] *homil. 7. in Numeros.*
[n] *homil. in illud: Qui dixerit verbum in Filiũ hominis.*
[o] *1. de Bapt. 3.*
[p] *Catech. 4.*
[q] *2. Paſchali.*
[r] *hæreſ. 55.*
[s] *4. hiſtor. 11.*
[t] *4. fid. 14.*
[v] *ſer. de orat. Dominica.*
[x] *8. Trinit.*
[y] *6. de Sacr. 1.*
[z] *6. in Leuiticum.*
[a] *homil. 5 de Paſchate.*
[b] *in 1. ad Epheſ.*
[c] *ſerm. 2 de verbis Apoſtoli.*
[d] *ſerm. 6. de ieiunio. 7 menſis.*

[e] *in Pſal. 109.* [f] *in 10. & 11. prioris ad Corinth.*
[g] *7. Moralium 4.* [i] *1. officior. diuinor. 18.*
[k] *libr. de Sacramen. cap. 14.* [l] *epiſt. ad Berengarium.*
[m] *lib. 3. & Algerus lib. 1. cap. 10. 12. 17.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. VII.

PRima, [a] Cœna Domini inſtituta fuit pridiè paſſionis, hic ſermo Ioan. 6. anno integro ante paſſionem. Ergo in eo non agitur de cœnâ.

[a] *Lutheri, & Kemnitij.*

Negatur conſeq. nam promittitur Ioan. 6. quod inſtituitur & exhibetur poſtea Math. 26.

Secunda. [b] Ergo ſicut ex Ioan. 6. colligitur cõmunicari poſſe ritè ſub vna ſpecie, quia dicitur: [c] *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Ita dici poterit in cænâ, ſolam adhibendam aquam, quia dictum eſt Ioan. 4. [d] *Qui biberit ex aquâ quam ego ei dabo non ſitiet in æternum.*

[b] *Lutheri.*

[c] *v.* 58. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

[d] *v.* 14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

Negatur, quia Ioan. 4. non agitur de cœnâ, ſed vt explicat Euangeliſta: [e] *De ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.*

[e] *Ioan.* 7. *verſ.* 39. τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν.

[d] Tertia, Ioan. 6. differitur de manducatione panis cæleſtis vitam dantis. At ſola manducatio ſpiritualis per fidem, dat vitam.

Negatur Minor, nec refert requiri fidem vt Sacramentalis manducatio det vitam. Nam non requiritur niſi vt diſpoſitio, cùm ipſum Sacramentum, ex ſe ſemper ſit efficax.

[d] *eiuſdem, & Petri Martyris ſup.*

Quarta, Dominus dixit ſine hac manducatione neminẽ viuere poſſe. At tam arctum præceptum, nequit de Sacramentali intelligi manducatione: alioquin perirent infantes, & omnes ob impedimentum aliquod, communione priuati.

Reſpond. 1. concludere etiam, nec de fide actuali, ſiue manducatione ſpirituali intelligi poſſe: infantes enim actu credere nequeunt 2. Chriſtum loqui tantùm de adultis, qui vel reipſa, vel in voto

tenentur hoc percipere aliquando Sacramentum, tùm quia non eſt inſtitutum niſi ad conſeruandam vitam ſpiritualem iis qui eam amittere poſſunt, cuiuſmodi non ſunt infantes, tum quòd non dixit Chriſtus: *Niſi quis manducauerit*, ſicut dixerat, *Niſi quis renatus fuerit*, ſed, *Niſi manducaueritis*, vt indicaret alloqui circunſtantes, & in eis omnes adultos, tùm quia carnem ſuam, panem vocat: infantes autem lacte, non pane veſcuntur. Denique illa verba: *Niſi manducaueritis*, aut ſonant præceptum, aut medium ad ſalutem, ſi prius, aut ad infantes nõ pertinet, aut excuſantur propter omnimodam naturalem impoſſibilitatem [nec enim ſimile eſt de Baptiſmo, qui ab aliis pro infante procurari poteſt, & ab ipſo infante percipi.] Si poſterius, ſolùm erit medium iis qui vitam amittere poſſunt ſpiritualem.

Quinta, Aug. 1. in Iulianum docet infantes carnem manducare Chriſti, quatenus communicant fidei.

Reſpondeo, Aug. exponere hunc Ioannis locum de manducatione Sacramentali, quam infantibus [e] tribuit non in re, ſed voto, non explicito, ſed implicito. In quantum dum baptizantur naſcuntur in Chriſto, & qui naſcuntur appetunt naturaliter cibum: proinde & illi, virtualiter Euchariſtiam appetunt.

[e] *Nam 3. de peccator. mer. 4. docet infantes communicare corpori Chriſti in ipſo Baptiſmo, & ita implere præceptum de ſumptione Euchariſtiæ.*

Sexta, tract. 25. in Ioan. *vt quis paras dentem* (inquit) *& ventrem? crede, & manducaſti.* & tract. 26. *Credere in eum, hoc eſt manducare panem viuum.*

Reſpond. loqui de fide Incarnationis, nondum enim Auguſt. peruenerat ad locum Ioannis quo de Sacramento agitur.

Septima, is percipit carnem Chriſti, qui, [f] vt inquit idem Aug. manducat corde, non qui premit dente.

[f] *ibidem.*

Reſpondeo, non tamen excludere eſum Sacramenti, ſed ſolùm oſtendere velle, finem huius eſſe, animas paſcere: quod fieri nequit niſi manducetur corde, quantumuis dente prematur.

Octaua, [g] Clem. Alexandr. exponit per carnem & ſanguinem Chriſti, *verbum Dei*, [h] Baſilius, *doctrinam Chriſti, & myſticum eius aduentum.* [i] Hierony. *ſcripturas*, [k] Bernard. *paſſionem, & vitam Domini.*

Reſpondeo, eos expoſuiſſe myſticè, & non ad literam verba Chriſti. Myſticus autem non excludit literalem ſenſum.

Nona 3. de doctr. 16. docet Aug. Ioan. 6. figurate præcipi, vt ſuauiter recondamus in memoriâ, quòd caro Chriſti pro nobis crucifixa eſt.

Reſp. ſolùm velle, carnem Chriſti non eſſe communi cum aliis modo mâducandam, nimirum occiſam, diſſectam, & coctam: ſed tantùm hæc figuratè haberi, in quantum per veram carnis ſumptionem Chriſti, recolimus mortem, vulnera, & labores eius. 1. quia ideò dicit eſſe figuratè hunc intelligendum Ioan. locum, ne videatur ibi aliquod flagitium præcipi: quod contingeret equidem, ſi more alterius ſumeretur carnis, non autem ſi ſpiritualiter. 2. quia ipſemet in Pſal. 98. explicat ſe hâc in re ſolum contra Capharnaitas diſputare, *Qui carnaliter* (inquit) *putauerunt quòd præciſurus eſſet Dominus particulas quaſdam de corpore ſuo, & daturus illis.*

[l] Decima, cum Ioan. 6. dixiſſet Dominus: [m] *operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet*: Interrogauerunt Iudæi: *Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* reſpondit, *Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit.* Ergo credere eſt cibum operari.

Reſpondeo, in illo capite agi de triplici pane. 1. de materiali quem multiplicauerat. 2. quia Iudæi ſolum quærebât viſibilem panem, monuit vt alium operarentur cibum, id eſt ſatagerent Chriſtum per fidem habere, qui eſt verus cibus, non autem ipſa fides, vt Zuinglius putat. 3. inde tranſit ad Eucha-riſticum panem: loco autem in argumentato, citato agit tantum de pane ſecundo.

Vndecima, [n] multi Sacramentum corporis Chriſti ſumunt, & in animâ pereunt. At dicitur

[g] 1. *Pædag.* 6.
[h] *epiſt.* 141.
[i] *in Pſal.* 147.
[k] *in* 3. *verſ. Pſal.* 90.

[l] *Zuinglij libro de verâ, & falſa Religione.*
[m] *v.* 27. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον *in vitam æternam* 28. τί ποιῶμεν ἵνα ἐργαζώμεθα ἔργα τοῦ θεοῦ 29. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.
[n] *Zuinglij.*

& biberitis eius ſanguinem, &c.

Reſpondeo, mens Legiſlatoris fuiſſe ſolum obligare ad res ipſas ſumendas id eſt carnem, & ſanguinem, quarum vtraque tam æquè ſumitur ſub vna, quam ſub altera ſpecie. 1. quia fructus huius perceptionis oritur ex rebus præceptis, fructus autem tam æquè ſumitur ſub vna, quam ſub vtraque ſpecie. 2. quia ipſemet Chriſtus hoc idem explicans: [v] *Qui manducat me* (inquit) *viuet propter me.* non dixit qui bibit meum ſanguinem. vt intelligeremus ſufficere ſolius panis ſumptionem ad vitam ſpiritualem habendam.

[v] *v.57.* ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι᾽ ἐμέ.

Hæreticorum variæ expoſitiones verborum Domini HOC EST CORPVS MEVM.

CAP. VIII.

ANNO 1577. prodijt libellus in quo ducentæ dumtaxat numerantur expoſitiones: præcipuæ tamen ſunt nouem.

Prima, [a] Carolſtadij, *Hoc eſt corpus meum.* id eſt, *Hîc ſedet corpus meũ,*

Secunda, [b] Buceri, *Hac actio, corpus Chriſti repræſentat*: ſiue, *in hâc actione exhibetur corpus Chriſti.*

Tertia, [c] Ioannis Langi: *Corpus meum eſt hoc, nimirum panis, quia nutrit animas inſtar panis.*

Quarta, [d] Zuinglij. *Hoc, id eſt hic panis, ſignificat corpus meum.*

Quinta, Boquini. [e] *Hic panis dicitur corpus meum, propter idiomatum communicationem.* Conſtituit enim tres vniones, ex quibus idiomatum communicatio reſultat: vnam naturalem, *qualis eſt corporis, & animæ*: alteram hypoſtaticam, *qualis eſt Dei, & hominis in Chriſto.* tertiam Sacramentalem, *qualem eſſe*

[a] *libro edito Baſileæ ann.* 1524.
[b] *in Retractationibus ſuis.*
[c] *Annotatione ad 2. Apologiam Iuſtini.*
[d] *ſup. cap. de Euchariſt.*
[e] *in Examine libri Heshuſij.*

vult inter panem, & corpus Chriſti in Sacramento.

Sexta, [t] Oecolampadij: *Hic panis, eſt figura corporis mei*, ſiue, *hic panis eſt corpus meum, quia repræſentat meum corpus.*

Septima, Caluini. [g] *Hoc eſt efficax ſignum corporis mei, & proinde corpus meum dicitur, quia illud exhibet.*

Octaua [h] quorundam Caluiniſtarum, *Hoc eſt corpus meum.* id eſt, *vos diſcipuli eſtis corpus meum myſticum.*

Nona, quam [i] Lutherus excogitauit per iocum, ſeriò à nonnullis recepta, *Hic panis, eſt corpus à me factum.*

[t] *libro de genuinâ expoſitione horum verborum.*
[g] *4.Inſtit. 17. §. 21.*
[h] *apud Ianſen. cap.59. Cōcordia in illa verba: Niſi manducaueritis.*
[i] *libro: Quod verba Domini firmiter ſtent. ann. 27.*

Propriè, non figuratè explicanda eſſe illa HOC EST CORPVS MEVM.

CAP. IX.

PRIMÒ, Sacramenta à Deo inſtitui ſolent proprijs, & non Metaphoricis verbis. 1. ne erretur in eorum vſu. 2. quia id patet ex Sacramentis antiquis. 3. ex Baptiſmi inſtitutione, vel potius promulgatione aut præcepto, Ioan.3. nec refert vti voce *renaſcendi*: nam ſtatim explicatur: *ex aqua & Spiritu ſancto*: deinde vox illa ad Sacramenti eſſentiam non ſpectat, ſed ad effectum. At per hęc verba HOC EST CORPVS MEVM inſtituitur Sacramentum, vt omnes fatentur. Ergo. &c.

Secundò, nihil ſolet magis ſimpliciter, ac propriè explicari quam Teſtamentum 1. ne detur occaſio hæredibus litigandi 2. cùm vetus Teſtamentum inſtituitur [a] 24. Exod. omnia propriiſſimis & apertis explicantur verbis. 3. ex Teſtamentis [b] Iacob, [c] Dauid, [d] Tobiæ, [e] Matathiæ. 4. ex lege ciuil ff. de legat. 3. leg. *non aliter*. At hic Teſtamentum inſtitui nouum conſtat ex illis: *Hic eſt ſanguis*

[a] *& Hebr. 9.*
[b] *Geneſ. 49. v. 28.*
[c] *1.3. Reg. 2.*
[d] *Tobiæ 4.*
[e] *1. Mach. 2.*

mentum noui Teſtamenti.

Tertiò, pacta debent etiam propriiſſimè exprimi, ne locus relinquatur cauillis. Sed hic pactum quoque habetur: nimirum dandi hæreditatem æternam, ſi modo perſeueretur in cultu vnius veri Dei.

Quartò, præceptum, & dogma præcipuum non ſolet metaphoris inuolui in ſcriptura, niſi fortè clarius explicetur alibi. At hic haberi præceptum, & dogma præcipuum Chriſtianæ fidei nec aduerſarij negant, nullibi autem clarius explicatur. Ergo hic propriis exprimitur verbis.

Quinto, non Phariſæis, ſed Apoſtolis loquebatur Dominus. At illis tanquam futuris totius orbis magiſtris, & tunc quidem rudibus proponebat clariſſimè omnia: vel dicta obſcuriùs, exponebat deinde. Quomodo ergo in adeo re graui loqui incepiſſet obſcurè?

Sextò, vt cum debita reuerentia Sacramentum iſtud perciperent, veritatem illius intelligere debebant. At qua ratione niſi Dominus loqueretur propriè?

Septimò, nullum extat veſtigium aliter quàm propriè Domini verba vſurpanda eſſe 1. quia omnes ſacri huius res ſcriptores iiſdem vtũtur verbis. Math. Marcus, Lucas, Paulus: nullus veterum ea intellexit tropicè: imò [f] multi expreſsè docent eſſe accipienda propriè: nullus ſcripturæ aut fidei, aut explicationis Eccleſiæ locus nos cogit ea figuratè ſumenda. At ſi hoc non ſufficit ad probandum ea propriè vſurpanda eſſe, peribit in cæteris fides. [Pari enim ratione dicetur, verbi gratia, cum legimus: *Verbum caro factum eſt*, ſenſum eſſe, verbum ſignificatur ſiue figuratur caro factum, & ſimilia.]

[f] *vt Chryſoſt. & Theophyl. in hunc locum Cyrill. Catech. 4. Ambroſ. 4. de Sacram. 5. Cyr. Alexãdr. epiſt. ad Coloſirium.*

ſtitutionem alicuius ſigni cum nec quidem dicatur ſimili cæremonia vſum in inſtitutione Baptiſmi.

Ergo verè corpus ſuum in Sacramento inſtituebat.

Secundò, quia omnes hæreticorum interpretationes ſupr. cap. 8. ſunt falſæ.

Prima, tum quia Apoſtoli cernebant Chriſtum reuera ſedere. Ad quid ergo eos monebat ſe ſedere? tum quòd dum ait: *Hoc eſt*, &c. rationem reddit cur debeant accipere, & edere, vt patet ex ſimili phraſi in traditione calicis, apud Mathæum 26. v. 21. vbi dictio rationalis *enim* ponitur: *Hic eſt enim ſanguis*, &c. quæ autem ratio, *Edite, quia hic ſedeo?*

Secunda 1. quia inauditus eſt tropus, demonſtrãdo aliquid per pronomen *Hoc*, non intelligere ipſam rem demonſtratam, ſed actionem quæ circa verſatur 2. quia *Hic calix*, in conſecratione calicis nequit totam actionem ſignificare, eſt enim calix res quædam certa, & vna.

Tertia, 1. quia nõ debuiſſet dicere *Corpus meum eſt inſtar panis*: ſi non daretur corpus, ſed potius, *panis eſt inſtar corporis mei*, quia dabatur panis, & reficit, ſignificando, vel repræſentando corpus 2. quia Langus putat articulum græcum eſſe ſemper ſignũ ſubiecti in propoſitione, & proinde τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου idem eſſe ac, *corpus meum eſt hoc*. ſed fallitur, tum quòd articulus etiam ſequitur prædicatum, vt in illis [k] ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς: *vos eſtis ſal terræ*. Item, [l] vos eſtis τὸ φῶς lux. tum quia Paulus [m] dixit τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα.

[k] *Math.* 5. *v.* 13.

[l] *v.* 14.

[m] 1. *Corinth.* 11. *v.* 24.

Quarta 1. quia vel, *hoc*, accipitur adiectiuè. vel ſubſtantiuè: ſi prius nõ poteſt panem importare: debet enim cũ ſubſtantiuo cõcordare. Panis autẽ tã Græcè quã Latinè eſt maſculini generis. *Hoc* verò, Græcè τοῦτο, neutrius, quod proinde refertur ad corpus σῶμα neutrũ quoque. Si poſterius, non rectè dicetur de re quæ clare cernitur, niſi ſit neutrius generis: nec enim diceretur rectè de Petro manifeſtè viſo *Hoc eſt Petrus*. Deinde in illis apud Lucam: τοῦτο τὸ ποτή-

ειον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον: *Hic calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, pro vobis effuſus*, ſiue, *qui effunditur*, vel ſenſus eſt: *Hoc vinum ſignificat calicem effuſum pro vobis*: & hoc non: nuſquam enim vinum pro calice ſumitur. vel, *hic calix vini effuſus pro vobis ſignificat ſanguinem meum*, neque etiam illud. nam calix vini non eſt effuſus pro nobis, ſed verus Chriſti ſanguis: ſenſus ergo erit, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſiue, *hic eſt meus verè ſanguis*. Igitur & ſimiliter ſenſus erit horum, *hoc eſt corpus meum*. 2. quia, verbum, *eſt*, habet ſimpliciſſ. & communiſſ. ſignificationem, ita vt omnia verba reſoluantur in illud & in aliquid aliud. Sic enim dicitur, *homo ambulat*, id eſt, *eſt ambulans*. Ergo nequit trahi ad ſignificationem alterius verbi. 3. quia hoc verbum eſt omnium copula propoſitionum coniungens cum ſubiecto prædicatum; quod ſi ſuam variaret ſignificationem, variaretur quoque veritas omnium propoſitionum. 4. *Eſt* vel ſolum importat coniunctionem vnius cum altero, vel eſſe omnibus commune rebus: in quo ergo tropicè poterit accipi? tropi enim non ponuntur in verbis niſi ratione alicuius peculiaris ſignificati quod importatur in vno verbo, & non in altero. 4. nullus rethor vſquam ſcripſit tropum eſſe poſſe in verbo *eſt*.

Dices in explicatione verborum, *eſt*, accipitur ordinarie pro, *ſignificat* vt *Amare, eſt diligere*, id eſt, *ſignificat diligere*.

Reſpondeo, reuera tunc etiam ſignificare proprie, eſſe. Sed quia tunc prædicatur ſignum de ſigno, & totum eſſe ſigni eſt ſignificare, propterea, idem eſt in his propoſitionib. *Eſt*, ac *ſignificat*: At id ſine tropo.

Quinta 1. quia communicatio idiomatum non oritur niſi ex vnione hypoſtatica: nam nec quidem propter vnionem animæ cum corpore, poteſt dici propriè homo immortalis, ſed tantum mortalis. poſt ſolutionem enim à corpore amplius non

eſt homo:multo minus ergo hæc communicatio locum inueniet in vnione Sacramẽtali, quæ minor eſt 2. vnio Sacramentalis iuxta Boquinum eſt in ipſo Sacramento,non in corpore vel pane. At idiomatum communicatio,non fit inter vnitas naturas, ſed in ipſo ſuppoſito vel toto,in quo cõſiſtit vnio. Igitur nequit dici, vi iſtius communicationis , *hic panis eſt corpus*, ſed ſolùm ; hoc *Sacramentum eſt panis & corpus*. 3. idiomatum communicatio eſt mutua. At etſi interdum ſignum accipiatur pro ſignato, vt imago Cæſaris dicitur Cæſar, nuſquam tamen ſignatum pro ſigno, nec enim ipſe Cæſar rectè, vſurparetur pro imagine ſuâ 4. hac communicatione non ſolùm nomina naturarum, ſed proprietatum, ad inuicem communicabilia ſunt. At quis dicere auderet, *Panis eſt animatus, vnitus diuinitati*, &c. *corpus Chriſti eſt rotundum, triticeum, expers vitæ*, &c.

Sexta 1. quia probatum eſt pronomen, *Hoc*, non poſſe accipi pro *pane*. 2. nuſquam accipitur, *corpus Chriſti*, in ſcriptura niſi pro naturali, vel myſtico, nuſquam pro figura corporis 3. quia in recto caſu dicitur, *corpus* [n] *datum pro nobis* ſcilicet tunc in Euchariſtia, *Patri oblatum*: vel [o] *dandum* ſcilicet in cruce. At figura non eſt data, vel tradita, pro nobis in remiſſionem peccatorum, nec, ſi dicas figuram eſſe corporis traditi, prædicationem attributi διδόμενον, & in ſanguine ἐκχυνόμενον in recto ſeruabis.

[n] *iuxta textũ Græcum.*
[o] *iuxta Latinum textum.*

Septima. 1. iiſdem argument. nec enim per, *hoc*, intelligit aliud quam panem. 2. Ex ſententia illa ſeptima Caluini ſequitur apertè nihil aliud eſſe manducare Chriſtum, niſi credere in Chriſtum. At credere in Chriſtum non eſt vere manducare Chriſtum, iuxta Caluinum 4. inſtit. 17. §. 5. Ergo iuxta hãc ſeptimam ſententiam Caluini non verè mãducatur in Euchariſtia corpus Chriſti, nec dici poterit proinde iuxta ſenſum Caluini panis ille corpus Chriſti: Maior probatur, mãducare eſt actio manducantis, non manducati. At in manducatione corporis Domini, iuxta Caluiniſtas, nulla eſt actio

hominis manducantis, niſi ipſum credere. Nam illa vnio corporis Domini nobiſcum, quæ ſequitur poſt actum fidei, non eſt actio aliqua, ſed relatio ſequens apprehenſionem fidei: vel ſi actio eſt, non noſtra, ſed Chriſti erit. Ergo ipſum credere, eſt manducare ſecundum Caluinum 3. nihil aliud reuera tribuit Caluin. Euchariſtiæ quam ſymbolum eſſe ad memoriam reuocans Chriſti paſſionem, & fidem hac ratione excitans. At hoc idem Sacramenta vetera, Baptiſmus, verbum Dei, imago crucifixi æquè, vel melius præſtant: Et tamen ineptè dicerentur illa eſſe propterea corpus Chriſti. Ergo, & ineptè diceretur propter hanc vnicam rationem, eſſe Euchariſtiam Chriſti corpus.

Reſpondent vetera Sacramenta non vocari Chriſti corpus: quia nondum Chriſti paſſio peracta erat.

Contra 1. eſt extrinſecum ſigno rem futuram, vel præſentem ſignificare 2. neque peracta erat paſſio cum dixit Chriſtus: *Hoc eſt corpus meum* 3. hæc reſponſio non habet locum in Baptiſmo, imagine, crucifixi, & verbo Dei, & tamen nequeunt dici corpus Chriſti.

Octaua. Refellitur, quia corpus myſticum non eſt traditum pro redemptione noſtra, ſicut corpus de quo ibi agit Chriſtus.

Nona. 1 eadem ratione reiicitur. [1. ad quid potius hoc dixit de pane, quam de agno, aut cæteris rebus?]

Soluuntur obiectiones.

Cap. XI.

PRIMA, cùm dixit Chriſtus, *Hoc eſt corpus meum*, demõſtrabat ſolum panem, non enim per nos, affuit corpus niſi peracta conſecratione. Ergo de pane loquebatur non de corpore ſuo.

Secunda, vinum obtulit bibendum cùm dixit: [a] *Bibite ex eo omnes.* Nam tunc nudum erat vinum. Igitur non niſi figuratè biberunt ſanguinem: vel præſtigiis vſus eſt Chriſtus, quippe qui vinum obtulerit, & dum eſſent bibituri, illud de medio ſuſtulerit.

[a] *Math. 26.* πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

Tertia, pronomen τοῦτο, & *Hic* Latinè, in conſecratione calicis demonſtrat ποτήριον *calicem*, & non *ſanguinem*. Ergo pronomen, *Hoc*, demonſtrat *panem* in conſecratione corporis.

Quarta, hebræi genus neutrum non habent. Ergo non dixit Dominus. *Hoc eſt corpus meum*, ſed, *Hic eſt corpus meum*, demonſtrando panem.

Quinta, quod accepit benedixit, ac fregit Dominus & diſcipulis dedit. Accepit autem, benedixit, ac fregit panem. Ergo & dedit.

Sexta, prius res eſſe debet, quam pronuncietur eſſe. Sed corpus Chriſti non eſt in Euchariſtia antequam dicatur, *Eſt*. Ergo falſo dicitur *eſt*, niſi ſumatur pro *Fit*.

Septima, iſta oratio: *Hoc eſt corpus meum*, eſt operatoria iuxta Papiſtas, ſicut illa, *Fiat lux.* Ergo debet ſumi pro, *fit*, & proinde tropicè.

[Octaua, vel *eſt* ſignificat adeſſe corpus, vel quòd finita verborum prolatione eodem erit inſtanti. non prius, quia propoſitio adhuc eſt imperfecta, nec quidquam determinatè ſignificat Si poſterius,

ſequetur 1. falſam eſſe propoſitionem, nam non eſt, ſed erit corpus 2. duas contradictorias ſimul eſſe veras: cum enim nondum ſit corpus, eodem inſtanti dici poterit. *Hoc non eſt corpus meum*, & eodem per nos, *Hoc eſt corpus meum.*]

Nona, hæc propoſitio: *Hoc eſt corpus meum*, eſt Sacramentalis. Igitur & ſignificatiua, ergo ſignificat panem eſſe corpus Chriſti ſignificatiuè.

Decima, niſi Apoſtolis veniſſet in mentē, *corpus*, ibi, accipi figuratè debere, turbati fuiſſent de re tam prodigioſa. Atqui leguntur quietè admodum illud Sacramentum ſumpſiſſe. Ergo, &c.

Vndecima, Chriſtus de ſuo dixit corpore: *Accipite, & manducate*: Nequit autem proprie manducari: vel ergo loquitur de pane, figura corporis ſui, vel de manducatione ſpirituali corporis ſui per fidem, quæ eſt manducatio impropria.

Duodecima, ſi *corpus* ibi accipiatur propriè, vel ſignificat ſolùm corpus, vel totum Chriſtum. Si prius, vbi anima, ſanguis, deitas? ſi poſterius 1. erit cōfuſa battologia: *Hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis*: idem enim ſignificabunt, & poterit de corpore dici: *Hic eſt ſanguis*, & è contra 2. neceſſariò debebit admitti figura intellectionis ac proinde tropus.

[b] Decima tertia, Geneſ. 17. dicitur: *Circuncisio eſt fœdus*, Exod. 12. *Angelus* dicitur Deus. Item: [c] *Agnus eſt Phaſe, id eſt tranſitus*, Leuitici. 16. *Sacrificia ſunt expiationes.* [d] Pſal. 84. *Arca eſt Deus.* [e] Math. 3. Columba dicitur Spiritus ſanctus Ioan. 7. [f] *Nondum erat ſpiritus* 1. Corinth. 10. [g] *Petra erat Chriſtus.* Item: [h] *Panis eſt communicatio corporis Chriſti.* 1. Corinth. 12. [i] *Eccleſia eſt Chriſtus*, [k] Tit. 3. *Baptiſmus eſt lauacrum regenerationis.* Geneſ 41. [l] *ſeptem boues, ſunt ſeptem anni.* Math. 13. *ſemen eſt verbum Dei.* Ioā. 10. [m] *Ego ſum oſtium*, & ſimilia, in quibus omnibus nequit verbum *eſt*, ſubſtantiuè accipi, ſed vel, pro *ſignificat*, aut aliquid ſimile.

Decima quarta, in conſecratione calicis non ſo-

[b] *Caluin.* 4. *Inſt.* 17. §. 21. *&* §. 22.
[c] *Exod.* 12. *v.* 11.
[d] *in Hebræo. v.* 9. *in vulgatâ editione* 83. *v.* 7. *Videbitur Deus Deorum in Syon.*
[e] *v.* 16.
[f] *v.* 39.
[g] *v.* 4.
[h] *v.* 16.
[i] *v.* 12. *&* 27.
[k] *verſ.* 5.
[l] *v.* 26. 27.
[m] *v.* 9.

lùm eſt tropus in voce *Calix*, ſed etiam Teſtamenti. quia neque vinum, neque ſanguis dici poſſunt *Teſtamentum*, ſed tantùm *ſignum teſtamenti.* 1. quia renouaretur alioquin quotidiè teſtamẽtum Chriſti, & antiquaretur præcedẽs 2. neceſſe eſſet Chriſtum ſæpè mori: Teſtamentum enim non valet niſi interueniente morte Teſtatoris. 3. Lucas vocat Teſtamentum id quod in calice erat. At Mathæus ait: [n] *Hic eſt Sanguis meus noui Teſtamenti*, in quo apertè diſtinguit ſanguinem à Teſtamento, [o] Lucas verò & [p] Paulus dicunt calicem, eſſe *Teſtamentum in ſanguine*, & proinde ſanguis non erit Teſtamentum propriè, alioquin ſenſus eſſet: *Sanguinem eſſe teſtamentum in ſanguine*, quod eſt abſurdum quia nihil eſt in ſeipſo. vinum autem non eſſe Teſtamentum iſtud, ſatis per ſe conſtat. Igitur per vocem, *Teſtamenti*, intelligitur Teſtamenti ſignum. 4. Marcus, & Mathæus debent per Lucam, & Paulum exponi: quia illorum ſunt verba pauciora, iſtorum plura. Ergo illud: *Hic eſt ſanguis* ſignificabit: *Hoc eſt teſtamentum in ſanguine meo*: id eſt, ſignum *Teſtamenti ſanguine meo confirmati*, & ſimiliter *Hoc eſt eſt corpus meum*, exponetur: *Hoc eſt Teſtamentum in corpore meo.*

[n] 26. *verſ.* 28. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμα μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης.
[o] 22. *v.* 20.
[p] 1. *Corinth.* 11. *v.* 25.

Decima quinta, loquebatur de vino Chriſtus cum ait: [q] *Nõ bibam à modo ex hoc genimine vitis*, &c. At hoc dixit poſt conſecrationem. Ergo poſt eam remanſit verè vinum & conſequenter non adfuit ſanguis niſi figuratè.

[q] *Math.* 26. *v.* 29. οὐ μὴ πίω ἀπ᾽ ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου.

Ad 1. negatur Antecedens: ſed demonſtratur non præciſè corpus, neque præciſè panis ſed ſubſtantia, ſiue contentum ſub his ſpeciebus: quod quidem licet fuerit panis ante conſecrationem: tamen vi verborum incipit eſſe corpus Domini, ita vt ſenſus ſit iuxta [r] D. Thomam: *Subſtantia ſub his ſpeciebus eſt corpus meum*, ſiue iuxta [s] Guitmundum: *Hoc, hactenus panis, nunc eſt corpus meum.*

[r] 3 *p. q.* 78. *ar.* 2. & 5. *ac in cap.* 11. *prioris ad Corinth.*
[s] *libro* 2.

Ad 2. negatur propoſitio, nam, *ex hoc*, non ſignificat *ex hoc vino*, ſed *ex eo quod ſub ſpeciebus vini conti-*

netur,antea quidem vinum, ſed finita conſecratione, *ſanguis*. impium eſt autem Dominũ præſtigiatorem vocare, verè enim & ſanguinem conſecrauit, & obtulit bibendum.

Ad 3. negatur Antecedens: nam ex communi vſu loquendi, & ex ipſo textu, neceſſariò per calicem intelligitur contentum in calice: nec enim ipſum vas effundendum erat pro nobis, ſed quod erat in vaſe.

Ad 4. reſp. ſicut hebræi pronomen, ſic nec nomen neutrum habere: quocirca corpus apud eos eſt etiam maſculini generis, & proinde demõſtrari potuit per maſculinum pronomen. 2. Domini verba Hebraica [ſiue Syriaca] rectius expoſita à Marco, & Luca, & eo qui Mathæum tranſtulit in Græcum, quam ab alio quoquam: porrò cùm, *panem ἄρτον*. generis maſculini dixiſſent, pronomen, τοῦτο, neutrum poſuerunt, quod non niſi ad corpus referri potuit.

Ad 5. Reſp. 1. aduerſarios illud ſoluere debere: nam volunt Dominum accepiſſe vulgarem panem & tamen dediſſe Sacramentalem. 2. Ex ipſis verbis Euangelij conſtare, non dediſſe quod acceperat eodem quo acceperat modo. Nam poſtquam accepit, benedixit, & proinde benedictione mutauit in corpus ſuum, [deinde fregit certè non panem quia iam non erat, ſed tantùm propriè, quæ remãſerant ſpecies & denominatione extrinſeca à ſpeciebus, conſequenter ſuum corpus, quod denique ſimul cum ſpeciebus dedit]

Ad 6. Negatur Maior 1. quia ſufficit vt ſint tempore ſimul: idque vel moraliter, vel phyſicè: [moraliter quando proximè poſt prolationem verborum, ſiue ad primum non eſſe illorum, adeſt ſignificatum. ex communi enim loquendi hominum vſu præſens nõ dicitur, inſtans ſolum momẽtaneũ, ſed etiã quod pluribus durationis partibus reſpondet, idque breuius, vel longius, prout ratio ſubiecti exigit. Vnde nõ falsò enunciat, qui dicit *Ego ſum tacens*,

ſi proximè taceat] Phyſicè quādo in vltimo reuera inſtāti terminatiuo verborū quod reſpōdet puncto in linea, adeſt actu ſignificatum vt in proſito contigit. 2. Quia ſufficit verificari propoſitionem, pro tempore quo res erit, vel fuit: ſicut cum dicimus *Antichriſtus eſt hoſtis Chriſti*: *Adam creatus eſt*, & ſimilia. Ad Minorē, admittitur. Ad concluſionem negatur.

Nam illud, *eſt*, non habet vim niſi coniungat attributū cum ſubiecto: donec enim audiamus prædicatum, indifferens eſt prolatio ſubiecti, & verbi: atque adeò incompleta enunciationis ratio, ac ſignificatio. Non coniungit autem, in materia præſenti, niſi complete exprimatur *corpus meum*, tunc autem reuera adeſt corpus Chriſti. Proinde in illâ enunciatione, & ſimul vim habet verbum *eſt*, & ſimul ſuum ſignificatū adeſt, nimirum *corpus*: [quod neque fit, neque panis fit corpus, neque corpus fit panis. Quare in hac enunciatione *fit* minimè quadrare poterit.]

Ad 7. negatur conſeq. 1. quia tam æquè eſt operatorium *eſt*, quam *fiat*; nec debet modus loquendi Deo præſcribi. Non enim minus curauit ægrotos dicens: [t] *Tolle grabatum tuum & ambula.* Item [v] *mulier dimiſſa es ab infirmitate tua*, &c. quam alijs verbis: 2. [quia Chriſti corpus non fit.] 3. quia in creatione verba Dei operabantur ſolùm efficienter, non autem Sacramentaliter, verba Chriſti in Euchariſtia vtroque modo: & ideò ſuum debent ſignificare effectum in facto eſſe, ſcilicet per verbum *eſt*.

[t] *Ioan.* 5. v. 8. ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.

[v] *Luc.* 13. v. 13. γύναι ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.

[Ad octauum 1. antequam conſumetur prolatio, nec *eſt* ſignificare *adeſſe*, nec ſignificare *non adeſſe* Chriſti corpus. Manet enim indeterminatum illud *eſt*: cum verò completa eſt enunciatio, tunc ſignificare *adeſſe*, & nullo modo ſignificare *erit*. 2. etſi importaret illud *erit* negatur prima cōſequentia: nam illud *erit*, quòd immediatè ſequatur ad prolationem verborum, quæ pro illo etiam enun-

ciantur inſtanti, habetur pro præſenti ad verbum *eſt*. negatur etiam ſecunda, vel quia propoſitio negatiua non verificatur pro inſtanti quo eſt corpus, ſed pro præcedenti quo nondum eſt, & proinde non ſunt pro eodem inſtanti veræ. vel ſi ad idem referantur tempus affirmatiuæ, affirmatiua fit ſola vera. Nam cum ſignificatio propoſitionis in vltimo compleatur inſtanti, & in vltimo adſit corpus, falſa erit negatiua.]

Ad 9. Anteced. duobus modis propoſitionem dici Sacramentalem. 1. quia explicat Sacramentum, ſiue ſignificationem eius, qualis eſt iſta [x] *ſeptem capita, ſeptem montes ſunt*, præmittitur namque: [y] *Ego dicam tibi Sacramentum mulieris.* 2. quia per eam Sacramentum inſtituitur, vel conficitur. priori modo eſt ſolum ſignificatiua non autem poſteriori, ſed rem ipſam importat cum enim dicitur: *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. non ſignificatur, ſiue figuratur Baptiſmus aut aquâ, ſed reuera baptizatur aliquis reali aqua.

[x] *Apocal.* 17. v. 9. αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ ἑπτὰ ὄρη εἰσίν.
[y] 7. ἐγώ σοὶ ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικός.

Ad 1. & ſecundam conſequentiam, negatur, quia hæc propoſitio: *hoc eſt corpus meum*, prioris generis eſt. 1. quia eſt de eſſentia Sacramenti: nam nec hæretici illam prætermittere auderent, ſed præmittunt ſemper. 2. qui vbicumque in ſcripturis eſt explicatio myſterij id declarat ipſa ſcriptura. at hîc nulla eſt huiuſmodi declaratio.

Ad 10. negatur Maior. 1. quia fuerant iam inſtructi, & præmoniti à Chriſto. 2. quia Chriſtus eorum mentes illuſtrabat vt ſimpliciter crederent. Nam & multa alia mirabilia ſine turbatione audierant vt eum quem videbant in terra, tunc etiam in cœlo eſſe. Ioan. 3.

Ad 11. negatur non poſſe manducari Chriſti corpus. Ad manducationem enim ſufficit tranſmiſſio rei ab ore ad ſtomachum per inſtrumenta naturalia. alioquin nec pueri edentuli vnquam comederent, nec nos cum integras deglutimus hoſtias. Chriſti autem corpus eo tranſmittitur modo ſub

panis & vini ſpeciebus.

Ad 12. propriè ſolùm intelligi corpus, cætera adeſſe per concomitantiam: Nec tamen battalogiam eſſe, quia aliter ſignificatur ſub ſpeciebus panis, aliter ſub ſpeciebus vini.

Ad decimi tertij prim. teſt. vide infra ad 14. argumentum. Ad 2. ſicubi dicatur de Angelo, *eſt Deus*, totam rationem verbi poni proprie, & ſine tropo in ſignificando. Nam conſtat Angelum tunc ſolum inſtitui ad repræſentandum prædicatum. Quare *eſt* non poterit coniungere prædicatum iſtud cum ſubiecto niſi ſignificatiuè, ſiue repræſentatiuè. At in conſecratione corporis non conſtat panem inſtitui ad repræſentandum: ſed potius cōtrarium. Quare ibi *eſt* nullomodo poterit ſignificatiuè vſurpari. Ad [z] 3. ſenſum non eſſe, *Agnum ſignificare tranſitum*: ſed proprie denominari Paſcha, quod immolaretur in tranſitus memoriam, vnde v. 27. vocatur victima tranſitus, & Marc. 14. v. 12. & Luc. 22. v. 7. ſimpliciter vocatur Paſcha. Ad 4. reſpond. 1. nullibi haberi. 2. [reuera fuiſſe expiationes legatos.] Ad 5. non inueniri in Pſalmis ſed ſolum in citato 84. illud: *videbitur Deus Deorum in Syon.* quod exponunt Aug. Hierony. Theodor. & alij de ipſo vero Deo, non de arcâ. Ad 6. reſpond. 1. non dici Spiritum ſanctum eſſe columbam, ſed deſcendiſſe ſicut columbam. 2. ſi diceretur columba Spiritus ſanctus intelligi debere vt teſtimonium ſecundum, ſi diceretur Spiritus ſanctus columba id intelligendum vt teſtimonium octauum. Ad 7. reſp. 1. haberi in textibus correctioribus, *Nondum erat Spiritus datus.* 2. etſi non haberetur, minimè ſenſum eſſe, Nondum ſignificabatur Spiritus ſanctus, aut aliquid ſimile: ſed: *Nondum deſcendiſſe in Apoſtolos*, vt Hierony. legit q. 9. ad Hedibiam. Ad 8. *Petram* equidem dici Metaphoricè de Chriſto, ſicut *oſtium*, *Leo*, &c. At verbum ſubſtantiuum *eſt*, nullo modo, importat enim proprietates, ſignificatas Metaphoricè per huiuſ-

[z] [*Gregor. à Valentia in 3. D. Thom. q. 3. de præſentia Chriſti in Euchariſt. puncto 1. reſpondet in eo loco Exodi non agi de ipſo agno, ſed de cæremoniâ ipſa eſus agni, quâ celebrabatur tranſitus: vt idem ſit. Eſt Phaſe ac eſt cæremonia Phaſe ſiue trâſitus quæ propriè etiam dicebatur Paſcha, iuxta illud Luca 22. v. 1. Appropinquabat dies feſtus azimorum qui dicitur Paſcha.*

modi nomina, propriè & verè conuenire Chriſto, qui eſt vera ſpiritualis petra. Ad 9. nullum ibi eſſe in verbo *eſt* tropum, nam reuera panis conſecratus in quantum ſumitur (vt illic Paulus accipit: loquitur enim de vſu panis huius) eſt realis corporis Chriſti communicatio. Ad 10. nullibi inueniri. 1. enim Corinth. 12. v. 12. ſolum habetur: [a] *ſicut vnum corpus multa membra habet, omnia autem membra ſunt vnum corpus: ita & Chriſtus*: id eſt, ita ſe habet Chriſtus verè, non autem ſignificatiuè cum corpore ſuo myſtico, ſunt enim verè omnes fideles cum eo, non autem ſignificatiuè, vnum corpus myſticum. Ad 11. reuera Baptiſmum eſſe, non ſignificare, lauacrum regenerationis. Ad 12. & 13. vt ad 2. ad 14. vt ad 8.

Ad argumẽtum 14. Reſpondeo eſſe quidem tropum in voce *calicis*, ſed adeo vſitatum vt de eo dubitari nequeat. Deinde ſatis Euangeliſta explicauit cum ait hunc calicem pro nobis effundendum, ſolus enim ſanguis effuſus eſt pro nobis. In voce *Teſtamenti* nulla eſt figura. Teſtamentum enim fœdus, ſeu pactum duo ſignificat. 1. ipſam Teſtatoris voluntatem. 2. authenticum inſtrumẽtum quo cõtinetur ſiue exprimitur huiuſmodi voluntas, per quod hæres acquirit ius ad hęreditatem. priori modo dicitur, Geneſ. 17. Circunciſio ſignum fœderis, poſteriori [b] ibidem dicitur fœdus, atque in hac acceptione dicitur Euchariſtia propriè Teſtamentũ. Ad 1. probationem, negatur quia Euchariſtiæ celebratio, non eſt noua Teſtamẽti inſtitutio, ſed eiuſdem repetitio: ſicut Circunciſio repetebatur ſæpè nec antiquabatur præcedens. Ad 2. negatur 1. vt ad primam, ſecundo, quia mors Chriſti non fuit Teſtamentum, ſed Teſtamenti confirmatio: ſufficit autem ad confirmationem vna mors.

Obiiciunt etiam celebrari Euchariſtiam in commemorationem Chriſti, ſed memoria eſt abſentium. Ergo abeſt Chriſti corpus maximè cum finis corporis Chriſti ſit alius quam commemorare, hoc

[a] καθάπερ τὸ σῶμα ἕν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα, ἕν ἐστι σῶμα, οὕτω καὶ ὁ Χριστός.

[b] v. 1. *Eccleſiaſtici* 44. v. 21. *vocatur teſtamentum.*

enim eſt ſymbolorum propriè.

Reſpondetur hanc commemorationem eſſe annunciationem mortis Domini vt loquitur Paulus 1. Corinth. 11. Ad concluſionem negatur. ad probationem: & Chriſti corpus in Eucharistia ſignificare mortem Chriſti, & eſſe in alimentum animæ. Ad tertiam accipi Teſtamẽtum apud Math. pro Teſtamento priori modo, & reuera à ſanguine diſtingui: apud Paulum, & Lucam pro Teſtamento poſteriori modo, nec à ſanguine diſtingui. Et ſanguinem eſſe Teſtamentum in ſanguine, vt diuerſo modo ſanguis conſideratur. Nam in quantum eſt Sacramentum habet Teſtamenti rationem: vt verò conſideratur effuſus, ſiue effundendus in cruce, habet rationem eius, per quem huiuſmodi Teſtamentum ſancitur, nec inde vlla ſequitur abſurditas: non enim dicitur ſanguis in ſanguine, quaſi in eo contentus, ſed quia ſanguis vt Teſtamentum, eſt, per ſeipſum effundendũ, confirmãdus. Ad 4. reſp. 1. n eutrũ per alium exponendũ, quod loquantur clarè, clarius Math. & proinde per quem alij potius exponendi eſſent 2. etſi Math. per alios exponeretur, nihil tamen cõtra nos ſequi: nam apud Lucam, & Paulum intelligitur verè Teſtamentum: non autem ſignum Teſtamenti.

Ad decimamquintam, ſiue ea dicta ſint ante, vt refert Lucas, & veriſimilius eſt, ſiue poſt conſecrationem, non tamen referri ad calicem conſecratum, ſed ad antea potatũ vt ea refert [c] Anſelmus. Non enim vult Dominus dicere ſe non amplius celebraturum Euchar. ſed non amplius bibiturum, ex eo quod biberat antea vino, id eſt non bibiturum, more humano ad reficiendas vires.

[c] *in eum Mathæi locum.*

Probatur eadem veritas ex 10. prioris ad Corinthios.

CAP. XII.

PRIMO, ſi tantùm eſſet figura ſanguinis Chriſti hoc Sacramentum, ſufficeret prima Chriſti inſtitutio, nec requireretur noua quotidie conſecratio ad rationem Sacramenti, ſicut nec exigitur ad aquam in Sacramento Baptiſmi. Sed Apoſtolus ſupra vocat in Euchariſtia, [a] *Calicem benedictionis cui* (inquit) *benedicimus*, quod de conſecratione intelligendum, nec quidem aduerſarij negare poſſunt, cum fateantur neceſſariam conſecrationem, vt vinum fiat Sacramentum. Ergo non eſt tantum figura ſanguinis, ſed verus ſanguis.

[b] Reſpondent conſecrationem illam, ſolum efficere vt commune vinum, ſit ſanguinis ſignum. Contra, vel id, quia Sacramentum eſt ad placitum ſignum, vel quia naturalem habet analogiam ad rem ſignificatam. Si prius, ſufficit prima inſtitutio, ſi poſterius non eget conſecratione, quia hoc habet à natura.

[a] v. 15. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστί.

[b] *Caluin. & Martyr in hũc locum.*

Secundo 1. Corinth. 11. cum ait Paulus: [c] *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur*, per *frangitur* intelligit immolatur, vt etiam fatetur Caluinus. Ergo & cum hoc cap. 10 ait [d] *Panis quem frangimus*, idem eſt, ac ſi diceret:, *panis quem immolamus*, at non immolamus panem triticeum, ſed corpus Chriſti. Ergo per panem ibi intelligit Paulus Chriſti corpus.

Tertiò, Paulus ait nos communicare ſanguini & corpori Domini in Euchariſtia. At id non debet intelligi figuratè, ergo proprie corpus & ſanguinem ſumimus Chriſti.

[c] v. 24. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον.

[d] v. 15. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἐστίν.

Probatur Minor. 1. quia ſenſus literalis ſemper eligendus eſt niſi contrarium euidenter probetur:

2. quia ſic expoſuerunt [e] Chryſoſt. [f] Cyrill. 3. quia inde Apoſtolus intendit auertere Corinthios à ſacrificijs Gentilium, & eſu immolatarum carnium vt ex textu patet, quod nimirum præſtantiorem habeamus menſam. At ſi ſolùm proponeretur figura corporis Domini, idem eſſet ac qui oſtēderet veſtem ſericam alicui depictam, vt eum auerteret ab alia reali veſte ſumenda.

[e] *in hunc locum.*

[f] *lib. 10. in Ioan. cap. 13.*

Idem probatur ex Cap. 11. eiuſdem epiſtolæ Pauli.

CAP. XIII.

PRIMO, [a] *qui manducat*, ſcilicet corpus, & *bibit indignè*, ſcilicet ſanguinem Domini, *iudicium ſibi manducat & bibit.*

At qui ita ſumit non recipit fide, aut ſpiritu, & tamen recipere dicitur, ergo reuera ſuſcipit ore corpus, & ſanguinem Chriſti.

Secundò, qui indignè ſumit dicitur non diiudicare corpus Domini. At ſi figuratè recipiat, quãuis indignè, nihilominus verè diiudicat, nam non tantam adhibet reuerentiam, quam adhiberet ſi Domini corpus eſſet.

Tertiò, dicitur: *Reus corporis & ſanguinis Domini.* At nec in ſcriptura, nec in communi loquendi vſu dicitur aliquis reus alterius rei, vel perſonæ qui eam in ſe non afficit, vnde quantumcumque Deus offendatur, non tamen dicitur propterea aliquis reus Dei. Ergo Reus corporis, & ſanguinis dicitur qui ipſum verum corpus, & ſanguinem indigne tractat, ſiue recipit.

[b] Reſpondent primò, hæc omnia dici, quia indignè tractantur Symbola corporis Chriſti, quarum

[a] *verſ. 27.* ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου *reus erit corporis, & ſanguinis domini. v. 29.* κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, *non diiudicans corpus Domini.*

[b] *Caluin. 4. Inſt. 17. § 33. & Martyr in hunc locum.*

iniuria in Chriſtum refertur. Contra 1. hoc non ſufficit, vt dicatur aliquis reus corporis, vel non diiudicare corpus, quia rationabiliter pari pæna deberet plecti ac ſi ipſum affeciſſet corpus. At certè qui ſolùm conculcaret imaginem regis quamuis ex malitia, dummodo non vellet hoc idem facere regi non plecteretur eadem pæna ac qui ipſum Regem conculcaret 2. prohibentur à Paulo indignè communicantes, id eſt cum conſcientia peccati mortalis. Ergo ſi ſolum prohibentur à communicatione Symbolorum, prohibentur etiam à tractatione, vel conſideratione imaginum Chriſti, & prædicationis verbi quod eſt ridiculum. Hęc enim ſunt etiam ſymbola Chriſti.

Secundò, indignè communicantes condemnari, quia non recipiunt corpus Domini quod eis offertur; idem enim eſt ac ſi conculcarent pedibus. Contra 1. non reprehendit Apoſtolus quod non, ſed quod indignè recipiant 2. quia manducare ſibi iudicium in manducatione alicuius rei, non eſt nolle recipere, ſed ſumere quod ſumptum noceat 3. ſi nollent impij Chriſti ſumere corpus, non accederent ad communionem. Ergo cum accedūt non in eo peccant, quòd Domini corpus nolunt, ſed quòd illud volunt cum ſint illo indigni. 4. omnes interpretes, atque veteres hunc locum intellexerūt nobiſcum [c] Origen. [d] Baſil. [e] Heſych. [f] Chryſoſt. [g] Hierony.

Obiicitur [h] primò Aug. tract. 26. in Ioan. ait ab impijs ſumi tantum viſibile Sacramentum, non rem Sacramenti. At per rem Sacramenti intelligit non ſolum gratiam, ſed etiam corpus Chriſti. Quia rem Sacramenti diſtinguit à viſibili Sacramento, & proinde comprehendit quidquid, in Sacramento, inuiſibile eſt. Ergo impij non ſumunt corpus Chriſti iuxta Auguſtinum.

Negatur minor 1. quia ibidem ait, Patres antiquos in Manna ſumpſiſſe rem Sacramenti, & tamen conſtat non ſumpſiſſe Chriſti corpus 2. quia

[c] *homil. 2. in Pſal. 37.*
[d] *2. de Bapt. 3.*
[e] *6. in Leuitic.*
[f] *Homil. 24. in priorem ad Corinth. propè finem.*
[g] *in 1. Malac. Aug. 5. de Baptiſm. 8. & 1. contra Creſconium. 25.*
[h] *Caluin. ſup. § 34.*

quia cum aſſerit ibidem, impios carnem non ſumere Chriſti addit *ſpiritualiter*, vt intelligeremus ſe lõqui de Sacramenti effectu. Ad rationem reſpõdeo, ideò corpus Chriſti quamuis inuiſibile comprehendiſſe Aug. ſub viſibili Sacramento, quia non maiorem percipiunt ex cõmunione fructum peccatores, etſi corpus Chriſti recipiant, quam ſi tantùm reciperent ſignum.

Secundò, tract. 59. in Ioan. ait Apoſtolos cæteros panem mãducaſſe Dominum, Iudam verò panem manducaſſe Domini: & ſerm. 2. de verbis Domini. *Tunc* (inquit) *erit vnicuique corpus & ſanguis Chriſti ſi quod in Sacramento ſumitur, in ipſa veritate ſpiritualiter manducetur, ſpiritualiter bibatur.*

Reſpondeo, quia res æſtimatur ex fructu, ſæpiſſimè illud ſolum dici tale, vel verè tale apud Aug. quod habet effectum coniunctum, ſicut [l] eodem teſte, vocabula vſurpantur aliquãdo in [k] ſcriptura non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum effectum. Atque in eo ſenſu tunc verè vnicuique corpus Chriſti eſſe, cum operatur vitam, & non eſſe cum non operatur, non quod non ſit, ſed quia ſe habet quaſi non eſſet.

Tertiò, 21. Ciuit. 25. refellens opinionem aſſerentium impios quoſcumque ſaluandos modo reipſa comederent Chriſtum, affirmat impios non poſſe dici, corpus comedere Chriſti, ſed ſolùm Sacramento tenus.

Reſpõd. loqui de corpore myſtico Chriſti. Nam opinio quam refellit illud ita vſurpabat, vt per *comedere*, *vniri* ſignificabat

[l] *11. contra Fauſtum. 7.*

[k] *vt 1. Corint. 15. dicitur corpus ſpirituale poſt Reſurrectionem: & 2. Corinth. 5. v. 16. dicitur Chriſtus iam ſecundum carnem non cognoſci* εἰ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ καὶ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν.

Soluuntur obiectiones ex verbo Dei petita.

CAP. XIV.

[a] *Pſalm.113. v.11. Iſaiæ 66. v.1.*

PRIMA, [a] Deus eſt in cœlo,& Chriſtus homo cũ eo. Ergo ibi quærẽdus eſt. Igitur non in templo vel pixide.

Negatur ſecunda conſeq. cùm Deus ſit vbique, & Paulus dicat vbique eſſe quærendum quia non longè eſt ab vnoquoque noſtrum.

Secunda, contradictio eſt, eodem tempore aliquid eſſe cum Sacramento, & non cum Sacramento. Sed ſi Chriſtus eſt in cœlo ſine Sacramento,& tamen dicatur alicubi eſſe cum Sacramento ſequetur huiuſmodi contradictio. Igitur Sacramentum erit in cœlo vel Chriſtus non erit in Sacramento.

Ad Maiorem veram eſſe,ſi vtraque propoſitio de eodem ſecundum eandem enuncietur rationem.

Ad Minorem negatur. [1. quia vtraque dicitur de Chriſto ſecundum rationem diuerſam: affirmatiua quatenus eſt hîc in Euchariſtia Chriſtus, negatiua quatenus eſt in cœlo.] 2. quia ſolùm ſequitur Chriſti corpus eſſe in Sacramento, & extra ; vel eſſe cum Sacramento, & eſſe ſine Sacramento, vbi nulla eſt negatiua, & proinde nulla propriè contradictio. ſicut non ſequitur, *Deus eſt cum cœlo, & eſt in terra, ſine cœlo. Ergo eſt ſimul cum cœlo, & non cum cœlo.*

Tertia, omne Chriſti corpus eſt in cœlo. Sed Sacramentum Euchariſtiæ eſt Chriſti corpus, ergo Sacramentum Euchariſt. eſt in cœlo.

Ad Maiorem, ſi accipiatur de corpore Chriſti naturali, non eſſe vniuerſalem,nec argumentum in prima figura quia *omne* additum termino ſingulari,non niſi particularem facit propoſitionem. [Nihilominus eam admittimus veram eſſe cum ad-

iuncto, nimirum, ita eſſe omne, id eſt totum corpus Chriſti in cœlo vt etiam ſit in terra, quomodo omnis anima eſt in capite, & omnis etiã in pede.]

Ad Minorem negatur ſimpliciter. Nam Sacramentum Euchariſtię cõtinet quidem corpus Chriſti, ſed formaliter eſt viſibile ſignum.

[b] Quarta, [c] *quod intrat per os in ſeceſſum vadit.* Sed corpus Chriſti non vadit in ſeceſſum: ergo nõ intrat per os.

[Ad Maiorem non poſſe intelligi de omni cibo ſimpliciter. Nam qui tranſit in ſubſtantiam animalis non in ſeceſſum vadit.] nec qui incorruptibilis eſſet vel qui ſumeretur à corpore glorioſo. [Sed ſolũ eſſe ſenſum *ex omni cibo aſſumpto ad alimentum corporis, aliquam partem communiter in ſeceſſum ire.*] At corpus Chriſti eſt incorruptibilis cibus.

[d] Quinta, *ſi* [e] *dixerint vobis ecce hîc aut illîc eſt Chriſtus nolite credere.* Non igitur credendum eſt Papiſtis aſſerentibus Chriſtum in altari eſſe.

Ad antecedens loqui de prophetis falſis, clanculum venturis, & ſe pro Chriſto viſibiliter venditantibus. At Euchariſtiæ myſterium publicè conſecratur, aſſeruatur, adoratur, nec in ea viſibilem Chriſtum exhibemus. vnde negatur conſeq.

[f] Sexta, *Pauperes* [g] *ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis.* At ſi Chriſtus eſt in Euchariſt. contraria erit vera, *Pauperes non ſemper habebitis, me ſemper habebitis.* vnde [h] Auguſt. conferens hunc locum cum illo: *vobiſcum ſum vſque,* &c. ait priorem intelligi de præſentia corporali, ſecundum de præſentiâ maieſtatis.

Ad Maiorem intelligi de præſentiâ viſibili, pro ſtatu quo aliquid corporalis vtilitatis recipere poterat Chriſtus. 1. quia loquitur de obſequio à Magdalena ſibi ad ſua refocillanda membra præſtito. 2. per comparationem & antitheſim præſentiæ pauperum nobiſcum. At illi verſantur inter nos viſibiliter. 3. quia phraſi ſimili vſus eſt Lucæ [i] vlt: *Hæc locutus ſum vobis, cum adhuc eſſem vobiſcum.*

[b] *Martyris contra Gardinerum 1. par. obiect.* 88.

[c] *Math.* 15. *v.* 17. τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται.

[d] *eiuſd. obiect.* 9.

[e] *Math.* 24. *v.* 23. ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ ἰδοὺ ὧδε ὁ χριστὸς ἢ ὧδε μὴ πιστεύσητε.

[f] *eiuſdem obiect.* 2. & *Caluin ſup.* §. 26.

[g] *Math.* 26. *v.* 11. πάντοτε τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

[h] *tract.* 50. *in Ioan.*

[i] *Math. vltimo v. vltim.*

[h] *v.* 44. οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν.

nimirum quia iam amplius non aderat more humano, quamuis ſimpliciter & reuera adeſſet.

Ad Minorem, has duas propoſitiones non eſſe contrarias, ſed vtramque veram, pro diuerſo intelligendi modo: ſcilicet *Pauperes ſemper habebitis vobiſcum*, nimirum præſentiâ viſibili: *me non ſemper*. Et, *Pauperes non habebitis ſemper* quia poſt Reſurrectionem nulli erunt: *me autem ſemper*, quia hîc præſentia inuiſibili, & in cœlis viſibili. Ad Auguſt. [i] loqui de præſentiâ viſibili.

Septima, docet ſcriptura Chriſtum hominem aſcendiſſe in cœlum, & ibi manſurum vſque ad diem iudicij. Ergo non toties in Euchariſtiam venit.

Negatur conſeq. quia & ſimul manet in cœlo. & ſimul adeſt in Sacramento: non motu locali, ſed Sacramentali.

Octaua, [k] iubemur expectare Chriſtum de cœlo; non eſt ergo in terra quærendus.

Reſpond. vt iudicem expectari.

Nona, [l] veritas carnis, [m] Chriſto teſte, probatur aſpectu, & tactu. Sed in Euchariſtia nihil videtur, aut tangitur niſi panis, aut quod apparet panis, ergo ibi non eſt caro.

Ad Maiorem, ſi ſenſus ſit *quidquid videtur, & tangitur eſſe corpus*, admittitur. Si, *quidquid non videtur aut tangitur non eſſe corpus*, negatur: Nec vſquã id dixit Chriſtus, alioquin cum Lucæ [n] 4. Chriſtus inuiſibiliter per medios tranſibat Iudæos, caruiſſet proprio corpore.

Ad Minorem reuera non videri per ſe, niſi ſpecies panis. Sed nulla eſt concluſio, vt patet ex diſtinctione Maioris.

[o] Decima, ſi ſenſus falli poſſunt circa proprium obiectum ideſt: Si quod putatur panis ſit caro, pariter quod putatur caro poterit aliud eſſe. Ergo non rectè ex aſpectu, & tactu carnis ſuæ Chriſtus ſuam probauit carnem.

Reſponderetur enim video equidem, & tango quod mihi videtur caro, ſed fortaſſe non eſt.

[i] *ita enim ipſe explicat ſemet: Non ſemper habebitis me vobiſcũ. Quare? quoniã cõuerſatus eſt ſecundum corporis præſentiam quadraginta diebus cum diſcipulis, & eis deducentibus videndo non ſequendo, aſcẽdit in cælum.*

[k] *Philip.* 3. *v.* 20.

[l] *Calu.* 4. *cap.* 17. §. 29. *Inſt.*

[m] *Lucæ* 24. *v.* 39. *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnẽ, & oſſa non habet: ſicut me videtis habere.*

[n] *v.* 30.

[o] *Petri Martyris obiect.* 123.

Digitized by Google

Ad antecedens, non falli ſenſus circa obiectum proprium, ſed benè circa id quod ſub obiecto latet. Ad conſequens: Non ſolùm viſu, & tactu, ſed etiam ſuorum veritate verborum, affirmans ſeipſum eſſe item ambulando, manducando, &c. Carnis ſuæ Dominus realitatem carnis probauit.

[p] Vndecima, [q] *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam.*

Reſpond. 1. Etſi caro non prodeſſet, minimè tamen inde ſequi in Sacramento non haberi. Nam multo minus prodeſſet triticeus panis. Et tamen volunt aduerſarii in Sacramento adeſſe.

2. Carnem abſque ſpiritu viuificante nihil prodeſſe reuera vt Aug. & Cyrillus exponunt: At caro Chriſti eſt vnita verbo & plena ſpiritu viuificante: hancque ita, negare nihil prodeſſe ſummæ impietatis eſt. 3. Senſum literalem propoſitionis eſſe [r] carnalem Intelligentiam vt à ſpirituali diſtinguitur nihil prodeſſe. 1. quia vbicumque caro in [s] ſcripturis contra ſpiritum diſtinguitur, vel aliquid carne ſublimius, non ſignificat ſubſtantiam, ſed vel infirmitatem vel corruptionē carnis, aut carnalem cogitationem, quæ omnia in idem incidunt ferè. Ex corruptione ſi quidem naſcitur, velle ſuo ſenſu de rebus diuinis iudicare hominem. 2. Quia Capharnaitæ non ſolùm arbitrabantur veram nobis carnem Chriſti promitti, ſed etiam more carnali manducandam, ideſt ſcindendam, coquendam & naturali calore in propriam animantis ſubſtantiam tranſmutandam: quibus aptiſſimè reſpondet Dominus, dicens carnalem cogitationem nihil prodeſſe: ac ſi dixiſſet, *animalis homo non percipit myſteria diuina.* 3. quia immediatè ſubiungit: [u] *Verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt:* quaſi

[p] *Zuinglij ſupra.*

[q] *Ioan. 6. v. 63.* τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν.

[r] *ita Chryſoſt. Theophyl. Euthym. in hunc locum, Origen. homil. 3. in epi. ad Rom. ad illa: Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.*

[s] *Geneſ. 6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in homine quia caro eſt. Math. 16. v. 17. Caro & Sanguis non reuelauit tibi Rom. 8. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & Galat. 1. v. 16.*

[t] *Caro non prodeſt quidquam, ſed quomodo illi intellexerunt* (inquit Auguſt. tract. 27. in Ioan.) *carnem quippe ſic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur.*

[v] τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστιν.

dicat *Non mirum, ſi vos non intelligitis, quia cogitatis humana, ego loquor diuina vitam conferentia æternam*: quæ ſola fide percipienda ſunt 4. iſta non ſatis cohærent: *Caro non prodeſt quidquam* id eſt *non prodeſt eã in Sacramento manducare*: [x] *ſed* (ſiue, ideò) *ſunt quidam ex vobis, qui non credunt*. Optimè autem conueniunt ſi intelligamus: *Carnalis cogitatio non prodeſt ad credendum, ſed fidei ſpiritus, ideò quidam ex vobis non credunt, quia non habent ſpiritum fidei, ſed carnis*.

[x] v. 64. ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἳ οὐ πιστεύουσιν.

Duodecima. [z] *Vbi ſum* (inquit Dominus) *illic & miniſter meus erit*. At ſancti non ſunt in Euchariſtia: ergo neque Chriſtus. Puerilis argumentatio.

[z] Ioan. 12. v. 26. ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται.

Reſp. 1. etiam concludere Chriſtum nec in cruce, nec in ſepulchro fuiſſe, quia ibi non erant Sancti: ac ſimilia abſurda, quæ indè facilè quiuis deducet 2. non dixit vbicumque, ſed vbi vt oſtenderet ſe loqui de conſortio regni, & gloriæ beatæ.

[a] Decima 3. vel Chriſtus in Euchariſtia eſt in gloria patris, vel non. ſi non: impium eſt illum à gloria Dei, ad hæc inferiora reuocare, ſi eſt ergo etiam Sancti.

[a] Martyris obiect. 37.

Admittitur in Euchariſtia Chriſtus in gloria Patris. Ad conſeq. negatur. Nam per gloriam patris vel intelligitur beatitudo obiectiua, vel formalis vel exiſtentia in Sacramento. Si primum, [ſicut poteſt obiectiua beatitudo, nempe Deus, eſſe, & eſt in terra, ſic poterit illam in terra Chriſtus habere, vbi ſancti non ſunt: ſi ſecundum, quia hæc beatitudo eſt diuerſa numero in beatis, non habet neceſſariam connexionem loci ea quam habet Chriſtus cum alijs beatorum, & proinde poterit eſſe vbi non erunt aliæ. dici tamen poterunt eſſe ſimul quod ſint eiuſdem generis. quomodo omnes ſtellæ dicuntur in lumine Solis, quia omnes Solis recipiunt lumen. Et Angeli quamuis in terris, dicuntur eſſe in gloria & obiectiua & formali patris cum beatis omnibus.] ſi 3. reſpond. 1. hoc non eſſe in gloria patris propriè, quia exiſtentia illa vel Sacramentales ſpecies non ſunt gloria patris.

2 Chriſtum in Sacramento, etiam adeſſe innumerabilibus Angelorum choris vt teſtantur [b] PP. non eſt autem neceſſe quatenus dicatur in gloria cum Sanctis, ſimul omnes adeſſe: alioquin neque iam eſſet vllibi in gloria cum illis: Nec enim adhuc impletus eſt ſanctorum numerus.

Decima 4. Ioan. [c] 16. *Relinquo mundum, & vado ad patrem.* Non reliquit autem viſibili præſentia ſolùm ſed etiam inuiſibili 1. quia promitteret alioquin fruſtra Spiritum ſanctum qui ſuppleret abſentiam ſuam, quorſum enim vicarius ſi Chriſtus eſt præſens? 2. quia opponitur aſcenſus Chriſti deſceſui Spiritus ſancti. Ergo iam non adeſt Chriſtus vllo modo ratione carnis in mundo.

[b] *Chryſoſt. 6. de Sacerdotio, & homil. 65. ad populū Antioch. Ambroſ. in 1. Lucæ ad illa: Apparuit ei Angelus, Gregor. 4. Dialog. 58.*

[c] *v. 28.* ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα.

Negatur Minor, quia non reliquit mundum niſi ratione conuerſationis viſibilis, & moris humani cùm dixerit: [d] *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos,* ad 1. probationem, non fruſtra Spiritum ſanctum adeſſe, quia ſupplet interius motibus, & inſtructionibus quod externis monitionibus & conſolationibus viſibilis præſtabat Chriſtus, ad 2. eſſe contra aduerſarios. Nam ſicut Spiritus ſanctus deſcendit, & tamen cœlum non reliquit: ſic inferendum eſſet, Chriſtum aſcendiſſe in cœlum, & tamen non reliquiſſe terram.

[d] *Ioan. 14. v. 18.* οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

[e] Decima 5. ſola cauſa cur prohibuerit Dominus, à Magdelena tangi poſt reſurrectionem, & addiderit: [f] *Nondum enim aſcendi ad Patrem meum,* eſt quia nuſquam alibi quam in cœlo vult quæri.

Negatur 1. quia paſſus eſt poſtea, non modo à Magdelena, ſed etiam [g] ab aliis mulieribus tangi. Ergo ſi, *non tangere in terra*, ſignificat nos debere Chriſtum in cœlo quærere, *tangere* ſignificabit in terra quærēdum eſſe 2. quia PP. alias reddunt huius prohibitionis cauſas: [h] Chryſoſtomus, quòd, Maria non accederet cum tantâ, quam debebat in corpus glorioſum reuerentia, ſed vellet ſolito more Dominum familiariter alloqui, & complecti

[e] *Caluin. 4 ca. 17. §. 20. Inſt.*

[f] *Ioan. 20. v. 17.* μή μου ἅπτου οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου.

[g] *Math. 28. v. 9.*

[h] *homil. 85. in Ioannem.*

Aug.tract.121. in Ioan.quòd gereret Maria typum tunc Eccleſiæ gentilium, cui non ſe oſtenſurus erat Chriſtus viſibiliter. Idem ibidem, & [i] Gregor. quòd nondum illum tangeret fide tanquam patri æqualem. [k] Cyrillus, quia peccatorum figuram gerebat, qui non debent impuri ad Eucharistiam accedere. [l] Bernard. quòd nollet tactu, ſed fide ſuam probari reſurrectionem Chriſtus, addi alia poteſt, non prohiberi tactum ſimpliciter, cum poſtea ſe præbuerit tangendum, ſed nimiam feſtinationem Magdalenæ: propterea enim ſubiunxit: *Nondum aſcendi, &c.* id eſt *non debes adeò feſtinare quaſi deſit tempus me tangendi, nondum enim receſsi à vobis, ſed vade prius ad Apoſtolos, & eis nieam nuncia Reſurrectionem, & tunc commodius poteris vna cum aliis me videre, ac tangere.*

i 26. *Moralium* 26.
k 12. *in Ioan.* 50.
l *ſerm.* 28. *in Cantica.*

Decima 6. [m] *Deus non in manufactis templis habitat*, id eſt non includitur templis. Chriſtus autem eſt Deus. Ergo, &c. Totum admittitur in quantum Chriſtus eſt Deus, nec enim aliud argumentum concludit, vt patet ex formâ.

m *Actor.* 7. *v.* 48. *& cap.* 17 *v.* 24.

Decima 6 ſicut Deus propter ſuam immenſitatem non includitur in templis. Sic nec Chriſti corpus, quod iuſtam hominis ſtaturam habet, includitur in pixide.

Reſpond. [1. nullam eſſe comparationem, eſt enim finiti ad infinitum, nempe corporis Chriſti ad Deum.] 2. ſicut Deus eſt totus in templo, & tamen ſimul eſt extra & ideo dicitur non includi: ſic Chriſtum eſſe totum in pixide & extra, & proinde nec etiam includi hoc modo.

Decima 7. Iudæi antiqui eandem nobiſcum eſcam manducauerunt, [n] teſte Auguſt. At non manducauerunt carnem Chriſti, ergo neque nos.

n *tract.* 26. *in Ioan. & in Pſal.* 77.

Negatur Maior. [o] vide ſupr. Ad Auguſtinum 1. hunc locum non expoſuiſſe in commentario aliquo proprio, ſed ſolum ad ſuum adducere propoſitum aliquid ex hac Pauli ſententia. 2. iuxta Aug.

o 2. *de Sacrament. cap.* 17.

etiam, & aduerſarios ſoli boni nobiſcum eandem manducauerunt eſcam. At Paulus ſignificat ſe loqui de eſca à bonis, & malis manducata: ſubiungit enim [p] *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo.* Ergo non agit Paulus de eſca illis & nobis communis 5. Aug. ibid. docere eandem manducaſſe nobiſcum Iudæos eſcam non quomodocumque, ſed ſignificatione tantùm, non re: Quia, vt inquit, ipſe: [q] *Aliud eſt Paſcha, quod Iudæi de oue celebrant, aliud quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus.*

[r] Decima 8. Paulus 1. Corinth. 10. & 11. vocat Euchariſtiam panem, etiam poſt conſecrationem. Ergo ſolùm eſt panis.

Reſpond. ad anteced. 1. ſcripturam ordinariè res vocare ſicut exterius apparent, ſic enim ſerpentem æneum, ſimpliciter vocat ſerpentem, Angelos in in formâ humanâ, viros. 2. phraſi Hebraicâ nomine panis intelligi generatim omnem cibum. 3. quia Euchariſtia non eſt qualiſcumque cibus, ſed ſolidus & ſubſtãtialis, qualis eſt in ſuo genere proportionaliter panis triticeus & quia effectus habet panis proportionaliter, ideò dici panem. Ad conſeq. 1. negatur propter prædicta 2. in aduerſarios militare. Nam Ioan. 6. corpus Chriſti vocatur panis. Ergo nihil aliud quam panis reipſa erit. Igitur malè ibi per *corpus Chriſti* intelligunt ſpiritualem cibum.

[s] Decima 9. Corpora noſtra poſt reſurrectionem habebunt dotes corporis glorioſi Chriſti [t] Philipp. 3. Ad ſtultum eſt expectare ea fore in pluribus locis, aut ſub modica ſpecie panis.

Reſpondeo, corpus Chriſti eſſe in pluribus locis, non oriri ex aliqua corporis dote glorioſi, ſed omnipotentia Dei [qui in noſtris id etiam præſtare poſſet, ſi vellet.]

[v] Vigeſima. Coloſſ. 3. *Non ſunt quærenda quæ ſunt in terra, ſed quæ ſurſum, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.*

---

[p] *1. Corint. 10. v. 5. ἀλλ᾽ οὐχ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ θεός.*

[q] *2. contra literas Petiliani. 37. item in Pſal. 75. Idem in myſterio cibus, & potus illorum, & noſter, ſed ſignificatione idem non ſpecie: quia idem ipſe Chriſtus illis in Petrâ figuratus, nobis in carne manifeſtatus.*

[r] *Martyris obiect. 19.*

[s] *Caluini ſup. §. 29.*

[t] *verſu vltimo.*

[u] *Caluini ſup. §. 36.*

Reſpõdeo, illud, *ſurſum* non ſignificare eleuationem cordis ad locum corporalem, alioqui omnium hominum piiſſimi Aſtrologi eſſent: ſed eleuationem à curis terrenis ad Deum atque res æternas: quod non ſolum fit cum Chriſtum exiſtentem in cœlo, ſed etiam adoramus in Sacramento, Magi in præſepio, Maria quæſiuit in Templo.

LIBER SECVNDVS,

QVO CONTINENTVR TEſtimonia PP. pro veritate corporis Chriſti in Euchariſtiâ.

Teſtimonia PP. ætatis primæ, id eſt, ab anno Domini. 1. ad 100.

CAP. I. II. & III.

PRIMÒ, [a] liber paſſionis Sancti Andreæ Apoſtoli à ſuis diſcipulis conſcriptus, à nullis, quod appareat, in dubium reuocatus, ab Eccleſia receptus dum inde illud: *Salue ſancta Crux*, &c. ſumpſerit [b] à Petro Damiano, Aloyſio Lippomano & [c] Ioanne à Louanio laudatus, refert Sanctum Andræam dixiſſe: *Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidiè ſacrifico. Qui cum ſit verè ſacrificatus, & verè à populo carnes eius manducatæ, integer perſeuerat, & viuus.* Cumque interrogaretur ab Ægeâ quomodo id fieri poſſet, reſpondit, *id ſine fide in Chriſtum percipi non poſſe:* at certè ſi nihil habetur in Euchariſtia niſi panis ſignificans Chriſtum, difficilè non erat etiam ſine fide percipere quomodo Chriſtus in ſigno manducatus tantum, perſeueret integer.

Secundò, [d] Ignatius [e] Epiſtola ad Smyrnens. ab

a CAP. I.

b *ſerm. 2. de S. Andræa.*

c *in ſuâ Cenſurâ de paſſionibus Sanctorum, quæ habetur in Martyrologio Melani.*

d CAP. II.

e *apud Theodoret. Dialog. 3.*

Reſpõdeo, illud, *ſurſum* non ſignificare eleuationem cordis ad locum corporalem, alioqui omnium hominum piiſſimi Aſtrologi eſſent: ſed eleuationem à curis terrenis ad Deum atque res æternas: quod non ſolum fit cum Chriſtum exiſtentem in cœlo, ſed etiam adoramus in Sacramento, Magi in præſepio, Maria quæſiuit in Templo.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS,

QVO CONTINENTVR TEſtimonia PP. pro veritate corporis Chriſti in Euchariſtiâ.

Teſtimonia PP. ætatis primæ, id eſt, ab anno Domini. I. *ad* 100.

CAP. I. II. & III.

PRIMÒ, [a] liber paſſionis Sancti Andreæ Apoſtoli à ſuis diſcipulis conſcriptus, à nullis, quod appareat, in dubium reuocatus, ab Eccleſia receptus dum inde illud: *Salue ſancta Crux*, &c. ſumpſerit [b] à Petro Damiano, Aloyſio Lippomano & [c] Ioanne à Louanio laudatus, refert Sanctum Andræam dixiſſe: *Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidiè ſacrifico. Qui cum ſit verè ſacrificatus, & verè à populo carnes eius manducatæ, integer perſeuerat, & viuus.* Cumque interrogaretur ab Ægeâ quomodo id fieri poſſet, reſpondit, *id ſine fide in Chriſtum percipi non poſſe:* at certè ſi nihil habetur in Euchariſtia niſi panis ſignificans Chriſtum, difficilè non erat etiam ſine fide percipere quomodo Chriſtus in ſigno manducatus tantum, perſeueret integer.

Secundò, [d] Ignatius [e] Epiſtola ad Smyrnens. ab

a CAP. I.

b *ſerm.* 2. *de S. Andræa.*

c *in ſuâ Cenſurâ de paſſionibus Sanctorum, quæ habetur in Martyrologio Molani.*

d CAP. II.

e *apud Theodoret. Dialog.* 3.

Digitized by Google

Euſeb. Athanaſ. Hierony. Theodor. & aliis veteribus frequenter citata *Euchariſtias* (inquit) *& oblationes non admittunt, quod non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam pater ſua benignitate ſuſcitauit.*

[f] *ita Beza in Dialogo Cyclops.*

Reſpondent [f] Primò, ſenſum eſſe, *nobis dari veram Chriſti carnem fide manducandam.* Contra, nec de manducatione, nec de fide verbum Ignatius habet: ſed ſimpliciter ait, *Euchariſtiam eſſe carnem Chriſti.*

Secundò, ſolùm velle contra hæreticos, negantes Chriſti carnem hoc argumentum formare: *Si Chriſtus veram non habuit carnem*, Ergo *nequit Euchariſtia eſſe caro vera, id eſt ſymbolum vere carnis. hoc autem eſt falſum.* Igitur & illud.

[g] *ita Bouquinus libro de cœna Domini.*

Contra. [1. ſi, *vera caro*, non ſignificat veram carnem, ſed ſymbolum carnis nulla ſtabit locutio propria.] 2. huiuſmodi hæretici negaſſent primam conſeq. Nam admittebant Chriſti apparentem carnem, & proinde minimè negabant ſymbolum veræ carnis dari poſſe: cum poſſit formari etiam de carne ſolum apparenti, ſicut Angeli pinguntur. Ergo non benè probaret Ignatius ex affirmatione Symboli veræ carnis, affirmationem veræ carnis Chriſti in Euchariſtiâ. Quare ſi ſit ibi aliqua argumentatio, erit ex Affirmatione carnis Chriſti in Euchariſtia, ad Affirmationem eiuſdem, omninò, & abſolutè.

[h] *Petr. Martyr. 1. par cōtra Gardinerum obiect. 149.*

[i] *Epiſtol. ad Philadelphienſes.*

Objicitur [h] ex Ignatio: [i] *Rogo vos vt inſtet vni fidei, vni prædicationi, vnâ Euchariſtiâ vtentes: vna eſt caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt: vnus etiam panis, pro omnibus confractus, & vnus calix totius Eccleſiæ.* Ad quid diſtinguit carnem à pane, & ſanguinem à calice, niſi quia in Euchariſtia ſolus panis eſt, ac vinum? Ad quid vtitur nomine, *fractionis*, & panis, niſi quod propriè ſit panis, & frangatur?

Reſpondeo, ita diſtinguere, non quod ſint in re diuerſa, ſed in modo, alius eſt enim extra Sacra-

mentum, alius in Sacramento. de nomine panis & fractionis [k] ſupra dictum eſt.

Tertium [l] teſtimonium eſt Dionyſ. Areopagitæ: [m] *O diuiniſſimum* (inquit) *& ſacroſanctum Sacramentum, obducta tibi ſignificantium ſignorum operimenta dignanter aperi, & perſpicuè nobis fac appareas: noſtroſque, ſpirituales oculos, ſingulari, & aperto tuæ lucis fulgore imple.* At huiuſmodi inuocatio ſtultè referretur ad Sacramentum ſi ſolum ſymbolum eſſet.

Reſpondent [n] hæc per Apoſtrophen ad rem ſignificatam referri. Contra res ipſa non tamen poterit, ſub nomine ſigni, ſiueipſum ſignum inuocari, niſi contineatur res ſignificata ſub ſigno.

Obijcitur ex eodem Dionyſ. [o] *Pontifex opertum panem, & indiuiduum aperit, & in fruſta concidit.* Sed quare dicatur panis item & frangi, vide ſupra.

[k] lib. 1. c. 2. 12. & vltimo ad 18.
[l] CAP. III.
[m] 3. Eccleſ. Hierarch. par. 3.
[n] Marty. obiect. 150.
[o] ibidem.

Ex PP. ætatis ſecundæ.

CAP. IIII.

IVSTIN. Apolog. 2. ad Antoninum, οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλὰ ὃν τρόπον, διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ὑμῶν ἔσχεν· οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ θεοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς, αἷμα, καὶ σάρκες, κατὰ μεταβολὴν, τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Non enim vt communem panem neque communem potum hæc ſumimus, ſed quemadmodum per verbum Dei incarnatus Ieſus Chriſtus Saluator noſter, & carnem, & ſanguinem pro ſalute noſtrâ habuit: ſic etiam per preces verbi Dei ab ipſo Euchariſtiam factum cibum, ex quo ſanguis, & carnes noſtræ per mutationem aluntur, illius incarnati Ieſu, & carnem, & ſanguinem eſſe edocti ſu-*

mus. At ſi Euchariſtia importat ſolum Symbolum Chriſti, non carnem. 1. debuiſſet id explicare Iuſtinus cùm Apologiam pro Chriſtianis ſcriberet, quibus præter alia crimina [a] obijciebatur eſus carnium humanarum, facilè namque id ſoluiſſet, dicendo *non carnem, ſed ſolum ſignum carnis ſumi.* 2. non erat opus exemplum ex incarnatione producere ad probandum, non temerè Chriſtianos credere panem fieri carnem. nullum enim miraculum eſt, panem ſignificare Chriſti corpus.

Reſpondent [b] Iuſtinum vti incarnationis exemplo, vt probaret contra Marcioniſtas, nos veram Chriſti ſumere carnem per fidem, & proinde veram carnem Chriſtum habere. Contra. 1. non probat incarnationem ex Euchariſtia, ſed Euchariſtiã ex incarnatiõne. 2. non diſputat cõtra hæreticos, ſed Imperatorem alloquitur qui nihil de carne Chriſti dubitabat. 3. comparat Euchariſtiam cum incarnatione quoad modum: vt ſicut hæc, Dei imperio, facta eſt, ita & illa per preces fiat verbi Dei. At in ſolo ſigno non eſt opus conſecratoriâ prece, ſed ſufficit inſtitutio prima.

Obijcitur. Primò, Iuſtinus ait ali corpora noſtro hoc cibo: non aluntur autem reali corpore Chriſti.

Reſpond. 1. non dixiſſe ali ex cibo conſecrato, ſed idem eſſe, ac ſi dixiſſet, *Cibus ille ex quo carnes noſtræ ali ſolent, cùm prece myſticâ conſecratur, efficitur corpus Chriſti.* 2. non eſſe apud veteres nouum dici ali corpora noſtra Euchariſtiâ non quomodolibet, ſed ad immortalitatem. Iuxta illud: [c] *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo illud in nouiſſimo die.*

[a] *Tertull. in Apolog. cap. 7. & Athenagoras Apologia ad eũdem Antoninum.*

[b] *Martyr. Quod etiam reſpondet dictam Euchariſtiam corpus nõ figuram: quia ita à Chriſtianis vocabatur, nec erat periculum credi eſſe corpus: tũ quia dixerat Iuſtinus proponi in menſa, tũ quia poterant Gentiles facilè colligere loqui Iuſtinum figuratè, cum ageret de carne Chriſti glorioſa: nihil eſt 1. quia magis cauſam Chriſtianorum offendiſſet cum per ambages reſponderet, nec eſt veriſimile potuiſſe Gentiles per tropos intelligere quòd propriè dicebatur 2. quia addidit Iuſtinus poſt conſecrationem non eſſe amplius panem, & vinum.*

[c] *Ioan. 6. v. 54.* ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

[d] Pius 1. apud [e] Gratianum, [f] Burcardum, & [g] Yuonem ſtatuit grauem pœnam in eos, quorum negligentia aliquid Dominici ſanguinis in terram, vel ſuper altare deciderit. At ſi tantùm ſignum eſſet non maior diligentia dumtaxat adhibenda foret, quam quæ adhiberetur ne imago Chriſti in terram caderet. [h] Ireneus 4. cap. 34.

Ideò probat Chriſtum eſſe creatorem quòd panis per conſecrationem fiat corpus Chriſti virtute Chriſti. At ſi ſola ſignificatione credebat id fieri, nihil probabat. Nam quiuis poteſt ſignis vti ad ſignificandum corpus Chriſti, & Deo gratias agere, nec tamen propterea erit filius Creatoris. Ergo credidit per realem Chriſti præſentiam id fieri. Ad quod planè requiritur omnipotentia Creatoris.

9 Item cap. eodem [k] ait corpora noſtra incorruptibilia fieri, quia corpore Chriſti aluntur. Ergo corpus Chriſti ex ſententia Irenæi non ſolum animis, ſed etiam corpore percipitur.

At corpus noſtrum non aſcendit in cælum vt ibi guſtet Chriſti corpus. Ergo illud accipit præſens in Euchariſtia.

Reſpondent [l] fieri incorruptibilia corpora noſtra, quia per fidem coniũgimur ipſo corpori Chriſti, & ex ea fide renouatur anima, renouatio animę redundat in corpus.

Contra. 1. vult. Irenæus inde Reſurrectionem probare. At ex illa fide nõ probatur. nam dici poſſet ſolam viuificari animam, quia ſola apprehendit Chriſtum. optime autem probatur ex reali præſentia viuificationis Chriſti carnis in nobis 2. non erat opus alioquin potius id ex Euchariſtia, quam ex quolibet alio ſigno probare excitante fidem. At Iren. maximè in Euchariſtia vim facit.

d CAP. V.
e *de conſecr. diſt. 2. can. Si per negligentiam.*
f *lib. 5. decreti.*
g 1. *decreti.*
h CAP. VI.
i *Quomodo (inquit) conſtabit eis, eum panem, in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum Fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, de quo fluunt fontes, dat primùm quidẽ fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpicâ.*
k *Quomodo rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur.*
l *Beza in Cyclope.*

Idem ibidem [m] docet panem terrenũ poſt myſticas preces non eſſe amplius communem, ſed cibum conſtantem ex re terrenâ & cœleſti. Nequit autem per cæleſtem intelligi ſacrum ſignificatum ſigni. tum quia nihil dicitur componi ex re abſenti, tum quia dici poſſet pariter ſacrum ſymbolum quodcumque, vt imago, duabus rebus conſtare nimirum terrenâ & cæleſti, quod falſum eſt. Ergo per rem cœleſtem intelligitur corpus Chriſti.

Ibidem aſſerit ita panem mutari ex terreno in cœleſtem, per inuocationem Dei, ſicut corpora noſtra mutabuntur per Euchariſtiam ex mortalibus in immortalia. Sed corpora noſtra reipſa, immortalia fient non quidem per mutationem accidentalem, [n] vt vult Martyr, ſed reuera ſubſtantialem, in quantum ſcilicet cineres corporum noſtrorum in corpora mutabuntur glorioſa manente tamen eiuſdem carnis realitate. Igitur panis terrenus reipſa fit Chriſti corpus per ſubſtantialem mutationem.

Obiicitur, [o] Irenæum dixiſſe ipſum panem eſſe corpus Chriſti.

Reſpondeo, non loqui de ſimplici pane, ſed ſanctificato ſeu conſecrato, qui reuera eſt propriè Chriſti corpus.

[m] *Quemadmodum qui eſt à terrâ panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis eſt; ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrenâ, & cæleſti ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem Reſurrectionis habentia.*

[n] *obiect.* 152.

[o] *l.* 4. *cap.* 32.

Tertiæ ætatis.

CAP. VII.

PRIMVM teſtimonium eſt Tertuliani. [a] *Non ſciet* (inquit) *maritus* (ſcilicet Gentilis) *Quid ſecreto ante omnem cibum guſtes* (tu mulier fidelis) *& ſi ſciuerit, panem non illum credit eſſe qui dicitur.* At ſi ſolus eſſet triticeus panis in Euchariſtia (de qua ibi agit) bene crediſſet maritus Gentilis mulierem ſuam ſolum ſuſcipere panem. Id aduerſarij negant,

[a] *lib.* 2. *ad vxorem floruit Tertull. ad initium an.* 200.

gant,

gant, quia non credidiſſet ſignum corporis Chriſti eſſe, contra id facilè poterat credi. At Tertulianus loquitur de re difficili credi.

Secundum [b] eiuſdem, *Caro abluitur, vt anima emaculetur, caro inungitur, vt anima conſecretur, caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur.*

[b] *libro de Reſurrect. carnis.*

[c] Reſpondent vocari corpus Chriſti ipſum corporis Sacramentum, contra, Tertullianus inde reſurrectionem probare intẽdit. At ex ſola ſumptione Symboli aut eius apprehenſione non probatur, vt dictum eſt cap. ſuperiori ad 2. Teſtimonium Irenæi.

[c] *Mart. Beza Boquinus. ſup.*

Obiicitur primò, *ſed ille* [d] (inquit Tertullianus) *vſque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua ſuos abluit, nec oleum, quo ſuos vngit, nec mellis, & lactis ſocietatem, quo ſuos infantat, nec panem, in quo ipſum corpus ſuum repræſentat.*

[d] *1. contra Marcionẽ paulo ante mediũ.*

Reſpondeo, repræſentationem dupliciter ſumi, primo pro exhibitione ipſiuſmet rei in ſe: quomodo ipſemet Tertull 4. in Marcionem dixit, repræſentatum fuiſſe filium Dei à patre cum dixit in monte Thabor: *Hic eſt filius meus dilectus*, &c. ſecundò, pro exhibitione rei in ſigno, priori loquitur Tertull. in loco allegato, non poſteriori.

Secundò, *Hoc lignum* [e] (inquit) *& Hieremias tibi inſinuat dicturis prædicans Iudæis, venite mittamus lignum in panem eius, vtique in corpus. Sic enim Deus in Euangelio quoque veſtro reuelauit; panem corpus ſuum appellans, vt & hinc iam eum intelligas corporis ſui figuram panis dediſſe, cuius retro corpus in panem Prophetes figurauit.*

[e] *3. in Marcionem.*

Reſpondeo ſenſum eſſe. *Hieremiam* [f] *intellexiſſe per panem corpus Chriſti, crucis ligno affigendum pro nobis, quia ita explicauit Chriſtus cum dixit.* Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. *vt hinc intelligeremus,* corporis ſui dediſſe, *id eſt,* aperuiſſe *figuram panis, nimirum quod panis nomine Propheta figurauerat, ſe tunc de corpore ſuo Chriſtum manifeſtè* explicare.

[f] *Nam apertè Tertull. ſcribit, apud Hieremiam intelligi per panem, corpus Chriſti.*

Tertiò, lib. 4. in Marcionem. *Acceptum panem, & diſtributum diſcipulis corpus ſuum illum fecit, hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt figura corporis mei. Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus.*

Reſpondeo cùm dixit: *Acceptum panem*, &c. *corpus ſuum illum fecit*: indicare apertè realem panis mutationem in corpus Chriſti. cum ſubiungit: *Hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt figura*, &c. non eſt ſenſus Euchariſtiæ panem eſſe corporis figuram, ſed, *hoc quod fuit in Teſtamento veteri figura corporis ſui, iam eſſe, per tranſmutationem, corpus ſuum*: ita vt, *figura corporis*, non coniungatur cum illo, *corpus meum*, ſed cum pronomine, *Hoc*, 1. quia ſubiungit in præterito: *Figura autem non fuiſſet*, &c. At ſi intellexiſſet Euchariſtiam, figuram corporis eſſe, dixiſſet: *Figura autem non eſſet*, &c. 2. quia paulò infra docet Chriſtum vocaſſe ſuum corpus, panem, non peponem aut alium cibum, vt impleret Hierem. figuram, qui nomine panis ſignificauerat Chriſti corpus. Non ergo Dominus inſtituit in Euchariſtia figuram corporis ſui, ſed veterem impleuit figuram. 3. quia id apertius explicat, cum ait, loquens de ſanguine Chriſti ſignificato à Iacob per vinum, Geneſ. [g] 49. *Ita & nunc* (inquit) *ſanguinem ſuum in vino conſecrauit qui tunc vinum, in ſanguine figurauit*. 4. quia Tertulliani propoſitũ in hoc libro erat oſtendere, Chriſtum in Euangelio non deſtruxiſſe Teſtamentum vetus, ſed impleſſe. Itaque percurrit plurima Tertull. Chriſti opera, ac demõſtrat Chriſtum in omnibus dediſſe operam, vt legis impleret figuras. Igitur hoc etiam in loco non inducit figuram inſtitutam in nouo Teſtamento, ſed tantum impletionem veteris.

[g] v. 11.

[h] Tertium, Origenis: [i] *Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis: noſtis qui diuinis myſterijs intereſſe conſueuiſtis, quomodo cum ſuſcepiſtis corpus Domini, cum omni cautelâ, & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim*

[h] Cap. VIII.

[i] homil. 13. in Exodum, exponens cap. 25.

vos creditis, & rectè creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat.

Quartum, [k] eiuſdem: *Quando ſanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum: quando vitæ pane, & poculo frueris, manducas, & bibis corpus, & ſanguinem Domini: tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians teipſum imitare hunc Centurionem & dicito: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.* At non niſi ſtultus nudum ſymbolum vocaret Dominum.

Quintum [l] eiuſd. *in ænigmate eſt Manna cibus, nunc autem in ſpecie, caro verbi Dei, & verus cibus, ſicut ipſe dicit: quia carò mea verè eſt cibus.*

[m] Reſpondent, ſenſum eſſe, *antiquos obſcurè, nos clare percipere ſignificationem panis Euchariſtiæ.*

Sed vtrumque ait Origenes ſcilicet, & nunc [n] Deum clarius loqui, & clarius præſtare, quod antea tantùm in ænigmate verſabatur.

Obiicitur, primò, ex homil. 16. in Numeros: *bibere dicimur ſanguinem Chriſti, non ſolùm Sacramentorum ritu, ſed etiam cum ſermones eius recipimus.*

Reſpondeo, non dixiſſe vtrobique eodem ſumi modo, imò cum diſtinguat hos duos modos ſatis oſtendit eſſe diuerſos. Et quidem in Sacramento, reipſa, in concione, ſpiritualiter, tantum bibi.

Secundò, in 26. Math. *Panis iſte* (inquit) *quem Deus verbum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutritorium animarum.*

Reſpondeo, Origeni prætermiſſo literali ſenſu, placuiſſe hunc locum exponere myſtice vt legenti patebit, vnde per panem intellexit ſermones Chriſti, nimirum verbum de verbo procedens, & panè de pane cœleſti Chriſto.

Tertiò hom. 7. in Leuiticum, cum dixiſſet carnem Chriſti eſſe verbum Dei, ſubiungit: *Si enim ſecundum literam ſequaris hoc, quod dictum eſt: Niſi manducaueritis &c. occidit hæc litera.*

Reſp. 1. ſolùm ad ſummum hoc teſtimonium

[k] *homil. 5. in diuerſa loca Euangelij.*

[l] *homil. 7. in Numeros.*

[m] *vt Martyr. parte 4 libri contra Gardinerum.*

[n] *Modo cùm Moyſes* (inquit) *venit ad nos, & coniunctus eſt huic Æthiopiſſa, lex Dei non iam in figuris, & imaginibus, ſicut prius, ſed in ipſa ſpecie veritatis agnoſcitur: & quæ prius in ænigmate deſignabatur, nunc in ſpecie & veritate completur.*

probare non agi de Euchariſtiâ Ioan. 6. cap. non autē in Euchariſtia haud eſſe Chriſti corpus 2. illa: *Niſi manducaueritis* &c. *tripliciter exponi*. 1. prorſus myſticè quomodo interpratatur Origenes 2. Capharnaiticè vt ſuprà. 3. Ad literam, quoad ſubſtātiam rei, & manducationis: figuratè verò quoad modum manducationis, id eſt ſine læſione corporis Chriſti, qui ſenſus eſt huius loci germanus quē tamen hîc Origen. non attigit ſed nec reiecit recepit autem homil. 7. in Numeros.

[o] *homil. 9. in Leuiticum.*

Quartò, [o] *Non hæreas in ſanguine carnis, ſed diſce potius ſanguinem Verbi, & audi ipſum dicentm, quia hic ſanguis meus eſt qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Reſpondeo per, *ſanguinem carnis* vel intelligi *vitulorum & hircorum ſanguinem* de quo loquitur Moſes in loco quem Origen. tractat: vel monere vt nō inhæreamus ſanguini verbi inſtar Capharnaitarū, ſed conſideremus eum eſſe ſanguinem Dei: non quidem figuratè ſed verè. eo enim aſſerit Origenes nos redemptos. At nō ſumus redempti figura ſanguinis Chriſti.

[p] *in 15. Mathai.*

Quintò, [p] *Quod ad eſum per ſe attinet* (inquit) *neque ex hoc, quod non edimus de pane, verbo Dei, & per obſecrationem ſanctificato fraudamur aliquo bono, neque ex edendo abundamus aliquo bono: ſi quidem cauſa defectus eſt malitia, peccataque: & abundantiæ cauſa eſt iuſtitia & recta facta.*

Reſpondeo, loqui præciſè de eſu corporali Euchariſtiæ abſtrahendo à bonitate, vel malitia ſumentis, nam neque prodeſt comedere corporaliter Euchariſtiam, & non ſpiritualiter, neque obeſt omittere niſi adſit contemptus aut præceptum. Nec tamen inde colligitur rem eſſe indifferentem, & non habere vim ſanctificandi, niſi ex fide ſumentis: non enim dixit Origines non habere vim ex ſe, ſed illam non exerceri in indignè ſumentes.

[q] *ibidem.*

Sextò, [q] *Ille cibus qui ſanctificatur per verbum Dei, & orationem iuxta id quod habet materiale in ventrem*

abit, & in ſeceſſum emittitur.

Reſpondeo, per *materiale* intelligi *ſpecies* Sacramentales quæ reſpectu quantitatis, & viſibilium qualitatum ſe inſtar materiæ habent ad ſanctificationem & ſignificationem, vt formam.

Septimò, [r] vocat Euchariſtiam corpus typicum & Symbolicum.

Reſpondeo, reuera Euchariſtiam eſſe etiam ſymbolum, ſeu ſignum rei ſacræ, id eſt corporis Chriſti, non abſentis ſed præſentis.

Octauò, [s] dicit corpus Chriſti non poſſe à peccatoribus manducari.

Reſpondeo, loqui de manducatione extra Sacramentum, diſtinguit enim hanc manducationem à manducatione panis ſanctificati per verbum.

Nonò, 8. contra Celſum vocat Euchariſtiam oblatum panem.

Reſpondeo non ſimpliciter vocare panem, ſed mutatum in corpus Chriſti, *oblatos* (inquit) *panes edimus corpus ſanctum quoddam per preces effectos, & ſanctificans eos, qui cum ſancto propoſito ipſo vtuntur.*

[v] Sextum teſtimonium eſt [x] Cypriani. [y] *Vis* (inquit) *infertur corpori eius, & ſanguini: & plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt, quam cum Dominum negauerunt.* At quis credet grauius eſſe peccatum, cum peccato ſymbolum corporis ſumere, quam Dominum negare?

Septimum, authoris ſermonis de cœna Domini inter Cypriani opera. *Cœnâ diſpoſitâ inter Sacramentales epulas, obuiauerunt ſibi inſtituta antiqua, & noua, & conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum magiſter apponit diſcipulis.* Per, *cibum inconſumptibilem*, nequit intelligi panis ſimplex, quia non minus conſumitur, quam Agnus, neque corpus Chriſti in ſola fide, quia hoc modo eũdem habuiſſent cibum Iudæi in Agno Paſchali, quem nos in Euchariſtià. Igitur reale corpus Chriſti in Euchariſtia.

[r] *ibidem. Et hæc quidẽ* (inquit) *de typico, ſymbolicoque corpore.*

[s] *ibid.*

[u] Cap. 9.

[x] *paſſus eſt an.* 259.

[y] *ſerm. 5. qui eſt de lapſis.*

Octauum eiuſd. *Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi* (quæ certè non requiritur in conſtituendo ſimplici ſigno) *factus eſt caro, & ſicut in perſona Chriſti humanitas apparebat, & latebat diuinitas, ita Sacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infundit eſſentia.*

Nonum eiuſd. *Noua huius Sacramenti doctrina, & Scholæ Euangelicæ hoc primum magiſterium protulerunt, & doctore Chriſto primùm hæc mũdo innotuit diſciplina, vt biberent ſanguinem Chriſtiani, cuius eſum legis antiquæ authoritas diſtrictiſſimè interdicit : lex quippe eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur.* At lex non prohibebat, vt biberetur in figura ſanguis.

Obiicitur primò, ex eod. authore: *vſque hodie hoc veraciſſimum, & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumentibus diuidit*, quæ non niſi de pane propriè dicto vſurpari queunt.

Reſpondeo 1. ſenſum eſſe, *Chriſtum primo creare panem, deinde ſanctificare, ac benedicere conuertendo in corpus ſuum, ac tandem ita benedictum nobis illud præbere.*

[2. ſi de corpore placeat intelligi hæc omnia, dici *creari*, quia adeſt in Sacramento per tranſubſtantiationem, ita vt ſi per impoſſibile non extaret, ante, tunc poneretur actu, dici *ſanctificari*, quia vi verborum conſecrationis in Sacramento ponitur, *diuidi*, quia fidelibus diſtribuitur.]

Secundò, *Panis iſte communis in carnem, & ſanguinem mutatus procreat vitam, & incrementum corporibus: ideoque ex conſueto rerum effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus Sacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum.*

Reſpond. ſenſum eſſe: *ſicut panis communis id eſt verè materialis, & triticeus, dum mutatur in carnem & ſanguinem noſtrum, per naturalem actionem caloris naturalis, nutrit nos, & auget. Ita corpus Chriſti ſe in nobis habet ſpiritualiter.*

Tertiò, *Hæc quoties agimus non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſyncera panem ſanctum frangimus.*

Reſpondeo, declarare fructum Sacramenti nõ

conſiſtere in noſtro delectando corpore, vel ſaginando, hoc enim eſt *acuere dentes ad mordendum*: ſed animo nutriendo.

Quartò, *noſtra & ipſius* (ſcilicet Chriſti) *coniunctio, nec miſcet perſonas, nec vnit ſubſtantias, ſed affectus conſociat, & confœderat voluntates.*

Reſpond. velle loqui de principali Euchariſtiæ effectu, ac negare hunc conſiſtere in vnione perſonali cum Chriſto ſicut in incarnatione, aut naturæ, ſicut in Trinitate, ſed affectus, & voluntatis. Nō meminit vnionis corporalis per Euchariſtiam, quia reuera fit, & proinde neganda non erat: neque eſt principalis Euchariſtiæ effectus.

Quintò, *Eſus huius carnis, quædam auiditas eſt, & deſiderium manendi in ipſo* & infra. *Quod eſt Eſca carni, hoc animæ fides.*

Reſpondeo, loqui de Sacramenti effectu. Nam manere in Chriſto per Fidem, & Charitatem, eſt eius carnem quantum ad effectum manducare.

Sextò, Cyprianus ſermone de vnctione Chriſmatis ait Dominum in vltima Cœna panem & vinum Apoſtolis dediſſe, militibus verò ſuum corpus vulnerandum. *vt in Apoſtolis ſecretius impreſſa ſincera veritas, & vera ſinceritas, exponeret gentibus, quomodo vinum, & panis caro eſſet, & ſanguis; & quibus rationibus cauſa effectibus conuenirent, & diuerſa nomina vel ſpecies ad vnam reducerentur eſſentiam, & ſignificantia, & ſignificata iiſdem vocabulis cenſerentur.*

Reſpondeo, non opponi panem corpori, ſed corpus ſub ſpecie panis, eidem corpori in ſpecie ſua: ſiue corpus vt cibum, eidem corpori vt victimæ. 1. quia in toto ſermone tractat de excellentia religionis Chriſtianæ ſupra Iudaicam, conferens hinc inde Sacramenta. At certè nihil ad hanc pertinet excellentiam, habere tantum panem nudum, ſiue ſymbolum corporis Chriſti. 2. quia alioquin quomodo diuerſa nomina, vel ſpecies ad vnam reducerentur eſſentiam, & ſignificata, iiſdem vocabulis cenſerentur. id eſt & panis Euchariſtię dice-

retur caro, & caro Domini diceretur panis niſi quia caro datur ſub ſpecie panis? Reſpondent reduci ad vnam eſſentiam: quia fiunt vnum Sacramẽtum: contra non poteſt fieri vnum ex ſymbolo preſenti, & re ſignificata abſenti.

[z] 1. *Epiſt.* 6. Septimò, [z] Cyprian. docere corpus domini panem vocari, ex multorum granorum adunatione congeſtum, & ſanguinem, vinum ex botris pluribus expreſſum.

Reſpondeo ſolùm explicare cur Dominus ex pane, & vino voluerit hoc Sacramentum confici, & non ex alia re: propter analogiam ſcilicet inter panem, & vinum, ac Eccleſiam Domini, per illud ſignificatam Sacramentum. Ita autem Dominus panem ſuum vocauit corpus, vt ea vocatione mutauerit in corpus ſuum dicendo: *Hoc eſt corpus meũ.*

[a] 2. *epiſt.* 3. Octauò, [a] *Videmus in aquâ populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti.* Ergo 1. vinum neceſſariò debet eſſe in calice, alioquin ſi deſit non poterit oſtendere ſanguinem. 2. ſignificare ſanguinem: hoc eſt enim, *oſtendere.* 3. Significare abſentẽ: ita enim aqua ſignificat populum.

Ad primam conſequentiam negatur, quia ſufficit eſſe vinum ſecundum vim quam habet ſignificandi vel oſtendendi ſanguinem, nempe per accidentia. Admittitur ſecunda. Negatur tertia. Nam non eſt neceſſe comparationes in omnibus quadrare. alioquin vt ſanguis Domini ſignificatur tanquam pretium, ſic & ſignificari deberetur populus.

Quartæ ætatis.

Cap. X.

PRIMVM [a] teſtim. Concilij Niceni eſt [a] Cap. 10.
Item(inquit)*hic in diuina menſa, ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem, & calicem, ſed attollentes mentem, fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei, tollentem peccata mundi, incruentè à ſacerdotibus immolatum* (& proinde in terra: non enim immolatur in cœlo) *& precioſum ipſius corpus, & ſanguinem verè* (& proinde non figuratè) *nos ſumentes, credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis Symbola: propter hoc enim, neque multum accipimus, ſed parum, vt ſciamus, non ad ſatietatem, ſed ad ſanctificationem ſumi.*

[b] Secundum Athanaſij apud [c] Theodoret. [b] Cap. 11. *Corpus eſt cui dicit Sede à dextris meis. cuius etiam fuit* [c] *Dialogo 2.* *inimicus diabolus, cum malis poteſtatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus Pontifex, & Apoſtolus fuit, & dictus eſt, per id quod nobis tradidit myſterium dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur*, &c. quibus verbis vult probare Chriſtum veram habuiſſe carnem, quia ſuum obtulit, & tradidit corpus, cum ait: *Hoc eſt corpus meum.* Quod ſanè nihil concludit, ſi tantum corporis figuram exhibuit.

Obijciunt primò, tractatu ſuper illa: *Quicumque dixerit verbum in filium hominis*, &c. docere Athanaſ. manducationem corporis Domini, non debere carnaliter accipi, quia non ſufficeret tam multis eam manducaturis.

Reſpondeo, id verum, iuxta ſenſum Capharnaïtarum. Si ita enim: breui conſummaretur caro Chriſti.

Secundò, dicere carnem Chriſti eſſe ſpiritualem alimoniam, & ſpiritualiter diſtribuendam.

Reſpondeo, id verum, quia datur hæc caro in

ſubſidium Spiritus, diſtribuitúrque ſpiritualiter, quia non ſcinditur in ſe.

Tertiò, meminiſſe Dominum aſcenſionis in cœlum, cum loqueretur de manducatione carnis, vt auditores abſtraheret à corporali intellectu.

[d] Cap. 12.

[d] Reſponſio vt ad primum.

[e] *eodem floruit tempore quo Athanaſius.*

Tertium [e] Hilarij: *Si enim* (inquit) *verè verbum caro factum eſt, & nos verè verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt? De veritate carnis, & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus, nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtrâ verè caro eſt, & verè ſanguis eſt.*

[f] *ita Caluin. vltima admonitione ad weſtphalum.*

[f] Reſpondent 1. hyperbolicè loqui. Sed ipſemet aſſerit ibidem: *Non eſſe humano aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendum*, &c. *Sed quæ ſcripta ſunt, legenda, & intelligenda.* vnde ſatis oſtendit ſe propriè, non hyperbolicè loqui.

[g] *Martyr. Beza, Boquinus ſupr.*

[g] Secundò, loqui de ſumptione per fidem, & vnione per incarnationem qua naturaliter manet Chriſtus in nobis, quia noſtram aſſumpſit naturam.

Contra. 1. per cibũ Dominicum intelligitur Euchariſtia, & iuxta Hilarium in huiuſmodi cibo verè verbum carnem ſumimus. Ergò non figuratè. 2. Ibidem *de naturali* (inquit) *in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus ſtultè, atque impiè dicimus.* Quibus indicat Euchar. tantum eſſe myſteriũ, vt niſi à Deo proponeretur, paradoxum ſtultiſſimum videretur. At Chriſtum manducari per fidem, etſi non proponeretur à Deo, non tamẽ propterea ſtultum videretur. 3. cum ait: *De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus*, &c. vel loquitur de veritate carnis aſſumptæ, vel per fidem nobis communicatæ, vel per realitatem. non primum quia non diſputat ibi de incarnatione, neque ſecundum, quia id non erat neceſſe probare ex deitate Chriſti aſſerentis: Ergo tertium.

[h] *ibidem.*

Quartum, [h] *Cur gradum quendam, atque ordinem conſumandæ vnitatis expoſuit, niſi vt cum ille in patre per*

naturam diuinitatis eſſet, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem: & ille rurſus in nobis per Sacramentorum ineſſe myſterium crederetur?

Reſpondent Chriſtum in nobis eſſe naturaliter per Euchariſtiam, & vniri per fidem apud Hilarium idem eſſe. 1. quia ſimiliter dixit omnes fideles vnum naturaliter eſſe: ſcilicet ratione fidei. 2. nos vnum eſſe naturaliter cum Patre & Filio per honorem nobis à Chriſto communicatum: quod niſi intuitu vnionis fidei intelligi nequit.

Contra. aliud eſt, apud Hilarium, aliqua naturaliter vnum eſſe: aliud, eſſe naturaliter vnum in alio. Ad prius ſatis eſt eandem rei participare naturam. Ad poſterius exigitur, naturam vnius in alio verè eſſe.

Ad primam probationem, Hilarium loqui priori,

Ad ſecundam loqui poſteriori modo: ſed negatur haberi, hanc vnionem, apud Hilarium per fidem tantùm. Ait enim honorem, quem Filius habet à Patre eundem nobis Filium communicaſſe, nimirum vt eſſemus vnum cum illo: ſicut ipſe eſt vnum cum Patre. Hoc autem feciſſe per Euchariſtiam qua ipſe in nobis, per carnem ſuam, verè manet. Ergo aliud eſt communicari hunc honorem & ſolùm vniri per fidem.

Quintum, ibidem ait, *Filium Dei carnaliter in nobis manere per Euchariſtiã.* At ſi tantũ ratione vnionis per fidem eſſet in nobis: neque quatenus carne conſtamus, neque ipſe per carnem, ſed ſolum ſpiritualiter adeſſet. Et proinde neque reſpectu ſui, neque noſtri eſſet carnaliter in nobis.

[i] Sextum [k] Cyrilli laudati à ſecundâ generali Synodo, [l] *Cum Chriſtus ipſe ſic affirmet, atque dicat de* [m] *pane: Hoc eſt corpus meum: quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoque confirmante, & dicente: Hic eſt ſanguis meus quis inquam dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem?*

Septimum, [n] eiuſdem *aquam aliquando mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, in Canâ Galilaea,*

[i] Cap. 13.
[k] *eodem floruit tempore quo Hilarius.*
[l] *Catecheſi* 4.
[m] *ſcilicet conſecrato.*
[n] *ibidem.*

ſola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quod vinum in ſanguinem tranſmutauit? Quare omni cum certitudine corpus, & ſanguinẽ Chriſti ſumamus: nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini, datur ſanguis.

Octauum, eiuſd. *Sic Chriſtophori erimus, id eſt Chriſtum ferentes, cum eius corpus, & ſanguinem in membra noſtra receperimus, atque vt B. Petrus dicit: Diuinæ naturæ conſortes efficiemur.* Loquitur autem de illo corpore de quo immediatè dixerat ſumi ſub ſpecie panis. quare neceſſe eſt diſtingui à pane.

[o] *eiuſdem ibidem.*

[o] Nonum, *Hoc ſciens, & pro certiſſimo habens, panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe Chriſti corpus: & vinum, quod à nobis conſpicitur, tametſi ſenſui guſtus vinum eſſe videatur, non tamen vinum, ſed ſanguinem Chriſti eſſe.*

[p] Cap. 14.
[q] 4. *de Sacramentis* 4.

[p] Decimum Ambroſij: [q] *Tu fortè dicis, meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte, panis eſt, ante verba Sacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti.* At ſi tantùm Sacramentaliter mutaretur panis: non deſineret poſt conſecrationem eſſe panis.

[r] *libro de myſter. initian. cap.* 9.

Vndecimum eiuſdem: [r] *Quantis vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe, quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit? maioremque vim eſſe benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur? virgã tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens.* Et infra. *Quod ſi tantùm valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipsâ conſecratione diuina, vbi verba ipſa Domini Saluatoris operantur? Nam Sacramentũ iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: Quia ipſe dixit, & facta ſunt. Sermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare, quod non erant? non enim minus eſt nouas rebus dare, quam mutare naturas.* [s] &c.

[s] *Paulo infra, idem probat ex myſterio Incarnationis: Liquet* (inquit) *quod præter naturæ ordinem Virgo generauit: & hoc quod cõficimus corpus ex Virgine eſt. Quid hîc quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex Virgine.*

Duodecimum: [t] *ſicut verus eſt Dei filius, Dominus noſter Ieſus Chriſtus non quemadmodũ homines per gratiam, ſed quaſi Filius ex ſubſtantiâ Patris: ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus.*

[t] *6. de Sacrament. 1.*

Decimumtertium: [v] *Perſcabellum* (inquit) *terra intelligitur, per terram autem caro Chriſti: quam hodie quoque in myſterijs adoramus, & quam Apoſtoli in Domino Ieſu, vt ſupra diximus, adorauerunt.*

[v] *3. de Spirituſancto 12.*

Obijcitur primò, Ambroſ. in 11. cap. 1 ad Corinth. dixiſſe ſignificari in myſterijs carnem, & ſanguinem oblata pro nobis, ac myſticum calicem, typum eſſe ſanguinis Domini.

Reſpond. 1. ea commentaria Ambroſij non eſſe. 2. nos etiam fateri Euchariſtiam eſſe ſignum mortis, Chriſti ſeu carnis, & ſanguinis, vt viſibiliter crucifixæ, & effuſi. Sed non inde ſequitur hanc eandem carnem, & ſanguinem minimè præſentem in Euchariſtiâ.

Secundò, *Hoc igitur* (inquit Ambroſ. 4. de Sacram. 4.) *aſtruamus, quomodo poteſt, qui panis eſt, eſſe corpus Chriſti? conſecratione.* Ergo panis manet poſt conſecrationem.

Negatur conſequentia. Nam verborum Ambroſij ſenſus eſt, *Quomodo poteſt qui nunc eſt panis, paulo poſt eſſe corpus Chriſti?* & reſpondet, *conſecratione.* Siquidem ibidem: *Panis iſte* (inquit) *panis eſt ante verba,* [x] &c. quibus manifeſtè oſtendit poſt conſecrationem non remanere panem.

[x] *ſupra in decimo teſtimonio.*

Tertiò, [y] *ſi tanta eſt* (inquit) *vis in ſermone Domini, vt ea incipiant eſſe, quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur.* ſi ergo ſunt, ſiue remanent quæ erant, remanet panis, conſecratione peractâ.

[y] *ibidem.*

Reſpond. 1. cum [z] Lantfranco in alijs codicibus Ambroſij ita haberi: *Quanto magis operatorius eſt, vt quæ erant, in aliud commutentur.* quæ lectio conformior eſt libro de Myſtic. init. cap. 9. cum ait: *Sermo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod,* [a] &c. 2. remanere quæ erant, quoad exteriorem ſpeciem, quam-

[z] *libro contra Berengarium.*

[a] *vt in Teſtimonio 11. ſuprà.*

uis quoad interiorem mutentur. 3. ſolùm velle Ambroſiũ dicere. Si potuit Chriſtus ex nihilo aliquid facere, cur non poterit ex aliquo aliquid facere anihilando,ſed in melius commutando. vnde non dixit: *vt ſint id quod erant*,ſed,*vt ſint quæ erant*.

[b] 4. *de Sacr.* 5. *& de his qui initian. cap.* 9.

Quartò docet [b] Ambroſius fieri corpus Domini ſumentibus in remiſſionem peccatorum. At id contingere nequit, niſi cùm ſumitur ore cordis. Nam peccatoribus non eſt remiſſio. Ergo, *&c.*

Negatur Minor, Ad probationem id contingere non defectu Sacramenti, ſed ſubiecti malè diſpoſiti.

Quintò, *Ante benedictionem verborum cæleſtium alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem Corpus Chriſti ſignificatur.* inquit [c] Ambroſius.

[c] *de myſter. init. cap.* 9.

Reſpondeo, illud, ſignificatur, idem eſſe ac *nominatur* ſiue, *appellatur*. Non enim loquitur de ſignificatione rerum ſed vocum. Vnde ibidem. *Ante cõſecrationem* (inquit) *aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur*.

Sextò, ait 4. de Sacram. 4. nos bibere ſimilitudinem pretioſi Sanguinis.

Reſpondeo, id verum, ratione ſpecierum. Non enim, vt ibidem ait, in ſpecie ſanguinis ſanguinem bibimus, ſed vini, gerentis ſimilitudinẽ ſanguinis.

[d] *ibidem.*

Septimò, [d] vocat oblationem altaris, figurã corporis Chriſti.

Reſpondeo, loqui de pane ante conſecrationem, tum propter analogiam quam habet ad corpus Chriſti. tũ quia ponitur ſuper altare vt conſecretur.

[e] 1. *de officiis* 48.

Octauo, [e] dicit vmbram fuiſſe in lege, imaginẽ in euangelio, veritatem in cæleſtibus.

Reſpondeo, diſtinguere imaginem à veritate, nõ quoad ſubſtantiam, ſeu præſentiam rei, ſed quoad notitiam.

Nunc enim habemus Chriſtum, ſed ſignis, & imagine velatum, ita enim explicat: *Hîc ergo* (inquit) *in imagine ambulamus, in imagine videmus, illic facie ad faciem: vbi plena perfectio & quia perfectio omnis in veritate.*

Nonò, [f] *Non iſte panis eſt* (inquit) *qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulſit.*

Reſpondeo, non negare Chriſti carnem in noſtrum intrare corpus: alioquin ſecum [g] ipſe pugnaret: ſed negare ingredi more corporalium ciborũ. Opponit enim *nutrire* ſiue *fulcire animã*, & *intrare in corpus*: non recta autẽ eſſet oppoſitio, niſi per *intrare in corpus* intelligeretur *nutrire corpus more corporali.*

[h] Vndecimum teſtimonium eſt [i] Baſilij: [k] *Quãto maius* (inquit) *aliquis is*, (ſcilicet Chriſtus) *templo, ſecundum Domini vocem, tantò grauius, & terribilius eſt in animæ impuritate conſtitutum, corpus Chriſti temerè contingere, quam ſit accedere ad arietes*. Quare monet diligentiſſimè, Euchariſtiam ſumpturos à peccatis purgari: ne incurrant crimen interfectorum Chriſtum. At neque per *corpus* intelligi poteſt reale corpus Chriſti extra Sacramentum: quia illud impij non ſumunt: & tamen de his Baſilius loquitur: neque ſymbolum corporis, [l] vt vult Petrus martyr. tùm quia non maius eſſet crimen accedere ad hunc panem indignè quam ad arietes vel tauros in veteri Teſtamento: tùm quòd non poteſt eſſe par crimen eorum qui Chriſtum interfecerunt, & qui ſola ſymbola indignè tractarent. Ergo loquitur de reali corpore Chriſti in Euchariſtiâ.

Obiicitur vocare [m] Baſilium Euchariſtiam *ἀντίτυπον*, id eſt figuram corporis Chriſti.

Reſpondeo, id verum, & ratione ſpecierum: & quia corpus ac ſanguis, ſub his ſpeciebus, [n] ſunt eorumdem figura, vt in cruce fuerunt: propterea enim non typum ſed antitypon vocauit, quia antitypi non dicuntur quælibet figuræ, ſed tantùm quæ nihil ferè à veritate differunt. quamuis etiam in hoc ſenſu Euchariſtia dici poſſet typus.

[o] Duodecimũ, [p] Gregorij Nyſſeni: *Panis eſt abſque ſemine* (loquitur de Euch.) *abſque oratione, abſque vllo humano opere nobis paratus. Is deſuper deſluens inue-*

[f] *5. de Sacram. 4.*

[g] *Iam corpus eius* (inquit ſerm. de S. Agnete) *corpori meo ſociatum eſt.*

[h] Cap. 15.

[i] *eodem quo Ambroſius floruit tempore.*

[k] *2. de Baptiſmo. 2.*

[l] *contra Gardinerum par. 4.*

[m] *in ſua liturgiâ.*

[n] *ſicut ſi Rex bellum à ſe cõfectum vellet repræſentare in Scœna ipſemet vnus de perſonis ſcænicis: tũc reuera ſuipſius antitypus eſſet.*

[o] Cap. 16.

[p] *libro de vita Moſis.*

nitur in terris. Panis enim, qui de cœlo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmaticè hac hiſtoria(ſcilicet Mannæ, de quo diſputat,) *ſignificatur, non incorporea quædam res eſt: quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? res autem quæ incorporea non eſt, corpus omnino eſt.*

[q] *orat. Catechetica citaturque ab Euthymio par. 2. tit. 21. Panopliæ, & Beſſarione libro de verbis conſecrationis.*

[r] *eiuſdem ibidem.*

Decimum tertium, eiuſdem: [q] *Quemadmodum parum fermenti totam maſſam ſibi ſimilem reddit: ſic & corpus illud, quod à Deo factum eſt immortale, in noſtrum corpus ingrediens totum in ſe transfert, atque commutat. Nam vt peſtiferum cum ſalubri commiſtum illud efficit pernicioſum: ſic & corpus immortale reddit totum illud, in quo ſuſceptum eſt, naturæ ſimile immortali.*

Decimum 4. [r] *Conſiderandum eſt quomodo fieri queat, vt cum vnum illud corpus aſſiduè per totum orbem terrarum, tot fidelium millibus impertiatur: totum cuiuſque per partem euadat, & in ſeipſo totum permaneat.* Deinde reſpondet id fieri per conuerſionem panis in carnem Chriſti, realem quidem non ſignificatiuã tantùm 1. quia alioquin inepta eſſet quæſtio: cum nulla ſit difficultas intelligere quomodo ſit Chriſtus in tot diuerſis mundi partibus ſignificatiuè. 2. quia dicit ita nunc mutari panem in carnem Domini, virtute verborum ipſius, quemadmodum cum ipſe in terris viueret mutabatur panis in carnem ipſius. 3. quia hanc docet mutationem fieri diuinæ benedictionis virtute: quæ non requiritur ad conſtituendum ſignum.

[s] Cap. 17.

[t] *6. in Parm.*

[s] Decimum quartum, Optati: [t] *Quid eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus aliquando, & vos obtuliſtis frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt. Quo Deus omnipotens inuocatus ſit, quo poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus. vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt.*

[v] *ibidem.*

Decimum quintum, eiuſdem: [v] *Quid eſt altare niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti.* Et infra. *Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitabat.* At quod dicit per certa momenta in altari corpus Chriſti adeſſe, ſi tantum per Symbolum

bolum ſit:cum crux eiuſdem corporis ſymbolum ſemper in altari ſit?

[x] Decimum quintum, Nazianz. [y] *Abſque confuſione, & dubio comede corpus, & ſanguinem bibe, ſi ſaltem vitæ deſiderio teneris, neque ſermonibus qui de carne habentur fidem deneges, neque ob paſſionem offendaris, conſtans eſto, firmus & ſtabilis,* in nulla re propter aduerſariorum verba fluctues.

[x] Cap. 18.
[y] 2. *orat. de Paſchate.*

Reſpondent, hortari Gregorium Chriſtianos certa credere fide Chriſtum veram habuiſſe carnem, ac verè mortuum: atque hoc modo ſpiritualiter eum manducare. Sed non diſputat ibi de paſſione, ſed de Euchariſtia.

Decimum 6. eiuſdem: [z] *Ad altare cum fide procumbit* (ſcilicet Gorgonia ſoror eius) *eumque qui ſuper colitur,* (ſcilicet Latria) *magno clamore obteſtans,* ſcilicet, vt curaretur ab infirmitate. At Symbolum nō colitur Latria, neque poteſt eſſe ſanitatis author.

[z] *orat. de obitū Gorgoniæ.*

[a] Decimum ſeptimum, Ephrem. [b] *Quid ſcrutaris,* (inquit) *inſcrutabilia? ſi iſta curioſè rimaris, non iam fidelis vocaberis, ſed curioſus. Eſto fidelis, atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui, fide pleniſſima, certus quod agnum ipſum integrum comedis.*

[a] Cap. 19.
[b] *libro de naturâ Dei minimè ſcrutandâ cap. 5.*

[c] Decimum octauum, Sancti Epiphanij: [d] *videmus quod accepit Saluator in manus ſuas, veluti Euangeliſta habet, quod ſurrexit à cœna & accepit hæc, & cum gratias egiſſet, dixit: Hoc meum eſt, Hoc, & hoc: Et videmus quod non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne non inuiſibili Deitati, non lineamentis membrorum: hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile, quantum ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere: Hoc meum eſt, hoc, & hoc: & nemo non fidem habet ſermoni: qui enim non credit eſſe ipſum verum, excidit à gratia, & ſalute.* At qui non credit nudum Symbolum, eſſe ipſum verum Chriſtum, aut corpus Chriſti, non excidit à ſalute quia verum credit.

[c] Cap. 20.
[d] *in Ancorato.*

Reſpondent, excidere à ſalute: quia non credit ſymbolum, eſſe verè repræſentatiuum Corporis Chriſti.

Contra. non liceret dicere Petrum, verbi gratia, eſſe verum Chriſtum quamuis ſit vera repræſentatio Chriſti. Ergo nec dixiſſet Epiphanius Symbolum eſſe verum Chriſtum ſi de repræſentatione ſolùm intellexiſſet.

Ex Patribus quintæ ætatis.

CAP. XXI. XXII. XXIII. XXIIII. &c.

[a] *tract. 2. de Exodo. Floruit Gaudetius initio ſæculi quinti.*
[b] *ibidem.*

PRIMVM Teſtimonium Gaudentij: [a] *Ipſe naturarum Creator & Dominus, qui producit de terrâ panem, de pane rurſus (quia & poteſt, & promiſit) efficit proprium corpus: & qui de aqua vinum fecit, & de vino ſanguinem ſuum.*

Secundum eiuſdem: [b] *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Paſcha eſt Domini, hoc eſt tranſitus Domini. Ne terrenum putes, quod cæleſte effectum eſt, per eum, qui tranſit in illud, & fecit illud ſuum corpus & ſanguinem.*

[c] *eiuſdem ibidem.*

Tertium, [c] *Quod annunciatum eſt credas, quia quod accipis, corpus eſt illius panis cæleſtis, & ſanguis eſt illius ſacræ vitis. Nam cum panem conſecratum, & vinum diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus. Credamus, cui credidimus, neſcit mendacium veritas.*

[d] *ibidem.*

Quartum, [d] *Non infringamus os illud ſolidiſſimum: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus. Si quid autem ſuperfuerit etiam nunc in vniuſcuiuſque ſenſu quod expoſitione iſta, non cœperit, ardore fidei concrematur.*

[e] Cap. 22.
[f] *hom. 60. ad Populum Antiochen.*

[e] Quintum Chryſoſt. [f] *Credamus (inquit) vbique Deo nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui, & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur, quod dicit,* &c. *Quoniam ergo ille dixit: Hoc eſt corpus meum, nulla dubitatione teneamur, ſed credamus,* &c. At non repugnat ſenſui credere panem Symbolum nudum Chriſti.

Sextum, [g] *Audiamus tam ſacerdotes, quam alij quam magna, quam admirabilis res nobis conceſſa eſt, audiamus & perhorreſcamus, carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit.*

Septimum, ibidem ait nullum paſtorem pauiſſe oues ſuas carne & ſanguine ſuo ſicut facit Chriſtus. quæ comparatio frigida eſt, ſi tantùm præberetur ſymbolum edendum.

Octauum, [h] Magos adoraſſe ipſum corpus in præſepi, nos amplius aliquid habere, quia illud in altari habemus.

Nonum, [i] *Si qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt, quantò magis corroborabimur, ſi totum in nobis habebimus.* At non eſt maior virtus Symboli Chriſti, quam fimbriæ veſtimenti. Ergo loquitur de vero corpore.

Decimum, [k] *De corpore nobis ſermo eſt, & eo, quod nihil ab illo diſsidet. Quot iſtius corporis efficimur participes, quot eius ſanguinem guſtamus? Recolito quia illius corpus, & ſanguis eſt, qui ſupra cœlos reſidet, qui ab Angelis ſuppliciter adoratur.* At ſymbolum corporis non eſt ſupra cœlos, aut ab Angelis adoratur.

Vndecimum, [l] conqueritur quod cum certatim populus ad eius accederet conciones tamen: *cùm ipſe Chriſtus in ſacris myſterijs ſe oſtenſurus eſt, vacua Eccleſia redditur.* At ſi nudum ſymbolum eſſet, reſpondere poſſent, *non eſſe quod conqueratur cùm domi multa Chriſti ſymbola & imagines habeantur.*

Duodecimum, [m] *Non ſufficit ipſi hominem fieri, flagellis interim cedi, ſed nos ſecum in vnam (vt ita dicam) maſſam reducit, neque id fide ſolum, ſed reipſa, nos corpus ſuum efficit.*

Decimum 3. [n] ait non ſola charitate, ſed reipsâ nobis commiſceri carnem ipſius per hoc Sacramentum. [o] Item nos vniri corpori Chriſti per Euchariſtiam, quomodo corpus eſt vnitum Verbo per Incarnationem.

Reſpondent hanc vnionem conſiſtere ſolùm, quod ſimus membra Chriſti.

[g] eiuſdem homil. 51. in Matheum.

[h] homil. 24. in 1. Corinth.

[i] homil. 51. in Matheum.

[k] homil. 3. in epiſtolam ad Epheſios.

[l] homil. 3. de incomprehenſibili naturâ Dei, propè finē.

[m] hom. 60. ad Populum, & 83. in Matheum.

[n] homil. 61. ad Populum. & 45. in Ioan.

[o] homil. 24. in 1. Corinth.

Contra. 1. hæc vnio non eſt magis realis quam fidei, aut charitatis. 2. hæc non eſt ſimilis vnioni incarnationis.

[p] 3. *de Sacerdotio.*

Decimum quartũ, [p] *O miraculum, ô Dei benignitatem, qui cum patre ſurſum ſedet in illo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit, volentibus illum excipere, & amplecti.*

[q] *homil.* 24. *in* 1. *Corinth. in fine.*

Decimum quintum, *Dum in hac vita ſumus, vt terra nobis cœlum ſit, facit hoc myſteriũ. Aſcẽde igitur ad cœli portas, & diligenter attende, immò non cæli ſed cæli cælorũ, & tunc quod dicimus intueberis. Etenim quod ſummo honore dignum eſt, id tibi in terra oſtendam: nam quemadmodum in regiis, non parietes, non tectum aureum ſed regium corpus in throno ſedens, omnium præſtantiſſimum eſt: ita quoque in cœlis regium corpus, quod nunc in terra videndum tibi proponitur: neque enim Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium Dominum tibi oſtendo.*

[r] *homil.* 41. *in* 1. *Corinth.*

Decimum ſextum, [r] *Non fruſtra memoriã mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus, pro iſtis agnum illum iacentem, & peccata mundi tollẽtem deprecantes.* At ſymbola non precamur pro defunctis.

[s] *homil.* 60. *ad Populum Antioch.*

Decimũ ſeptimũ, [s] *Cogita qualis ſit inſignitus honore, quã menſa fruaris. Quod Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, hoc nos paſcimur, huic nos vnimur.*

[t] *homiliâ ad Neophytos.*

Decimum octauum, [t] *Nunc ſi viderit inimicus non poſtibus impoſitum ſanguinem typi, ſed fidelium ore lucentem ſanguinẽ veritatis, multò magis ſe ſubtrahet. Si enim Angelus ceſſit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, ſi ipſam perſpexerit veritatem.*

[u] *homil.* 24. *in* 1. *Corinth.*

Obijcitur primò, [u] Chryſoſtom. vocare Euchariſtiam cibum aquilarum, ac nos more aquilarum debere in euehi in altum & accedere ad Chriſtum.

Reſpondeo, non loqui de aſcenſione in cœlum corporale, ſed ſpirituale, nimirum Deum (quocumque tandem ſit) atque res æternas.

[x] *homil.* 17. *in* 1. *Corinth.*

Secundò, [x] non ſolum Euchariſtiam eſſe corpus Chriſti, ſed etiam pauperes. At pauperes non

ſunt niſi repræſentatiuè.

Reſpondeo, non dixiſſe eodem modo Euchariſtiam & pauperes eſſe corpus Chriſti.

Tertiò, in Pſal. 22. *vt quotidie* (inquit) *in ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti panem, & vinum ſecundum ordinem Melchiſedech nobis oſtenderet in Sacramento.*

[z] Reſpond. 1. commentaria illa, non eſſe Chryſoſtom. phraſis enim omnino Latina eſt. 2. panem, & vinum oſtendi in Sacramento, quoad ſpeciem externam.

[a] Vigeſimum, [b] Hierony. [c] *Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur Sacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech, ſummi Dei Sacerdos panem, & vinum offerens fecerat. ipſe quoque veritatem ſui corporis, & ſanguinis repræſentaret*, id eſt reipſa exhiberet. 1. quia ſi Euchariſtia ſolùm repræſentaret Symbolicè corpus Chriſti, cur verum diceretur Sacramentum, & opponeretur typico Iudæorum Paſchæ? 2. cur figurata per oblationem Melchiſedech?

Vigeſimum 1. eiuſd. [d] *Nos audiamus panem, quem fregit Dominus, deditque diſcipulis, eſſe corpus Domini Saluatoris*: Et infra: *Moſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus ipſe conuiua, & conuiuium: ipſe comedens, & qui comeditur.* At ſi Euchariſtia non eſſet verum Chriſti corpus, æque Moyſes dediſſet verum panem, ac Chriſtus.

Vigeſimum 2. [e] *Tantum intereſt inter panes propoſitionis, & corpus Chriſti, quantum inter imaginem, & veritatem, inter exemplaria verorum, & ea ipſa, quæ per exemplaria præfigurabantur.*

Contra producuntur quædam [f] loca quibus Hierony. dicere videtur non manducari ab impiis corpus Chriſti. Sed nihil officiunt. Nam loquitur de fructuoſa manducatione.

[g] Vigeſimum 3. Auguſtini ex tomo primo: [h]

[z] *omittuntur alia quadam obiecta ex Epiſtola ad Cæſarium & opere imperfecto in Mathæũ, quod hæc Chryſoſtomi non ſint.*

[a] Cap. 23.

[b] *obijt ann. 422. Chryſoſtomus verò an. 409.*

[c] *in 26. Mathæi.*

[d] *epiſt. ad Hedibiam. q. 2.*

[e] *eiuſdem in 1. ad Titum.*

[f] *in 66. Iſaiæ. 22. Hierem. & 8. Oſeæ.*

[g] CAP. 24.

[h] *9. Confeſſ. 13.*

Tantummodo (inquit) *memoriam ſui ad altare tuum fieri deſiderauit* (Monica ſcilicet) *vnde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, quâ deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis.* & infra. *Ad cuius precij noſtri Sacramentum ligauit ancilla tua animam ſuam vinculo fidei.* At victima qua deletur iſtud chirographum, certè non eſt Symbolum nudum.

i Epiſt. 86.

Vigeſimum. 4. eiuſd. ex tom. 2. refellens Vrbicū. [i] *Dicit* (inquit) *ceſſiſſe pani pecus, tanquam neſciens, &c. tunc in Domini menſa panes propoſitionis poni ſolere, & nunc ſe de Agni immaculati corpore partem ſumere: dicit ceſſiſſe poculo ſanguinem, non cogitans etiam nunc ſe accipere in poculo ſanguinem.*

k Epiſt. 120. exponens illud Pſal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt, &c.

Vigeſi. 5. [k] *Adducti ſunt ad menſam* (diuites ſcilicet) *Chriſti & accipiunt de corpore, & ſanguine eius, ſed adorant tantùm, non etiam ſaturantur, quia non imitantur: manducantes enim pauperē, dedignantur eſſe pauperes,*

l 3. Trinit. 4.

Vigeſimum 6. tom. 3. [l] *Cum per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei: cum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.* At non requiritur miraculoſa ſpiritus ſancti operatio, in nudo conſtituendo Symbolo.

m 3. ſuper Leuitic. q 57.

Vigeſ. 7. ex tom. 4. [m] *Quid ſibi vult, quòd à ſanguine ſacrificiorum quæ pro peccatis offerebantur, tātopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſſio peccatorum, à cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimentum ſumendo, non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortamur, qui volunt habere vitam.* At ineptiſſima eſſet hæc quæſtio, ſi tantùm Symbolicè Domini ſanguinem biberemus: cum hoc modo bibere non prohiberentur Iudæi.

n 17. Ciuit.

Vigeſim. 8. ex tom. 5. [n] *Id ſacrificium* (ſcilicet corporis, & ſanguinis Domini ſecundum ordinem Melchiſedech) *ſucceſſit omnibus illis ſacrificiis veteris Teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri, propter quod etiam vocem illam in Pſal. 39. eiuſdem Mediatoris*

Digitized by Google

pr prophetiam agnoſcimus. Sacrificium, & oblationem ndiuiſti corpus autem aptaſti mihi(qnòd certè de vero Cariſti corpore intelligitur) *quia pro illis omnibus Sacrificijs, & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus miniſtratur.*

Vigeſim. 9. ex tom. 6. [o] *Mediatorem Dei, & hominum hominem Chriſtum Ieſum carnem ſuam nobis manducandam, bibendumque ſanguinem, dantem, fideli corde, atqueore ſuſcipimus. quamuis horribilius videatur humanam carnem mãducare, quam perimere, & humanum ſanguinem potare, quam fundere.*

[o] 2. contra aduerſarium legis, & Prophetarum. 9.

Vigeſim. 9. ex tom. 7. [p] *Aliud eſt Paſcha, quod adhuc illi de oue celebrant, aliud autem quod nos in corpore, & ſanguine Domini accipimus.*

[p] 2. cõtra literas Petiliani 37.

Trigeſimum, ex octauo: [q] *Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum ait: Hoc eſt Corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.* Ibi autem docet ſoli Chriſto competere ſeipſum portare: præmittit enim: *Manibus aliorum poteſt portari homo: manibus ſuis nemo portatur.* Ergo de proprio corpore loquitur. Nam quiſque poteſt propriis manibus ſuam portare figuram. Nec refert eadem repetentem verba Auguſtinum concione 2. addidiſſe: *Quodammodo ferebatur*, &c. Solùm enim voluit ſignificare Chriſtum non ſe portaſſe in propria ſpecie, nec ordinario modo, nimirum cum labore.

[q] in Pſal. 33. conc. 1.

Trig. 1. [r] *Quia in ipsâ carne hîc ambulauit* (ſcilicet Chriſtus, non ambulauit autẽ figuratè in carne) *& ipſam carnem manducandã nobis ad ſalutẽ dedit: nemo autẽ illam carnem manducat, niſi prius adorauerit: inuentum eſt, quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini, vt non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando.* loquitur autẽ de adoratione latriæ, præmittit ſiquidem: *conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quero hîc, & inuenio quomodo ſine impietate adoretur terra.*

[r] in Pſal. 98.

Trigeſ. 2. ex tom. 9. lib 2. de peccator. mer. 26. quo ait dari ſolitum catechumenis panem ſanctũ,

qui non eſſet quidem corpus Chriſti, tamen ſanctus eſſet. At ſi nos figuram tantùm corporis Chriſti haberemus, certè & catechumeni ſuſcepiſſent etiam corpus Chriſti, nempe figuratè.

[s] *ſerm. 2. de verbis Apoſtoli.*

Trigeſ. 3. ex tom. 10. [s] *Audiuimus veracem Magiſtrum, &c. commendantem nobis precium noſtrum, ſanguinem ſuum: loquutus eſt enim de corpore, & ſanguine ſuo, quod corpus dixit eſcam, & ſanguinem potum. Sacramentum fidelium agnoſcunt fideles.* At ſymbolum corporis Chriſti non nos redemit.

[t] *apud Iuonem Carnotenſem epiſtola ad Haymericum.*

Trigeſ. 4. ex [t] ſerm. ad Neophytos: *Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: hoc accipite in calice, quod manauit de Chriſti latere.*

[v] *ſerm. 2. de tempore.*

Trigeſ. 5. [v] *inuitati ſumus ad menſam, vbi non inuenitur cibus hominum, ſed panis ponitur Angelorum.*

[x] *epiſt. 23.*

Obijcitur primò ex 2. tom. [x] *Si Sacramenta quãdam ſimilitudinem earum rerum quarum Sacramẽta ſunt, non haberent, omnino Sacramenta non eſſent: ex hâc autem ſimilitudine plerumque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo, ſecundùm quendam modum Sacramentũ corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, Sacramentũ ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt: ita Sacramentum fidei, fides eſt.* Reſpõd. cum [y] Algero loqui Aug. de ſpeciebus panis, & vini quæ ſunt maximè propriè Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini. neque enim illæ ſunt corpus Chriſti, niſi quodammodo, ſcilicet repræſentatiuè.

[y] *libro 1. cap. 5. de Euchariſtiâ.*

Dices, non ſolere tamen vocari ſpecies corpus Chriſti. Reſpondeo, nec etiam fidem ſolere vocari Sacramentum fidei, nimirum Baptiſmum, & tamen ita ab Auguſtino nominari.

[z] *Epiſt. 57.*

Secundò, [z] *ſpatia tolle corporibus & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt, tolle corpora qualitatibus corporum, non erit vbi ſint, & ideò neceſſe eſt, vt non ſint.* Ergo Chriſtus non eſt in Sacramento. Quia ibi eſſet indiuiſibiliter, contra Auguſtinum.

[a] *tom. 3. cap. 9. libri 3. de doctrina Chriſtiana.*

Reſp. loqui de rebus ſecundum naturæ curſum, non iuxta omnipotentiam Creatoris.

Tertiò, [a] ait Aug. Chriſtũ inſtituiſſe pauca que-

dam ſigna vt Baptiſmum & Euchariſtiam.

Reſpondeo, nos non negare Euchariſtiam eſſe ſignum, cum ſit Sacramentum, ſed præterea contédimus continere verum Chriſti corpus.

Quartò, [b] panem in altari poſitum, peracta pietatis celebratione conſumi. At corpus Chriſti verum non conſumitur.

[b] 3. *Trinit.* 10.

Reſpondeo Aug. loqui de ſymbolo viſibili, ideſt ſpeciebus. Agit enim de corporalibus formis, in quibus Deus, vel Angeli apparebant, cum eiſque comparat Euchariſtiæ Symbola.

Quinto, [c] *Sacrificium viſibile inuiſibilis ſacrificij Sacramentum, ſacrum ſignum eſt*, inquit.

[c] *Tom.* 5. *libro* 10. *Ciuit.* 5.

Reſpōd. loqui de Sacrificiis Teſtamenti veteris, vt patet ex textu.

Sextò, [d] *Non dubitauit* (inquit) *Dominus dicere: Hoc eſt corpus meum: cum ſignum daret corporis ſui.*

[d] *tom.* 6. *libro contra Adimantum cap.* 12.

Reſponſio, vt ad 1. & 3.

Septimò, [e] *Chriſtus adhibuit Iudam ad conuiuium, in quo corporis ſui figuram diſcipulis commendauit.* Reſponſio vt [f] ad argum. ex Baſilio.

[e] *tom.* 8. *in Pſal.* 3.

[f] *ſupra cap.* 16.

Octauò, [g] *Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod commendo: ſpiritualiter intellectum viuificabit vos.*

[g] *in Pſal.* 98.

Reſpondeo, [h] cùm Lantfranco ſolùm velle Aug. idem quidem eſſe corpus quoad ſubſtantiā, diuerſum tamen quoad modum, ſpeciem, & qualitatem: aderat enim præſens viſibile, comedendum inuiſibile, & alio modo quam ſoleant carnes. Hūc eſſe Auguſtini ſenſum probatur 1. quia ibi diſputat contra Capharnaitas. [2. quia ſimiliter interpretatus [l] eſt Aug. Illud Domini, [k] *iam non videbitis me* ideſt iuxta Aug. ordinario modo.] 3. quia aliàs in ſcriptura etiam de ipſa ſubſtantia rei dicitur quandoque abſolutè aliquid, quod non niſi ſecundum modum ei competit, vt Paulus 1. Corinth. 15. ex comparatione grani ſeminati, colligit non idem corpus humanum mori, & reſurgere. cum tamen

[h] *libro contra Berengarium.*

[l] *tract.* 94. & 95. *in Ioan.*

[k] *Ioan.* 16.

quoad ſubſtantiam idem ſit.

Nonò, docet tract.10. in epiſt. Ioã. corpus Chriſti naturale eſſe in cœlo, in terra verò relictũ corpus myſticum.

Reſpond. loqui de præſentia viſibili: ait enim, *Iam non inuenis loqui Chriſtum in terra. Aſcenſurus dixit verba nouiſſima, poſt ipſa verba non eſt loquutus in terrâ.*

[l] *libro 50. homil ſerm. 26.* Decimo, [l] dixiſſe æqualem eſſe culpam ſinere corpus Domini in terram cadere, & verbum Dei ex corde permittere effluere.

Reſpondeo, non comparare verbum Chriſti ratione ſoni aut caracteris cum corpore Chriſti: ſed ratione veritatis diuinæ per verba ſignificatæ.

[m] *ſerm. ad infantes, cuius fragmentum recitat Beda in 10. prioris ad Corinthios.* Vndecimò, [m] ait panem eſſe in Euchariſtia ſicut renunciant oculi.

Reſpõdeo panem eſſe quoad externam ſpeciem, vt iudicant oculi. *Quod autem* (vt ipſemet ait) *fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, & calix eſt ſanguis.* id eſt, quoad interiorem ſubſtantiam, eſt verè corpus Chriſti.

[n] *ibidem.* Duodecimò, [n] ad quæſtionem *Quomodo panis eſt corpus Chriſti, ſi in cœlo ſit Chriſtus?* non reſpondet Auguſt. per tranſmutationem id fieri, ſed ſimpliciter dixit *Sacramenta eſſe ſigna quædam viſibilia ſpiritualium rerum.*

Reſpondeo, ad hanc quæſtionem noluiſſe directè reſpondere, quia non erant auditores capaces nimirũ pueri recens baptizati. Propterea enim cũ eſſet de corpore Chriſti naturali ſermo, tranſijt ad corpus myſticũ: *Corpus Chriſti* (inquit) *ſi vis intelligere audi Apoſtolum dicentem. Vos eſtis corpus Chriſti.*

[o] Cap. 25. [p] *epiſtola ad Neſtorium.*

[o] Trigeſimum 6. teſtimonium eſt S. [p] Cyrilli Alexandrini, & Epheſinæ Synodi. *Ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur participes ſancti corporis, & precioſi ſanguinis Chriſti, omnium noſtrum Redemptoris effecti: non vt communem carnem percipientes, quod abſit: nec vt viri ſanctificati, &c. ſed ipſius verbi propriam factam.* Quæ non eſſe intelligenda de participatione per fidem vt fingit Petrus Martyr,

patet ex ijs eiuſd. Cyrilli: [q] *Conſiderandum eſt non habitudine ſolùm, quæ per charitatem intelligitur,* (& proinde per fidem) *Chriſtum in nobis eſſe, verum etiam participatione naturali.* Item: [r] *Non negamus rectâ nos fide, charitateque ſincerâ Chriſto ſpiritualiter coniungi, ſed nullam nobis coniunctionis rationem ſecundum carnem cum illo eſſe, id profecto pernegamus, idque à diuinis ſcripturis omnino alienum dicimus.*

[q] 10. *in Ioan. cap.* 13.

[r] *ibidem.*

Obijcitur Primò, [s] Cyrillum dixiſſe in Euchariſtia non manducari hominem.

[s] *libro ad Euoptium, in explicatione* 11. *anathematiſmi.*

Reſpondeo, *hominem* accipere iuxta Neſtorium, qui hominem in Chriſto ſeparabat à Verbo.

Secundò, [t] Chriſtum ſui præſentiam corporis hinc ſubduxiſſe, tamen diuinitatis maieſtate ſemper adeſſe.

[t] *lib.* 6. *in Ioan.* 14.

Reſpondeo 1. hunc librum non Cyrilli, ſed Clictouei eſſe, perierunt enim ex 12. libris Cyrilli in Ioan. quatuor intermedij. 5. 6. 7. 8. quos Clictoueus ſuppleuit qui contra Oecolampadium pro Euchariſtiâ ſcripſit. 2. ſolùm velle non adeſſe vbique carnem Chriſti, quomodo deitas eſt.

[u] Trigeſimum 7. [x] Procli: [y] *Per has preces Spiritus ſancti aduentum expectabant, vt eius diuina præſentia propoſitum in ſacrificio panem, & vinum aqua permiſtum, ipſum illud corpus, & ſanguinem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti efficeret.*

[u] CAP. 26.

[x] *Epiſcopi Cõſtantinopolitani eiuſdem quo Cyrillus, temporis.*

[y] *libro de traditione liturgiæ.*

[z] Trigeſim. 8. Theodoreti. [a] *Seruator noſter nomina commutauit, & corpori quidem id, quod erat ſymboli, ac ſigni nomen impoſuit, ſymbolo autem quod erat corporis.* Deinde huius rei reddens rationem. *Volebat enim* (inquit) *eos qui ſunt myſteriorum participes, non attendere naturam eorum, quæ videntur: ſed propter nominum permutationem, mutationi, quæ fit ex gratiâ, credere.* Non ergo vult, Euchariſtiam vocari corpus ſolùm, quia repræſentat corpus Domini, vt aduerſarij fingunt, ſed quia reuera interius mutatus eſt panis in corpus.

[z] CAP. 27.

[a] *Dialogo* 1.

Trigeſim. 9. [b] *Neque enim ſigna myſtica poſt ſanctificationem recedunt à ſuâ naturâ, manent enim in prio-*

[b] *eiuſdem dialogo* 2.

re ſubſtantiâ, & figurâ, & videri, & tangi poſſunt, ſicut prius, vbi per ſubſtantiam, intelligit, *accidentium ſiue ſignorum naturam.* Nam ſubiungit: *intelliguntur autem ea eſſe quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ illa ſint quæ creduntur.* Quibus verbis mutationem agnoſcit factam, in id quod creditur, & adoratur.

c Cap. 28.
f *Serm. 7. de paſſione Domini.*

c Quadrageſ. ſancti Leonis: f *vt vmbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentiâ veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur Sacramento, hoſtia, in hoſtiam tranſit, ſanguinē ſanguis excludit, & legalis feſtiuitas dum impletur, mutatur.*

g *ſerm. 14. de paſſione Domini.*
h *ſerm. 6. de ieiunio ſeptimi menſis.*

Quadrageſ. 1. eiuſdem: g *Ipſum* (Chriſtum ſcilicet) *per omnia ſpiritu & carne guſtemus.*

Quadrageſ. 2. h *Sic ſacræ menſæ communicare debetis, vt nihil prorſus de veritate corporis Chriſti, & ſanguinis ambigatis. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur, & fruſtra ab illis Amen reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur, diſputatur.*

i *Epiſt. 23. ad ad Clerum, & populum Conſtantinopolitanum.*
k Cap. 19.
l *apud Gratianum de conſecratione diſt. 2. can. Corpus.*
m Cap. 30.
n *ab aliis Cæſarius, à Paſchaſio Corbeienſi Euſebius Emiſſenus.*

Quadrageſimum tertium eiuſdem: i *In Eccleſiâ Dei in omnium ore tam conſonum eſt, vt nec ab infantium linguis veritas corporis, & ſanguinis Chriſti inter communis Sacramenta fidei taceatur.*

k Quadrageſ. 4. Hilarij Papæ: l *Corpus Chriſti quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis, & vinum extra videntur: veritas autem, dum corpus, & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.*

m Quadrageſ. 5. authoris ſermonis de corpore Domini cuius initium: *Magnitudo cæleſtium beneficiorum*, qui putatur n Fauſtus Gallus, *Ad cognoſcendum* (inquit) *& percipiendum ſacrificium veri corporis, ipſa te roboret potentia conſecrantis.*

Quadrag. 6. eiuſd. *verè vnica, & perfecta hoſtia fide æſtimanda non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu.* At ſi ſolum eſſet Symbolum, eſſet attendenda viſu exteriori.

Quadrag. 7. eiuſdem. *inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis verbo ſuo ſecreta poteſtate commutat.* At deinde probat exem-

Digitized by Google

plis ſimilium rerum, vt creationis id eſſe credendũ.

Quadrageſim. 8. [o] *Quod corpus Sacerdote diſpenſante tantum eſt in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto, quod cum Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis: ita integrum eſſe probatur in ſingulis.* [o] *eiuſdem.*

Quadrageſ. 9. eiuſdem, *Quando benedicendæ verbis cæleſtibus creaturæ ſacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione ſummi numinis conſecrentur ſubſtantia illic eſt panis, & vini. Poſt verba autem Chriſti: corpus & ſanguis eſt Chriſti, quid mirum autem ſi ea quæ verbo creare potuit, poſſit creata conuertere?*

Obijciunt, comparare mutationem in Euchariſtiâ, cum mutatione quæ fit in iuſtificatione: hæc autem ſolùm accidentalis eſt.

Reſpondeo, in eo ſolùm comparare, quod ſicut vna interior eſt, nec exterius ſenſibus apparet, ſic nec altera: vtraque autem ſit proculdubio realis.

Ex PP. ſextæ ætatis.

CAP. XXXI.

PRIMVM Remigij [a] *Panis* (inquit) *quem frangimus in altari, nonne participatio corporis Domini eſt? vtique primum conſecratur, & benedicitur à Sacerdotibus, & à Spiritu ſancto, & deinde frangitur, cum iam licet panis videatur, in veritate, corpus Chriſti eſt.* [a] *in 1. Corint. 10.*

Secundum eiuſdem: [b] *Caro quam verbum Dei Patris aſſumpſit in vtero virginali, in vnitate ſuæ perſonæ, & panis qui conſecratur in Eccleſia vnum corpus ſunt. Sicut enim illa caro corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in corpus Chriſti, nec ſunt duo corpora ſed vnum corpus.* [b] *ibidem.*

Tertium, [c] Primaſij: [d] *Eſt vnum corpus Chriſti* (ſcilicet quod in tot altaribus immolatur) *cum illo quod ſuſcepit de vtero virginali, non multa corpora.*

[c] *floruit tempore V. Synodi circa an. 550.*
[d] *in 10. ad Hebræos.*

Ex PP. ſextæ ætatis.

CAP. XXXII.

[e] 4. dialog. 58.

PRIMVM, Gregorij magni. [e] *Quis fidelium dubium habere poſsit in ipſa immolationis horâ ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quid ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri.*

[f] apud Paulū Diaconum in vita Gregorij.

Secundum, eiuſdem: [f] *Præſcius conditor noſtræ infirmitatis, eâ poteſtate qua cuncta fecit ex nihilo, & corpus ſibi ex carne ſemper virginis operante Spiritu ſancto fabricauit, panem, & vinum aqua miſtum, manente propria ſpecie in carnem, & ſanguinem ſuum ad Catholilicam precem, ob reparationem noſtram ſpiritus ſui ſanctificatione conuertit.*

[g] Epiſcopi Hieroſolymitani.

[h] 2. in Leuit. 8.

[i] 6. cap. 22.

[k] ibidem.

Tertium [g] Iſichij: [h] *Eſt locus ſanctus, altare: ibi enim ſanctus ſanctorum requieſcit.*

Quartum eiuſd. [i] *Per ignorantiam percipit, qui virtutem eius, & dignitatem ignorat, qui neſcit, quia corpus hoc, & ſanguis eſt ſecundum veritatem.*

Quintum, [k] *Sanctificationem myſtici ſacrificij, & à ſenſibilibus ad intelligibilia tranſlationem, ſiue commutationem, ei qui verus eſt Sacerdos, videlicet Chriſto oportet dari,* &c. *quia per eius virtutem, & prolatum ab eo verbum, quæ videntur, tam ſanctificata ſunt, quam cunctum carnis excedunt ſenſum.*

[l] 2. cap. 8.

Obiicitur [l] dixiſſe, hoc myſterium ſimul eſſe panem, & carnem.

Reſpondeo ſe ipſum explicare Iſichium cum ait id eſſe, quia corpus Chriſti eſt panis qui de cœlo deſcendit, varias enim induit appellationes, ob varios effectus.

Ex PP. octaua ætatis.

CAP. XXXIII.

PRIMVM, [a] Damaſc. [b] *Panis vinumque, & aqua per inuocationem Spiritus ſancti ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus, & ſanguinem Chriſti: & non ſunt duo, ſed vnum, & idem. Non eſt figura panis, & vinum corporis, & ſanguinis Chriſti. abſit enim hoc, ſed eſt ipſum corpus Domini deificatum.*

[a] circa ann. 740.
[b] 4. fid. 14.

Secundum, Epiphanij iunioris: [c] *Nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neque Patres incruentum illud ſacrificium, quod à ſacerdote offertur, imaginem dixiſſe: verùm ipſum corpus, & ipſum ſanguinem.*

[c] in diſputatione cum Gregorio: habetur in 7. Synodo act. 6. tom. 3.

Ex PP. ætatis nonæ.

CAP. XXXIIII.

PRIMVM [a] Theophilacti: *Dicens, Hoc eſt corpus meum oſtendit quod ipſum corpus eſt panis, qui ſanctificatur in altari, & non reſpondens figura. Non enim dixit: Hoc eſt figura, ſed, Hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam ſi nobis videatur panis.*

[a] in 26. Mat.

Reſpondent, hanc transformationem nihil aliud eſſe quam fieri Euchariſtiam inſtrumentum diuinæ virtutis ad excitandam fidem. Quia ipſemet Theophylact. in 14. Marci ait panem tranſmutari in virtutem carnis Chriſti.

Contra. ad huiuſmodi inſtrumentum non eſt opus ineffabili operatione, quam tamen Theophilact. requirit in Euchariſtia. Per *virtutem* ergo *carnis Chriſti* intelligit *eſſentiam*, ac ſi dixiſſet *ſub ſpeciebus panis antea erat vis quædam nutriendi corpora, nunc*

eſſe vim nutriendi animam.

b *librò de corpore Domini.*

Secundum, [b] Paſchaſij Abbatis Corbeienſis: *Nec ita dixit cum fregit, & dedit eis panem. Hæc eſt, vel in hoc myſterio eſt quædam virtus, vel figura corporis mei: ſed ait non fictè: Hoc eſt corpus meum: & ideò, hoc eſt quod dixit, non quod quiſque fingit.*

Ex PP. decimæ ætatis.

CAP. XXXV.

a *libro de Sacramento altaris. cap. 15. tom. 4. Bibliothecæ PP.*

PRIMVM Stephani Epiſcopi Heduenſis: [a] *Fides noſtra eſt, & verè credendum eſt, quod ſacerdote proferente hæc verba: Hoc eſt corpus meum: iam non eſt panis terrenus, ſed ille panis, qui de cœlo deſcendit, mediator Dei, & Hominum Ieſus Chriſtus.*

b *Epiſtol. ad Adeodatum, quæ ſolet excudi cum libris Paſchaſii.*

Secundum, [b] Fulberti Epiſcopi Carnotenſis. *Quia corpus ſuum quod ſemel pro nobis offerebat in precium, paulò poſt a noſtris viſibus ſublaturus erat in cœlum: ne ſublati corporis fraudaremur præſenti munimẽ, corporis nihilominus, & ſanguinis ſui pignus ſalutare nobis reliquit: non inanis myſterij Symbolum, ſed compaginante Spiritu ſancto, corpus Chriſti verum, quod quotidiana veneratione ſub viſibilis creaturæ forma inuiſibiliter virtus ſecreta in ſacris ſolemniis operatur.*

Tertium eiuſd. *Dubitari nefas eſt, vt ad cuius nutum cuncta ſubitò ex nihil ſubſtiterunt ſi pari potentia, in ſpiritualibus Sacramentis, terrena materies panis, & vini, naturam, & meritum generis ſui tranſcendens, in Chriſti ſubſtantiam commutetur, cum ipſe dicat: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus.*

Digitized by Google

Ex PP. vndecimæ ætatis.

CAP. XXXVI.

PRIMVM Anſelmi: [a] *Senſibus quidem exterioribus videtur eſſe panis, ſed ſenſibus cognoſcite mentis, quia, Hoc eſt corpus meum, non aliud, ſed idem ſubſtantialiter, quod pro vobis redimendis traditur ad mortem.*

Secundum Oecumenij [b] *Cum ſæpe corpus, & ſanguinem memoret, indicat nequaquam exilem eſſe hominem qui ſacrificatur, immò ipſum Dominum omnium Creatorem.*

[a] in 11. prioris ad Corinthios.

[b] in idem. cap.

Ex PP. duodecimæ ætatis.

CAP. XXXVII.

PRIMVM Bernard. in vita Malachiæ: *Fuit quidam clericus probabilis, vt fertur vitæ, ſed fidei non ita, is ſciolus in oculis ſuis præſumpſit dicere in Euchariſtia eſſe tantūmodo Sacramentū, & non rem Sacramēti, id eſt ſolā ſanctificationē, & non corporis veritatem.* Deinde ſubnectit miraculum inſigne, quo ille Clericus à B. Malachia coactus eſt vel inuitus fateri veram corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia.

Obiicitur primò, [a] *Habeo* (inquit Bernard.) *& ego verbum, ſed in carne & mihi apponitur veritas, ſed in Sacramento. Angelus ex adipe frumenti ſaginatur, & nudo ſatiatur grano. Me oportet interim quodam Sacramenti cortice eſſe contentum, carnis furfure, literæ paleâ, velamine fidei.*

[a] ſerm. 33. in Cantica.

[b] *ibidem.*

Secundo, [b] *At quantalibet* (inquit) *ſanè abundantia pingueſcant iſta, non pari omni iucunditate ſumitur cortex Sacramenti, & adeps frumenti, fides, & opes, memoria, & præſentia, æternitas, & tempus, vultus, & ſpeculum, imago Dei, & forma ſerui.*

Ad 1. & ſecund. reſp. 1. nõ loqui de carne Chriſti ſed de præſentia, ſeu fruitione verbi æterni, 2. Velle ſolùm dicere, Angelos frui Chriſto, facie ad faciem, ſine velamine, nos ſub cortice, paleâ, memoriâ, fide Sacramentorum. Si quidem non videmus, ſed credimus Chriſtum in Sacramento. Apud Bernardum enim idem eſt memoria, & præſentia, quod intuitiua cognitio, & abſtractiua. Neque hic modus loquendi eſt alienus à ſcripturis. Quæ, Deũ vbique eſſe teſtantur, & tamen hortantur quærere, dum inueniri poteſt. Nam ſi vbique eſt certè præſens eſt: ſi quærendus, aliquo modo abſens.

[c] *in 26. Mathai.*

Secundum teſtimonium eſt Euthymij: [c] *Non dixit hæc ſunt ſigna corporis mei, & ſanguinis mei, ſed hæc ſunt corpus, & ſanguis meus.*

[d] *ibidem.*

Tertium eiuſdẽ: [d] *Quemad. ſupernaturaliter aſſumptam carnem deificauit, ſi ita loqui liceat, ita & hæc ineffabiliter tranſmutat in ipſum viuificum corpus ſuum.*

Reliquarum ætatum.

CAP. XXXVIII.

AETATE 13. Habemus primò, teſtimonia Alexandri Alenſis, Alberti, ſancti Thomæ, ſancti Bonauenturæ, &c.

[a] *Cap. 1.*

Secundò, Concilij Lateran. ſub Innocent. 3. [a] *Chriſti corpus & ſanguis, in Sacramento altaris, ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continetur.*

Ætate 14. Primò, Scoti, Henrici, Durandi &c.
Secundò, Concilij Viennenſis ſub Clemente V. [b] decreto de feſto corporis domini.

Ætate 15. Primò, Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 13.

Secundò, Florentin. decreto de vnione Græcorum, & inſtructione Armenorum.

Tertiò, Thomæ waldenſ. Gerſonis, Beſſarionis [c] &c.

Ætate 16. Primò, Concilij Trident. [d] ſeſſ. 13. Secundo Græcorum ipſorum in cenſura ad confeſſionem Lutheranorum.

[b] *vide Clement. vnicam de Reliq. & vener. Sanctor.*

[c] *Samonæ Epiſcopi Gazæ, Nicolai Methonenſis, Nicolai Cabaſilæ, Marci Epheſini.*

[d] *cap. & can. 1.*

LIBER TERTIVS.

Quo
Ex omnipotentia, & voluntate Dei probatur veritas corporis Chriſti in Euchariſtia.

TRACTATVRQVE de Tranſubſtantiatione.

De potentia Dei circa corpus Chriſti in Euchariſtiâ.

Cap. I. & II.

IOANNES [a] wiclef, [b] Caluinus, [c] Petrus Martyr, [d] & Beza negant fieri poſſe vlla virtute diuina corpus Chriſti in Euchatiſtia eſſe: Catholici affirmant.

[e] Hæretici volunt *id ſolùm facere poſſe Deum, quod reipſa vult facere, & facit.* Hæc Regula falſa eſt 1. Quia ſcriptura docet apertè Deum poſſe facere multa, quæ nuſquam faciet. Math. 3. [f] *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* item [g] Math. 26. & Marci [h] 14. Secundò, quia ita do-

[a] Cap. I. *wiclef apud waldenſem to. 2. cap. 72. & 73.*
[b] *4. Inſtit. 17. §. 24. & 29.*
[c] ***contra Gardiner.***
[d] ***libro de Cœna Domini contra weſtphalum.***
[e] Cap. II. *Caluin. in Catechiſmo breui, Boquinus libro de cœnâ Domini.*
[f] *v. 9.* δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ.
[g] *verſ. 53.*
[h] *v. 36.*

cent [l] Nazianz. & [k] Auguſt. Tertiò, quamuis eſſet vera hæreticorum opinio non tamen nobis poſſet eſſe regula cognoſcendi quid Deus valeat. Non enim magis cognoſcimus quid Deus velit facere, quam quid poſſit.

[l] *Orat. 4. de Theolog.*
[k] *libro de Spiritu & litera cap.1.*

Optima ergo Regula id cognoſcendi eſt, *Deum poſſe facere omnia quæ vllo modo exiſtere poſſunt*, id eſt quæ non implicant contradictionem. quòd enim implicat, non eſt poſſibile vllo modo eſſe. 1. quia ſimul eſſet, & non eſſet, 2. fieret aliquid cuius eſſe, eſſet non eſſe 3. Deus qui eſt ipſum eſſe, non poteſt facere non eſſe. Quod verò Deus facere non poteſt, nullo modo eſſe poteſt.

Hinc Deus non poteſt mori, peccare, deficere, quia hæc cum ſint negationes, dicunt non entia.

[Dices, neque nobis conſtat quæ implicant cõtradictionem, necne. Hoc enim ſciri nequit, niſi omnium rerum demonſtratiuè, & perfectè intelligamus quidditates, ſiue naturas. Ergo hæc regula non eſt aptior regulâ hæreticorum dumtaxat.

Negatur conſeq. Primò, quia regula hæreticorum, nec quidem eſt apta: cum ſit falſa vt probatum eſt. 2. etſi omnia quæ implicant non intelligamus diſtinctè. tamen de prope infinitis, ſpecialiter & diſtinctè probamus ea Deus facere poſſe abſolutâ potentiâ quia probamus ea non implicare. At non poſſumus probare ſimiliter quamplurima facere poſſe abſoluta potentia quia vult facere. nam quæ velit abſolutè facere, ignoramus.]

LIBER TERTIVS.

Quo
Ex omnipotentia, & voluntate Dei probatur veritas corporis Chriſti in Euchariſtia.

TRACTATVRQVE de Tranſubſtantiatione.

De potentia Dei circa corpus Chriſti in Euchariſtiâ.

CAP. I. & II.

IOANNES [a] wiclef, [b] Caluinus, [c] Petrus Martyr, [d] & Beza negant fieri poſſe vlla virtute diuina corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe: Catholici affirmant.

[e] Hæretici volunt *id ſolùm facere poſſe Deum, quod reipſa vult facere, & facit.* Hæc Regula falſa eſt 1. Quia ſcriptura docet apertè Deum poſſe facere multa, quæ nuſquam faciet. Math. 3. [f] *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* item [g] Math. 26. & Marci [h] 14. Secundò, quia ita do-

[a] CAP. I. *wiclef apud waldenſem to. 2. cap. 72. & 73.*
[b] *4. Inſtit. 17. §. 24. & 29.*
[c] *contra Gardiner.*
[d] *libro de Cœna Domini contra weſtphalum.*
[e] CAP. II. *Caluin. in Catechiſmo breui, Boquinus libro de cœnâ Domini.*
[f] *v. 9.* δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ.
[g] *verſ. 53.*
[h] *v. 36.*

cent [l] Nazianz. & [k] Auguſt. Tertiò, quamuis eſſet vera hæreticorum opinio non tamen nobis poſſet eſſe regula cognoſcendi quid Deus valeat. Non enim magis cognoſcimus quid Deus velit facere, quam quid poſſit.

[l] *Orat. 4. de Theolog.*
[k] *libro de Spiritu & litera cap. 1.*

Optima ergo Regula id cognoſcendi eſt, *Deum poſſe facere omnia quæ vllo modo exiſtere poſſunt*, id eſt quæ non implicant contradictionem. quod enim implicat, non eſt poſſibile vllo modo eſſe. 1. quia ſimul eſſet, & non eſſet, 2. fieret aliquid cuius eſſe, eſſet non eſſe 3. Deus qui eſt ipſum eſſe, non poteſt facere non eſſe. Quod verò Deus facere non poteſt, nullo modo eſſe poteſt.

Hinc Deus non poteſt mori, peccare, deficere, quia hæc cum ſint negationes, dicunt non entia.

[Dices, neque nobis conſtat quæ implicant cōtradictionem, necne. Hoc enim ſciri nequit, niſi omnium rerum demonſtratiuè, & perfectè intelligamus quidditates, ſiue naturas. Ergo hæc regula non eſt aptior regulâ hæreticorum dumtaxat.

Negatur conſeq. Primò, quia regula hæreticorum, nec quidem eſt apta: cum ſit falſa vt probatum eſt. 2. etſi omnia quæ implicant non intelligamus diſtinctè. tamen de prope infinitis, ſpecialiter & diſtinctè probamus ea Deus facere poſſe abſolutâ potentiâ quia probamus ea non implicare. At non poſſumus probare ſimiliter quamplurima facere poſſe abſoluta potentia quia vult facere. nam quæ velit abſolutè facere, ignoramus.]

Poſſe vnum corpus ſimul eſſe in pluribus locis.

CAP. III.

PRIMÒ, *Apud Deum omnia poßibilia ſunt.* Math. [a] 19. ſcilicet quæ non implicant. At corpus eſſe in pluribus locis, neque contradictionem habet ex ſcripturis, neque ex natura rei (nam eſſe in loco, non eſt de corporis eſſentia) neque vlla euidenti ratione vt patebit ſolutione contrariorum argumentorum. Ergo Deo poſſibile eſt ponere corpus in pluribus locis.

[a] *v. 26.* παρὰ θεῷ πάντα δυνατά ἐστι.

Secundò, ex ſcripturis & PP. probauimus Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia. Ergo, iuxta ſcripturas & PP. erit in pluribus locis.

Tertiò, Chriſtus cum apparuit Paulo Actor. 9. & 22. erat in cœlo, vt aduerſarij fatentur, erat ſimul quoque in aëre vicino. Nam 1. [b] certum eſt Paulum tunc reuera ipſum Chriſtum vidiſſe. Tanta autem lux corporis Chriſti quæ Paulum planè excæcauerit, tantam vim habere non poterat è ſummo cœlo. 2. comites audierunt quendam [c] ſonum verborum Chriſti loquentis ad Paulum, ſed [d] nō intellexerunt quid diceret. At ſi loquutus fuiſſet Chriſtus è ſummo cœlo æque omnes cum Paulo vocem audiuiſſent. 3. ſi Paulus vidiſſet Chriſtum in cœlo, non dubitaſſet quis eſſet, Quare inepte interrogaſſet: [e] *Quis es Domine?* nec inde ſatis Chriſti Reſurrectionem [f] perſuaſiſſet. facilè namque homines reſpondiſſent eum fuiſſe deceptum. Ergo Chriſtum vidit alibi quam in ſummo cœlo, nimirum in aëre vicino. Igitur corpus Chriſti erat in pluribus locis.

[b] *Acto 9. v.* 19. & *cap* 22. *verſ.* 14. *ac.* 1. *Cor.* 10. *v.* 8.
[c] *Actor. 9. v.* 7.
[d] *Actor.* 22. *v.* 9.
[e] *Actor. 9. v.* 5. τίς εἶ κύριε.
[f] 1. *Cor.* 10.

Quartò, [g] Ambroſ. & [h] Egeſippus teſtantur Chriſtum apparuiſſe B. Petro in terrâ. [i] Athana-

[g] *orat. contra Auxentium.*
[h] 3. *de excidio vrbis Hieroſolym cap.* 2.
[i] *in Antonio.*

Digitized by Google

ſius B. Antonio, [k] Ioannes Diaconus B. Gregor. [l] Paulinus Sancto Machario. At non eſt dubium quin ſimul corpus Chriſti fuerit in cœlo.

Quintò, diſertè [m] Chryſoſt. [n] Primaſ. Anſelm. idem corpus dicunt tractari in multis altaribus, quod eſt expreſsè dicere, eſſe in pluribus locis.

Sextò, ſi quæ repugnantia inueniretur ea ex vnitate rei naſceretur, ſcilicet cum ſit vna, nequeat realiter pluribus ſecundum ſe totam adeſſe locis. Sed hoc non obſtante, anima eſt tota in pluribus corporis partibus, & Deus in pluribus mundi. Ergo, &c.

Reſpondent animam & Deum non eſſe in diſtantibus inter ſe locis.

[Contra. 1. tota ratio quare hæc veluti continuitas animæ hoc habeat, eſt, quia non multiplicatur anima vna, nam alioquin ſecundum ſe totam diſſidet localiter vt eſt in capite, à ſeipſa vt eſt in pede, non minus quam ſi non eſſet in medio corpore.]

At non eſt maior difficultas corpus non multiplicari poſitum in diuerſis locis, quā animam quæ eſt tota indiuiſibiliter in vna parte, non multiplicari neque extendi intenſiuè ſubſtantialiter, vt ſit in alia parte. Ergo cum vtrobique dumtaxat ſit par ratio: ſicut vnum poteſt eſſe in pluribus locis ſic & aliud. 2. poteſt conſeruare Deus animam in membro, à reliquo corpore, diſſecto. Igitur & tunc anima erit in duobus diſtantibus locis.

Septimò fides docet vnam naturam diuinam numero, eſſe in diſtinctis realiter perſonis. At hoc magis repugnat, quam vnum corpus eſſe in pluribus locis, huiuſmodi enim natura identificatur realiter, & formaliter, ac maximè intrinſecè perſonis, non autem corpori diuerſa loca.

Octauò, maior eſt repugnantia quoque in myſterio Incarnationis: quia eſt maior vnio perſonæ diuinæ cum humana, & diuina natura, quam corporis cum loco: [nec dubiū eſſe debet, ſicut Deus

[k] *2. vita Gregorij. 22.*
[l] *Epiſtol. ad Macharium.*
[m] *3. de Sacerd.*
[n] *in 10. ad Hebræos.*

vnam naturam humanam aſſumpſit, ſic potuiſſe plures, etiam ſpecie & numero diſtinctas, & ſecundum ſe totum vnamquamque terminare.]

Nono, non magis repugnat corpus eſſe in pluribus locis, quam vnum corpus numero bis eſſe, id eſt in cineres redactum denuo idem numero reſurgere. [1. quia ad multiplicationem numericam videtur ſufficere repetita eiuſdem naturæ productio]. 2. ſi bis fit, quomodo non duplici actione? ſi duplici actione, quomodo bis fit? nam effectus, per ſe ab actione pendet, vt eius terminus.

Decimò, nec minus difficile creare ex nihilo, & in nihilum aliquid reducere, quam corpus in pluribus locis eſſe.

Vndecimò, ſicut ſe habet locus ad locatum, ſic ſe habet locatum ad locum. At vnus locus poteſt capere duo ſimul corpora ſibi adæquata, & tamen neque locus ille diuiditur in duo loca, neque corpora illa confundũtur, ſed vnumquodque manet, ſecũdum ſe indiuiſum, & à quolibet alio diuiſum, non minus quam ſi eſſent in diuerſis locis. Ergo poterit etiam vnum corpus replere duo loca, ſine diuiſione ſui ipſius, & confuſione locorum.

Decimo tertiò, iuxta aduerſarios ea eſt vera doctrina quæ Deum exaltat, & hominem deprimit, falſa, quæ contrarium dicit. At poſſe Deum ponere corpus vnum in pluribus locis exaltat Dei potentiam, & deprimit hominem; cum fateatur plura Deum facere poſſe, quam intelligat homo: docere id Deum non poſſe, eſt eum deprimere, & hominem exaltare: quod ſcilicet nequeat Deus facere, niſi homini comprehenſibile. Ergo. &c.

Soluuntur obiectiones.

Cap. IIII.

PRima, Angelus mulieribus Chriſtum quærentibus in ſepulchro reſpondit: [a] *Non eſt hic, ſurrexit.* At fruſtra id dixiſſet, ſi potuiſſet corpus Chriſti eſſe in pluribus locis. Nam poſſet recedere, ac remanere ſimul.

[a] *Mathæi vlt. v. 6.* οὐκ ἔστιν ὧδε ἠγέρθη.

Negatur Minor 1. quia loquebatur Angelus, ad illarum mulierum mentem: quærebant iacentem mortuum in Sepulchro: At quamuis potuiſſet ſimul intra, & extra eſſe, rectè tamen reſpondebatur *Non eſt hic*, Quia, *ſurrexit.* eò enim quo dicebatur reſurrexiſſe, declarabatur nō amplius in ſepulchro iacere. 2. Quia loquendo moraliter non ſolet corpus viuens, ſiue quod reſurrexit, in ſepulchro manere.

Secunda, PP. ſoli Deo tribuunt eſſe vbique. At ſi corpus aliquot vnum poſſit in pluribus locis poni. Ergo & vbique.

Ad Maiorem id tribuiſſe PP. Deo, de facto: nec enim de facto corpus aliquod fuit, aut erit vſquā vbique 2. Ita id eſſe proprium Dei ex natura ſua, vt nulla ratione fieri poſſit determinari ad vnum quantumlibet de facto locum. At nihil eſt creatū, quod ita determinari non valeat.

Tertia, [b] Auguſt. ait Chriſtum ſecundum præſentiam corporalem ſimul in Sole, & Luna, & in Cruce eſſe non poſſe.

[b] *20. contra Fauſtum* 11.

Reſp. 1. loqui ad mentem Manichæorum arbitrātium Chriſtum eſſe lucem quandam per omnia diffuſam: crucifixum autem à Pilato, phantaſma fuiſſe. Auguſt. Ergo ait huiuſmodi adeò extenſum corpus non poſſe in Sole, Luna, & Cruce totū: ſimul eſſe quia corpus expāſum per plurima loca nequit eſſe totum in ſingulis locis. 2. Loqui de mo-

do ordinario: ibidem enim ait ſpiritum in cruce, pati nō poſſe. At 21. Ciuit. 10. fatetur pati poſſe à corporeo igne.

[c] *eſt wicleſi.*

[c] Quartò, Non poteſt aliquid ſimul eſſe in duobus temporibus. Ergo neque locis.

Negatur conſeq. Quia, duo tempora non poſſunt actu ſimul exiſtere: poſſunt plura loca.

[d] *Caluini, & Martyris.*

[d] Quintò, ſequetur corpus eſſe vnum, & multa numero, vnum, quia ſupponitur: multa, quia non eſt alibi per continuationem. Ergo per diuiſionē, vel multiplicationem ſui ipſius, vnde neceſſario multitudo naſcitur.

Negatur. remanet enim ſemper vnum: nam vnitas eſſentialis non pendet à loco. Neque per diuiſionem, multiplicationem, aut continuationem in pluribus locis, ſed per realem vnius, & eiuſdem corporis præſentiam.

Sextò, erit in loco, & non erit. erit quia ſupponitur: non erit, quia eſſe in loco, eſt ita ibi eſſe, quod non alibi.

Negatur, quia ſolùm requiritur vt aliquid ſit in loco, terminum locati, & loci ſimul eſſe: ſiue locatum ſit etiam alibi, ſiue non.

Septimò, Quod incipit eſſe alicubi, vbi antea non erat, aut eo venit per localem motum, aut ibi generatur. Sed corpus Chriſti, neutro modo eſt in altari. Igitur nullo.

1 Reſpondeo, Maiorem non eſſe vndique verā. Nam cum homo per nutritionem augetur, incipit anima rationalis eſſe in materiâ, vbi antea non erat nec tamen generatur, aut loco mouetur. Ad minorem admittitur. Quia Chriſtus adeſt in altari per conuerſionem panis in corpus ſuum. 2. [Etſi non generetur, quia iam eſt, ſe habere ac ſi de nouo produceretur: quia vi conſecrationis, ſi actu nullo modo eſſet, poneretur actu in rerum natura per mutationem panis in ſeipſum.]

Octauò, ſequetur idem corpus eſſe ſurſum, & deorſum, remotum, & non remotum ab eodem

loco, moueri, & non moueri, accedere & recedere ſimul. At ea ſunt contradictoria.

Admittitur Maior. Nam ea omnia multiplicantur in corpore quæ ſequuntur eſſe locale.

Negatur Minor quia contradicentia debent eſſe de eodem, ſecũdum eundem reſpectum. vnde anima quatenus in capite, eſt remota à ſeipſa & à terrâ quatenus in pede: moueri poteſt in vna manu, & non moueri in aliâ: Nec tamen propterea contradictio inerit.

Nonò, ſicut poterit corpus eſſe in pluribus locis Sacramẽtaliter, ſic & poterit circũſcriptiuè. At inde ſequetur. 1. ſibi ipſi occurrere poſſe: quid autem inde: an ſibi mutuò, tranſitum impediet? 2. poſſe numeroſiſſimum componere exercitum: immenſa ferre pondera. 3. ſummè calefieri, & frigefieri: mereri & demereri, inſipientem eſſe, & ſapientem: mori, & viuere: damnari, & beari.

Reſp. 1. negari à Thomiſtis corpus poſſe in duobus locis circunſcriptiuè eſſe. 2. veriſimilius cõtrarium videri. Ad illationes concedunt eas omnes [c] nonnulli, nec propterea vllam admittunt contradictionem quòd non conueniant eidem ſecundum eundem reſpectum puta locum, agens, obiectum, *&c.*

Alij mediâ incedunt via. Nam primi & ſecundi generis illationes concedunt quod referantur ad ea de quibus in argumento. 8. [Et quidem ſunt qui arbitrentur hominem tunc non occurrere ſibi, nec niſi vnum occupare locum: ſed contrarium forſaſſe eſt probabilius. Nam negari non poteſt quin corpus idem Romæ, & Lutetiæ diuerſa occupet loca, & vſque dum ſibi ipſi ſit propinquum. nulla autem eſt ratio, quare tunc etiam non occupet duo? vtrobique enim præſupponitur conſeruari à Deo. At ſi duo occupat loca, certe ſibi ipſi occurret, & ſibi ipſi impediet tranſitum. Deinde vtrobique eſt reale, & ſolidum corpus: quidni ergo vtrobique non habebit quod haberent diuerſa corpora? nec

[c] [*Nec rationibus contemnendis 1. quia ſicut Deus poteſt corpus ponere in duobus locis, ita circa id, vt eſt in vno loco agere ea omnia quæ poſſet ſi corpus eſſet tãtùm in vno loco. 2. poteſt Deus ſuum cõſeruare concurſum eidem corpori vt eſt in vno loco, & nõ conſeruare eidẽ vt eſt in alio 3. quomodo fieri poteſt vt agens finitum agat in corpus Romæ, & ſimul agat in idem vt eſt Lutetiæ, nec tamen per mediũ agat, nec tantam habeat ex ſe actiuitatis ſphæram?*]

refert idem eſſe: quia tunc vim habet plurium per repetitionem ſui ipſius in ordine ad locum.

Tertij generis illationes negant, quòd negent ea multiplicari quæ recipiuntur in corpore locato. quia corpus vnum eſt, non multa. Itaque ſi corpus vno calefiat in loco, & moriatur, *&c.* in alio quoque hoc idem ei competere. *Ecce qualibus argumentis omnipotentiæ Dei humana contradicit infirmitas, quam poſſidet vanitas,* [f] inquit Auguſtinus. [Sed quam rectè [g] Hugo de ſancto Victore. *Dices mihi* (inquit) *quomodo corpus vnum eodem tempore in diuerſis locis eſſe poteſt? Hîc eſt, ibi eſt, totum vtrobique eſt, & in multis locis ſimiliter. Noli mirari qui fecit locum, fecit corpus, & fecit locum in corpore, & corpus in loco. Et qui fecit vt vnum corpus vno in loco eſſet, fecit ſicut voluit, & ſi voluiſſet aliter facere potuiſſet. Nam quando vult, aliter ipſe facit, & eſt ſemper, ſicut ipſe vult. Quia autem ſic ipſe fecit vt vnum corpus eſſet in vno loco: tu quod factum eſt vidiſti, & neſcis aliud, niſi quod factum eſſe vidiſti. Idcirco miraris quando aliud vides, vel audis, quam videre, & audire conſueuiſti,* &c. *Cogita facientem, & deſinet eſſe mirabile, vel ſaltem incredibile non erit.*]

[f] *22. Ciuit. 11.*
[g] *2. de Sacra. par. 8. cap. 11.*

Quomodo ſit in Euchariſtia Chriſti corpus.

CAP. V. & VI.

HÆRETICI [a] volunt, adeſſe non poſſe niſi occupet locum. [b] Durandus, niſi propria careat quantitate. [c] Nominales, niſi careat figura, & ordine partium, quamuis quantitatem habeat.

Prima [d] Propoſitio. *Corpus alicubi eſſe poteſt, & non occupare locum.* Probatur.

Primò, quia nullam implicat contradictionem. Id enim implicat quod eſſentiæ repugnat. At occupare locum non eſt de eſſentia corporis, nec magnitudinis tum quia occupare locum eſt aliquid

[a] Cap. 5.
[b] 4. *diſt.* 10. *q.* 2.
[c] *Okam. in* 4 *q.* 4.
[d] Cap. 6.

poſterius: tùm quia, & corpus, & magnitudo poſſunt intelligi ac definiri ſine reſpectu ad locum. imò ſine loco eſſe, vt ſi construeretur corpus in vacuo. tum denique quod occupari locum ſit veluti functio, proprietas, ſeu actio corporis, & magnitudinis: & proinde non de eſſentia. Ergo non occupare locum non repugnat eſſentiæ corporis, aut magnitudinis.

Secundò, [e] fieri poteſt virtute diuina, vt camelus, manens camelus (alioquin dicendum non fuiſſet id eſſe apud homines impoſſibile) tranſeat per foramen acus. At id fieri nequit, niſi non occupando locum: ſi enim occuparet, non tranſiret: vel maius eſſet minus ſuo minore, quod implicat.

Tertiò, non eſt minus impoſſibile Chriſtum [f] intraſſe ianuis clauſis ad diſcipulos ſuos: quia vel requiritur corpus ſuum non occupaſſe locum, vel datam fuiſſe corporum penetrationem, & tamen illud præſtitit Chriſtus.

Reſpõdent Dominum intraſſe per [g] feneſtram, vel [h] aditum ſibi reſeraſſe.

Contra. 1. nulla fuiſſet ratio cur adeò Ioannes diligenter bis dixiſſet intraſſe ianuis clauſis. 2. [i] Lucas teſtatur Dominum repentè conſtitiſſe in medio diſcipulorum, & propterea ſpiritum eſſe putatum. Quòd certè non contigiſſet ſi per feneſtram intraſſet, aut aditum ſibi reſeraſſet. 3. quia [k] PP. ibi miraculum magnum agnoſcunt quòd Dominus ſuum corpus ſolidum in aliud ſolidum introduxerit. 4. quia Marcioniſtis ex hoc loco negantibus veram corporum Reſurrectionem, non ſolum minimè PP. reſponderunt Chriſtum per feneſtram intraſſe atque ita phantaſma non eſſe: ſed [l] Hilarius inde, tanquam certiſſimo dogmate, probauit Filium æternum generari à Patre, ſine vlla ſui læſione, vel diminutione. quia Chriſtus ingreſſus eſt per ianuas clauſas, ſine ſui vel ianuæ læſione, aut diminutione.

Quartò, exiuit de vtero Virginis Chriſtus, inuio-

e *Math. 19.*

f *Ioan. 20. v. 19.*

g *ita Oecolampad.*

h *ita Caluin. 4. Inſt. 17. §. 29.*

i *vltimo v. 36.*

k *Chryſoſt. Cyrill. Aug. in hunc Ioan. locum Iuſtin. q. 117. Ambr. in vltimũ Lucæ Epiph. hæreſi 64. Leo. epiſt. 10. &c.*

l *3. Trinit.*

lata manente carnis integritate 1. quia prædixerat [m] Iſaias non ſolùm concepturam, ſed parituram Virginem 2. Ezech. [n] 44. iuxta interpretationem [o] Ambro. & [p] Hieron. deſcribitur porta clauſa per quam ſolus Dominus intrat. 3. dicitur Chriſtus in Symbolo *natus ex Maria virgine* 4. fuit Iouinianus tanquam hæreticus [q] iudicatus, quod aſſereret B. Mariam pariendo corruptam. 5. quia ita docent [r] PP. [& traditio Eccleſiæ conſeruat.] At hîc minus non eſt miraculum quam corpus non occupare locum.

Reſpondent, [s] Primò integra quidem fuiſſe clauſtra pudoris, ſed dilatatos à Deo naturales meatus.

Contra non manſiſſet integra virgo. Nam iuxta [t] Medicos peritos integritatis virginalis amiſſio, non in fractione alicuius membranæ conſiſtit, ſed in ſola dilatatione partium contiguarum.

Reſpondent, [v] ſecundò reuulſum, & apertum vterum: ſed continuò diuina virtute coaluiſſe vteri partes, vt etiam poſt partum, virgo dici poſſit.

Contra 1. Etſi poſſint coniungi reuulſæ, fieri tamen nequit quin fuerint reuulſæ, & proinde amiſſa virginitas. At ſemel amiſſa reparari nequit teſte [x] Hierony. 2. grauiſſimos dolores ſenſiſſet in partu B. Virg. 3. ſaltem in ipſo partu violata fuiſſet.

Obiicitur [y] Ambroſ. [z] Origen. [a] Tertull. docentes aperuiſſe Chriſtum naſcentem, vterum Matris.

Reſpondeo, quod dixerit Tertull. non eſſe momenti, cum alijs contradicat PP. & conſtet hæreticum fuiſſe. Ambroſ. & Origenes ſolùm volunt

[m] *7. verſu 14.*
[n] *v. 2.*
[o] *lib. de Inſt. Virgin.*
[p] *in hunc Ezech. locum.*
[q] *a Siricio & Ambroſio epiſtol. 80. & 81. apud Ambroſium: ac Auguſtinũ libro de hæreſibus cap. 82.*
[r] *Nazianz. in Traged. Chriſtus Patiẽs Hierony. Apolog. pro libris contra Iouinia. Aug. epiſt. 3. & 22. Ciuit. 8. Theodor. dialog. 2. &c.*
[s] *ita Durand. in 4. diſt. 44. q. 6.*
[t] *Vide Fernelium 1. de partium corporis humani deſcript. cap. 7.*
[u] *Beza libro de omnipræſentia Chriſti aduerſus Brent. vltra medium.*
[x] *Epiſtol. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis.*
[y] *lib. 2. in Lucam cap. 7.* [z] *homil. 14. in Lucam.*
[a] *libro de carne Chriſti.*

Chriſtum natum ſine auxilio obſtetricum, manente tamen integritate matris. Ita enim Ambroſ. *Quæ eſt hæc porta niſi Maria, ideò clauſa quia virgo? Porta igitur Maria, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum, quando virginali fuſus partu, & genitalis Virginitatis clauſtra non ſoluit*, &c. Origines verò fatetur poſt partum manſiſſe Virginem, quod fieri nequit niſi in partu fuerit Virgo.

Quintò, ſimiliter exiuit Dominus è clauſo monumento. Nec enim ipſe, ſed [b] Angelus reuoluit lapidem.

[c] Reſpondent, lapidem diuinâ ceſſiſſe virtute, vel annihilatum, & continuò reſtauratum.

Contra 1. eſt communis [d] PP. opinio. 2. non minor eſt difficultas in annihilatione, quam in propoſita materia.

Sextò, [e] Aſcendit ſuper omnes cœlos ſolidiſſimos inſtar aëris [f] Iob. 37. in quibus nulla feneſtra, nulla rima.

[g] Reſpondent, tunc apertum fuiſſe cœlum, ſicut [h] Math. 3. [i] Actor. 7. & [k] 10. [l] Apocal. 19. & [m] Ioan. 1.

Contra, hæ omnes apertiones metaphoricè tantùm, & ſecundum apparentiam fuerunt. Nã Actor. 10. & Apocaly. 19. in imaginatione ſolâ conſtiterunt. In aliis nulla fuit cauſa cœlum diuidẽdi. Nam Spiritus ſanctus eſt vbique, & columba illa Math. 3. in qua dicitur apparuiſſe, nõ fuit in cælo formata. Actor. 7. vel Stephanus vidit Chriſtum corporeis oculis, vel mentis: ſi prius ſufficit diaphanitas cœli cùm illuſtratione qua inciperet apparere quod antea latebat. Si poſterius, nihil ſpectat ad cœlum. Ioan. 1. Angeli cum ſint Spiritus non egent, vt deſcendant, apertione cœlorum.

Septimò, non minus eſt mirandum ab igne corporeo torqueri animas, & certo impediri loco, vt nequeant liberè exire.

Octauò, tam eſt propriũ corpori graui ponderare, colorato videri, lucido lucere, calido calefacere

[b] *Math. vlt. verſ.* 2.
[c] *Caluin.* 4. *Inſt.* 17. §. 29. *Petrus Martyr ſup. obiect.* 11. *Beza ſup.*
[d] *Iuſt. q.* 117. *Nazianz. ſup. Chryſoſt. homil. de S. Ioan. Baptiſta tom.* 3. *Hierony. ep. ad Hedibiam q.* 6. *Aug. ſer.* 136. *de tempore Beda homil. in Vigilia Paſchæ Euthymius in* 28. *Math. Bernard. ſer.* 1. *de Reſurrect.*
[e] *Epheſ.* 4. *v.* 10.
[f] *v.* 18.
[g] *ita Durãd. ſup.*
[h] *v.* 16.
[i] *verſ.* 56.
[k] *verſ.* 11.
[l] *verſ.* 11.
[m] *verſ. vlt.*

[n] *Math.* 14. *v.*29. [o] *Luc.* 4.*v.* 30. *Item cap. vlt.v.* 31. [p] *Actor.*1.*v.* 3. [q] *Daniel.* 3.

quàm quanto occupare locum. [n] At Petrus cum graui corpore, ambulauit ſuper aquas, [o] Chriſtus ſine coloris amiſſione tranſiens per mediam turbam, non videbatur. [p] Poſt Reſurrectionem lucidior Sole, familiariter conuerſabatur cum Apoſtolis & proinde corpus eius lucidum minime lucebat, alioquin ferre lucem non valuiſſent Apoſtoli, [q] flamma non nocuit tribus in fornace pueris. Ergo ſimiliter facere poteſt, vt corpus non occupet locum.

Reſpondent ea fieri poſſe quia non deſtruunt naturā, hoc non poſſe quia deſtruit. Sed dicunt, & nihil probant. Nam vtrinque non de ipſa corporis aut accidentium agitur natura, ſed tantum de accidentium effectu.

[r] *Hæc habentur cap.* 5. *apud Bellarmin.*

[r] Secunda propoſitio, *Corpus Chriſti eſt in Sacramento cum tota ſua quantitate.* Probatur.

Primò, Chriſtus dedit manducandum diſcipulis corpus, morti, ſequenti die, tradendum. At non fuit traditum morti corpus ſine magnitudine.

Secundò non ſolùm caro, ſed etiam anima Chriſti eſt in Euchariſtia. At anima non eſt niſi in organizato corpore.

[s] *ſeſſ.*13.*can.*1.

Tertiò, [s] Conc. Tridentinum definit totum, & integrum Chriſtum in Euchariſtia eſſe. Ad integritatem verò requiritur quantitas.

[Tertia propoſitio: *Corpus Chriſti eſt in Euchariſtia cum propria figura.* Probatur.

Primò non caret maximâ ſuâ pulchritudine & conuenientia, hæc autem in debita membrorum figura, & proportione conſiſtit.

Secundò, non caret quantitate ſua, Ergo neque figura.

Quarta Propoſitio, *Corpus Chriſti eſt in Sacramēto indiuiſibiliter, ita vt omnes eius partes eundem ſitum, vel poſitionem habeant Probatur.*

Primò, corpus Chriſti cum ſua quantitate ſuccedit ſolum ſubſtantiæ panis veluti propria quantitate deſtitutæ: At ſubſtantia ſine quantitate modum indiuiſi-

indiuiſibilem exiſtēdi habet. ergo & corpus Chriſti in Euchariſtiâ.

Secundò, probabimus ſub qualibet parte ſpecierum quantumcumque minima eſſe totum corpus Chriſti. At hoc fieri nequit niſi ibi ſit indiuiſibiliter.

Quinta, *Partes quantitatis ordinem inter ſe debitū ſeruant, nec vna confunditur cum alia, ſed ſemper propinquior eſt, verbi gratia, non ſitu, ſed ordine, collum capiti, quam ſit manus*, Probatur.

Chriſti corpus totam ſuam habet quantitatem eamque continuam, ac cum propria figura, vt probatum eſt. At id eſſe nequit, niſi ſeruetur ordo inter ipſas quantitatis partes.

Sexta, *Sub qualibet parte ſpecierum quantumcumque minima eſt totum corpus Chriſti.*

Primò fide conſtat, & experientia ſpecies ſacramentales frangi poſſe, vel ergo Chriſtus eſt totus ſub vtraque fractionis parte, vel diuiſus, non poſterius contrarium enim docet Tridentinum Concil. Eccleſiæ traditio, & ſcriptura: [t] Chriſtus enim iam non moritur, & proinde neque diuiditur, aut laceratur hoc enim repugnat corpori glorioſo. Ergo prius, at hoc non poterit eſſe niſi antea ſub qualibet eſſet parte. Nam non eſt ibi niſi per conſecrationem: in fractione autem non fit noua cōſecratio. Ergo ſi antea non erat totus ſub qualibet etiam minima parte, neque poſt fractionem erit: ſi ſit poſt fractionem. Ergo etiam antea erat.

[t] *Rom. 6. verſ. 9.*

Secundò, vel quælibet pars ſubſtantiæ panis & ſimul tota ſubſtantia panis conuertitur in totum corpus Chriſti, vel vna in vnam, alia in aliam. Si poſterius ergo panis maior corpore Chriſti non poterit in illud conuerti, quod eſt abſurdum. Si prius, ergo, vt nulla eſt quantumcumque minima ſpecierum pars cui non reſpondeat aliqua ſubſtantiæ panis, ſic nulla erit, ſub qua non ſit totum Chriſti corpus.

Tertiò ex Concil Trident. ſupr. can. 3. *Si quis*

negauerit in venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſcumque ſpeciei partibus ſeparatione facta totum Chriſtum cõtineri Anathema ſit.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VII.

[a] *Epiſt. 57. ad Dardan.*

[b] *Quoniam ſua quæcumque ſpatia locorum tenent, minores minora, & maiora maiores.*

PRIMA, *Non potuit* (inquit [a] Auguſt.) *obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas: nã ita diſtantibus partibus quæ ſimul eſſe non poſſunt.* [b] &c. *non potuit eſſe in ſingulis quibuſque partibus tota, vel tanta, ſed amplior eſt quantitas in amplioribus partibus : breuior, in breuioribus : & in nulla parte tanta, quanta per totum.*

Reſpondeo, vel loqui de quantitate, naturali modo, vel per reſpectum ad extenſionem ſiue ſpatium internum, ſine commenſuratione ad locum externum. Hoc enim ſpatium eſt cuicumque intrinſecum quantitati: nec illud negamus corpori Chriſti in Euchariſtia.

[b] *ibidem.*

Secunda, [b] idem aſſerit naturam Chriſti humanam deſtrui, ni detur ei certum aliquod ſpatium quo contineatur.

Reſpond. id verum: niſi enim natura Chriſti humana certæ quantitatis limitibus comprehenderetur, eſſet infinitæ molis, ac vbique diffuſa, quod repugnat naturæ corporis. Verum hoc minimè officit, quin eadem natura ſit indiuiſibiliter cum ſua tota quantitate alicubi, ſemper enim ibi limitibus ſuæ comprehenditur quantitatis.

Tertia, ad rationem corporis quanti requiritur contineri ſpatio. Negatur de ſpatio externo.

Quarta, requiritur ſuis cõmenſurari dimenſionibus, at dimenſiones eſſe nequeunt ſine extenſione. Ergo, &c.

Admittitur Maior. Diſtinguntur Minor. Nam vera eſt de extenſione interna quantitatis, falſa de

externa,poteſt enim ſufficere interna.

Quinta non minor eſt vnio quantitatis cum extenſione ad locum, & ſpatium externum, quam intellectus cum anima,& quantitatis cum ſubſtantia.Sed quantitas à ſubſtantia, intellectus ab anima ſeparari nequeunt.Ergo, &c. tranſeat Maior. Negatur Minor ſi ſermo ſit de poteſtate diuina.

Sexta, nequit quaternarius à modo quaternarij diuidi, verbi gratia exiſtere per modum vnitatis. Ergo non poterit ſimiliter quantitas à modo ſuo ſeparari nimirum extentione ad locum.

Ad anteced.Verum eſſe de modo eſſentiali: nec enim fieri poterit vt quaternarius ſit vnus. falſum de accidentali quia poteſt quaternarius in loco vnius conſiſtere,ſiue quatuor poni in vno & eodem indiuiſibili loco. Ad conſeq.neque etiam quantitatem poſſe eſſe ſine eſſentiali modo, id eſt diuiſibilitateſiue extenſione interna, poſſe tamen eſſe ſine accidentali, nimirum extenſione ad locum.

Septima,nequit ſubſtantia exiſtere niſi ſubſtantialiter. Ergo neque quantitas niſi quantitatiuè.

Admittitur totum: nec enim dicimus quantitatẽ corporis Chriſti non eſſe quantitatiuè in Sacramento.Sed negamus eſſentiam quantitatis conſiſtere in extenſione ad locum.

Octaua,nequit ſpiritus, natura indiuiſibilis,exiſtere extenſiuè in loco. Ergo neque quantitas naturâ diuiſibilis exiſtere inextenſe & indiuiſibiliter.

Negatur conſeq. Nam exiſtere ſpiritum extenſè,eſt vel illũ in ſe diuiſibilem eſſe, ac proinde ſpiritum amplius non eſſe, vel effectum ſine cauſa eſſe,quia extenſio eſt formalis quantitatis effectus.At exiſtere quantitatem inextenſè,& indiuiſibiliter per reſpectum ad locum,non eſt indiuiſibilem eſſe: & proinde nec deſinit eſſe quantitas: ſed ſolum effectu carere:quod non eſt impoſſibile:quia cauſa eſt prior effectu.

Nona, nequit minus continere maius. Sed cor-

pus Chriſti eſt maius minima parte hoſtiæ. Ergo nequit contineri ab ea.

Ad maiorem, maius quantitate & minus extenſione poſſe contineri à minori quantitate, maiori extenſione: hoc eſt enim ſemper maius continere minus, ſub eodem reſpectu.

Ad Minorem. Chriſti corpus eſſe maius quantitate, minus extenſione.

Decima, ſi Dominus habeat ſuam in Euchariſtia figuram, & partium diſtinctionem. Ergo diſtant magis pedes, quam pectus à capite. At diſtantia maior, & minor nequit intelligi ſine relatione ad locum. Illa enim magis diſtant inter ſe, inter quæ maius intervallum ineſt.

Ad conſeq. verum eſſe de diſtantia ordinis partium inter ſe, nõ autem de diſtantia ſitus ad locũ. Verum eſt enim immediatius eſſe coniunctũ pectus capiti quam ſit pes. Ad ſubſumpt. veram eſſe de diſtantia poſteriori generis, non autem prioris.

Decima, eſſentia quantitatis eſt habere partes, extra partes. Ergo vbi vna eſt pars, non erit alia.

Ad antecedens in quantitate duo eſſe. 1. habere partem extra partem intrinſece, ſiue per reſpectum ad ſe, id eſt partem vnam non eſſe aliam, & vnam ordine poſt aliam eſſe. Et in hoc reuera conſiſtit quantitatis eſſentia. 2. habere partem extra partem extenſiuè, ſiue extrinſece id eſt vnam partẽ alium habere ſitum in loco quam habeat alia, & vnam ſitu poſt aliam eſſe: atque hæc proprietas & non eſſentia quantitatis eſt.

Ad conſeq verum eſſe de vbi intrinſeco: nã vbi ordine, eſt vna per reſpectum ad totum, ibi non eſt alia: falſum de vbi extrinſeco ſiue ſitu locali.

Deum voluiſſe ſuum corpus in Euchariſtia eſſe.

CAP. VIII.

PRIMÒ, quia Chriſtum in Euchariſtia eſſe eſt antiquiſſima & à tempore Apoſtolorum, & Chriſti, à tota Eccleſia, ſententia credita. Ergo eſt à Deo.

Secundo, diligenter fuit diſcuſſa, & ſemper diligenter ab Eccleſia amplexa. 1. ſub Leone nono in Cõcilio Romano, quo Berãgarius damnatus fuit. 2. in Vercellenſi eodem præſidente Leone, abſente Berangario contumace, & præſentibus eius confœderatis 3. in Concilio Turonenſi præſidentibus legatis Victoris Papæ ſucceſſoris Leonis, quo victus Berangarius abiurauit hæreſim 4. [a] in Concilio generali Romano præſidente Nicolao. 2. & rurſum abiurante Berangario, qui ad vomitum redierat. 5. [b] in Concilio Romano ſub Gregorio. 7. iterum eadem hæreſis damnatur, iterumque, ad vomitum iterato reuerſus, abiurauit Berangarius, nec amplius defecit. 6. in Lateranenſi Concilio quarto. 7. in [c] Viennenſi. 8. in [d] Romano ſub Ioanne 33. an. 1413. [e] teſte Cochlæo. 9. in Conſtantienſi 10. in Tridentino. quorum quinque poſtrema ſunt generalia.

Tertiò, ſententia noſtra, etiam ab eo [illegible]pore quo propter Berangarium clariſſimè explicata fuit id eſt ab an. 1051. habuit patronos ſanctitate, doctrinâ & miraculis conſpicuos Anſelmum, Bernard. Malachiam, Dominicum, Antonium de Paduâ, ſanctum Petrum martyrem, S. Thomam, Bonauenturam, Nicolaum Tolentinum. &c.

Quartò, contraria opinio habuit Berangarium patronum anteſignanum. 1. [f] præuiſum à ſancto Fulberto Carnotenſi Epiſcopo hæreticum futurũ quod ei iam aſſideret dæmon. 2. periurum & in-

a *Horum quatuor Conciliorum meminit Lantfrancus libro contra Berangarium.*

b *huius meminit walden*ſ*. tom. 2. de Sacr. cap. 43.*

c *ann. 1311. Clement. vnica de Reliq. & ven SS.*

d *lib. tamen de Conciliis 1. cap. 5. non meminit Romani ſub Nicolao 2. nec altero ſub Ioan. 33.*

e *1. hiſtoriæ Huſſitarum.*

f *apud Gulielmum Bibliothecarium lib. 3. de geſtis Angelorum.*

[g] *lib.1.* — conſtantem. 3. ſuperbiſſimum. Nam vt [g] Guitnundus teſtatur, maluit cum aliqua hominum admiratione hæreticus eſſe, quam priuatim catholicus. 4. aliarum hæreſum defenſorem, quas nec Caluiniſtæ probant. ſcilicet licere omnibus vti fœminis. nec baptizandos infantes. Berangarius ſectatores [h] habuit ſceleratos homines vt prætermittamus qui fuerint Zuingl. Carolſtad. Caluinus.

[h] *vt refert Guitmundus. ſupra.*

Quintò, ex miraculis de quibus hæc pauca.

[Primum quædam ſumpto Sacramento Euchariſtiæ cum ad balnea perrexiſſet, illìc *ab immundo ſpiritu correpta concidit, laniauit dentibus linguam: nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit, doloribus ventris, & viſceribus cruciata defecit.*

Secundum, in infantilis ore puellæ (quòd antea immolatitios deguſtaſſet cibos) nuſquam Euchariſtia permanere potuit. Sed *Sanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit.*

Tertium, alia grandior indignè ſumpto Sacramento illicò cōcidit. Hæc Cyprian. ſerm. de lapſis.]

[i] *lib.2. vitæ c. 41. apud Ioannem Diaconū.*

Quartum, [i] Gregorio magno miniſtrante Euchariſtiam matronæ, ac dicente *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam*, illa ſubriſit, Pōtifex manum retraxit, ac particula in altari poſita completiſque ſolemnijs cauſam riſus à muliere petijt, reſpondet credere non potuiſſe panem quem ſuis manibus fecerat corpus Domini eſſe: Tunc imploi[illegible]o numine à Papa, ſpecies panis externa in carne[illegible]utata, maieſtate miraculi mulierem reuocauit ad fidem, populum confirmauit.

[j] *teſte Aimoino 5. de geſtis Francorum 19.*

[Tertium, [j] Ludouicus Pius ad 40. dies ex ſola Euchariſtia vixit.]

[k] *teſte Bernardo in Malachia.*

Quartum, [k] quidam obſtinatus monachus ſæpius à ſancto Malachia monitus, vt crederet realem Domini in Euchariſtia præſentiam, grauiſſimo ac læthali morbo correptus redit ad mentem, reconciliatur Eccleſiæ, expirat.

[l] *in vita Bernardi lib. 2. c. 3.*

Quintum, [l] dæmoniacam linguæ oculorum & aurium vſu priuatam Bernardus curauit ſuper ca-

pat eius hoſtiam tenens ſacram, & dicens: *Adeſt inique ſpiritus iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas: iam reſiſte ſi potes*, &c. *Hoc illud corpus, quod de corpore virginis ſumptum eſt, quod in ſtipite crucis extenſum*, &c.

Sextum, [m] B. Antonius de Padua conuentione facta cum hæretico vt ſi oblata hoſtia ex vna parte, & ex alia hordeo per tres ieiuno iumento dies, animal relicto hordeo veneraretur Sacramentum, crederet hæreticus. Iumentum maximè ieiunum capite inclinato, ac genibus curuatis Sacramentum, cibo relicto adorat.

Septimum, an. 1561. die 8. Aprilis feria 2. Paſchæ tribus ante meridiem horis Nouiomagi oppido Geldriæ Antonius worſtius Parochus Sacramentum Euchariſtiæ ad ægrotam mulierem ferebat, tunc ad ianuam tabernæ, per quam tranſeundum, duo ſtabant iuuenes vnus Nouiomagenſis, alter Traiectenſis oua Paſchalia manibus tractantes, vter celerius deglutiret ouum. Propinquante Parocho, Traiectenſis ſodali dixit, ſe citius ouum deuoraturum quam mulierculam, illum deaſtrum. Et ecce ouum in medio gutturis conſtitit, ille ſe ſuffocari ſentiens atripit candelam ſebaceam ex pariete pendentem, atque deiicit in os, vt ouum detrudat: ſed ita totum hæſit ſeuum in ouo vt nudum filum miſer extraxerit: atque conciderit tandem vultu in nigredinem mutato, eliſoque gutture exflauit animam.

Hæc miracula ſunt vera, vel falſa. Si prius vt certè ita eſt. Cur illis non credunt? ſi poſterius. Certè magnum erit miraculum, ſine miraculis veris, creditum à toto terrarum orbe adeò difficile dogma.

[m] *apud Surium tom. 3. In vita Antonij, & apud Antoninum p. 3. tit. 24. cap. 3. §. 2. hiſtor.*

[n] *apud Tilmannum Bredenbachium 7. ſacrarum collationum c. 60.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. IX. & X.

PRIMA, non minus nutrit animas Chriſtus in Symbolo, quã reipſa exiſtens. 1. quia nutriuntur animæ fide, & charitate, quæ tam benè quam Euchariſtia poſſunt complecti Chriſtum in cœlo. 2. quia Baptiſmus gratiam confert, licet non tranſmutetur aqua in Chriſtum, vel Spiritum ſanctum. Ergo fruſtra eſt Euchariſtia.

Secunda, non erat vtilis Apoſtolis præſentia corporalis Chriſti, Ioan. 16. [a] *Expedit vobis vt ego vadam,* &c. Ergo multo minus expedit nobis.

[a] ν. 7. συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω.

Tertia, iſta præſentia in Euchariſtia, non eſt niſi perceptibilis per fidem. At fides non eget iſtâ præſentia.

Quarta, qui ſola fide Chriſtum in Symbolo recipiunt, fructu paſſionis fruuntur. qui reipſa tantùm percipere dicuntur, nullum conſequuntur fructum.

[b] Quinta, hæc præſentia corporis Chriſti facit illud impiis, & piis commune, & breuiſſimo tempore nobis adeſſe. Ergo inutilis.

[b] *Caluin contra Vueſtphalum.*

Ad primam reſp. 1. antecedens negando. Nam magis exercatur fides, charitas, deuotio, & reuerẽtia ex reali præſentia Chriſti, quam figurata: magis enim veneramur Euchariſtiam quam imagines. Deinde Chriſtus ex præſentia & cõiunctione reali nobis multa largitur, quæ alioquin non daret: ſicut ex tactu veſtimentorum ſanabat, quos aliàs fortè non curaſſet: & hinc ſoluitur probatio vtraque. 2. Negatur conſequens, etiam antecedẽte admiſſo: non enim id fruſtra, quod per aliud æque præſtari poſſet, ſed quod nullum fructum affert: aut

ſine ratione multiplicatur. At Euchariſtia non ſine fructu aut ratione eſt, cum ſit maximum bonitatis erga nos Chriſti pignus.

Ad 2. Reſpondeo, non fuiſſe vtilem : non quidē intuitu ipſius corporis Chriſti tam ſalutiferi.

Sed vel quia Apoſtoli humano quodam amore proſequebantur Dominum, & proinde per abſentiam eius erant ad maiora erigendi, vel quia decretum erat apud Deum non venturum Spiritum ſanctum, niſi aſcenderet Chriſtus.

Ad 3. negatur Maior, etſi enim in propria ſpecie corpus Chriſti non attingatur à ſenſibus, attingitur tamen in aliena, vt aliquando ſaluberrima pharmaca ab ægrotis percipiuntur.

Ad 4. magis prodeſſe fidem, cum, quam ſine reali ſumptione.

Ad 5. negatur conſequentia: demonſtratur enim ſumma Dei charitas, & dignitas, qui ſe ab impiis etiã permittit tractari, nec propterea lęditur ab eis. [c] Cap. x.

[c] Sexta multa inde ſequuntur indigna Chriſto, vt cadere in terram, in ſeceſſum ire, *&c.*

Reſpondeo. 1. quæ magis indigna videri poſſunt quam à diabolo ferri, & tot à peccatoribus pati? 2. hæc omnia ipſum Chriſti corpus nulla in parte lædere: ſicut nec radius ſolis læditur à loco lutoſo.

DE TRANSVBSTANTIATIONE.

Variæ de modo exiſtendi corporis Chriſti in Euchariſtia ſententiæ.

CAP. XI.

PRIMA, [a] Berangarij & diſcipulorũ eius, *manere panem & vinum cum corpore Chriſti*: quamuis nec apertè declararent, an id fieret per vnionem hypoſtaticam, necne.

[a] *apud Guitmund lib.* 1. *&* 3.

Secunda, [b] *partim mutari panem in Chriſti corpus:* nempe cum à pijs, *partim non mutari*, nempe cum ab impiis Euchariſtia ſumenda erat.

Tertia, [c] Durandi, *partem vnam eſſentialem nempe formam in corpus Chriſti conuerti, materiam verò minimè,ſed informatam animâ Chriſti remanere:* eo modo quo cibus in carnem conuertitur noſtram, per nutritionem.

Quarta, [d] *remanere formam, ſed tantum conuerti materiam.*

Quinta, [e] Ruperti Abbatis Tuitienſis, *panem Euchariſtiæ, hypoſtaticè aſſumi à verbo, ſicut aſſumpta eſt natura humana.*

Sexta, [f] Ioannis Pariſienſis, panem aſſumi à verbo,ſed mediante corpore Chriſti: ne cogeretur admittere Deum eſſe panem. Quomodo Æthiops non dicitur albus: quòd talis non ſit in toto corpore,ſed dentibus ſolùm.

Septima Lutheranorum quatuor capitibus comprehenſa. 1. [g] non eſſe articulum fidei *vtrum panis maneat, necne.* 2. probabilius videri, *manere.* 3. veram eſſe hâc propoſitionem: Panis eſt corpus Chriſti, propter vnionem panis cum corpore: [i] Kemnitius tamen huiuſ. vnionem ait perſonalem non eſſe. 4. [k] corpus Chriſti eſſe cum pane quia illud vbique eſt.

Octaua eaque vera, & cum ipſa Eccleſia nata: *Corpus Domini in Euchariſtia adeſſe per conuerſionem ſubſtantiæ panis, in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti.* Quæ conuerſio poſtmodum, *Tranſubſtantiatio*, appellata eſt.

[b] *Guitm. ibidem.*
[c] *4. diſt. 11. q. 3.*
[d] *refertur ſine nomine authoris à D. Thom. 3. p. q. 75. ar. 6.*
[e] *lib. 6. in Ioan. 15 fuit circiter an. 40. poſterior Guitmundo.*
[f] *apud Vuald. tom. 2. de Sacram. cap. 65.*
[g] *Lutherus de Captiu. Babylon. cap. de Euchariſtia.*
[i] *2. par. Examin. ad cap. 4. ſeſſ. 13.*
[k] *Lutherus ſerm. de cœna. Brent. Apolog. pro Confeſſ. Vuitemberg. tract. de cœna Domini, Illyr. lib. de Aſcenſ. Domini, &c.*

Refellitur ſecunda opinio.

Cap. XII.

PRIMÒ [a] *Qui manducat indignè*, & proinde impius eſt, *iudiciũ ſibi mãducat, non diiudicans corpus Domini.* Ergo verè corpus Domini manducat.

[a] 1. Corinth. 11. v. 27.

Secundo communicaturus ſolus Sacerdos, ſi fortè in peccato mortali verſetur: vel cõuertetur panis in corpus Chriſti, vel non. Si prius ergo impius corpus Domini ſumet: ſi poſterius, ergo conſecratio pendet à bonitate miniſtri, quę eſt Donatiſtarum hæreſis iamdiu exploſa.

Tertiò nullus ſcit qui iuſti ſunt, qui peccatores. Ergo ſequeretur de nulla hoſtia, à quoquam, nec ipſo conſecrante dici poſſe: *Hoc eſt corpus Chriſti*, & non niſi temerariè Euchariſtiam adorari.

Quartò, oporteret perpetuo vti miraculo vt nũc partim, nunc omnes conſecrarentur hoſtiæ, eaſque ſine errore diſtribueret Sacerdos. Quod cum abſque ſcripturæ, aut Conciliorum, vel PP. teſtimonio aſſeratur, merum figmentum eſt.

Refellitur tertia.

Cap. XIII.

PRIMÒ [a] Concil. Lateranenſe 4. docet tranſubſtantiari panem in corpus. At conuerti tãtum formam in corpus Chriſti, non eſt propriè tranſubſtantiari, ſed transformari. Ergo hæc opinio pugnat cum huiuſmodi Concilio.

[a] Can. 1. *Verũ Chriſti corpus, & ſanguis in Sacramẽto altaris, ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continetur, trãſubſtãtiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate diuina.*

Secunda, [b] *partim mutari panem in Chriſti corpus:* nempe cum à pijs, *partim non mutari*, nempe cum ab impiis Euchariſtia ſumenda erat.

Tertia, [c] Durandi, *partem vnam eſſentialem nempe formam in corpus Chriſti conuerti, materiam verò minimè,ſed informatam animâ Chriſti remanere*:eo modo quo cibus in carnem conuertitur noſtram,per nutritionem.

Quarta, [d] *remanere formam,ſed tantum conuerti materiam.*

Quinta, [e] Ruperti Abbatis Tuitienſis, *panem Euchariſtiæ,hypoſtaticè aſſumi à verbo,ſicut aſſumpta eſt natura humana.*

Sexta, [f] Ioannis Pariſienſis,panem aſſumi à verbo,ſed mediante corpore Chriſti: ne cogeretur admittere Deum eſſe panem. Quomodo Æthiops non dicitur albus: quòd talis non ſit in toto corpore,ſed dentibus ſolùm.

Septima Lutheranorum quatuor capitibus comprehenſa. 1. [g] non eſſe articulum fidei *vtrum panis maneat,necne.* 2. probabilius videri, *manere.* 3. veram eſſe hãc propoſitionem: Panis eſt corpus Chriſti, propter vnionem panis cum corpore: [i] Kemnitius tamen huiuſ. vnionem ait perſonalem non eſſe. 4. [k] corpus Chriſti eſſe cum pane quia illud vbique eſt.

Octaua eaque vera, & cum ipſa Eccleſia nata: *Corpus Domini in Euchariſtia adeſſe per conuerſionem ſubſtantiæ panis, in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti.* Quæ conuerſio poſtmodum, *Tranſubſtantiatio*, appellata eſt.

[b] *Guitm. ibidem.*
[c] *4. diſt. 11. q. 3.*
[d] *refertur ſine nomine authoris à D. Thom. 3.p.q 75.ar.6.*
[e] *lib. 6. in Ioan. 15 fuit circiter an. 40. poſterior Guitmundo.*
[f] *apud Vuald. tom.2. de Sacram.cap.65.*
[g] *Lutherus de Captiu. Babylon. cap. de Euchariſtia.*
[i] *2.par. Examin. ad cap. 4. ſeſſ.13.*
[k] *Lutherus ſerm.de cœna. Brent. Apolog. pro Confeſſ. Vuitemberg. tract. de cœna Domini, Illyr. lib.de Aſcenſ. Domini, &c.*

Refellitur ſecunda opinio.

Cap. XII.

Primò [a] *Qui manducat indignè*, & proinde impius eſt, *iudiciũ ſibi mãducat, non diiudicans corpus Domini.* Ergo verè corpus Domini manducat.

[a] 1. Corinth. 11. v. 27.

Secundo communicaturus ſolus Sacerdos, ſi fortè in peccato mortali verſetur: vel cõuertetur panis in corpus Chriſti, vel non. Si prius ergo impius corpus Domini ſumet: ſi poſterius, ergo conſecratio pendet à bonitate miniſtri, quę eſt Donatiſtarum hæreſis iamdiu exploſa.

Tertiò nullus ſcit qui iuſti ſunt, qui peccatores. Ergo ſequeretur de nulla hoſtia, à quoquam, nec ipſo conſecrante dici poſſe: *Hoc eſt corpus Chriſti*, & non niſi temerariè Euchariſtiam adorari.

Quartò, oporteret perpetuo vti miraculo vt nũc partim, nunc omnes conſecrarentur hoſtiæ, eaſque ſine errore diſtribueret Sacerdos. Quod cum abſque ſcripturæ, aut Conciliorum, vel PP. teſtimonio aſſeratur, merum figmentum eſt.

Refellitur tertia.

Cap. XIII.

Primò [a] Concil. Lateranenſe 4. docet tranſubſtantiari panem in corpus. At conuerti tãtum formam in corpus Chriſti, non eſt propriè tranſubſtantiari, ſed transformari. Ergo hæc opinio pugnat cum huiuſmodi Concilio.

[a] *Can. 1. Verũ Chriſti corpus, & ſanguis in Sacramẽto altaris, ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continetur, trãſubſtãtiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate diuina.*

Secundò, [b] Concil. Conſtantienſe wicleſum damnauit [c] aſſerentem accidentia in Sacramento non manere ſine ſubiecto. At ſi materia manet, quidni remanere poterunt?

Tertiò ex Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 2. vide infra cap. 21.

Quartò, ex [d] Ioan. 6. habemus vi Sacramenti adeſſe illam carnem Chriſti quæ data eſt in cruce, pro mundi Redemptione. At materia panis informata ab anima Chriſti non poterit eſſe huiuſmodi caro.

Quintò, vel materia panis fit vna cum reliquo corpore Chriſti & manet, vel fit vna, ſed non manet, vel non fit vna. Si primum iam excreuiſſet in immenſam molem Chriſti corpus, quod eſt abſurdum. Si ſecundum ergo continuò creſcit, & decreſcit corpus Chriſti, ſi tertium, ergo tria ſunt corpora Chriſti, reipſa diſtincta, vnum de virgine ſumptum, alterum conflatum ex materia panis, & anima Chriſti, tertium ex materia vini, & forma ſanguinis Domini.

Sextò, contra conditionem corporis glorioſi eſt alterari intrinſece. Ergo ſi ita Chriſti corpus alteratur, glorioſum non erit.

Obiicitur primò, inter creationem, annihilationem & conuerſionem hoc intereſt, quod creatio nihil præſupponat, ſed totum producat: annihilatio, totum deſtruat, ita vt omninò deſinat eſſe: cōuerſio retineat materiā & vnum trāſeat in alterius *eſſe*. In Euchariſtia non eſt creatio aut annihilatio. Ergo conuerſio.

Ad Maiorem, eſſe duplex cōuerſionis genus, vnū totius vnius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam alterius, prout eſt terminus conuerſionis: quę differt à creatione, quod in creatione nullus ſit terminus poſitiuus à quo, ab annihilatione, quod in annihilatione nullus ſit terminus poſitiuus ad quē: vterque autē ſit in illa conuerſione, vnus terminus nāque eſt, verbi gratia, tota ſubſtantia panis, alter to-

[b] *ſeſſ. 8.*

[c] *art. 1. wicleſi. Subſtantia panis materialis, & vini materialis manent in Sacramento altaris. 2. Accidentia panis nō manēt ſine ſubiecto in eodem Sacramento.*

[d] *v. 51. & Lucæ 22. v. 19.*

tota ſubſtantia corporis Chriſti : alterum genus eſt mutatio vnius in aliud per cōuerſionem partis ſubſtantię tantum nempe formæ in aliam formam.

Secundò, Chriſtus poſt reſurrectionem manducauit. Ergo verè nutritus, igitur poteſt panis conuerti in eius corpus, per nutritionis modum.

Negatur prima conſequentia, nam huiuſmodi cibus reſolutus fuit à Chriſto in aerem, vel aliquid ſimile.

Tertiò, [e] Nyſſen. [f] Damaſc. [g] Theophyl. docent eo modo mutari nunc panem in corpus Chriſti, quomodo ante reſurrectionem mutabatur per nutritionem.

[e] *orat. Catech. cap.* 39.
[f] 4. *fid.* 14.
[g] *in* 6. *Ioan.*

Reſpond. in omnibus ſimilitudines non quadrare. Solum enim volunt PP. realem eſſe, & non fictitiam conuerſionē panis in Euchariſtia: ad quod probandum ſufficit huiuſm. exemplum.

Refellitur quarta.

Cap. XIIII.

VEL forma manet cum materia ſua, vel ſine, aut informat materiā corporis Chriſti, aut ſeorſim ſuſpenſa remanet. Si primum coincidit hæc opinio cum prima de qua [a] infra. ſi ſecundū non conuerteretur panis in corpus, ſed corpus in panem, nec dicere debuiſſet Chriſtus. *Hoc eſt corpus meum*, ſed: *Hic eſt panis meus*, à forma namque vnum quodque & *eſſe*, & *denominationem* accepit. ſi tertium, fruſtra fieret iſtud miraculum nouum: vtiliter equidem remanent accidentia ſine ſubiecto quia viſibilia ſunt. At inutiliter hæc forma cum inuiſibilis foret.

[a] *cap.* 19. & *ſeqq. probantibus Tranſubſtantiationem.*

Refellitur quinta.

CAP. XV.

PRIMÒ, panis quem dat Chtiſtus nobis in Euchariſtia eſt vera caro eius. At panis aſſumptus in vnionẽ hypoſtaticam nequit eſſe verè caro Chriſti, ſicut nec humanitas, nec homo, eſt deitas in Chriſto.

[Secundò, vt dignitatem naturæ commendaret humanæ [a] Paulus ait: *Chriſtum non aſſumpſiſſe Angelorum naturam, ſed ſemen Abrahæ.* At ſi quotidie aſſumeret naturam panis in vnionem hypoſtaticam, non erat cur angelos produceret Paulus, cum facilè reſponderi poſſet multo inferiorem Angelis naturam aſſumere Chriſtum, nempe panem: & proinde nihil humanæ naturæ ſpeciale cõtuliſſe.]

[a] *Hebr. 2. v. 16. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.*

Tertiò, nulla reddi ratio poteſt vnionis huius cum pane. 1. nam vnionis cum humanitate noſtra Redemptio fuit. At panis, Redemptione non eget. [2. ex hac vnione cum pane non probatur præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia: nam cum verbum vbique ſit, poſſet aſſumere panem, & non adeſſe corpus Chriſti: cum illud vbique non ſit.]

Quartò, ridiculum videtur, quotidie, tot fieri hypoſtaticas vniones, & toties deſtrui, ac Deum dici propriè rodi, putreſcere, *&c.* cum roditur, vel putreſcit panis: ſicut dicitur propriè Deus paſſus, mortuus, *&c.*

Obiicitur primò, Cyprian. [b] *Sicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita Sacramento viſibili diuina ſeſe infudit eſſentia.*

[b] *Serm. de cæna Domini.*

Reſpondeo 1. non ſolum velle conuerti panẽ in corpus Chriſti omnipotentia verbi, [ac ſicut apparebat humanitas, latebat diuinitas in Chriſto:

ſic in Sacramento, ſpecies apparere, latere Deum hominem præſentem: quæ ſimilitudo optimè conſiſtere poteſt ſine vnione hypoſtatica cum pane.]

Secundò, *Caro* (inquit [c] Remigius) *quam verbum Dei Patris aſſumpſit*, &c. *& panis qui conſecratur in Euchariſtia vnum corpus ſunt*.

[c] *in* 10. *prioris ad Corinth.*

Reſp. id totum verum, quia panis reuera conuertitur in corpus Chriſti. [At ſi panis remanet, hoc totum erit falſum, nam neque panis erit corpus aſſumptum ex virgine, nec Chriſtus habet duo diſtincta ſpeciè corpora, numero infinita propè, ſed vnum tantum ex virgine aſſumptum.]

Tertiò, [d] Theodoret. [e] & Gelaſius videntur velle ita diuinitatem, & humanitatẽ vniri in Chriſto, quomodo panis, & corpus vniuntur in Euchariſtia.

[d] 1. *&* 2. *Dialogo.*

[e] *lib. de duabus naturis Chriſti.*

Reſp. in eo ſitam eſſe comparationem, quòd ſicut in Euchariſtia ſunt ſpecies panis, & Chriſti caro, ſine confuſione, ita in Chriſto ſine permixtione, ſit humanitas cum diuinitate. Nam ipſos PP. agnoſcere mutationem panis in carnem dubium non eſt.

Refellitur Sexta, item & Septima, id eſt Vbiquitas.

CAP. XVI. & XVII.

REFELLITVR [a] Sexta, Primò argumentis contra quintam. Secundò, vel Verbum immediatè terminat hanc vnionem, vel corpus Chriſti. Si prius: Ergo non ſequitur, corpus Chriſti eſſe propterea in Euchariſtia vt [b] probatum eſt. [Nec dicas, 1. immediatè terminari à Verbo, ſed quatenus vnitur corpori. Nam etſi vnus eſſet terminus aſſumptionis: non tamen eadem terminatio cor-

[a] CAP. XVI.

[b] *cap. præced. in tertia ratione.*

poris, & panis, & proinde non ſequetur ſemper, ſi aſſumat panem adeſſe corpus. 2. Aſſumere panem reſpectu corporis, ſiue vbi eſt, vel erit corpus. Nam tunc corpus non adeſſet propter vnionem, ſed tãtum vnio eſſet vi, vel iam exiſtentis, vel futuræ exiſtentiæ corporis: vnde autem haberet corpus vt ibi adeſſet, hinc non probaretur.] Si poſterius. ergo corpus habet propriam perſonalitatem: Igitur ſunt duę in Chriſto perſonæ. Nec enim fieri poteſt hypoſtica vnio ſine perſonalitate ex parte aſſumẽtis, ſiue terminantis.

Secundò, panis aſſumptus, etiam mediante corpore, non eſt corpus Chriſti ſicut nec anima Chriſti, eſt eius corpus. partes enim vel naturæ quæ in vno conueniunt ſuppoſito non prædicantur ad inuicem. Ergo falſum erit quod dixit Chriſtus *Hoc eſt corpus meum*.

Tertiò, ſicut per aſſumptionem humanæ naturæ propriè dicitur *Homo Deus* & è contra pari, ratione diceretur, *Panis eſt Deus*, & è contra. Quòd tamen maximè vitare volebat Ioannes ille Pariſienſis.

Nec refert 1. aſſumi mediante corpore. Nã verbum indiuiſibile eſt, & proinde ſecundum ſe totum aſſumit. 2. Exemplum Aethiopis. Nam ſi mediantibus dentibus exiſteret in toto corpore candor, totus Æthiops diceretur candidus.

[c] CAP. XVII. [c] Vbiquitas fusè refutata eſt [d] 1. tom. Controuerſiarum addemus tamen.

[d] *libro 3. de Chriſto à cap. 10. & ſeqq.*

Primò, Sacramenta noui Teſtamenti pendent à Chriſti inſtitutione iuxta ritum quem ille præſcripſit. At iuxta vbiquitatem, quod præcipuum eſt in Euchariſtia non pendet ab huiuſmodi inſtitutione: nam præſentia corporis Chriſti non erit in hoc Sacramento vi huius inſtitutionis, ſed vbiquitatis, cum iam ante conſecrationem adeſſet. Ergo vbiquitas deſtruit rationem Sacramenti in Euchariſtia.

Secundò, iuxta aduerſarios, corpus Domini non eſt in Euchariſtia extra vſum. Et tamen iuxta vbiquitatem

quitatem ſemper vbique adeſt. Ergo ſimul ibidem erit,& non erit.

Reſpondet [e] Smidelinus. *Non eſſe extra vſum,* nihil aliud eſſe quam *non diſtribui.* Contra. vel *non diſtribui* eſt, *non celebrari cœnam,* vel,*nullo modo diſtribui.* Si prius, falſum eſt, non diſtribui. Nam, cum ſit vbique, tam æquè diſtribuetur in porrigendo lapidem, quam panem. Si poſterius nihil aliud erit, quam non diſtribui, niſi cum diſtribuitur. Qua de re non eſt controuerſia.

[e] *libro aduerſus Albertum Sperlingum.*

Explicatur ſententia Eccleſiæ.

Cap. XVIII.

TRIA obſeruanda ſunt. Primò, veram conuerſionẽ quatuor requirere conditiones 1. *vt aliquid deſinat eſſe*: nec enim valet intelligi aliquid in aliud conuerti, niſi conuerſum deſinat eſſe quod antea erat. 2. *aliquid ſuccedat in locum eius quod eſſe deſinit,* alioquin conuerſio non eſſet ſed corruptio, vel anihilatio. 3. *vt ſit connexio quædam, & dependentia inter deſitionem vnius, & alterius ſucceſſionem: ita vt vi deſitionis vnius alterum ſuccedat,* alioquin non eſſet actio vna, quæ dici conuerſio poſſet, ſed duæ ſe ſe concomitantes per accidens, quarum vna anihilatio, altera creatio diceretur. 4. *vt tam terminus quo quàm terminus ad quem ſit verè poſitiuus.*

Secundò, non requiri ad veram conuerſionem, id in quod aliud conuertitur, de nouo produci, ſed ſatis eſſe ſi vnum alteri ſuccedat. Quod fit tribus modis. 1. *productiuè*, nimirum cùm terminus ad quem antea non exiſtit, & proinde per conuerſionem verè producitur. 2 *adductiuè*, nimirum ſi terminus ad quem exiſtat, ſed non in eo loco, vbi eſt terminus à quo: tunc enim vi conuerſionis adducetur ad eum locum. 3. *conſeruatiuè*, ſcilicet ſi terminus ad

quem exiſtat, & in ipſo eodem loco vbi eſt terminus à quo. tūc namque nec adducetur neque producetur, ſed vi conuerſionis conſeruabitur ibi, vt, verbi gratia, ſi duo corpora æqualia ſeſe penetrarent, & vnum Deus interimeret, vt alterum naturaliter ibi conſeruaret, diceretur vnum in aliud conuerti, quòd ideò vnum deſineret eſſe, vt alterum permaneret in eſſe, in hoc ergo Sacramento hæc omnia inueniuntur.

Nam panis ſecundum ſuam ſubſtantiam totam, id eſt materiam, & formam, deſinit eſſe. Ei ſuccedit corpus Chriſti vi talis deſitionis, & terminus poſitiuus à quo, eſt tota panis ſubſtantia, terminus ad quem totum Chriſti corpus: quod non producitur quidem, neque ſolùm ibi conſeruatur vbi antea eſſet, ſed ibi adducitur [in inſtanti eodem quo deſinit eſſe panis] vbi antea non erat: non deſerendo cœlum, ſed exiſtendo non ſolùm in cœlo, ſed etiam [de nouo] ſub ſpeciebus panis, & vini, non per ſimplicem præſentiam, ſeu coexiſtētiam, ſed vnionem quandam cum accidentibus panis qualis erat inter eadem accidentia & pane, inhærentia excepta.

Obiicies: ſi per hanc non producitur conuerſionem corpus Chriſti, ſed tantùm fit præſens. Ergo terminus ad quem non eſt ſubſtantia, ſed accidens nempe præſentia corporis Chriſti. Et proinde hæc conuerſio ſubſtantialis non erit.

Ad antecedens Reſpondeo, per hanc conuerſionem, [*principaliter*] corpus Chriſti ſuccedere pani, ad quod tamen ſequitur ipſa præſentialitas corporis Chriſti ibi [non enim hæc conuerſio ſimpliciter tendit ad huiuſmodi præſentiam, ſed ad corpus Chriſti.]

Tertiò, notandum eſt ſubiectum in quo recipitur actio diuina huius conuerſionis, partim eſſe panem, partim corpus Chriſti. Nam huiuſm. actio, *quatenus conuerſio*, in pane recipitur, panis enim eſt qui conuertitur, proinde panis ſolus ſubſtantialiter

[reipſa] mutatur: *quatenus verò corporis Chriſti adductiua* in ipſo recipitur corpore Chriſti: illud enim eſt, quod adducitur, id eſt acquirit aliquod eſſe ſub ſpeciebus panis nimirum Sacramentale, quod antea non habebat, quod quidem fieri nequit ſine aliqua mutatione. 1. quia ſi abſque vlla conuerſione alterius in ipſum poneretur de nouo in aliquo loco, negari non poſſet quin actio Dei, qua ibi poneretur reciperetur in huiuſm. corpore, & proinde ipſum aliquo modo mutari. At eadem ratio valet in ipſo Sacramento. 2. corpus Domini per illam conuerſionem acquirit nouam, & realem relationem præſentiæ ad ſpecies panis & ad altare, requiritur ergo aliquod fundamentũ huius relationis, quod aliud fingi non poteſt præter mutationem aliquam. 3. conuerſio quatenus panem deſtruit, non tam eſt actio quam actionis negatio. Deus enim deſtruit panem dum deſinit eum cõſeruare. At per negationem nihil poſitiuè, & realiter fieri poteſt. Ergo poſitio corporis Domini ſub illis ſpeciebus, quæ eſt poſitiuum aliquid, non fit ab illa conuerſione, vt eſt in pane, ſed vt eſt, & recipitur in corpore Chriſti.

Obiicies ergo Tranſubſtantiatio non eſt vna actio, ſed continet duo quædam, negationem nimirum actionis, & actionem.

Reſpondeo vnam eſſe actionem nempe volitionem Dei, [qua vult introducere corpus Chriſti in Sacramento per deſitionem panis,] id eſt non conſeruare panem, vt in eius locum corpus Chriſti ſuccedat. [Cui actioni reſpondet ex parte rerum deſitio panis, & poſitio corporis Chriſti ibi, ac ſi reuera produceretur.]

Probatur ex verbo Dei Tranſubſtantiatio.

Cap. XIX.

CHRISTVS benedicendo panem, vel illum in ſuum mutauit corpus verè, & propriè, vel impropriè, ac figuratè, vel nullo modo. ſi primum, eſt quod intendimus, ſi ſecundū, ergo cū dixit: *Hoc eſt corpus meum,* ſenſus erit: *Hic panis eſt figura corporis mei* quam explicationem nobiſcum Lutherani execrantur. Si tertium ſenſus erit, *Hic panis verus, ac triticeus verè & propriè, eſt corpus meum.*

Quod nullo modo admitti valet, ſiue de reipſa, ſiue de propoſitione agamus. Nec enim fieri poteſt, vt vna res minimè mutetur, & tamen alia fiat: eſſet enim ipſa & nō ipſa. Nec item fieri poteſt, vt pro diſparatis ſupponant prædicatum, & ſubiectū in propoſitione affirmatiua, alioquin falſa eſſet.

[a] *Luther. de Captiuit. Babyl. cap. de Euchariſt.*

Reſpondent [a] Primò, ſi neceſſaria ſit Tranſubſtantiatio, vt hæc ſit vera Propoſitio: *Hoc eſt corpus meum*, ne videlicet per illud pronomen demonſtretur ſubſtantia panis. Igitur & debebit fieri Tranſaccidentatio ne videlicet per, *Hoc*, accidentia demonſtrentur, & ſit ſenſus: *Hoc album eſt corpus meum.*

Secundò, verè dicimus loquendo de Chriſto: *Hic homo eſt Deus, & hic Deus eſt Homo*, nec tamen Deus conuertitur in hominem, & è contra.

[b] *Kemn. ſupr. ad cap. 4 ſeſſ. 13.*

[b] Tertiò, vt verè dicatur, *Panis eſt corpus Chriſti,* ſufficere ita panem mutari, quòd teſte Irenæo ex pane fiat Euchariſtia duabus conſtante rebus, vna terrena, alia cœleſti.

[c] *Ioan. 20. v. 22.*
[d] *v. 16.*

Quartò, Dominus inſufflans in Apoſtolos dixit: [c] *Accipite Spiritum ſanctum,* Et [d] Math. 3. columba vocatur Spiritus ſanctus & tamen neque flatus, neque columba erat Spiritus ſanctus.

Quintò, viſibiles ſpecies quibus aliquando Deus vel Angeli apparebant dicebantur Deus, & Angeli, quod tamen non erat verum in rigore loquendo.

Sextò, Progrediente arca dicebat Moſes *Exurgat Deus*, & tamen arca non erat Deus.

Septimò, in vulgari locutione oſtenſo dolio cum vino dicimus: *Hoc eſt vinum*: de Marſupio cum pecunijs: *Hæ ſunt pecuniæ*. Ergo vt verificetur hæc propoſitio *Hoc eſt corpus meum*, non eſt neceſſaria Tranſubſtantiatio: ſed ſufficit vnum ſub alio contineri.

Ad 1. negatur conſeq. quia demonſtrata re aliqua, pronomen *Hoc*, non ſupponit pro accidente, ſed pro ſubſtantia [niſi determinetur expreſsè ad accidens.]

Ad 2. veras eſſe has propoſitiones: quia prædicatum, & ſubiectum pro eodem ſupponunt non ratione Tranſubſtantiationis, ſed identitatis hypoſtaſis. At panis non habet eandem cum Chriſto hypoſtaſim.

Ad 3. vt vna res verè dicatur alia non ſufficere ex duabus fieri vnam: Nam hoc modo anima diceretur corpus, & contra.

Ad 4. nec dixiſſe Dominum Hic, *Flatus eſt Spiritus ſanctus*. Nec dici, *hæc columba eſt Spiritus ſanctus*: multum autem differunt vt patet. Hæ propoſitiones, *Accipite Spiritum ſanctum*, &, *hic eſt Spiritus ſanctus*: *videre Spiritum ſanctum quaſi columbam*, &, *hæc columba eſt Spiritus ſanctus.*

Ad 5. ead. reſponſio nuſquam enim legimus: *Corpus ab Angelo aſſumptum, eſt Angelus*: vel, *hæc Angeli apparentia eſt Angelus*. Quare in his ſolum locutionibus ſignificatur tãtum Spiritum ſanctum, Angelos, vel Deum ſub ijs eſſe rebus.

Ad 6. Moſem alloqui Deum, non arcam.

Ad 7. reſpondeo 1. quando pronomen, *Hoc*, de re continente dicitur, poſſe quidem de re contenta dici, vt in exemplis allatis. At cum rem contentam demonſtrat, nuſquam poſſe ſignificare vel quę non ſit, vel ſi ſint duæ, vnam earum: Nec enim de

dolio pleno partim oleo partim vino, rectè diceretur: *Hoc eſt vinum.* At pronomen, *Hoc*, in hac materia, ſignificat contentum, ſub accidentibus. [2. ſi res vna ex natura ſua non ſit ordinata, vt contineat aliam: non poſſe aliam dici, niſi reuera ſit illa: nam de Petro occultante Paulo rectè dici non poteſt Petrus, eſt Paulus: quod ſi vna ita ordinata ſit, poſſe quidem ex vſu loquendi contentum de continente prædicari non tamen è contra, rectè dicimus enim, *dolium eſt vinum*, non tamen, *vinum eſt dolium*.

At panis non eſt ordinatus per ſe, continere corpus Chriſti. Ergo non poterit dici panis corpus Chriſti, niſi reuera ſit corpus Chriſti. 3. quiquid ſit nequeunt negare aduerſarii has & ſimiles locutiones metaphoricas eſſe quia nullo modo verum eſt dolium eſſe vinum: aut columbam eſſe Spiritum ſanctum &c. Ergo metaphoricè locutus eſt Chriſtus, cum dixit: *Hoc eſt corpus*, ſenſus enim erit: *Hoc ſignificat corpus meum*, vel, *ſub hoc continetur corpus meum*. Igitur malè defendunt loquutum propriè Chriſtum]

Probatur ex PP.

CAP. XX.

IVSTINVS,[a] [b] Irenæus, [c] Tertullian. [d] Cyprian. [e] Cyrillus Hieroſoly. [f] Ambroſ. [g] ſupra dicunt vel panem eſſe corpus Chriſti, quod nequit fieri ſine reali mutatione, vel expreſſe dicunt mutari in ipſum corpus.

Nyſſen. [h] *Rectè* (inquit) *Dei verbo ſanctificatum panem in Dei verbi corpus credimus immutari*, & infra. *Hæc autem tribuit virtute benedictionis in illud* (corpus Domini) *rerum quæ videntur* (panis & vini) *naturam mutans.*

[a] *Apolog.* 2.
[b] 4.*cap.*34.
[c] 4. *in Marcionem.*
[d] *ſerm. de cœnâ Domini.*
[e] *Catech.*4.
[f] *lib. de iis qui initiantur.*
[g] *libro* 2.
[h] *orat. Catech. cap.* 37.

Google

Gaudentius [i] ſupra. Chryſoſt. [k] *Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: nos miniſtrorum locum tenemus: qui verò ſanctificat ea, & immutat ipſe eſt.* Item: [l] *Num vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? abſit: nec ſic cogites. ſicut enim ſi cera igni adhibita, illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit: ſic & hic puta myſteria conſumi corporis ſubſtantia.*

[i] lib. 2. cap. 21.
[k] homil. 83. in Math.
[l] homil. de Euchariſtiâ in Encæniis.

Auguſt. [m] *Ante verba Chriſti quod offertur Panis dicitur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.* Item, vt citatur [n] à Valdenſi: *Nec credendum eſt, quod ſubſtantia Panis, vel vini remaneat: ſed panis in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem vertitur, ſolummodo qualitatibus remanentibus.* Cyrill. Alexandr. [n] Ne horreamus carnem, & ſanguinem appoſita ſacris altaribus condeſcendẽs Deus noſtris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ conuertens ea in veritatem propriæ carnis, vt corpus vitæ quaſi quoddam ſemẽ inueniatur in nobis. Author ſermonis de corpore Domini inter opera Euſebij Emiſſeni. Remigius, Gregor. 1. [o] ſupra. [p] Beda vt citatur à [q] waldenſi: *Ibi forma panis videtur, vbi ſubſtantia panis non eſt: nec eſt ibi panis alius, quam panis qui de cœlo deſcendit.*

[m] ſerm. 28. de verbis Domini.
[n] tom. 2. cap. 83. quo ait ſe illum Auguſtini locum tranſcripſiſſe ex antiquiſſimo manuſcripto.
[n] epiſtol. ad Caloſyrium.
[o] libro 2.
[p] libro de myſteriis Miſſæ.
[q] ſup. cap. 28.

Damaſc. ſupra. Theophyl. [r] *Transformatur arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſſionem ſancti Spiritus in carnem Domini.*

[r] in 6. Ioan.

[s] Strabus author gloſſæ ordinariæ: *Profitemur ſubſtantiam panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Domini conuerti: modum verò conuerſionis nos ignorare non erubeſcimus fateri. Quæ autem remanent de priori ſubſtantia, accidentia ſcilicet color, ſapor, forma, pondus, nec ipſum corpus Chriſti afficiunt, nec in eo ſundantur.*

[s] in Gloſſa ca. 11. prioris Corinth.

Alcuinus. [t] *Panis per ſe irrationabilis eſt, ſed orat ſacerdos, vt ab omnipotente Deo conſecratus, rationabilis fiat, transeundo in corpus filij ſui.*

[t] libro diuinor. offic. cap. de Miſſa exponens illud can. Ratam, Rationabilem, &c.

Remigius Antiſiodorenſis: *Panis & vinum à Chriſtiana veritate dicuntur, non quod naturam panis, &*

vini poſt conſecrationem in ſe retineant, niſi quantum ad ſpeciem, & ſaporem, & odorem: illi namque qui carnem Virginis aſſumptam Verbo ſuo perſonaliter & ineffabiliter vnire potuit, &c. *Panis, & vini materiam in ſui corporis, & ſanguinis naturam transferre poſsibile eſt.*

[v] 3. *Eccleſ. officior.* 24.

Amalarius: [v] *Hic credimus naturam ſimplicem panis, & vini mixti verti in naturam rationabilem, ſcilicet corporis, & ſanguinis Chriſti.*

[x] *libro de corpore, & ſanguine domini cap.* 1.

Paſchal. Corbeienſis: [x] *Licet figura panis, & vini hìc ſit, omninò nihil aliud, quam caro Chriſti, & ſanguis, poſt conſecrationem, credenda ſunt.*

[y] *libro* 2. *cap.* 35.

Fulbertus Carnotenſis [y] ſupra: Et hi omnes primis mille annis floruerunt videlicet ante Berangarium.

[z] *libro de corpor. & ſang. Domini.*

Poſtea ſcripſerunt, Lantfrancus: [z] *Confitetur Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa panem, & vinum ad ſacrandum proponi in altari, ſed inter ſacrandum incomprehenſibiliter, & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis, & ſanguinis commutari.*

[a] *epiſt. ad Berangarium.*

Adelmannus: [a] *Qui tacitâ virtute aquam conuertit in vinum non efficacius poterat (ſi quid tamen efficacius de Deo dici debet) ſonante velociter eadem virtute, vinum ipſum in ſanguinem ſuum transferre?*

[b] *Epiſtol. ad Berangarium.*

Hugo Lingonenſis: [b] *Sicut non capis quomodo Verbum caro factum eſt: ſic non potes iterum capere: quomodo panis iſte mutetur in carnem, & vinum in ſanguinem transformetur, niſi te docueris omnipotentiæ fides.*

[c] *quo vocat hæreſim opinionem negantem Tranſubſtantiationem.*

[d] *lib. de Corpore Domini.*

Guitmundus [c] 3. contra Berangarium, [d] Anſelmus Cantuarenſis apud Garetium.

Algerus libro 1. de corpore Domini cap. 7 cuius titulus eſt: *Quod remanentibus qualitatibus ſuis, ſubſtantia panis, & vini in verum corpus Chriſti mutetur.*

[e] *libro de Sacrificio & Trãſubſtantiatione.*

Petrus Cluniacenſis: [e] *Hoc ſacrum, & ſalutare Sacramentum aliud eſſe videtur, & aliud eſt: per virtutem Verbi diuini ſubſtantia (vt iam ſæpè dictum eſt) mutatâ, ſpecie reſeruatâ.*

[f] 2. *de Sacr. par.* 8 *cap.* 7.

Hugo [f] Victorinus: *Per verba ſanctificationis, vera panis, & vera vini ſubſtantia in verũ corpus, & ſanguinem*

Chriſti conuertitur ſola ſpecie panis, & vini remanente, & ſubſtantia in ſubſtantiam tranſeunte. Conuerſio autem ipſa non ſecundum vnionem, ſed ſecundùm tranſitionem credenda eſt.

Petrus [g] Lombardus, [h] Euthymius, Zigabenus: *Panem, & vinum ineffabiliter tranſmutat in ipſum corpus, & ſanguinem ſuum.* Et hi omnes ante Innocentium 3. floruerunt à quo volunt Lutherani inuentam eſſe Tranſubſtantiationem.

g 4. *ſent. diſt.* 11. *lit. D.*
h *in* 26. *Math.*

Probatur ex definitione, & conſenſu Eccleſiæ ab annis 500.

Cap. XXI.

PRIMÒ, Concil. Rom. ſub Nicolao 2. coëgit Berangarium, hac forma, abiurare hæreſim: *Ego Berangarius anathematizo eam hereſim, de qua hactenus infamatus ſum, quæ aſtruere conatur, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo Sacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe.*

Quod autem non intelligat, manere ſimul ſubſtantiā panis cum corpore Chriſti patet ex [a] Lanfranco qui eidem Concilio interfuit. *Nicolaus Papa comperiens* (inquit ad Berangarium) *te docere panem vinumque altaris poſt conſecrationem, ſine materiali mutatione in priſtinis eſſentijs remanere, conceſſa tibi reſpondendi licentiâ cum non auderes pro tue partus defenſione aliquid reſpondere, pietate motus ad preces tuas præcepit tradi ſcripturam tibi: Eius principium eſt: Ego Berangarius,*&c. Itaque voluit Conciliū, iuxta Lantfrācum hæreſim deſtruere aſſerentē non mutari panē in Sacramento. Item [b] ex Anſelmo: *Panis ſubſtantiam poſt Domini corporis conſecrationem* (inquit) *in altari ſupereſſe ſemper abhorruit pietas Chriſtiana, nuperque*

a *ſupra.*
b *eodem tempore epiſt. de corpore Domini.*

damnauit in Berangario Turonenſi eiuſque ſequacibus.

[c] *celebratum an.* 1079. *mēſe Februario, teſte waldenſi ſup. cap.* 43.

Secundò, aliud [c] Concil. Rom. ſub Gregorio 7. coëgit iterum Betangarium ita abiurare: *Ego Berangarius, corde credo, & ore confiteor panem, & vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris ſubſtantialiter conuerti in veram, ac propriam, & viuificatricem carnem, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Tertiò, hoc expreſſe definitum fuit in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. & quidem ſub anathemate, quamuis id aduerſarij negent. Poſtquam enim cap. *firmiter*, Tranſubſtantiationem definiuiſſet & multa alia, ſubiungit: *Excommunicamus & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam Orthodoxam, Catholicam fidem, quam ſuperius expoſuimus.*

[d] *cap.* 15.

Quartò Romanum aliud celebratum an. 1413. damnauit. 1. & 2. articulum wiclefi [d] ſupra.

Quintò, Conſtantienſe confirmauit Rom. Concil. ſententiam, damnauit ſub anathemate articul. wiclefi, & damnatio ipſa approbata à Martino V.

Sextò, Florentinum, ſeſſ. vltima conſentientibus Græcis & Latinis in inſtructione Armenor. *ipſorum verborum virtute ſubſtātia panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem conuertuntur.*

Nec vſquam hac de re extitit controuerſia inter Latinos & Græcos (vt aduerſarij fingunt) ſed tantum de verbis conſecrationis. Quare Hieremias dictus Patriarcha Conſtant. in Cenſura ſua ad Lutheranos *Eccleſiæ ſanctæ illud iudicium eſt* (inquit) *in ſacra Cœna poſt conſecrationem & benedictionē, panem in illud ipſum corpus Ieſu Chriſti, vinum autem in illum ſanguinem virtute Spiritus ſancti tranſire, ac immutari.*

[e] *ſeſſ.* 13. *can.* 2.

[Septimò Trident. [e] *Si quis dixerit in ſacro ſancta Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, vna cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti: negaueritque mirabilem illam & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus*

panis, & vini, quam quidem conuerſionem, Catholica Eccleſia aptiſsimè Tranſubſtantiationem appellat, Anathema ſit.]

Probatur ex conuenientia rationis 1. Tranſubſtantiari panem. 2. remanere accidentia.

CAP. XXII.

TRANSVBSTANTIARI *panem*, Primò, quia corpus Domini non eſt ſub accidentibus panis, vt in vaſe, ſed ad eum modũ quo ſubſtãtia panis, manere ſolet ſub accidentibus, excepta informatione, ac inhærentia: ideò enim ex natura rei motis accidentibus mouetur Chriſti corpus, & his deficientibus deſinit adeſſe corpus Chriſti. At ſi maneret ſubſtantia panis primarius ordo huiuſmodi accidentium eſſet ad panem cui inhærerent, ſecundarius autem [& quidem remotus] ad Chriſti corpus. Id autem inconuenientiſſimum eſſet: nam ſi quis quæreret quid ſit in altari, aut quid frangitur? &c. reſpondendum eſſet: panem primariò, & ſecundariò corpus Chriſti.

Secundò, periculum eſſet ſi maneret panis, adorari à ſimplicioribus, illi enim non diſtingunt: ſed ſimpliciter adorant quidquid ſub ſpeciebus latet.

Tertiò, non videtur conſentaneum ſimul manere cibum mentis, & ventris.

Quartò, non poſſet corpus domini eodem die ſæpius à ieiunis ſumi, quod tamen decreto Apoſtolorum [a] ſancitum eſt.

Remanere accidentia: Primò quia alioquin nullum eſſet in Euchariſtia ſenſibile ſignum, proinde nec Sacramentum.

Secundò, ſi nihil remaneret in vtroque termino

[a] *teſte Aug. epiſt.* 118. *cap.* 6.

commune, non ſatis verificaretur propoſitio Domini: *Hoc eſt corpus meum.*

Tertiò, quia hoc modo eſt maius fidei meritum.

Quartò, quia horror eſſet lacerare Chriſti carnē, in propria ſpecie manducatam, Dominus autem non inſtituit hoc Sacramentum in pœnam, ſed in ſuorum conſolationem.

Refelluntur Kemnij *obiectiones.*

CAP. XXIII.

PRIMA, *Tranſubſtantiatio*, eſt nomē nouum & barbarum. Ergo ſententiam nouam & barbaram gignit.

Ad antecedens, aliquid dici nouum: vel quia nec ipſum nec eius æquiualens nec res ſignificata antea erat, vel quia non ipſum quidem erat in vſu, æquiualēs autem & res ſignificata erat; priori modo recte concludit arg. non autem poſteriori: vt patet in verbis ὁμοούσιος & θεοτόκος. At Tranſubſtantiatio habet ſuum æquiualens in PP. dicunt enim *tranſmutationē*, [a] & *tranſelementationem.* id eſt mutationem vſque ad materiam, quę ab Ariſtotele *elementum* vocatur. res autem ſignificanta, ab ipſa inſtitutione Sacramenti ſemper fuit, vt patet ex ſuperioribus.

[a] *Theophyl. in 14. Marci.*

Secunda, nihil pro articulo fidei proponendum eſt, quod non ex manifeſtis, & certis, & ſcripturæ teſtimoniis apertè oſtendi poſſit. Sed Tranſubſtātiatio non eſt huiuſmodi teſte Adradio, Scoto, & Cameracenſi. Igitur.

Ad Maiorem, negatur: ſufficit enim traditio. Alioquin Kemnitius oſtendat vniuerſam ſcripturā eſſe canonicam.

Ad Minorem, loqui Andradium ex hypotheſi [b] *etiamſi* (inquit) *tranſubſtantiatio ex manifeſtis ſcripturis, vt tu arbitraris, probari non poſſet, tamen furor eſſet in iis*

[b] *libro de cœnâ Domini.*

rebus, quæ ex certis locis Scripturarum nec probari, nec refelli poſſent, velle ſuo iudicio potius quam toti Eccleſiæ credere. In quibus ſi eſt aliquod mendacium & erit in illis Chriſti. [c] *Si dixero quia non noui eum, ero ſimilis vobis mẽdax.* [d] Scotus quatuor dicit. 1. potuiſſe Deũ efficere vt ſimul eſſet panis cum corpore Chriſti, & tũc facilius fuiſſet myſterium 2. non extare ſcripturæ locum tam expreſſum, vt ſine Eccleſiæ declaratione euidenter cogat admittendam Tranſubſtantiationem, quod improbabile non eſt 3. ex ſcriptura declarata ab Eccleſia manifeſtè Tranſubſtãtiationem probari 4. ante Lateranenſe Concil. 4. *Tranſubſtantiationem.* dogma fidei non fuiſſe: in quo tamen Scotus deceptus fuit: quia non legerat Cõcil. Romanum ſub Gregorio 7. Cameracenſis autem ſequutus eſt Scotum.

[c] *Ioan.* 8. v. 55. ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης.

[d] 4. *diſt.* 11. q. 3.

Tertia, [e] Paulus in eodem capite, bis nomen panis habet: & in [f] priore loquitur de vero pane, in poſteriori ergo cum ait: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc*, vbi agit de Euchariſtiæ Sacramento loquitur de pane vero, & materiali.

[e] 1. *Cor.* 11. [f] v. 23.

Reſpondeo, non eſſe abſurdum variè idem nomen accipi à Paulo in eodem loco. Nam cùm ait [g] *Panem quem frangimus* loquitur de pane Euchariſtico, & tamen ibidem ait: [h] *vnus panis multi ſumus*: vbi nomen panis ſine dubio pro Eccleſia ſumitur. Quando ergo poſt conſecrationem nominat panem, loquitur de pane conſecrato, id eſt mutato in corpus Chriſti.

[g] *cap.* 10. v. 16.

[h] v. 17.

Quartò, ſi deſit ſubſtantia panis, deeſt Sacramentum in Euchariſtia. 1. quia tranſubſtantiatio anichilat elementum, quod tamen eſt neceſſarium ad rationem Sacramenti. 2. Sacramenta ſunt inſtituta vt per ſigna viſibilia fides confirmetur, id eſt intelligamus fieri interius, quod fit in ſuo genere exterius per viſibile ſignum. At ſi non ſit panis, ſignificatur nos accipere verè Chriſti corpus ſicut accipimus panem, & tamen reuera panem non ſumimus. 3. analogia inter ſignum Euchariſtiæ, & res

Sacramenti in eo ſita eſt, vt ſicut panis materialis alit corpus,ſic Chriſtus animã, & ſicut panis materialis ex multis granis,fit vnus,ita omnes Euchariſtiam percipientes vnum effici corpus: quæ analogia decidit,ſi abſit panis verus.

Negatur propoſitio. Ad 1. probationem non annihilari panem, ſed cum deſinat eſſe per conuerſionem remanere ſpecies, quod ſufficit vt dicatur remanere *Elementum*, remanet enim quantum ad id, quo Sacramentum eſt viſibile ſignum.

Ad 2. Maiorem,ſatis eſſe ſignum viſibile percipi, ac intelligi ad quid inſtitutum ſit, etſi alioquin naturalem ſuum effectum niſi leuiter attingat. Etſi enim aqua in Baptiſmo non abluat corporales ſordes.Non tamen propterea dicetur aqua fidem noſtram fallere. Ad Minorem, nos accipere Euchariſtiam,non tanquam verum panem triticeum, ſed vt ſignum cæleſtis panis.

Ad 3. Analogiam ſufficienter ſtare per repræſentationem panis, mediantibus ſpeciebus, adde ipſas etiam ſpecies ſi in magna ſumerentur copiâ nutrire.

---

[a] *libro contra Gardinerum.*

Refelluntur obiectiones [a] *Petri Martyris.*

Cap. XXIIII.

[b] *obiect.* 13.

PRIMA, [b] Sicut Dominus dixit Ioan. 6. *Ego ſum panis,* Sic Math. 26. dixit de pane. *Hoc eſt corpus meum.* Sed in priori loco non ſe mutauit in panem. Ergo neque poſteriori mutauit panem in corpus.

Negatur Maior. Quia in priori loco addidit verba quibus ſatis oſtendebatur ſe non loqui de materiali pane,ſed cœleſti,& viuo. At in poſteriori nihil addidit,quo intelligeremus ea figuratè eſſe ac-

cipienda, aut remanere panem. Cumque propriè vt probatum eſt ſint accipienda, nequeunt eſſe vera niſi mutetur panis in corpus Chriſti.

[c] Secunda, Tranſubſtantiatio aperit feneſtram hæreticis arbitrantibus, Chriſtum habuiſſe phantaſticum corpus, cum per tot loca id corpus inuiſibiliter volitet. [c] *obiect.14.*

Negatur propoſitio, ſed potius contrarium ſequitur. Nam phantaſma, eſt quod videtur corpus nec eſt. At contra non videtur corpus Chriſti in Euchariſtia, & tamen reuera eſt corpus. [nec tamen volitat, vt fingit Martyr: nam per medium non tranſit, ſed ilicò, adeſt, atque conſecratur panis.]

Tertia, [d] Nō poteſt panis totaliter deſinere eſſe, quin annihiletur. 1. quia nulla pars ei⁹ remanet, nec alicubi eſt. 2. quia ſicut dicitur corrumpi cibus, cùm vertitur in carnem, quia non extat, ſic & corrumpi panis, cum deſinit in Euchariſtia: corrumpi autem, & annihilari non multum differunt ratione partis corruptæ. Sed quod annihilatur nequit conuerti in aliud. Nam vnum in aliud tranſire, ſignificat propriè vnum, & idem manere ſub vtroque termino. [d] *ibidem.*

Negatur Maior: Ad 1. probationem, hoc non ſufficere, vt aliquid annihilari dicatur, ſed prætèrea requiri, vt terminetur in nihil: alioquin aqua à Domino in vinum conuerſa fuiſſe ſaltem quoad formam annihilata. ad 2. valde iſta differre, quia corruptio terminum habet poſitiuum, annihilatio negatiuum.

Ad Minorem, admittitur, ad probationem non idem eſſe, *de vno tranſire in aliud*, &, *vnum tranſire in aliud*, in priori enim, ſignificamus permanentiam eiuſdem rei in vtroque termino: in poſteriori verò, deſitionem vnius rei, & alterius inchoationem.

Quarta, à patribus, & in ipſa [e] abiuratione Berangarij dicitur verum corpus Domini ſenſualiter, & in veritate tractari, & frangi manibus Sacerdotū. [e] *can. Ego Berangarius de conſecrat. d. 2.*

Reſpondeo,iuxta vſum loquendi etiam ſcripturæ,ſenſum eſſe *Chriſti corpus videri, tangi, frangi mediantibus ſpeciebus,ſub quibus realiter præſens eſt, quæ ſolæ formaliter,videntur, tanguntur, franguntur*, &c. Ita enim Dominus dixit: [t] *quis me tetigit*: cum ſolum fimbria veſtis eius tacta fuiſſet,viſi dicuntur Angeli in corporibus aſſumptis, & communiter dicimus aliquem madefactum pluuiâ, quamuis ſola ſint veſtimenta madida.

[t] *Lucæ 8. v. 45.* τίς ὁ ἁψάμενός μου.

Quinta, ſenſus nequeunt falli circa ſuum obiectum. At illi iudicant in Euchariſtia eſſe panem. Ergo ibi eſt panis.

Ad Maiorem negatur 1. quando per ſe non eſt obiectum ſenſuum,cuiuſ. eſt ſubſtantia, nam obiectum per ſe ſenſuum ſunt accidentia, vnde iudicamus aliquando aliquid eſſe aurum, quod tantum eſt aurichalcum. 2. quando eſt obiectum commune,cuiuſmodi eſt quantitas: ita videmus errare oculum circa magnitudinem Solis. 3. quando obiectum eſt quidem proprium, non commune: ſed organum non eſt benè diſpoſitum: ita enim guſtus vitiatus iudicat dulcia,amara. 4. quando agitur de obiecto proprio in particulari, etſi enim generaliter ſenſus nequeat errare circa proprium obiectum,nec enim viſus poterit percipere ſapores ſed colorem, vel lumen, tamen in particulari poteſt: ita enim oculus iudicat veros eſſe in Iride colores,cum tamen nihil ſit niſi reflexum lumen.

Ad Minorem non eſſe proprium, & per ſe obiectum ſenſuum, ſubſtantiam panis.

Sexta, PP. contra Manichæos probarunt Chriſtum habere verum corpus, quia manducauit, bibit, *&c.* Ergo pari ratione poſſumus probare in Euchariſtia panem eſſe. Quia ibi eſt color, ſapor, *&c.* panis.

Negatur conſeq. quia ſcriptura,cum Eccleſiæ declaratione docet Chriſtũ verè, & realiter manducaſſe,quæ eſt operatio corporis viuentis, & veri. At nuſquam manducari in Euchariſtia panem materialem,

terialem,nuſquam docuit ſcriptura per Eccleſiam declarata:ſed contrarium potius.

Septima, in Sacramento veritatis nihil decet eſſe falſum. At ſi deeſt ſubſtantia panis erit in accidentibus falſitas: accidentia enim externa, ſunt naturalia internæ ſigna ſubſtantiæ.

Negatur Minor, quia ſupernaturaliter ipſa accidentia ſunt ſigna corporis Chriſti, & non ſubſtantiæ panis. Hoc enim docet Eccleſia,quæ impedit quo minus fallamur à parte rei. Quare ſi quæ falcitas inſit,ratione ignorantiæ myſterij erit:quomodo fallebantur videntes in corporibus Angelos aſſumptis ignorantes eos intelligentias eſſe.

Octaua, panis Euchariſticus poteſt calefieri, veneno infici,corrumpi nutrire,ex eo aliquid generari. Quæ omnia accidẽtibus competere nequeunt.

Reſpondeo, ſi mutatio in Euchariſtiâ ſit alteratio ſola, vt calefactio, ſufficere communem quantitatem vt commune qualitatum ſubiectum. Et quidem eadem erit ratio de venenatâ qualitate, ſi ſit compatibilis ſubſtantiæ panis: ſi autem aliam requirat ſubſtantiam illa manebit nec quidquam eius mutabitur per cõſecrationem in corpus Chriſti, aut quidquam corporis Chriſti ſub huiuſmodi continebitur ſubſtantiâ. Si vera corruptio; eo inſtanti quo deſinunt ſpecies eſſe,ſubſtitui materiam à Deo, & introduci formam à generãte. Hoc enim exigit rerum ordo, vt cum diſpoſitiones ſint introductæ ab agente ſufficientes ad ſubſtantialis receptionem formæ, forma introducatur, quæ naturaliter materiam requirit, & proinde Deus eam ſubſtituit, iuxta rerum naturalem ordinem.

Occurrit [g] martyr. vel illa diſpoſitio ſit, manente Chriſti corpore,vel non:ſi prius cum ad vltimam diſpoſitionem forma ſtatim eodem introducatur inſtanti, ſimul erit materia panis,& corporis Chriſti: ſi poſterius cùm non ſint amplius ſpecies, in quod recipitur huiuſmodi diſpoſitio & forma? g *obiect. 67.*

Reſpondeo vltimam diſpoſitionem introduci

cum formâ, in primo non eſſe corporis Chriſti, [atque ſpecierum in ſe] & primo eſſe rei genitæ: recipique in materia quæ eodem ſubſtituitur inſtanti.

Nona, de accidentium ratione eſſentiali eſt inhærentia. Ergo ſi remanent, remanet & panis cui inhæreant.

Anteced. probatur. Primò, quia accidentis eſt ineſſe ex 5. metaphyſ. textu 35. vnde dicitur Entis Ens.

Secundò, quia Ariſtoteles reprehendit Ideas Platonis, formas ſcilicet à materiâ ſeparatas: multo magis, ergo reprehenderet accidentia ſine ſubiecto.

Tertiò, ſicut Accidenti conuenit inhærere, ita ſubſtantiæ non inhærere. At fieri nequit vt ſubſtantia inhæreat. Ergo neque vt Accidens non inhæreat.

Quartò, iſta accidentia vel ſunt in ſe, vel in alio. Si in ſe. Ergo ſubſiſtunt per ſe, & proinde ſubſtantiæ ſunt. Si in alio. Ergo inhærent ſubiecto.

[h] epiſt. 57.

[i] 2. Soliloquiorum cap. 12.

Quintò, *Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum* [h] (inquit Auguſt.) *non erit vbi ſint, & ideò neceſſe eſt vt non ſint.* [i] Item: *Cui fieri poſſe videtur, vt id, quod in ſubiecto eſt, maneat ipſo intereunte ſubiecto.*

Negatur Anteced. Ad 1. probationem eſſe in accidente triplicem ad ſubſtantiam ordinem. 1. eſſe quoddam Ens propter ſubſtantiam. 2. aptitudinem ad inhærendum ſubſtantię. 3. actu inhærere. Primum eſt de natura accidentis. 2. proprietas inſeparabilis: tertium, accidentis officium eſt, nullo modo intrinſecum eſſentiæ accidentis. vnde Ariſtor. 4. Phyſic. textu 58. quærit an ſpacium cenſendum eſſet vacuum in quo ſolus color haberetur, aut ſonus: vana quæſtio prorſus: ſi arbitratus fuiſſet inhærentiam actualem de intrinſeca ratione accidentis.

Ad 2. Reſp. 1. id merito reprehendi quod naturaliter fieri putaret, Plato. [2. non reprehendi

ſimpliciter quòd formas poneret ſeparatas, ſed quod vellet eas vniuerſales eſſe re diſtinctas à ſingularibus ſuis, de quibus prædicarentur. Hoc enim eſt impoſſibile cum nihil ſit niſi ſingulare, nec vnum ſingulare valeat, vt ſpecies de alio prædicari.]

Ad 3. negatur Anteced. quia Accidenti conuenit *inhærere actu*, vt officium tantùm, & quod extra rationem eius eſſentialem eſt: ſubſtantiæ autem conuenit *non inhærere* ex intrinſeca eius ratione. Quod ſi ita proponeretur argumentum: *ſicut conuenit accidenti inhærere actu, ita & ſubſtantiæ ſubſiſtere. Ergo ſicut ſubſtantia nequit non ſubſiſtere* in ſe, ſic nec accidens non inhærere. Reſpondetur non conuenire naturaliter ſubſtantiæ, non ſubſiſtere in ſe: conuenire tamen ſupernaturaliter, vt patet in incarnatione: ſic naturaliter non conuenire accidenti non inhærere in alio, conuenire tamen ſupernaturaliter.

Ad 4. accidentia eſſe in ſe. Negatur autem conſeq. Quia ſunt in ſe negatiuè non poſitiuè. Ideo enim dicuntur eſſe in ſe, quia non ſunt in ſuppoſito aliquo, & tamen reuera non ſubſiſtunt per actũ poſitiuum qualis manat ex naturis ſubſtantialibus; ſed ſunt in alio vt in conſeruante tantum.

Ad 5. loqui Auguſt. iuxta naturalem modum.

Decima obiectio. vel Tranſubſtantiatio fit ante conſecrationis verba, vel poſt, vel ſimul: ſi ante; Ergo non fit virtute verborum: ſi ſimul, ergo ſucceſſiua: ſi poſt: ergo illa eſt falſa: *Hoc eſt corpus meum.*

Reſpondeo, fieri in vltimo inſtanti terminatiuo prolationis verborum.

Vndecima, ſicut corpus Domini incipit ibi eſſe in inſtanti, ſic panis deſinit in inſtanti. At ea quæ deſinunt in inſtanti, deſinunt per vltimum ſui eſſe, ſicut ea quæ in inſtanti incipiunt, per ſui primum eſſe incipiunt. Ergo eodem inſtanti poſitiuo, ſiue affirmatiuo erit corpus Chriſti & panis.

Reſpond. Etſi panis deſinat in inſtanti, non tamē id poſſe niſi negatiuè aſſignari, id eſt per primum ſui non eſſe. Quia deſinit ad deſitionem verborum, quorum virtute illa conuerſio fit, verba autem non deſinunt per vltimum ſui eſſe, ſed per primum ſui non eſſe.

Duodecima, impoſſibile eſt ex pane fieri Chriſti corpus. 1. quia mutatio ad ſubſtantiam eſt generatio, non generatus autem Chriſti corpus. 2. ſequeretur Chriſtum Deum, & hominem à Sacerdote fieri per conſecrationis verba. 3. Corpus Chriſti quod fuit in cruce non fuit factum ex pane. At quod eſt in Euchariſtia fit per nos ex pane. Ergo non eſt illud quod fuit in cruce.

Negatur propoſitio & 1. probatio, quia creatio eſt mutatio ad ſubſtantiam & tamen non eſt generatio. Ita etiam dicimus hîc, eſſe reuera mutationem non generationem, ſed Tranſubſtātiationem.

Ad ſecundam probationem, ſi de modo loquendi agatur, non dubitaſſe Hieron.[k] dicere Sacerdotes Chriſti corpus ſacro ore conficere, ſi de re, vel ſenſus eſt, *vi verborum produci corpus Chriſti*, vel, *vi verborum corpus adeſſe Chriſti ex deſitione panis*: ſi prius negatur id ſequi ex Tranſubſtantiatione: ſi ſecundum, admittimus.

[k] *epiſtol. ad Heliodorum, & aliâ ad Euagrium.*

Ad 3. ſi per, *factum*, intelligatur, *productum tanquam ex materia*, vera eſt Maior, falſa Min. ſi intelligatur ſuccedere corpus pani, vi deſitionis panis, falſa eſt Maior, & vera Minor. Nā verè corpus illud quod fuit crucifixum, fuit ex pane factum per conſecrationem.

Quomodo hac in materia ſint formandæ enunciationes.

CAP. XXV.

PRIMÒ, *Propoſitiones in quibus ſignificatur vnio ſiue quædam conſubſtantialitas vtriuſque termini, ſunt vitandæ*: cuiuſmodi ſunt illæ: *panis eſt*, vel, *fuit*, vel *erit*, vel *poteſt eſſe aut fieri, aut fit*, &c. *corpus Chriſti*. Nulla eſt enim talis vnio inter panem, & corpus Chriſti.

Secundò, *hæ propoſitiones aliquando impropriè vſurpantur: ſed ſunt intelligendæ ſanè*. ita vt vel non intelligatur determinatè ipſa ſubſtantia panis, ſed confusè generica ratio ſubſtantiæ communis pani, & corpori Chriſti, vel (quod faciliùs eſt) ſenſus ſit: *Panem tranſire in corpus Chriſti*, modo à nobis ſæpius explicato.

Tertiò, *Propoſitiones in quibus dicitur: De pane*, vel *ex pane fit corpus Chriſti*, eſſe diſtinguendas ob homonymiam. Aliquando enim, *de*, &, *ex*, ſignificant habitudinem materiæ vt, *ex* ſiue, *de ligno fit ſcamnum*: Et tunc falſæ ſunt [a] in re de qua agimus, aliquando ſignificant tantùm habitudinem termini à quo: & tunc admittendæ ſunt, quia veræ.

[a] *nec enim panis eſt materia corporis Chriſti.*

Quartò, *Propoſitiones quibus vtimur verbis, conuerti, Tranſubſtantiari, tranſire, tranſmutari, addita præpoſitione*, in, *ſunt veræ*, vt panis tranſit tranſmutatur, &c. in corpus Chriſti in his enim ſolùm ſignificatur panem deſinere totum, ac ei ſuccedere corpus Chriſti.

LIBER QVARTVS.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

IN Quo tractatur quæ ſit propria huius Sacramenti ratio.

De permanentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus opiniones.

CAP. PRIMVM.

[a] BVCERVS [b] Caluinus, [c] Petrus martyr. & [d] Illyricus contendunt, ſolùm tunc panem, & vinum eſſe Sacramentum dum comeditur, & bibitur.

[e] Kemnitius, in tota actione Cœnæ corpus Domini manere id eſt dum panis benedicitur, frangitur, diſtribuitur, vel etiam immediatè ad ægrotos defertur.

[f] Quidam volunt, toto manere triduo. At Eccleſia Catholica docet, *manere quandiu maneant ſpecies panis, ac vini.*

[a] *primus author huius hæreſis, apud Cochlæum 3. Miſcellan. tract.* 8.
[b] 4. *Inſt.* 18. § 37. & 39.
[c] *ſupr. obiect.* 88. & 132.
[d] *Apologia pro Confeſſ. Antuerpienſi cap. de Cœnâ Domini.*
[e] 2. *par Examin ſeſſ.* 13. *ca.* 3. & 6.
[f] *vt ex Lindano refert Claudius de Sainctes repetit.* 4. *de Euch. cap.* 12.

Probatur ex verbis inſtitutionis permanere corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia.

CAP. II.

SI quis dixerit peractâ conſecratione in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantum in vſu dum ſumitur, non autẽ ante vel poſt, & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis quæ poſt Communionem reſeruantur, vel ſuperſunt non remanere verum corpus Domini: Anathema ſit. Can. 4. ſeſſ. 13. Concil. Triden.

Primò, etſi Math. ponat hæc verba: *Hoc eſt corpus meum*, poſt illa: *Accipite & manducate*, & illa, *hic eſt ſanguis*, poſt hæc, *Bibite ex hoc omnes*, neceſſario tamen ſunt intelligenda dicta fuiſſe ante: quia continent rationem cur debuerit ille comedi cibus. Prius autem debuit ratio illa explicari à Domino, & ab audientibus percipi quam daretur panis ad comedendum & ſanguis ad bibendum, vt ſcirent, quid acciperent. At iuxta [a] Auguſt. tunc eſt Sacramentum cum accedit verbum ad elementum, & verba Domini ſtatim atque prolata fuerunt vera fuerunt: Igitur ante ſumptionem verum erat Sacramentum.

[a] *tract. 80. in Ioan.*

Secundò, Luc. 22. & 1. Corinth. 11. dicitur: *Hic eſt calix nouum Teſtamentum in meo ſanguine.* Ergo in calice fuit ſanguis, & non ſolum in ore ſumentium. Igitur ante ſumptionem.

Tertiò inuitabat Dominus Apoſtolos ad ſuum bibendum ſanguinem: ergo prius erat in Euchariſtia quam ſumerent. Quomodo enim inuitaſſet ad ſumendum quod non erat?

Quartò, [b] teſte Paulo, prius conſecratur panis

[b] *1. Cor. 10. v. 16. quo vocat panẽ qui frangitur, corpus Domini.*

quam frangatur. At quid eſt conſecrari niſi Sacramentum fieri?

Quinto damnantur nonnulli 1. Corint. quod antequam ſumerent non diiudicarent corpus Domini. At quomodo iudicare poſſent ſi antequam ſumerent non adeſſet

[c] *ſup.* 17. §. 37.

[c] Reſpondet Caluin. hæc verba: *Hoc eſt corpus meum*, eſſe promiſſionē: illa: *Accipite* &c. eſſe præceptum. Et quia præceptum debet impleri ante promiſſionem: *Hæc accipite & manducate* impleta prius fuiſſe, quam illa *Hoc eſt*, &c.

Contra 1. ſequeretur, nec quidem in ipſa manducatione eſſe Sacramentum. quia promiſſio præcepti adimpletionem ſubſequitur, non eſt autem impletum niſi ſumptione completâ. 2. Expreſſiſſet Dominus hanc promiſſionem per futuri temporis verbum, vt promiſſiones ſolent explicari, ac dixiſſet: *Hoc erit corpus*, &c.

Reſpondet Kemnitius ſe non negare in tota actione Cænæ remanere corpus Chriſti.

At ſi remanet: ergo eſt res permanens, nam inter vnam actionem puta, *acceptionem* & aliam, puta, *manducationem*: intercedere poteſt mora. Vel igitur tunc non eſt corpus, vel eſt: ſi prius. Ergo totò tempore Cænæ non adeſt Chriſti corpus contra Kemnitium: ſi poſterius. ergo eſt res permanens. Et ſicut poteſt interſedere mora vnius horæ, ſic vnius diei menſis, anni, *&c.*

Obijcitur Sacramenta dependentà Chriſti inſtitutione. At Chriſtus cum inſtituit hoc Sacramentum, benedixit, fregit, diſtribuit, manducari iuſſit. Ergo vbi hæc non obſeruantur, Sacrâmentum nō erit.

Reſp. 1. non iuſſiſſe Chriſtum ſtatim ſumi panē conſecratum: quare ſufficere vt conſecretur, & ad ſumptionem ordinetur. 2. Aliud eſſe neceſſitatem Sacramenti, aliud neceſſitatem vſus, ad neceſſitatem, ſufficit conſecratio in materia apta, ad vſum requiritur ſumptio Sacramenti: Dominus ergo

vtrumque inſtituit in Sacramento Euchariſtiæ, & prius quidem cum dixit: *Hoc eſt corpus meum.* Poſterius cùm dixit, *Accipite*, &c.

Idem probatur ex diſſimilitudine Baptiſmi, & Euchariſtiæ.

CAP. III.

BAPTISMVS, tùm ex modo loquendi, quam ex reipſa conſiſtit in actione, Euchariſtia verò minimè. Ergo ille in re tranſeunti, hæc in permanenti.

Antecedens probatur. Nam nec aqua vſquam Sacramentum dicitur, ſed ipſa ablutio vt [a] Epheſ. 5. & ad [b] Titum 3. nec eſt Sacramentum 1. Quia Sacramenta non naſcuntur, ſed fiunt per myſticam precem [c] (inquit Auguſt.) aqua autem nõ ita fit, ſed iam olim à Deo creata eſt. Nec refert benedici ſolere: hæc enim benedictio ad eſſentiam Sacramenti non ſpectat. 2. quia Sacramenti definitio optimè ablutioni conuenit. Illa enim eſt ſignum, & inſtrumentalis cauſa inuiſibilis gratiæ. 3. quia verba, quibus efficitur Baptiſmus non diriguntur ad aquam ſed ad hominem qui Baptiſmum recipit: & *baptizare*, non eſt, *aquam conſecrare*, ſed, *hominem abluere.* Aqua ergo non erit Sacramentum, ſed actio ipſa nempe ablutio.

[a] *v.* 26.
[b] *v.* 5.
[c] 20. *contra Fauſtum* 13.

At in Euchariſtia aliter omnia ſe haben. Nemo enim vocauit vſquam Euchariſtiam, vel corpus Domini ipſam conſecrationem, vel fractionem, diſtributionem, manducationem, ſed vocant perpetuo PP. panem ſanctificatum, ſiue conſecratum, corpus, carnem, cibum, & ſimilia. Nec etiam ipſa actio reuera Sacramentum eſt. 1. quia nulla actio aſſignari poteſt, cui tota competat Sacramenti ratio. Præcipua apud aduerſarios dumtaxat actio

eſt *manducatio.* At hæc ſolius ſuſcipientis eſt: Sacramenta autem nequeunt eſſe actiones ſuſcipientium, alioquim eſſent opera noſtra [non inſtrumentaliter, ſed principaliter.] 2. verba Sacramentalia, ſine quibus non fit Sacramentum, non dicuntur à manducante, neque ad manducantem, ſed à miniſtro ſuper panem. 3. quia ſi manducatio eſſet Sacramentum poſſet dici manducans, Sacramentum facere, ſicut qui abluit, baptizare dicitur. Illud autem falſum eſt. Idem probari eo modo poteſt de *fractione*, & *diſtributione*. *Conſecratio* etiam proprie Sacramentum non eſt. Nam ſignificat ſolum, & efficit conuerſionem panis in corpus Chriſti. Non autem eſt ſignum: vel cauſa gratiæ ſanctificantis animam.

Probatur de Baptiſmo. Nam actio eſt de tranſeuntibus. Probato Antecedente iam conſequens probatur, de Baptiſmo: quod actio ſit res tranſiens: de Euchariſtia verò 1. quia nihil reſtat cui Sacramenti ratio cōpetat niſi ſit res permanens. 2. quia pani conſecrato conuenit tota Sacramenti definitio: tum quia eſt ſenſibile ſignum, & cauſa inuiſibilis nutritionis ſpiritualis, tùm quod fiat à Deo, per miniſtrum, ritu & cæremonia ab ipſo inſtituta Deo, tùm quia elementum, & verbum concurrunt ad hoc Sacramentum, ſicut in cæteris.

Neque obſtat minimè remanere verbum, & triticeum panem. Nam in Sacramentis, quæ in actione conſiſtunt, & quorum idem eſt *fieri*, ac *eſſe*, elementum, & verbum ſunt tùm effectionis, tum eſſentiæ Sacramenti principia. At in hoc Sacramento, in quo aliud eſt *fieri*, ac *eſſe*, principia illa concurrunt equidem proprie ad Sacramenti effectionem & in ipſa re effecta manent, ſed alio modo: nimirum elementum, quoad externas ſpecies, & verbum quoad virtutem.

Obijciunt tamen Primò, Sacramenta nouæ legis eiuſdem generis ſunt. Ergo ſicut Baptiſmus in actione conſiſtit, ſic & conſecratio.

Secundò, Sacramentum Baptiſmi in actione conſiſtit, quia Dominus dixit: *Baptizate omnes gentes.* Ergo multo magis, Euchariſtia, cum Dominus multis actionibus in eius inſtitutione vſus ſit.

Ad 1. huiuſmodi Sacramenta eſſe eiuſdem generis, ſed differre ſpecie.

Ad 2. negatur conſeq. quia actiones Domini in Euchariſtia ad conſecrationem, vel vſum pertinēt, quorum neutrum dicimus ingredi eſſentiam Sacramenti in Euchariſtiâ. At in Baptiſmo ipſa actio ad eſſentiam pertinet, quia eſſentia huius Sacramenti ſita eſt in vſu.

Ex PP. Probatur.

CAP. IIII. & V.

CLEMENS [a] Rom. 8. conſt. 13. (quem librum Kemnitius reijcere non poteſt cum inde teſtimonium petat) iubet peracta communione, quod ſupereſt de corpore Domini, reponi à Diaconis cum debita reuerentia in paſtophoro, ideſt, [b] iuxta Hieron. tabernaculo, ſiue thalamo, in quo templi Præpoſitus habitat.

Iuſtinus, ſcribit [c] Apolog. 2. Sacris in Eccleſia peractis dari conſueuiſſe Euchariſtiam Diaconis ad abſentes fratres deferendam.

[d] Irenæus teſtatur in morem fuiſſe Papæ mittēdi alijs Epiſcopis Euchariſtiam, in ſignum pacis, & communionis.

[e] Tertullianus, conſueuiſſe ſua tempeſtate Chriſtianos Euchariſtiam ad ſuas deferre domos, vbi eam oportuno ſumerent tempore.

Cyprian. [f] *Mulier quædam cum in arcam ſuam* (inquit) *in qua ſanctum Domini fuerat, indignis manibus tentaſſet aperire igne inde ſurgente deterrita eſt*: loquitur autem de Euchariſtia.

[g] Dionyſ. Alexandr. ait Serapionem in extremis agentem accepiſſe Euchariſtiam miſſam per

[a] CAP. IIII.

[b] *in 22. Iſaiæ.*

[c] *propè finem.*

[d] *epiſt. ad Victorem Papam apud Euſeb. 5. hiſtor. 24.*

[e] *lib. 2. ad Vxorem.*

[f] *ſerm. de lapſis.*

[g] *epiſt. ad Fabium apud Euſeb. 6. hiſtor. 36. in Ruffino 34.*

puerum à Sacerdote tunc domi ægrotante.

[h] *apud Bedam in Martyrologio in vita S. Stephani I. Papæ die 15. Auguſti.*

Sanctus [h] Tharciſius cùm Euchariſtiam deferret, nec voluiſſet paganis quærentibus, aperire quid eſſet, ipſe necatus eſt, ac diuino miraculo Sacramentum diſparuit.

[i] *aliàs 18. vel 20.*

[k] *10. hiſtor. 6.*

[l] *epiſt. ad Côcil. Carthag. quæ extat tom. 1. Concilior. in Actis Concilij Africani.*

Concilium Nicœnum [i] can. 14. iubet Diaconos miniſtrare Euchariſtiam preſbytero abſente: & proinde extra tempus & actione Cœnæ: quæ ſine præſbytero celebrari nequit. Etſi autem iſta pars canonis in omnibus non habeatur editionibus, tamen expreſſe in [k] Ruffino habetur quem canones authenticos Nicænæ Synodi ſcripſiſſe [l] Cyrillus teſtatur.

Canone vero 13. PP. iubent nemini denegandam in articulo mortis Euchariſtiam. At certum eſt tunc ægrotos non poſſe ad Eccleſiam venire, & articulum mortis contingere poſſe extra tempus Cœnæ.

[m] *etſi non habeatur in exēplaribus omnibus.*

Baſilius Epiſt. ad Cæſariam Patriciam (quæ paſſim à Kemnitio [m] citatur) cōſueuiſſe Anachoretas Euchariſtiam ſecum in Eremum portare ait.

[n] *orat. in Gorgoniam.*

[n] Gregorius Nazianz. Gorgoniam ſororem nocturno tempore ad altare procubuiſſe ante Euchariſtiæ conſpectum quam ſeruauerat de more.

[o] *orat. de obitu Satyri ca. 7.*

[o] Ambroſius, Satyrum fratrem beneficio Euchariſtiæ in collo ſuſpenſæ naufragium euaſiſſe, quam diſertis verbis Sacramentum vocat.

[p] *epiſt. priore ad Innocentiū Papam.*

[p] Chryſoſt. milites quoſdā ad veſperam magni ſabbathi tantū tumultum excitaſſe in ſanctuario, vt ſanguis Domini qui inibi erat, in eorū funderetur veſtes: cum mulieres præpararentur ad ſuſcipiendum Baptiſmum. Conſtat autem myſterium Euchariſtiæ ſemper celebrari poſt Baptiſmum, non ante, aut ſimul.

[q] *epiſt. ad Ruſticum.*

[q] Hierony. Exuperium Epiſcopum Tholoſan. laudat quod ob inopiam voluntariam, fuerit coactus Chriſti corpus in caniſtro portare.

[r] *epiſt. ad Caloſyrium.*

[r] Cyrillus inſanire dicit affirmantes, Euchariſtiam vim ſuam perdere, ſi ſeruetur in alterum diem.

[s] Sanctus Benedictus qui certè Sacerdos non erat cùm defunctus monachus ſepeliri non poſſet, miſit qui Euchariſtiam ſupra pœctus mortui magna cum reuerentia ponerent, quo facto ſepulturæ datus eſt. [s] *apud Greg. 2. Dialog. 24.*

[t] Monachi quidam Sancti Gregorij à Conſtantinopoli Romam nauigantes, in naui ſecum Euchariſtiam portarunt, vt in naufragij periculo, minime Communione carerent. Atque hæc ex PP. ſufficiant: nam poſteriora tempora hæretici contemnunt. [t] *apud Ioan. Diacon. 2. cap. 33. vita Gregorij.*

[u] Reſpondent primò, illa ſolùm teſtimonia admittenda quæ habent ab ipſa actione Cœnæ miſſam ad abſentes Euchariſtiam, vel ægrotos, vt eam continuò ſumerent. [u] CAP. V.

Contra. 1. hæc reſpōſio nequit aptari niſi teſtimonio Iuſtini, cætera enim aſſeruationem Euchariſtiæ important. 2. iuxta Kemnitium, non eſt Sacramentum, niſi dum fit, quod Chriſtus expreſſe fecit, aut fieri iuſſit. At Chriſtus non detulit, aut iuſſit expreſſè ad abſentes deferri. 3. vel qui deferebant Euchariſtiam ad ægrotos repetebant in domo ægroti ritum Cœnæ vel non: ſi non, vt verum eſt. Nam Diaconi ipſi deferebant, qui conſecrare nequeunt. Ergo nihil vtilitatis ægrotis afferrent, non enim Symbola externa, ſine verbo proſunt, niſi in virtute maneant. Si repetebant, vt Kemnitius contendit. Quid opus erat tam longè panem aſportare? nonne in illa ipſa ægrotātis domo panem accipere poterant: deinde ſi illa delatio intra actionem Cœnæ comprehenditur, quid opus erat nouâ conſecratione?

Secundò reſpondent, ignoſcendum Patribus quia errauerunt ex ſimplicitate. Sicut qui [x] teſte Cypriano ſolum aquam in calice ponebāt ex ignorantia. [x] *2. epiſt. 3.*

Contra, Cyprianus loquitur de paucis ſacerdotibus quibuſdam. At non de vniuerſali Eccleſiæ praxi, quæ præferenda eſt Kemnitio certè.

Tertiò, non defuiſſe PP. qui contrarium ſentirent. Clemens Rom. epiſt. 2. iubet tot in altari holocauſta poni, quot populo ſufficere videatur: ſi quid autem ſuperſit poſt communionem, non ſeruari in craſtinum, ſed à Clericis abſumi. [y] Origenes: *Dominus* (inquit) *panem quem diſcipulis dabat, non diſtulit, nec differri iuſſit in craſtinum.* [z] Iſichius docet morem fuiſſe Eccleſiæ comburendi quod ex Sacramentoupereſſet. [a] Nicephorus teſtatur dari apud Græcos ſolitas Euchariſtiæ reliquias Innocentibus pueris. [b] Humbertus reprehendit Græcos qui in Quadrageſimâ communicabant ex præſanctificatis. [c] Gabriel Biel: *Poſtquam* (inquit) *corpus ſuum conſecrauit, non ſiſtebat in conſecratione neque dedit diſcipulis, vt ipſum honorificè conſeruarent, ſed dedit in ſuis vſum, dicens: Accipite, & manducate.*

[y] *ſeu Cyrillus in 7. Leuitici homil. 5.*
[z] *2. in Leuiticum.*
[a] *17. hiſto. 25.*
[b] *libro contra Nicetam.*
[c] *lect. 56. in can. Miſſæ.*

Ad primum teſtimonium, non eſſe intelligendum de particulis pro communione infirmorum ſeruatis, cum ibidem dicat, *Tribus gradibus commiſſa ſunt Sacramenta diuinorum ſecretorum Presbytero, Diacono, & Miniſtro, qui cum timore, & tremore reliquias fragmentorum corporis Dominici cuſtodire debent,* ne qua putredo in Sacrario inueniatur, &c. At id neceſſarium non erat in particulis ilicò conſumendis.

Ad 2. non inde inferri poſſe, non licere Euchariſtiam conſeruare. Multa enim Dominus per Apoſtolos, non per ſe, iuſſit.

Ad 3. ibi ſolutio, nam Iſichius addit non prohiberi aſſeruationem Sacramēti per vnum vel duos, vel plures dies, ſed tamen debere comburi, quod ob temporis diuturnitatem, vel alia de causâ, nequit per manducationem conſumi.

Ad 4. agi de reliquijs quæ ſuperabundabant: non enim debent aſſeruari niſi quot videntur requiri ad ægrotorum neceſſitatem. Sed nec quotidie ſūmebantur huiuſmodi reliquiæ, ſed tantum feria 4. vel 6. nimirum cum renouabatur Sacramentum in pixide.

Ad 5. non reprehendi Sacramenti aſſeruationem, ſed Miſſæ celebrationem, ex iam antea conſecratis, tunc enim conſecrari debet cum celebratur miſſa.

Ad 6. hoc loco Gabriel diſputare de primario fructu, & vſu Euchariſtiæ, ac docere velle, multo amplius Euchariſtiam prodeſſe dum reipſa manducatur, quam dum in pixide ſeruatur: idque probat ex verbis Domini, quibus non fit mentio aſſeruationis ſed manducationis. Aſſeruationem tamen agnoſcere patet ex ipſo Gabriëlis opere in can. Miſſæ ac ſermonibus tribus: de feſto corporis Domini.

Quartò, reſpondent conſuetudinem aſſeruandi Euchariſtiam fuiſſe abrogatam poſtea vt patet ex [d] Concil. Toletano 1. & [e] Cæſar-Auguſtano.

Reſpondeo, ſolùm his prohiberi Conciliis aſportari Euchariſtiam à fidelibus, vt olim fiebat. Ne, vt Concilium [f] Lateranenſ. 4. declarat abuterentur aliqui tanto Sacramento ad veneficia & alia ſcelera. Ex quo ſequitur reuera manere extra vſum hoc Sacramentum, alioquin non erat timendum ſi aſportaretur.

[d] *can.* 14.
[e] *can.* 3.
[f] *cap.* 20.

Quintò, aſſeruatam Euchariſtiam à PP. ad manducationem tantùm, non autem ad pompam.

Contra. 1. aſſeruabant etiam PP. ad impetrandam ſanitatem, periculum euitandum, in ſignum pacis mittebant, vt patet ſupra, & alia ſimilia. 2. nos etiam ad manducationem principaliter ſeruamus. [Pompa vero eſt cultus debitus tanto Sacramento.] 3. quoquo fine demum aſſeruaretur à PP. nihil referre in hac quæſtione: dum ſatis inde conſtet extra vſum Euchariſtiam eſſe Sacramentum.

Quid proprie ſit Sacramentum Euchariſtiæ.

CAP. VI.

PRIMA propoſitio. *Conſecratio Euchariſtiæ Sacramentum dici poteſt, quatenus Sacramentum vſurpatur largo modo, ſcilicet pro omni ſigno rei ſacræ.* Nam hæc conſecratio eſt ſignum corporis Domini, non tamen ſignum, aut cauſa gratiæ.

Secunda: *Sumptio Euchariſtiæ Sacramentum dici poteſt accepto Sacramento pro ſigno rei ſacræ ſanctificantis animam.* Nam ſignificat illa externa manducatio internam manducationem, & refectionem animæ. Sed non eſt cauſa huius refectionis, ſiue reficientis gratiæ, huiuſ. enim cauſa non poteſt eſſe operatio noſtra, ſed Dei per Eccleſiæ miniſtrum.

Tertia: *Sola ſpecies panis & vini non habent integram Sacramenti rationem prout ſumitur pro ſigno, & cauſa gratiæ ſanctificatis.* 1. Quia illæ ſpecies ſignificant quidem cibum ſpiritualem, ſed nõ ſunt ipſe cibus, & proinde non reficiunt animam, atque adeo nec cauſæ gratiæ. 2. Sacramentum Euchariſtiæ omnibus excellit aliis, & cultu latriæ adoratur. At huiuſ. ſpeciebus hoc minimè conuenit, cum ſint accidẽtia pura. 3. quia PP. dum de hoc agunt Sacramento aperte declarant ſe de non ſolis ſpeciebus loqui.

Quarta: *Corpus Domini, & ſanguis, ſine ordine ad ſpecies non habet rationem Sacramenti.* Nam non ſunt ſenſibile ſignum.

Quinta, 1. *Etſi tam ſpecies panis, & vini quam corpus & ſanguis Domini ad eſſentiam Sacramenti Euchariſtiæ pertineant 2. ratio tamen Sacramenti magis conuenit ſpeciebus, vt continent Corpus, quam corpori Chriſti vt eſt ſub ſpeciebus.*

Prima pars probatur: quia hoc Sacramentum in eo differt ab aliis. Quod alia conſtent ex elemento externo,

externo,& virtute diuina illi impreſſa vt poſſint eſſe ſigna, & cauſæ: Euchariſtia verò conſtet ex ſpeciebus exterius pro elemento, & corpore Domini pro virtute impreſſa.

Secunda pars probatur. 1. Quia [a] Concil.Tridentinum ait hoc eſſe commune Euchariſtiæ cum Sacramentis aliis,vt ſit ſymbolũ externũ, & viſibilis forma, inuiſibilis gratiæ. At viſibilẽ eſſe formã magis ſpeciebus conuenit, quam corpori Chriſti. 2. In aliis Sacramentis licet concurrant ſignum externum, & operatiua virtus, tamen nullus vſquam dixit Sacramentum eſſe operatiuám virtutem vt eſt in ſigno, ſed contra, eſſe ſignum vt eſt operatiuum. Quia ſignum eſt genus, differentia, virtus operatiua: Genus autem in definitione primo loco poni debet.

[a] *ſeſſ.13.cap.3.*

Sexta propoſitio: *Ratio ſacrificÿ nec non pignoris, & alimenti diuini magis conuenit corpori Domini,vt eſt ſub ſpeciebus,quam ſpeciebus,vt continent corpus Domini.*

Nam quod offertur Deo Patri, quod pignus amoris,& quod alimentum internum, non in ſignificatione,ſed reipſa conſiſtit

De [a] Materia Euchariſtiæ.

CAP. VII. & VIII.

GRAECI contendunt, debere eſſe fermentatum panem quibus maximè hæretici noſtri temporis fauent.

Probatur ſententia Græcorum. Incipiebant [b] dies azimorum,iuxta legem Exod.12.die 14.primi menſis, id eſt 14. à nouilunio poſt Solis occaſum. Sed feria quinta in Cœna Domini fuit 13.mẽſis apud Hebræos,& proinde nondum incœperant Hebræi azimis vti, ſed adhuc fermentato vtebantur pane. Nec Chriſtus

[a] *Quæſtio hæc de re exorta eſt circa annum Domini 1053. teſte Leone. 9. epiſt. ad Michaelem Epiſc. Conſtantinop. cap. 5.*

[b] *durabant.7. diebus, id eſt, vſque ad 21. incluſiuè omnéſque Paſchales & azimo-*

Digitized by Google

ergo alio pane in Euchariſtia vſus eſt.

Contraria ſententia vera eſt. Quia Dominus, vt cõmuniter Theologi docent, celebrauit Paſcha 14 menſis poſt Solis occaſum quæ proinde erat principium primi diei azimorum: Naturales enim dies numerabant quidem Hebræi à Solis ortu ad occaſum feſtiuos vero à Solis occaſu ad alium occaſum. Probatur.

Primò ex Math. 26. [c] *Prima die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: vbi vis paremus tibi comedere Paſcha.* Mar. 14. [d] *Prima autem die azimorum, quando Paſcha immolabant.* Luc. 22. [e] *Venit dies azimorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha.*

[f] Reſpondent non ſignificari tempus azimorũ adeſſe, ſed in proximo eſſe: propterea dixiſſe Lucã *venit dies*, &c. Etſi autem lex prohiberet poſt poni Paſcha, non tamen anticipari.

Contra, nulla ratione oſtendi poteſt licuiſſe anticipari Paſcha. Sed lex præſcripſit abſolutè die 14. ad veſperam fieri debere. [g] Et quamuis differri poſſet poſt vnum mẽſem: tamen idem 14. dies ſeruari debebat. Porrò ſi quæ ambiguitas in Lucæ deprehenderetur, ſatis explicatur per alios Euangeliſtas duos.

Secundò, dies Paſſionis Domini fuit, eo anno ſolemnis, & feſtiuus [h] 1. iuxta illud. *Antę diem feſtũ Paſchę ſciens Ieſus quia venit hora.* Nam alioquin ſi hæc de die Sabbathi intelligerentur: nulla ratio inerat quare ſuſpicarentur Apoſtoli Dominum, dicendo Iudæ: [i] *Quod facis fac citius:* illi præcepiſſe, vt feſtinanter emeret aliquid neceſſarium pro die feſto: craſtina enim die id commode fieri potuiſſet. 2. quia Ioan. 18. Hebræi dixerunt Pilato die ipſa 15. [k] *Nobis non licet interficere quemquam.* Quare niſi

rum dies vocabantur tamen primus & vltimus ſolùm ſolemnes & feſtiui erant primus autem incipiebat quidem 14. luna à Solis occaſu verum feſtiuitas, ſolum craſtina die celibrabatur vſque ad occaſum.

[c] *v. 17.* τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ ἰησοῦ λέγοντες αὐτῷ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα.

[d] *verſ. 12.* τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον.

[e] *v. 7.* ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα.

[f] *ita Euthym. in 26. Math.*

[g] *Numer. 9.*

[h] *Ioan. 13. verſ. 1.* πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτῷ ἡ ὥρα.

[i] *Ioan. 13. verſ. 27.* ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.

[k] *verſ. 31.* ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.

ob diem feſtum, vt exponunt [l] PP. quod enim Ianſenius ait, id dixiſſe, quia non licebat eis crucifigere, non eſt probabile. Si quidem non de genere mortis, ſed de ipſa Chriſti morte agebant: nec ratio reddi poteſt quare non liceret eis crucifigere non liceret: alioquin non fuiſſet adeò mirabilis [m] prophetia qua prædicebatur Dominus à gentibus crucifigendus, cum ab aliis crucifigi non poſſet. 3. ex eodem cap. v. 39. [n] *Eſt autem* (inquit Pilatus) *conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha.* Ergo feri. 6. fuit dies Paſchæ, vt etiam docent PP. [o] Tertull. [p] Origen. [q] Clem. Romanus [r] Epipha. [s] &c. At hoc fieri non potuit niſi die Iouis incepiſſet ab occaſu ſolis dies primus azimorum, quo Chriſtus manducauerit agnum. Ergo celebrauit in azimis.

Tertiò, ex PP. [t] Origen. [u] Chriſoſt. [x] Theodoret [y] Tertull. [z] Cypr. [a] Ambroſ. [b] Hierony. [c] Auguſt. qui dicunt Chriſtum celebraſſe Paſcha 14. die Menſis.

Hinc refellitur [d] Rupertus, qui arbitratur Dominum celebraſſe quidem Paſcha 14. die: feſtum tamen tranſlatum fuiſſe in Sabbathum ne continui occurrerent duo feſti dies. Refellitur 1. quia ſi incipiebat dies feſtus azimorum à Solis occaſu 14. diei quomodo vna pars fuit tranſlata, alia remanſit? 2. apertè Ioan. docet feriam 6. fuiſſe diem feſtum. 3. militat contra Rupertum ratio eius. Si enim tranſlatum fuit in Sabbathum: & non minus feſtiuus erat ſeptima quam prima dies azimorum: certè cum ſeptima incideret in feriam 6. poſtquam ſequebatur Sabbathum: neceſſario occurrebant duo continui feſtiui dies.

[l] *Chryſoſt. homil. 82. in Ioã. & 86. in Mat. Cyrill. 12. lib. cap. 6. Auguſt. tract. 114. in Ioan.*

[m] *de qua ibidem v. 32. vt ſermo Ieſu Chriſti impleretur, &c.*

[n] ἔϛι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα.

[o] *libro contra Iudaeos.*

[p] *homil. 23. in Numer.*

[q] *5. Conſtit. 14. alias 16.*

[r] *hereſi. 70.*

[s] *Theophilus Alexãdr. epiſt. ad Theodoſ. apud Bedam de ratione temporum cap. 57. Cyrill. Catech. 13. Chryſoſt. homil. 86. in Math. Aug. tract. 10. in Ioan. Leo, ſer. 7. de Paſchate, Beda in 18. Ioan. Anſel. in 26. Math.*

[t] *tract. 35. in Math.* [v] *homil. 85. in Math.* [x] *q. 24. in Exod.*

[y] *ſupr.* [z] *ſerm. de cœna Domini.* [a] *epiſt. 83.* [b] *in 26. Math.*

[c] *epiſt. 86.* [d] *in cap. 26. Math.*

c additione ad Lyranum in cap. 26. Math. Refellitur etiam [c] Burgenſis ratus immolationem Paſchæ, & diem feſtum ſiue primam azimorum in Sabbathum tranſlatum, quòd ſit apud Iudæos mos nuſquam celebrare Paſcha die 2. 4. & 6. Iuxta illud: לא בדו פסח Non *Beth*, id eſt 2. *daleth*, id eſt, 4. *vau*, id eſt, 6. die, *Paſcha*.

Primò, quia vel loquuntur Euangeliſtæ ſupra, de primo azimorum die ſecundum ordinariam conſuetudinem, & Kalendaria Synagogæ, vel non, ſi primum non erit verum alio Chriſtum die, alio Hebræos comediſſe Paſcha, vt vult Burgenſis: Si ſecundum repugnabit Marcus dum ait: *Prima die azimorum quando Paſcha immolabant*: id enim ſignificat Hebræos eo die immolaſſe Paſcha.

Reſpondet ſenſum eſſe, quando Paſcha immolari debebat, vel immolabatur à quibuſdam paucis legitimè, non tamen à maiori parte.

Contra, etiamſi facta fuiſſet mutatio in celebratione Paſchæ, quia tamen non erat legi contraria Dei, ſed quædam accommodatio Kalendarij, & nouiluniorum vt numquam incideret prima dies menſis primi, & proinde nec 15. in feriam 2. vel 4. vel 6. debebatur à melioribus ſequi: alioquin vt inobedientes meritò potuiſſent puniri.

f in 23. Leuitici.

g hæreſ. 30.

h epiſt. Nicæni Concil. apud Theod. 1. hiſt. 9. Tertull. de præſcr. Athanaſ. epiſtola de Synodis Arim. & Seleucia Epiph. hæreſ. 50.

i apud Euſeb. 5. hiſt. 21. Aug. libro de hæreſibus cap. 29. Philaſtr. de hæreſi cap. de hæreſi diei Paſcha.

Secundò, illa traditio nuſquam celebrandi Paſcha feria 2. 4. 6. eſt longe recentior Chriſto. Nam [f] Rabbi Abenezra non ſolùm ait minimè viguiſſe ab initio ſecundi templi, ſed nec fuiſſe cum fieret Talmud. Nam in Talmud & Miſna inuenitur Paſcha die 2. 4. & 6. At Talmud editum eſt centurijs aliquod à natiuitate Chriſti.

Tertiò, [g] Epiphanius gente Hebræus docet feſtum azimorum iuxta conſuetudinem, tempore Chriſti in vſu, incidere in quemlibet Hebdomadæ diem.

Quartò, Eccleſiæ Aſiaticæ initio naſcentis fidei eo die celebrabant Paſcha quo ſui temporis Hebræi, vt conſtantiſſimè [h] Patres docent. Eædem Eccleſiæ [i] celebrabant Paſcha luna 14. primi men-

ſis quacumque hæbdomadæ die. Ergo etiam Hebræi illius temporis ſimili modo celebrabant.

Quintò, PP. docent hoc differre inter Iudæorum Paſcha, & Chriſtianorum, quod Chiſtianorum nec fiat quidem die 14. etſi in Dominica venerit, fiat tamen Iudæorum Paſcha, nonobſtante Dominico die. Ergo ſi Dominico die nonnunquam celebrabant Iudæi, primus dies azimorum erat aliquando feria 2. incipiens ab occaſu Dominicæ diei.

Soluuntur argumenta.

CAP. IX.

PRIMVM, Math. 26. [a] *Dicebant autẽ non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.* Ergo Chriſtus non fuit in die feſto occiſus.

[a] *v. 5.* μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.

Reſpondeo, hanc ſententiam non prævaluiſſe in illo Iudæorum Concilio, ſed eam, quâ iudicabatur non eſſe negligendam Chriſtum interficiendi occaſionem, quocumque id fieret tempore.

Secundum, [b] Ioſeph mercatus eſt ſindonem, [c] Mulieres parauerunt aromata, Iudæi cauſam egerunt criminalem feria 6. quæ in die feſto azimorum minime licita erant. Nam [d] Leuitic. 23. prohibentur eo die omnia ſeruilia opera.

[b] *Marci 15. v. 46.*
[c] *Luc. 23. v. 56.*
[d] *v. 7.*

Reſpond. non prohiberi opera pietatis cuiuſmodi erant opus Ioſeph, & mulierum illarum: maximè cum Sabbathum inſtaret, in quo nec quidem ignem accendere licebat, aut præpare cibos, quod in alijs feſtis etiam Paſchate non prohibebatur Exod. 12. Iudæi autem illi, ſe ſufficientem exhibere honorem feſto putauerunt ſi proprijs non interficerent manibus Chriſtum.

Tertium, Ioan. 13. *Ante diem feſtum Paſchæ.*

Reſpondeo accipi diem pro artificiali qui ſeque-

batur de artificiali die. noctem feriæ 5. in eo ſi quidem feſtiua celebratio agebatur.

Quartò, Ioan. 18. [e] *Ipſi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt mãducarent Paſcha.*

Reſpondeo, per *Paſcha*, non intelligi *Paſchalem agnum*, ſed victimas Paſchales, quæ ex ouibus, & bobus quotidie in diebus Paſchæ celebrabantur [f] Deuter. 16. [g] quarum eſus non niſi purificatis cõcedebatur. Leuitici 22.

Quintum, Ioan. 19. [h] *Erat autem Paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta.*

Reſpond. idem eſſe ac *Paraſcheue Sabbathi, incidens in Paſchate, ſiue intra dies Paſchales*: ac ſi diceremus, *erat feria 6. Paſchæ.* Nam Paraſceue non erat apud Iudæos niſi ob Sabbathum, nimirum ad cibos parandos. Quare Ioan. 19. Paraſceuem ad Sabbathum retulit: [i] *Propter Paraſceuem Iudæorum* (inquit) *vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho. erat enim magnus* (videlicet quia intra hebdomadam incidebat Paſchalem) *dies ille Sabbathi.* Et Marc. 15. [k] *Erat Paſceue, quod eſt ante Sabbathum.*

Sextum, Amos 4. [l] *Sacrificate de fermentato laudem.* id eſt, Euchariſtiam vt Aquila vertit.

Reſpondeo, hæc ironicè dici. arguit enim Propheta Hebræos, quod pro Deo idola, pro azimis offerendis fermentum haberent. Præcedit enim: *venite ad Bethel, & impie agite*, &c.

Septimum, [m] Irenæus ait Moſem Deuteron. 16. prædixiſſe paſſionem Chriſti quoad locũ: cùm dixit, *immolandum agnum Paſchalem in loco quem elegeris dominus*, nimirum Hieruſalem: quoad diem, cùm *diem nominauit Paſchæ*, quoad horam, cùm *ad veſperam immolandum.* Ergo dominus occiſus eſt feria 5. & proinde celebrauit Paſcha luna 13. cum nõdum vſus azimorum eſſet.

Negatur conſeq. Nam per, *diem Paſchæ*, intelligitur ipſe dies feſtus 15. lunæ qui vſque ad veſperã durabat, circa quam occiſus eſt Chriſtus. adde *per veſperam* Irenæum intellixiſſe non huius diei, ſed

[e] v. 28. αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.

[f] v. 2. & 2. *Paralip.* 35. v. 8. *ac Numer.* 28. v. 19.

[g] *Ioſephus verò* 3. *Atiq.* 13. *obſeruat hircũ qui verſu* 22. *præcipitur ſacrificari pro peccato fuiſſe Sacerdotibus in epulum omnibus diebus Paſchæ.*

[h] v. 14. ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη.

[i] v. 31. ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν. ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου.

[k] v. 42. ἦν παρασκευὴ ὅ ἐστι προσάββατον.

[l] v. 5.

[m] 4. *cap.* 23.

mundi, ſiue temporum, extremitatem.

Octauum, [n] Tertull. loquens de paſſione Chriſti *Hoc enim (inquit) & Moſes, initio primi menſis Nouorum, facturos vos prophetauit cùm omne vulgus filiorũ, Iſrael, ad veſperam agnum eſſet immolaturum.* [n] *libro contra Iudæos.*

Reſpondeo id verum, quia dies immolationis Agni durabat à veſpera diei præcedentis ad veſperam diei ſequentis. Nec enim ait eadem hora cum Agno Chriſtum, immolandum fuiſſe: id ſiquidem non poterat fieri, Chriſtus. Namque immolatus in meridie fuit: agnus immolandus poſt occaſum Solis.

Nonum. *Oportebat Chriſtum* (Epiphan inquit.) *in decima quarta die immolari ſecundum legem.* [o] *hæreſ. 50.*

Reſp. loqui de immolatione typica Chriſti, ac ſi dixiſſet: *Oportuiſſe agnum, qui figura Chriſti erat, immolari* 14. *luna ad veſperam*: ideo ſi quidem addidit *Secundum legem.* Arguit enim

Quartadecima nos quòd celebrantes cum iudeis 14. luna non aduerterent Iudæorum Paſcha eo die ad veſperam ſignificare ſynagogam ſuum amiſſuram Chriſto veniente lumen. Nam dies 14. eſt vltima incrementi lunæ cum 15. decreſcere incipiat.

Decimum [p] Chryſoſt. & [q] Theophyl. doceat comediſſe Chriſtum Paſcha ſuum pridie quam comederint Iudæi. [p] *homil. 82. in Ioan.* [q] *in 18. Ioan.*

Reſpondeo, non loqui de omnibus Iudæis, neque de ritu ſecundum legem, ſed de ſacerdotibus quos adeo occupatos dicit Chryſoſto. fuiſſe tota nocte lunæ 14. in Chriſti mortis negotio, vt non valuerint cum aliis, debito tempore, comedere Paſcha, ſed in diem diſtulerint ſequentem: atque propterea præuaricatos fuiſſe legem Dei.

Vndecimum, iidem authores addunt Chriſtum præueniſſe vno die cœnam Iudæorũ, vt ſuam ſeruaret mortem in Paraſceuẽ, quãdo etiam olim celebrabatur Paſcha. Ergo in Paraſceue Paſchæ occiſus eſt Chriſtus.

Reſpond. 1. ſi ita diſponantur verba: *Chriſtum*

vno die, quo etiam olim fiebat Paſcha, præueniſſe Paſcha ſacerdotum, vt ſuam ſeruaret mortem in Paraſceuem, ſcilicet Sabbathi, nullam eſſe difficultatem, vt patet. 1. Olim reuera fuiſſe Paſcha in Paraſceue ſcilicet Sabbathi non habita ratione immolationis agni, ſed feſti diei. alioquin ſi per, *Paſcha* intelligeretur *Agnus Paſchalis*, malè inferret Chryſoſtomus, præuaricatos fuiſſe Sacerdotes legem. Nam iuxta hunc ſenſum comediſſent agnum eo die quo comedendus erat. Deinde Chryſoſt. fatetur Chriſtum occiſum in die feſto Paſchæ. At hoc fieri nequit, niſi immolatio agni præceſſerit antecedenti veſpera.

Duodecimum, [r] Aug. & [s] Beda referunt quoſdam dixiſſe, Paſcha Iudeorum anno paſſionis Chriſti inæpiſſe ſequenti Sabbatho, & ideo dictã feriam illam. 6. Paraſceuem paſchæ.

[r] *libro de Cõſenſu Euangel. cap. 13.*
[s] *in 19. Ioan.*

Reſpondeo hanc opinionem non approbari ab Auguſt. & Beda: ſed ſolùm quod præparationem ad Chriſti mortem cæpiſſe aſſerat ab hora noctis nonâ, & proinde horam tertiam diei fuiſſe horam ſextam Paraſceues Sabbathi Iudæorum, id eſt ſextam Paſchæ Chriſtianorum, nimirum diei mortis Chriſti.

Decimum tertium, iidem [t] PP. docent acceleratam Domini ſepulturam propter Iudæorum Paraſceuem, quia illa nocte cænam erant comeſturi puram.

[t] *Aug. tract. 120. in Ioan. & Beda ſup.*

Reſpond. non ſignificari per, *illam Cænam, Agnum Paſchalem*, ſed *quandam ſolemnem quam ad veſperam feria 6. ſumebant*, initio videlicet Sabbathi. vnde ab ea Cœna dicebatur etiam ipſa feria ſexta, [u] *Cæna pura.*

[u] *Iren. 1. cap. 10. & lib 5. cap. 23 & Bed. in 23. Luc.*

Decimum quartum Anſel. in 27. Math. ait ſe certa comperiſſe ratione Chriſtum Luna 14. occiſum & 13. præter ordinem legis manducaſſe paſcha.

Reſpondeo, id imperitè inſertum operibus Anſelmi, eum apertiſſimè contrarium doceat in 26. Mathæi.

Decimum quintum canone 11. Synodi 6. cauetur

ne clerici, aut laici azima Iudæorum comedant.

Reſpondeo ſolùm ibi prohiberi commercium cum Iudæis præcipuè circa religionis ritus. At nos celebrantes in azimis non ſequimur Iudæos, ſed Chriſtum.

Decimumſextum author libri, סֵדֶר עוֹלָם *ſeder olam* aſſerit traditionem non celebrandi Paſcha feria. 2. 4. & 6. initium duxiſſe ſtatim à reparato templo poſt captiuitatem Babylonicam.

Reſpondeo. 1. merito reiici hunc authorem: tum quia vix ante 500. ſcripſerit annos, tùm quod multa alia produxerit mendacia. 2. in libro ſeder olam, tam maiore quam minore Latinitati donato à Genebrardo id nomine haberi.

Decimum ſeptimum Caluini hiſtoricos docere ab Alexandro inſtitutam fuiſſe celebrationem Euchariſtiæ in azimo pane, cum antea Eccleſia vniuerſa fermentato vteretur.

Reſpond. 1. tam facile negari, quam facile dicitur nec enim vllum hiſtoricum, aut certum Alexandrum Caluinus producit. 2. hunc Alexandrum non fuiſſe. 2. aut. 3. cum vterque poſt Leonem. 9. vixerit acerrimum propugnatorem noſtræ ſententiæ, neque fuit Alexander. 1. circa an. Domini. 110. tum quia id non ſolum à nemine dicitur, ſed cùm primis illis annis multæ Iudaizarent adhuc Eccleſiæ, & Domini factum recens eſſet, tãque Iudæi quam Dominus azimis vſi ſint, nõ eſt probabile aliquos magis voluiſſe vti fermento, quam azimo: tùm quòd Leo. 9. apertè [x] dicat Rom. Eccleſiam à Petro didiciſſe qualiter diuina debeant celebrari myſteria, ac per mille & 20. annos à paſſione Domini eundem retinuiſſe morem, martyreſque primitiuæ Eccleſiæ noſtris azimis ſaginatos.

[x] *epiſt. ad Michaelem cap. 5.*

Decimum octauum Dominus cum Euchariſtiã inſtituit panem accepit. At azimus non eſt panis. Dicitur enim panis *ἄρτος* ab *ἄιρω attollo*, quod eſt proprium fermenti, quo reuera attollitur farina.

Negatur Minor. Nam Lucæ vltimo in die azi-

morum (tertia iuxta nos, ſecunda iuxta Græcos quando minimè licebat inuenire fermentatum panem) Chriſtus dicitur: [y] *Accepiſſe panem, & benedixiſſe.* Ad rationem 1. panem non dici, quod attollatur à fermento, ſed quod nutriendo attollat animal ſiue creſcere faciat. 2. illam differentiam eſſe accidentalem, quæ non mutat ſpeciem.

[y] *verſ.* 30.

Ergo dices non eſt maior diſcretio habenda inter fermētum & azima, quam inter vinum rubrum, & album in Euchariſtia.

Negatur 1. quia certo ſcimus Chriſtum vſum fuiſſe azimis, & non fermento, neſcimus an vino albo vel rubro. 2. quia azimis ſæpè vſus eſt Deus ad varia ſignificanda myſteria. At vino potius albo quam rubro vel è contra nuſquam.

Decimum nonum, azima ſunt Iudæorum propria. Ergo conſecrare in azimis, eſt Iudaïzare.

Reſpondeo, eſſe propria Iudæorum ad ſignificandam Chriſti puritatem futuram non autem præſentem: vel ad Sacramentum Euchariſtiæ conficiendum alioquin nec vti deberemus aqua, & fermento etiam: cùm his ad ſuos ritus vterentur Iudæi.

Vigeſimum, immolatio Agni Paſchalis figura fuit Paſſionis Chriſti. Sed agnus immolabatur die 14. Ergo & Chriſtus eodem die occiſus, & proinde 13. cœnam inſtituit.

Reſpondeo 1. etiam Chriſtum occiſum ipſo die immolationis Paſchæ, ſed non eadem hora. Nam vt diximus dies feriæ 6. ſpectabat ad diem Paſchæ. 2. magis Agnum Paſchalem ſignificaſſe Euchariſtiam, quam occiſionem Chriſti quod ritus Agni Paſchalis magis ad manducandum, quam immolandum pertinerent, quare merito luna 14. Chriſtum Euchariſtiam celebraſſe qua die agnus immolari debebat.

Vltimum, eſt propter tempus Pentecoſtes, ſed [z] alibi ſolutum.

[z] *tom. 2. lib. 3. de cultu SS. ca.* 13.

De vino temperando aquâ in ſacro Calice.

Cap. X.

[a] EBIONITAE, [b] Tatiani, [c] Aquarij ſolam aquam in calice offerendam dicebant ſobrietatis prætextu. Sed hæc opinio ſtatim fuit [d] à PP. exploſa cùm vino vſum fuiſſe Dominum conſtet.

[e] Armeni ſolùm vinum offerendum cenſuerunt, ne ſignificarent vniorem duarum naturarum in Chriſto, quam minimè credebant.

[f] Lutherus ſtolidos appellat arbitrantes peccatum eſſe non vti in calice aqua. [g] Kemnitius rem eſſe indifferentem aſſerit. [h] Richerus Caluiniſta, hæreticos eſſe qui vino cœnæ aquam immiſcent.

Propoſitio: *non poteſt ſine graui peccato omitti aqua in calice conſecrando.*

Probatur primò, ſicut nequit euidenter ex ſcriptura demonſtrari vinum fuiſſe conſecratum, potius quam ſiceram, nam nec Apoſtolus meminit vini, nec cum ait Dominus, *non bibam de hoc genimine vitis*, intelligi poteſt neceſſario de vino in calice conſecrando: & ideò ad traditionem eſt recurrendum, ita quia certo ex ſcripturâ non habemus num Dominus aquâ fuerit vſus, à traditione id erit mutuandum. Sed traditio Patrum conſtantiſſimè docet Dominum aqua vſum in conſecrando calice. Ergo ita faciendum.

Probatur Minor. *ex Syriâ* habemus Iacobum in liturgia *ſimiliter* (inquit) *poſtquam cœnauit, accipiens calicem, & permiſcens ex aqua, & vino, & benedicens dedit.* Theodoretum Dialogo 1. Et Hamonem

[a] *apud Epiph. hæreſi* 30.
[b] *hæreſ.* 46.
[c] *apud Aug. cap.* 64. *libri de hæreſibus.*
[d] *vide Cypr. epiſt. ad Corneliũ & Chryſoſt. homil.* 83. *in Math.*
[e] *apud Nicephor.* 18. *ca.* 53.
[f] *primo ſcripto contra Regem Angliæ ann.* 1522. *edito Meo ſenſu* (inquit) *melius, & tutius foret aquam non miſcere vino, cùm ſit merum figmentum humanum, & ſiniſtram, immò peſſimam habeat ſignificationem.*
[g] 2. *p. exam. ſeſſ.* 22. *cap.* 7. *& can.* 9.

[h] *apud Nicolaum villegangnon contra articulos quoſdam Caluinianos cap.* 73.

Epiſcopum Gazæ [i] in diſputatione cum Achmet Saraceno. Ex Italiâ [k] Iuſtinũ is enim Romæ ſuas ſcripſit Apologias, & de Romanæ cõſuetudine Eccleſiæ loquitur. [l] Alexãd. 1. atque [n] Ambroſium: Ex *Africâ*, Cyprian. [o] *Admonitos nos ſcias, vt in calice Domini offerendo Dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis quam quod pro nobis prior fecit, vt calix qui in commemorationem eius offertur mixtus vino offeratur.* Concil. 3. Carthag. [p] *Vt in Sacramento corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum.* Item Auguſt. tract. 120. in Ioan.

Ex Galliâ, Irenæ. [q] *Quando miſtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei fit Euchariſtia ſanguinis, & corporis Domini*: ac Euſeb. Emiſſenum ſerm. 5. de Paſchate.

Ex Hiſpania, S. Iſidorum 1. de officijs diuinis.

Ex Luſitania, Concilium Bracarenſe [r] 3. can. 1.

Ex Anglia, [s] Bedam, & [t] Anſelmum. Epiſcop. Cantuarienſem.

Ex Germania, [u] Amalarium Treuirenſ. [x] Rabanum, [y] Triburienſe Concil. prope Moguntiam: Non debet in calice Domini, aut vinum ſolũ, aut aqua ſolâ offerri, ſed vtrumque permiſtum.

Ex Græcia, Baſilium in Liturgia. Nyſſenum ſermone Catechetico. [a] Chryſoſt. [b] Proclum, [c] Damaſcen. [d] Theophylact. imò & recentiores Græcos [e] Nicolaum Methonenſem, [f] Nicõlaum Cabaſilam, [g] Marcum Epheſinum, [h] Nicephorum. Quare perperam nonnulli errorem Armenorum tribuunt Græcis: cùm etiam in ipſo Florentino Concilio iubeantur [i] Armeni vinũ aquâ temperare: quoniam omnes Eccleſiæ Latinorum, & Græcorum ita ſemper fecerunt.

Concluſio nunc probatur 1. Quia non admiſce-

[i] *4. tom. Biblioth. Patrũ.*
[k] *Apolog. 2.*
[l] *Epiſt. 1. & Iulium. 1. apud Gratian. de conſecrat. diſt. 2.*
[n] *4. de Sacr. 4. & lib. 5. cap. 1.*
[o] *2. epiſt. 3.*
[p] *can. 24.*
[q] *5 cap. 1.*
[r] *Calix Dominicus vino, & aqua permiſtus debet offerri: quia videmus in aquâ populum intelligi in vino verò oſtẽdi ſanguinem Chriſti.*
[s] *in 14. Marci.*
[t] *in 26. Math.*
[u] *3. Officior. Eccleſiaſt. 19.*
[x] *1. de Iuſtit. Clericor. 31.*
[y] *can. 19.*
[a] *in Liturgia.*
[b] *tract. de traditione diuinæ Liturgiæ.*
[c] *4. fid. 14.*
[d] *in 19. Ioan.* [e] *lib. ſiue orat. de Euchariſtia.*
[f] *libr. de Sacrificio altaris cap. 8.* [g] *lib. de verbis conſecrat.*
[h] *18. hiſtor. 53.* [i] *in Inſtruct. Armenor.*

tur aqua ad vini vim tẽperandam, vt ſomniat Kemnitius, ſed tum ad myſticam ſignificationem nimirùm ſanguinis, & aquæ ex latere Chriſti: vnionis Chriſti cum Eccleſia, (vinum enim Chriſtum, aqua populos ſignificat) vnionis duarum naturarum in Chriſto: & ſpiritualis potus contenti ſub ſpecie vini: conueniens, enim naturæ humanæ potus eſt vinum aqua tẽperatum: tum quia vinũ fuit ſignificatum per vinum quo Hebræi in ſacrificijs vtebantur, & quod obtulit Melchiſed. aqua, verò per aquam de petra. 2. quia ſufficere debet Chriſti inſtitutio à PP. tot diuerſarum regionum in praxi habita inuariabili.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XI.

PRIMA, [a] Iſaiæ, 1. reprehenditur mixtio aquæ & vini. [a] *v. 22.*

Reſpondeo, mixtionem aquæ & vini poſſe in bonam & in malam inflecti ſignificationem, ſicut Leo dicitur de Chriſto, & Diabolo. apud Iſaiam, ergo hæc mixtio ſignificat corruptionem veræ doctrinæ, ſumpta ſimilitudine à vinitoribus corrumpentibus vinum.

Secunda, nequit hæc mixtio in calice repræſentare aquam & ſanguinem ex latere Chriſti. 1. quia ſanguis, & aqua diſtinctè ab inuicem fluxerunt. 2. quia [b] ſignificant duo Sacramenta Baptiſmum & Euchariſtiam. [b] *Aug. tract. 120. in Ioan.*

Negatur propoſitio ad 1. probationem non ſignificari modum quo fluxerũt illa duo ex latere Chriſti, ſed quomodo eſſent ſi reciperentur in vaſe.

Ad 2. aliud eſſe: ſignificare non dicimus mixtionem in calice ſignificari aquâ, & ſanguinem ex latere, ſed è contra. Nec enim illa ſignificatio aquæ,

& ſanguinis ex latere impedit quin aqua & ſanguis ex latere ſignificentur per mixtionem in calice.

Tertia, ex ſenſu myſtico nequit duci firmum argumentum. Ergo ex myſtica ſignificatione nequit duci mixtionem in calice.

Tranſeat antecedens, negatur conſeq. nam aliud eſt, *myſticè ſignificari*, aliud, *myſticè ſignificare*: quæ myſticè ſignificantur, non ilico certo habemus certiſſima eſſe, quæ myſtice ſignificant nequeunt non certa eſſe: iuxta prius deducitur aliquid ex myſtico ſenſu, iuxta poſterius ex literali: literaliter enim ſignificatur rem aliquid ſignificare myſticè.

Quarta, nequit illa myxtio ſignificare vnionem Chriſti cum Eccleſiâ. 1. quia in Euchariſtia ſolùm commemoratur paſſio Chriſti. 2. non vnimur Chriſto niſi poſt effuſionem ſanguinis eius: illa enim effuſio cauſa fuit noſtræ vnionis. At ante conſecrationem aqua vino miſcetur. 3. ſolus ſanguis Chriſti nos redemit. non igitur debet aqua vino miſceri & offerri ne opera noſtra videamur coniungere laboribus Chriſti in redemptione.

Negatur Propoſitio. & 1. probatio. Nam ipſemet Paulus ait: [c] *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus qui de vno pane participamus*: quibus verbis docet per Euchariſtiam ſignificari etiam vnitatem membrorum Chriſti corporis myſtici.

[c] *1. Corinth. 10. v. 17.*

Ad 2. non poni aquam in calice, vt tunc ſignificet cum ponitur, ſed ſuo tempore. ſicut non fit panis ex multis granis, vt tũc, cum fit ſignificet vnionem membrorum Chriſti, ſed cum erit conſecratus.

Ad 3. negatur conſeq. non enim admiſcetur aqua vt ſignificet noſtra opera offerri in Redemptionẽ cum operibus Chriſti, ſed vt ſignificet vnionem noſtram cum Chriſto. ſigna enim ad placitum inſtituentium ſignificant.

Vltimo non eſt tribuendum mixtioni aquæ, &

vini quod erat tribuendum communioni, nimirũ, *vnire fideles.*

Reſpondeo, nos non loqui de vnione reipſa, quæ reuera fit per communionem, ſed ſignificatiuâ.

De verbis conſecrationis.

CAP. XII. XIII. & XIIII.

PRIMA opinio eſt [a] Innocent. 3. [& [b] Catharini] Dominum antea ſuum conſecraſſe corpus ſine vllis verbis, quã hæc proferret verba. *Hoc eſt corpus meum.* Quæ tamen protulit, vt ſignificaret formam Sacramenti à nobis ſeruandam.

[a] *lib. 4. de myſterio altaris cap. 6.*

[b] *duobus hâc de re libellis editis.*

[Secunda cuiuſd. recentioris, Dominum cum benedixit quibuſdam conſecraſſe verbis ignotis, deinde adiunxiſſe *Hoc eſt corpus*, &c. vt demonſtraret quod conſecrauerat. Probatur.

Primò, ex conſenſu omnium: Dominus benedicendo conſecrauit. At iuxta Euangeliſtas prius benedixit, fregit, deditque, diſcipulis ſuis: quam diceret: *Hoc eſt corpus meum.* Ergo prius conſecrauit.

Secundò, Dominus dicendo: *Accipite & manducate*, vel exhibebat ſuum corpus, vel non. Si prius ergo ante conſecrauit quam diceret: *Hoc eſt corpus meum.* Si poſterius ergo non corpus, ſed panem Apoſtolis dabat: quod falſum eſt.

Tertiò, ſeſſ. 13. cap. 1. PP. Trident. Concilij docent inſtituiſſe Chriſtum hoc Sacramentum, *cum poſt panis viniquе benedictionem ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.* Hęc autem verba, quæ alia ſunt quam illa? *Hoc eſt corpus meum.* Ergo per ea Chriſtus tãtum teſtatus eſt ſe ſuum præbere corpus iam antea conſecratum.

Quartò, vt ibidem habetur cap. 3. *In Euchariſtia*

ipſe ſanctitatis author ante vſum eſt, nondum enim Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cum verè tamen ipſe affirmaret corpus ſuum eſſe, quod præbebat. Ergo antequam diceret: *Accipite*, &c. quæ verba ſignificant vſum, iam antea conſecrauerat.

Quintò ibidem cap. 4. *Quoniam Chriſtus Redemptor noſter ſuum corpus, id quod ſub ſpecie panis offerebat verè eſſe dixit, ideo hæc ſancta Synodus declarat Tranſubſtantiationem fieri*, &c. Ergo ex Concilio requiritur ad veritatẽ huius propoſitionis. *Hoc eſt corpus meum* cum profertur, iam adeſſe corpus, & factam Tranſubſtantiationem.

[c] *concione 1.* Sextò, Aug. in pſal. 33. [c] *ferebatur Chriſtus in manibus ſuis* (inquit) *quando commẽdans ipſum corpus ſuum dixit. Hoc eſt corpus meum.* Item. [d] *Ipſe ſe portabat cum diceret: Hoc eſt corpus meum.* Ergo prius erat corpus, quam diceret, *Hoc eſt corpus meum.*

[d] *conc. 2.*

Septimò, multi PP. docent cum Chriſtus ſuum corpus diſcipulis manducandum daret, hæc verba protuliſſe: *Hoc eſt corpus meum.* Ergo prius aderat quam hæc diceret, vt veritas propoſitionis ſtaret.

Refellitur vtraque ſententia primò, vel Eccleſia conſecrat verbis quibus conſecrauit Chriſtus, vel non: ſi prius, ergo Chriſtus conſecrauit dicendo: *Hoc eſt corpus meum*, nam ea forma vtitur Eccleſia, ſi poſterius: Ergo Eccleſia non habet legitimum Euchariſtiæ Sacramentum, nec poterit probare, ex inſtitutione Chriſti adeſſe corpus Chriſti in Euchariſtia, niſi quando conſecrauit Chriſtus, quia non facit in hoc Sacramento, quod in conſecrando fecit Chriſtus. At Paulus & PP. ſemper nos remittunt ad inſtitutionem Chriſti cum de hoc Sacramento agunt.

Secundò, ſi his verbis non conſecrauit Chriſtus: *Hoc eſt corpus meum.* Ergo neque panem conſecrauit: nec enim magis vnum, quam aliud dici poteſt. Cum panis ſit generaliſſimum in ſcriptura nomen ſignificans quemcumque cibum. Vnde ergo habemus panem eſſe conſecrandum.

Nec

Nec dicas etſi Chriſtus non vſus ſit hac forma, tamen illam poſtea præſcripſiſſe cum dixit: *Hoc eſt corpus meum*: Nam hæc tantum dicta fuiſſent ab eo ad demonſtrandum corpus. At neque ex ſcriptura neque ex PP. neque traditione habes Chriſtum iuſſiſſe *hæc verba eſſe formam*, ſi non fuerunt conſecratoria in Chriſto.

Tertiò, Eccleſia ſemper Credidit ſe imitari Chriſtum in conſecratione. At non eſt veriſimile in re adeo graui deceptam.

Quartò, vt praxis & [e] Concil. Florent. teſtantur Sacerdos cum venit ad illa: *Hoc eſt corpus meum*, mutat perſonam, & induit perſonam Chriſti conſecrantis, vt in vltima Cœna. At id mendaciter & fruſtra fieret, ſi Chriſtus iiſdem non conſecraſſet verbis. [e] *in Inſtruct. Armenor.*

Quintò, vel conſecrauit Chriſtus ante hæc verba: *Hoc eſt corp.* &c. vel poſt. Si ante quomodo prætermiſerunt Euangeliſtæ hanc conſecrandi rationem, cum hac in re multa minus neceſſaria, adeo accuratè deſcripſerint. Si tunc: ergo his conſecrauit. Si poſt ergo falsùm dixit. *Hoc eſt corpus meum.*

Sexto ex PP. Iuſtino Apolog. 2. Irenæ. 4. cap. 32. 33. 34. Tertull. Cyprian. Ambr. &c. [f] ſupra. Imo & Innocent. 3. cap. cum Marthæ. [f] *libro 2.*

Ad primum admittitur Maior, & negatur Minor. quia etſi Euangeliſtæ illa conſtituant verba: *Hoc eſt corpus meum*, poſt hæc, *benedixit fregit, deditque diſcipulis*, tamen non ſeruarũt ordinem. Nam in Marco legimus cap. 14. *accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus.* Nemo autem dicet Chriſtum protuliſſe hæc verba, *Hic eſt ſanguis meus*, poſtquam Apoſtoli biberũt, alioquin ignoraſſent, quid bibebant. Chriſtus ergo conſecrauit his benedictionis verbis. *Hoc eſt corpus meum*: deinde ſtatim fregit diſcipuliſque dedit.

Ad 2. exhibuiſſe ſuum corpus dicendo: *Accipite*, &c. ſed negatur conſecratum antequam proferret.

Hoc eſt corpus,&c. quia ante illa, *Accipite & manduc.* protulit alia:*Hoc eſt corpus meum.*

Ad 3. reſp. 1. mentem Concilij nullo modo eſſe Chriſtum aliis conſecraſſe verbis. tum quia Catechiſmus Tridentinus docet benedictionem Chriſti in his verbis:*Hoc eſt corpus meum*, poſitam fuiſſe: tum quod quotquot interfuerunt Concilio & poſtea ſcripſerunt vt Sotus & Santeſius, Catechiſmi ſententiam ſequuntur, Adde ferri, Catharinum qui Cōcilio aderat ſuam propoſuiſſe ſententiã, nec tamen admiſſum.2. verba quibus teſtatus eſt Chriſtus ſuum corpus præbere, non fuiſſe alia quam hæc, *Accipite*, &c. non enim teſtari ſolum volebat ibi ſuum corpus eſſe,ſed illud etiam dare.

Ad 4. admittimus totum: quia aſſerimus ante dixiſſe Chriſtum *Hoc eſt corpus meum*, quam *Accipite & manducate.*

[g] *lib.1.*

Ad 5. &7. [g] ſupra declarauimus quid requiratur ad veritatem huius propoſitionis.

Ad 6. ſufficere,vt hæc verba Auguſtini ſint vera Chriſtum ſimul dixiſſe. *Hoc eſt corpus*, & ſimul conſecraſſe.]

[h] *Marci Epheſ. libro de verbis conſecrationis, Cabaſilæ in explicatione Liturgiæ cap. 29. & 30.*

Tertia, [h] opinio eſt recentiorum Græcorũ ſcilicet quibuſdam precibus humanis hoc Sacramentum confici.

Primò, quia in Liturgijs Clementis Iacobi Baſilij, & Chryſoſt. poſt illa *Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum* habetur: *Fac Domine panem iſtum corpus Chriſti tui*, &c. At ſi iam facta conſecratio eſſet, fruſtra peteretur fieri.

[i] *7. Eccleſiaſtica. Hierarch.*

[Secundò, [i] Dionyſ. negat preces efficientes conſecrationis, eſſe traditas ſcripto, ne à ſecreto in publicum efferrentur. Ergo non ſunt illa *Hoc eſt corpus meum.*]

[k] *3. Eccleſ. Hierarch.*

Tertiò, illa: *Hoc eſt corpus meum*: dicuntur ante iſta:*Hoc facite in meam commemorationem.* At [k] Dionyſius ipſe poſt hæc conſecrationem ponit.

[l] *act.6.tom.3.*

Quartò, Ioannes Damaſc. 4. cap. 14. Et Epiphanius [l] in ſeptima Synodo tradunt Baſilium

vocaſſe panem Euchariſtiæ ante conſecrationem *ἄζυμα*. At Baſilius hanc vocem habet poſt illa: *Hoc eſt corpus meum* Ergo poſt illa verba nondum conſecratio facta eſt.

Quintò, PP. paſſim docent Euchariſtiam conſecrari precibus. At illa verba: *Hoc eſt corpus meum*, formam orationis non habent.

[Sextò, cum de conſecratione quæſtio propoſita fuiſſet in Concilio Florentino, nec Græci cum Latinis ſentire vellent, Latini permiſerunt Græcis vt quomodocumque vellent ſentirent.]

Septimò, vel hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*, dicuntur à Sacerdote recitatiuè, vel ſignificatiuè: ſi prius ergo non conſecrat: ſi poſterius ergo deberet dicere: *Hoc eſt corpus Chriſti.*

Contra primò, ea vſus eſt forma Chriſtus, & nō alia, vt probatum eſt. At illius ſolius eſt nobis formam Sacramentorum præſcribere: nec vllibi inueniri poteſt aliam nobis præſcripſiſſe quam quâ ipſe vſus eſt. Igitur eâ conſecratio fit.

Secundò, præcepit Chriſtus vt faceremus quod fecit, id eſt, eodem ritu celebraremus quoad formam, & materiam quo celebrauit: At orationibus quibus vtuntur Græci non vſus eſt cum poſtea ſint inuentæ. Igitur non vtuntur debita forma.

Tertiò, Hæc verba. *Hoc eſt corpus meum* in omnibus referuntur liturgiis ad benedicendum, & mutandum panem: recitantur enim ſeorſim ac cum certo ritu, præmiſſis, & ſubſequentibus precibus, ac diriguntur ad panem. Sed verba operatoria in Sacramentis ſunt ipſa forma.

Quartò, Sacerdos conſecrat in perſona Chriſti, ideſt tunc conſecrat cum gerit perſonam Chriſti. At tunc hanc gerit perſonam cum ait: *Hoc eſt corpus meum.*

Quintò Græci vna & eadem oratione, & de cōſecratione panis & vini agunt: ergo ſequeretur ſimul vtramque conſecrari ſpeciem. At dominus ſeorſim, & diuerſis verbis conſecrauit.

Sextò, eadem debet eſſe ratio formæ Baptiſmi, & Euchariſtiæ. At forma Baptiſmi non ſunt humanæ preces: ſed verba Chriſti.

Septimò Sacramenti confectio debet eſſe indubitata. At humanæ præces, niſi conſtet de pacto cum Deo, hanc certitudinem habere nequeunt.

Octauò, mos Græcorum eſt vt verba Domini, *Hoc eſt corpus meum* altâ voce proferantur, & populus ad vtraque reſpondeat. *Amen.* continuoque demonſtrentur populo oblata: ad quid niſi vt adorentur?

Nono, ex PP. [m] Tertull. & [n] Cyprian. [o] Nyſſeno: *Panis ſtatim per verbum in corpus mutatur, vt dictum eſt à verbo: Hoc eſt corpus meum.* [p] Ambroſ. *Cum venitur vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus Sacerdos ſed vtitur ſermonib9 Chriſti.* cap. verò 5. docet huiuſm. verba eſſe illa: *Hoc eſt corpus meũ.* Item [q] *Ipſe clamat Dominus Ieſus: Hoc eſt corpus meum: ante benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem corpus Chriſti eſt* Chryſ. [r] *Quemadmodum verba, quæ locutus eſt Chriſtus eadem ſunt, quæ Sacerdotes nunc quoque pronunciant: ita & oblatio eadem eſt, eadem quoque Baptiſmi ratio*: certum eſt autem Chriſtum non protuliſſe [s] verba in conſecratione quæ nunc adhibent Græci. Auguſt. [s] *Dixi vobis quod ante verba Chriſti, quod offertur in altari, panis dicitur, vbi verba Chriſti deprompta fuerint iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur* [t] Iſichius. 6. in Leuiticum. [v] Damaſc. *Dixit Dominus: Hoc eſt corpus meũ, & hoc facite in meam commemorationem, & omnipotenti,* eius præcepto efficitur donec veniat.

[Decimò ex Concil. Florentino [x] in decreto Eugenij 4. *forma huius Sacramenti ſunt verba ſaluatoris, quibus hoc conficit Sacramentum, Sacerdos in perſona Chriſti loquens.*

Reſpondet hoc decretum non eſſe ſynodicè, nec iudicialiter factum. Contra. 1. quia eandem habet inſcriptionem ac cætera iudicialiter facta. 2. quia Pontifex ait ſe poſt multas diſputationes, & collo-

[m] 4. *contra Marcionem & Iuſtin. Apolog.* 2.
[n] *ſerm. de cœna Domini.*
[o] *orat. Catech.*
[p] 4. *de Sacramen.* 4.
[q] *cap.* 9.
[r] *Homil.* 2. *in* 2. *ad Timoth.*
[s] *ſerm.* 28. *de verbis Domini.*
[t] *cap.* 22. & *Euſeb. Emiſſ. ſerm. de Paſchate.*
[u] 4. *cap.* 14. *fid.*
[x] *in inſtruct. Armenor.*

cutiones, longumque ſtudium, & PP. lectionem hoc edidiſſe decretum. 3. ſe illud conſtituiſſe, nec vlla in futurum de fidei veritate hæſitatio valeat eſſe, vtque idem ſapiant omnes 4. ſub quodam breui compendio, ſe veritatem orthodoxæ fidei quã Romana profitetur Eccleſia, tradere, per hoc decretum, ſacro approbante Concilio Florentino, ipſis oratoribus ad hoc etiam conſentientibus. 5. quia vocatur Synodale decretum, quod oratores Armenorum cum omni deuotione ſuſceperunt.]

Ad 1. reſpondeo ſiue hæc precatio debeat eſſe ante illa. *Hoc eſt corpus meum*, ſiue poſt, non peti, vt reuera fiat panis corpus Chriſti: ſed vt nobis fiat, id eſt, operetur in nobis per nutritionem ſpiritualem: vnde in Liturgia Baſilij, & Clementia non dicitur: *Fac panem iſtum corpus Chriſti*: ſed, *oſtende panem iſtum corpus Chriſti.*

Ad 2. negatur: ſolum enim Dionyſ. ait fas non eſſe preces conſecrationis efficientes, ac ipſorum arcanum ſcripto interpretari.]

[Ad 3. non explicare Dionyſium quibus fiat conſecratio verbis, neque quid ante vel poſt illa: *Hoc facite*, fuerit dictum: quare incertum eſt, quid ſibi Dionyſ. velit. Probabile tamen eſt in Liturgia qua Dionyſ. vtebatur bis poſita fuiſſe illa: *Hoc facite*, &c. ſemel in quadam oratione qua ſe Sacerdos excuſat, quod tantum audeat aggredi munus, cum tamen iuſſerit fieri Chriſtus cum dixit: *Hoc facite*, &c. atque huius orationis meminit, eo in loco Dionyſius: & rurſus peracta conſecratione, repeti, vt in omnibus Liturgiis habetur.

Ad 4. reſp. 1. dici antitypa ante conſecrationem, non quod facta, non ſit: ſed quia Baſilius eo in loco loquebatur de pane, ac ſi conſecratio non fuiſſet facta. [2. videri admodum probabile hæc addita fuiſſe in operibus Damaſceni, & in Actis ſeptimæ ſynodi. Nam Damaſc. ſub finem eiuſdem capitis attribuit corpori Chriſti antitypon, non quod ſit abſens: ſed quia ſuipſius reſpectu, vt eſt in

cœlo, ſit hîc antitypon nobis, & exemplar. Ita vt non agnoſcat, Damaſc. antitypon pro inani figura. Quare nec veriſimile eſſe putaſſe ita Baſilium ſenſiſſe.]

Ad 5. id eſſe. 1. quia nonnumquam PP. totum canonem vocant conſecrationem. 2. quia etiam in his: *Hoc eſt corpus meum*, eſt inuocatio implicita diuinæ virtutis.

Ad 6. negatur nam in vltima ſeſſ. interrogati Græci ab Eugenio Papa cur poſt conſecrationem Euchariſtæ illas adiungerent preces, quibus videbatur conſecratio peti: reſponderunt ſe nihil dubitare, quin conſecratio fieret per Chriſti verba: verùm illas addi preces, vt peteretur à Deo, tanti vtilitas ſacrificij eo modo quo Latini petunt, per illam orationem: *Iube hæc perferri*, &c.

Ad 7. reſpondeo dici illa verba ſignificatiuè, & conſequentia negatur: quia non ſuam, ſed propriam Chriſti repræſentat perſonam conſecrantis: Dici item recitatiuè quia intendit ſimul recitare quid fecerit Chriſtus, ac negatur quoque conſequentia altera: quia ſolum probat non dici mere recitatiuè.

y 4. *Inſtit*. 17. §. 39. Quarta ſententia eſt y Caluini verba Chriſti recitanda operatoria non eſſe, & proinde per modum concionis tantum exprimenda.

Quia cum Dominus dixit: *Accipite & comedite hoc eſt corpus meum*, non alloquebatur panem, ſed Apoſtolos.

z 1. *de Sacramentis* 19. Contra. 1. omnibus ijs argumentis quibus probauimus z ſupra formam Sacramentorum eſſe conſecratoriam.

Secundò, ex omnibus liturgijs conſtat, hæc verba: *Hoc eſt corpus meum*, dici ad panem, non ad populum inſtruendum.

Ad rationem Caluini, verba Domini dicta quidem ad Apoſtolos eſſe, ſed de pane, & ſuper panem, & proinde circa panem, & non circa Apoſtolos efficacia fuiſſe.

Quinta, [a] Buceri non eſſe neceſſarium vlla recitare verba: Quod id nulla ſcriptura doceat.

[a] *in 26.Math.*

Contra id ſatis iuſſit Chriſtus cùm ait: *Hoc facite*, &c.

Sexta, [b] Kemnitij ea omnia verba quæ circa actionem cœnæ dixit Chriſtus, ſpectare ad formã.

[b] *2.par.Examin.ſeſſ.13. cap.1.*

Primò, quia per formam Sacramenti debet explicari Sacramenti ratio, & eſſentia. At illa verba: *Accipite, & comedite*, &c. ſpectant ad hanc eſſentiam: cum maximè ſita ſit in vſu.

Secundò, quia debet ſeruari præceptum Domini cum dixit *Hoc facite*. At non minus dixit *Accipite*, &c. quàm: *Hoc eſt corpus meum*.

[Tertiò, [c] Euſebius Emiſſ.& [d] Ambroſ.dum aſſerunt verbis Chriſti Sacramentum fieri numerant & illa, *Accipite & manducate*.] Contra.

[c] *homil 3.de Paſchate.*
[d] *4. de Sacr. 4. & 5.*

Primò, quia alia verba præter hæc: *Hoc eſt corpus meum*, non ſunt neceſſaria ad ſignificandam eſſentiam Sacramenti quod non conſiſtere in vſu, ſed rem eſſe permanentem ſupra probauimus, vnde ſoluitur primum aduerſariorum.

[Secundò, non ſpectãt alia verba ad præceptum Chriſti: *Hoc facite*, &c. Nam hoc ſolum iuſſit fieri quod repræſentaret ipſum Chriſti factum, & memoriam referret paſſionis eius. At ſiue dicantur illa: *Accipite, & manducate*, ſiue non, dummodo accipiatur, & manducetur Chriſti corpus, vere repræſentatur factum Chriſti, & rectè intelligi poterit ibi adeſſe corpus eius, vel id Sacramentum eſſe: quod non erit ſimile niſi dicas illa: *Hoc eſt corpus meum*. hinc refellitur ſecundum.

Tertiò, quia hæc verba: *Hoc eſt corpus meũ*. eodem modo in Mathæo, Marco, Luca, & Paulo, ac liturgijs habentur: cætera variantur. [Ad 3. ita recitaſſe hæc verba illos PP. ob continuationem orationis, vel ad ſignificandum Sacramenti vſum.]

Septima, formam Calicis eſſe ea omnia verba quæ diſtinctè in canone ponuntur ſcilicet: *Hic eſt ſanguis meus noui, & æterni Teſtamenti myſterium fidei,*

panis & illis: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, contineri vini. Quæ ſufficienter probatur ex aliarum refutatione.

Kemnitij de forma huius Sacramenti Calumniæ.

CAP. XV.

PRIMA, [a] Catholicos inter ſe multũ diſputare de forma Euchariſtiæ. Sed contrarium patet ex miſſalibus omnibus. Nec refert [b] Scotum mouiſſe quæſtionem an ſolis verbis illis: *Hoc eſt corpus meum*, conſecratio perficeretur. Nam ipſemet affirmat illa ad formæ eſſentiam pertinere: neque negat ea omnia, & ſola recitanda eſſe, in Euchariſtiæ myſterio, quæ in miſſalibus habentur.

[a] *pag. 336. & 337.*

[b] *4. diſt. 8. q. 2. art. 2.*

[c] Secunda, quoſdam Theologos docuiſſe quatuor tantum verba eſſe de forma, nimirum. *Hoc eſt corpus meum*, Sed contrarium D. Thomam exiſtimaſſe. At [d] D. Thomas idem omnino cum alijs ſentit.

[c] *pag. 336.*

[d] *3 p. q. 78. ar. 2.*

[e] Tertia, [f] Colonienſes, & [g] Lindanum ſcripſiſſe panem & vinum non conſecrari, per ſola Chriſti verba, niſi addãtur reliquæ canonis preces. Sed hi doctores ſolum aſſerunt eos non verè conſecrare qui ſolum verba Domini recitant legendo Epiſtolam ad Corinthios: id eſt, recitatiue tantum.

[e] *p. 337.*

[f] *in Antididagmate tit. An ſine prece canonica Eccleſiæ conſecretur Sacramentum.*

[g] *4. cap. 41. Panopliæ.*

[h] Quarta, dubitari à Catholicis an ad conſecrationem Euchariſtiæ ſit neceſſarium altare ſacrum, ſacræ veſtes, &c. Sed nullus Catholicorum vſquam dubitauit hæc ad conſecrationem eſſentialiter non pertinere.

[h] *ibid.*

[i] Quinta, Proclum fingere Apoſtolos intra diem

[i] *pag. 347.*

Aſcenſionis,& Pétecoſtes compoſuiſſe canonem. Sed Proclus, poſt Chryſoſtomum Epiſcopus Conſtantinopolitanus,ſolùm [k] docet poſt Aſcenſionem Domini Apoſtolos fuiſſe totos orationi deditos, & collectos maximè ad ſacrificium celebrandum, ſemper illud, *Hoc eſt corpus meum*, memoria reuoluentes.

[k] *libro de traditione diuinæ Liturgiæ.*

De miniſtro Euchariſtiæ.

CAP. XVI.

VICLEF [a] teſte waldenſi dubitauit an poſſet malus Sacerdos Euchariſtiam conſecrare,& id nequiret Laïcus bonus.Luther [b] affirmauit à quocumque fiat conſecratio,etiam à Diabolo validam eſſe non tamen, ob Eccleſiæ ordinem,licere niſi legitimè vocatis.

[a] *tomo 2. de Sacramentis cap.7. & 28.*
[b] *libro de Miſſa abrogandâ.*

Hæc abſurda ſentétia infallibiliter ſequitur.1.ex illo cõmuni Lutheranis,& Caluiniſtis principio ſcilicet Sacramenta ſolum excitare fidem repræſentatiue:Hac enim ratione à quocumque exhibeantur eandem ſemper vim habebunt. 2. ex altero item principio ſcilicet per ordinationem miniſtrorum nullum imprimi characterem aut dari aliquam ſpiritualem potentiam:ſed ſolum vſum officij.hinc enim facile deducitur rationem miniſtrorum non ad effectum Sacramenti: ſed ad ſolam Eccleſiaſticam diſciplinam ſeruandam requiri.

Eccleſia verò Catholica docet ita neceſſariam eſſe ordinationem Sacerdotalem ad Euchariſtiam conficiendam, vt abſque illa nullo modo confici queat.

Probatur.Primò, illud: [c] *Hoc facite*, Luc. 22. non ſignificat ſolùm,*Manducate, & bibite*, quod omnibus Chriſtianis competit, ſed ſignificat *conſecrate, ſumite, & aliis diſtribuite,vt me facere videtis* tùm quia

[c] *verſ.19.*

illorum: *Accipite & manducate*, non meminit Lucas tùm quod nulla eſt ratio cur illud. *Hoc facite*, non referatur ad omnia quæ Chriſtus fecit: tum denique quod non haberemus alioquin præceptum de Euchariſtia conſecranda.

At iſta tria nequeunt conuenire omnibus alioquin omnes tenerentur conſecrare. Ergo illud mãdatum datum eſt quibuſdam ſolùm, qui ideò Sacerdotes dicuntur.

Secundo, ex traditione, & conſenſu Eccleſiæ. Id enim docent Nicænum 1. can. 14. Lateran. 4. cap. 1. Florẽtinum in inſtructione Armenorum & Tridentinum [d] ſeſſ. 22.

Tertio, ex PP. Dionyſ. [e] *Nec ipſe* (inquit) *ſacerdos erit, niſi Pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus.* Ignatius epiſtola ad Trallianos ait eſſe infideli deteriorem, qui audet aliquid facere circa miniſteriũ altaris, niſi fuerit Epiſcopus, aut Preſbyter. Clemens [f] *Omnis laicus ſine ſacerdote aliquid attentans, fruſtra facit.* Iuſtinus Apolog. 2. [g] Tertullianus ridet Marcioniſtas, quòd apud eos aliqui ſint hodie clerici, cras laïci, & laicis ſacerdotalia committantur munia:

[h] Cyprianus non ſolùm docet Euchariſtiam minimè confici niſi à Sacerdote: ſed etiam inde colligebat, non eſſe apud hæreticos Euchariſtiam veram, quod non eſſet apud eos Sacerdotium verum.

Athanaſius Apolog. 2. contra Arianos Baſilius lib. 2. de Baptiſmo. 8. & [i] Epiphanius docẽt Apoſtolos ſolos ordinatos à Chriſto Euchariſtiæ miniſtros: deinde ab Apoſtolis Epiſcopos alios, atque Præſbyteros. Cæteris autem Laicis, & maximè fœminis id nuſquam licuiſſe. Chryſoſt. lib. 3. & 6. de Sacerdotio. Hierony. libro contra Luciferianos docet Hilarium quendam quod ſolus eſſet Diaconus non potuiſſe Euchariſtiam conſecrare, neque clericos ordinare.

[d] *ſeſſ. 22. cap. 1.*

[e] *5. Eccleſiaſt. Hierarch.*

[f] *2. Apoſtol. conſtit. 31.*

[g] *libro de præſcriptionibus.*

[h] *1. epiſt. 2. & 9. art. li. 3. epiſt 15.*

[i] *hæreſi 79.*

charitas eſt incompatibilis mortali peccato. Si ergo remittit mortalia peccata Euchariſtia: quomodo communicans erit in charitate? vel ſi eſt, quomodo ei mortalia remittuntur?

1. *Effectus Sacramenti Euchariſtiæ non eſt remittere peccata.*
2. *Accedentes cum mortali conſcientia peccati indignè Euchariſtiam ſumere.*

Cap. XVIII.

PRIMA *pars* probatur. Primò, quia Ioan. 6. (qua de Euchariſtiæ manducatione agitur, ſiue tantum ſpirituali vt volunt aduerſari ſiue corporali etiam vt Catholici cõtendũt) inter effectus Euchariſtiæ numerantur quidem *præſeruare à fame, à morte, viuere in æternũ, manere in Chriſto.* At de remiſſione peccatorum, nec vllum verbum habetur.

Secundò, ibidem *Caro mea* (inquit Chriſtus) *verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* At [a] quamuis verum eſſet, cibum ægrotis dari ſolis (quod tamen ridiculum eſt) cum maximè detur ſanis ne ægrotent, tamen nuſquam probabitur dandum eſſe mortuis.

[a] *vt vult Caluin. ſup.*

Tertiò, probaturi ſumus non licere accedere ad communionem conſcios peccati mortalis. Ergo non eſt proprius Euchariſtiæ effectus remittere mortalia.

Quartò, Sacramentum Euchariſtiæ à Sacramentis diuerſum eſt aliis. Ergo finem proximum, ſiue effectum proprium habere debet à fine & effectu aliorum diuerſum. At inter alia Sacramenta ſunt quæ remittãt peccata, quamuis alia, & alia ratione: Baptiſmus ſcilicet per regenerationem Abſolutio, per reconciliationem poſt Baptiſmum, alia autem

Sacramenta non agnoſcunt cum Euchariſtia aduerſarij. Ergo maximè iuxta illos Euchariſtiæ effectus proprius non erit remittere mortalia peccata.

Quintò, in Eccleſia ſemper [b] conſuetudo fuit arcendi à Communione Catechumenos, Energumenos, ac Pænitentes nondum reconciliatos. At ſi Euchariſtia ſolùm eſt ægrotorũ pharmacum & remiſſio peccatorum: quare peccatoribus non datur antequam per Baptiſmum, aut reconciliationem ſanentur?

Sexto, [c] antiquus eſt Eccleſiæ mos Euchariſtiam dandi Neophytis immediatè poſt Baptiſmũ. At tunc nulla ſunt mortalia quæ remittantur.

Septimò, aduerſarij fatentur requiri fidem ante Communionem: aliqui Pœnitentiam, alij etiam Abſolutionem addunt. At iuxta eos ſola fides iuſtificat. Ergo Euchariſtia nulla inuenit peccata, quæ remittat.

Reſpondet Kemnitius. [d] Primò, remiſſionem peccatorum non inhærere animæ, vt colorem in ſubiecto. Quare perpetuo opus eſſe, quotidiano fidei exercitio, quo apprehendatur Chriſtus cum remiſſione peccatorum, ſi hanc remiſſionem voluerimus retinere.

Contra: vel Kemnitius vult non durare peccatorum remiſſionem, niſi quandiu actus fidei durat: vel aliquantulum durare, ſed non diu. Non prius: quia ſequeretur eos qui actu deſinunt credere, ſine ſua culpa iterum recidere in omnia ſua peccata, & morientes & amentes nullo modo ſaluari poſſe quod eſt abſurdum. Si poſterius ergo ſi detur Euchariſtia intra ſpatium quo durat remiſſio peccatorum: non remittet peccata.

Reſpondet, [e] Secundò, in tentationibus ſæpè angi mentem, ac dubitare an ſibi remittantur peccata, quia promiſſio Dei verbi cum ſit generalis, non agit de illo vel iſto in particulari. Quare neceſſarium eſſe Euchariſtiam, quæ in particulari applicet promiſſionem, & eo modo fidem iuſtifican-

[b] *Chryſoſt. homil. 60. & 61. ad populum Concil. Ancyr. can. 4. 5. 6. & 7. Nicæn. 1. ca. 11. & 12. &c.*

[c] *Ambroſ. lib. de init. & Cyrill. in catecheſibus.*

[d] *pag. 361.*

[e] *ibid.*

tem excitet.

Contra. 1. ſolum probat in conſcientijs dubijs remitti per Euchariſtiam peccata. 2. illa applicatio generalis promiſſionis optime fit per abſolutionem ante Communionem, & facile fieri poteſt per fidem Baptiſmi. 3. aut fidem habent homines ante Communionem, aut non: ſi prius, ergo ſunt iuſtificati: ſi poſterius, ergo indignè accedunt: & proinde nec remiſſionem conſequuntur peccatorum.

Reſpondet [f] Tertiò, Euchariſtiam dari in teſtificationem, & obſignationem remiſſionis peccatorum acceptæ.

Sed hæc reſponſio, eſt teſtificatio Veritatis ſententiæ noſtræ & falſitatis aduerſariorum. Sequitur enim remiſſa eſſe ante Communionem peccata.

Secunda pars probatur Primò, ex figuris. [g] Agnus Paſchalis, & panes Propoſitionis. 1. Reg. 21. non poterant, niſi à purificatis edi & mundis.

Præterea, [h] Quicumque aliqua immunditia pollutus edebat de ſacrificiorum carne, peribat anima eius de populo Dei. [i] Chriſtus ideò lauit pedes diſcipulorum ante eſum Euchariſtiæ vt ſignificaret non niſi mundos accedere debere. Math. 22. ſeueriſſimè punitur qui ſine nuptiali veſte ad conuiuium regis præſumpſerat intrare. [k] Filius prodigus non ante ad epulum vituli ſaginati introducitur quàm reconciliatus Patri, ac veſtimentis, & annulo ornatus.

Secundò, ex 1. Corinth. 10. [l] *Vnus panis, & vnum corpus ſumus, qui de vno pane participamus.* Ergo hoc Sacramentum non prodeſt niſi membris inter ſe, & cum capite vnitis, quod ſine charitate non fit.

Tertiò, 1. Corinth. 11. [m] *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.* [n] *Qui enim manducat,*

Reſpondent probandum eſſe an habeamus veram fidem. Contra Apoſtolus non arguit Corinthios quod fide vera, ſed quod moribus carerent. 1. quia ſtatim poſt Euchariſtiam in Eccleſia comede-

[f] *p. 499.*

[g] *Numeror. 9. quo magis placet Deo differri manducationẽ Agni quam ab immundis mãducari.*

[h] *Leuit. 22.*

[i] *Ioan. 13.*

[k] *Luc. 15.*

[l] *v. 17.*

[m] *v. 28.* δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.

[n] *v. 29.*

bant.2. proximum offendebant dum ditiores lautè conuiuarentur eſurientibus, & videntibus pauperibus.3. quod crapulis indulgerent. Deinde ſubiungit Paulus: *Probet autem ſeipſum*, &c. vnde apparet loqui de probatione circa mores.

Quartò, ex PP.. In Græcis Liturgiis clamat Diaconus: *Sancta Sanctis*, quibus verbis arcentur omnes peccatores, vt [o] Chryſoſt. exponit. Iuſtinus: *Porrò* [p] (inquit) *alimentum hoc apud nos appellatur Euchariſtia, quod nulli alij participare licitum eſt, quam veram eſſe doctrinam noſtram credenti, & lauacro, propter remiſſionem peccatorum, & regenerationem abluto, & ita, vt Chriſtus tradidit, viuenti.*

Cyprianus: [q] *Nondum* (inquit) *pœnitentia acta, nondum Exomologeſi, nondum manu eius ab Epiſcopo, & clero impoſita, Euchariſtia illis datur, cum ſcriptum ſit: qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè reus erit corporis, & ſanguinis Domini*, reprehendit autem eos qui ad Euchariſtiam admittebant peccatores nondum abſolutos.

Baſilius lib.2. de Baptiſmo. 3. Ambroſius: [r] *vbique myſterij ordo ſeruetur, vt prius per remiſſionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, poſtea alimonia menſæ cæleſtis exuberet.* Hierony. in 1. ad Titum, [s] Chryſoſtom. *Cum tali puritate accede ſemper, ſine hâc ne præſumas vnquam: Regem vtique non audeas oſculari ſi quidem os tuum olet grauiter, & Regem cælorum impudens oſcularis anima tua vitiis olente*, &c. Aug. [t] *Innocentiam* (inquit) *ad altare portate: peccata, etſi ſunt quotidiana, vel non ſint mortifera.* Leo ſermone. 2. de Reſurrectione Cyrillus [v] 4. in Ioannem [x] Iſichius, [y] Gregor. [z] Bernardus. Concil. Trident. ſeſſ.13. can.11. *Si quis dixerit ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Anathema ſit*, &c.

[o] *homil. 61. ad popul. Antioch.*
[p] *Apolog. 2. ſupe finem.*
[q] *3. epiſt. 14.*
[r] *6. in Luc. cap. 37.*
[s] *homil. 3. in epiſt. ad Epheſ.*
[t] *tract. 26. in Ioan.*
[v] *cap. 17.*
[x] *7. in Leuit.*
[y] *2. cap. 1. in librum. 1. Reg.*
[z] *ſerm. de cœna domini.*

Soluuntur

Soluuntur obiectiones.

Cap. XIX.

PRIMA, [a] Non venit Chriſtus vocare iuſtos, ſed peccatores quibus etiam ſe tangendum præbuit.

[a] *Lutheri.*

Reſp. ibi de primâ vocatione, ad fidē & pœnitentiam agi: ſe præbuit autem peccatoribus tangēdum Chriſtus cum hîc humano viueret more ac poſtea minimè. [Deinde aliud eſt tangere Chriſtum indignè, aliud ſumere indignè Sacramentum. Nam qui indignè ſimpliciter tangit, non impedit ordinatum effectum alicuius rei Sacræ. At qui indignè ſuſcipit Sacramētum conſcius peccati, impedit voluntariè effectum, & proinde grauiſſimè peccat etiamſi cum deuotione ſuſciperet] Denique cum tangeretur Chriſtus etiam ab Ethnicis, ſequeretur & illis Euchariſtiam eſſe dandam.

[b] Secunda, nullus certus eſt ſe omni carere mortali peccato. Ergo nullus ad Communionem accedere debet.

[b] *Caluin.* 4. *cap.*17. §. 41. & 42.

Reſpondeò, non exigere à nobis Dominum certitudinem dumtaxat infallibilem, ſed moralem: nimirū vt vnuſquiſque ſeipſum probet, & faciat quod in ſe eſt quatenus peccatum purgetur.

[c] Tertia, Chriſtus vocat Euchariſtiam Teſtamentum nouum. Sed in nouo Teſtamento includitur pactum de remiſſione peccatorum. Hierem. [d] 31. Ergo Euchariſtia eſt in remiſſionem peccatorum.

[c] *eſt Kemnitij.*

[d] *v.*33. & 34.

[e] Reſpondeo, Euchariſtiam eſſe Teſtamentum 1. quia eſt ſignum voluntatis teſtatoris diuinitùs inſtitutum, quatenus eſt repræſentatio effuſionis ſanguinis Chriſti in redemptionem, & ita nullus negat continere remiſſionem peccatorum noſtrorum. 2. quia eſt cauſa inſtrumentalis ap-

[e] *de varia Teſtamenti acceptione vide ſup. lib.*1. *cap.*11.

plicandæ hæreditatis nempe gratia Dei per mutationem & conſeruationem animæ: & ita non eſt opus remiſſionem peccatorum importare.

Quarta, in omnibus liturgijs habentur preces quibus oratur Deus, vt faciat iſtud Sacramentum nobis eſſe in remiſſionem peccatorum.

Reſpondeo, id rationabiliter fieri. 1. quia prodeſt ad delenda mortalia oblita. 2. ad tollendam pœnam peccatis debitam. 3. ad venialium remiſſionem.

Quinta, ſi delet venialia, quidni, & mortalia? An deeſt virtus?

Reſpondeo, non deeſſe virtutem, ſed inſtitutionem.

Sexta, non magis prodeſt cibus non cognitis pro mortuis, id eſt, qui neſciuntur, quam cognitis: quia vtrinque ad vitam non prodeſt. Ergo ſi hoc Sacramentum quia cibus eſt, non delet mortalia ſcita, neque etiam mortalia oblita.

Reſpondeo, ſi daretur aliquis corporalis cibus qui vi ſua poſſet mortuum viuificare, dummodo debito ſuſciperetur modo, proculdubio aliquos viuificaret mortuos, aliquos non: ſed quia non datur, propterea cibus corporalis nullis prodeſt mortuis. At Euchariſtia cibus ſpiritualis talis eſt. Quare dat vitam mortuis qui ſe mortuos ignorant, quia ex ſe vim habet conferendi gratiam: non datijs qui ſe mortuos ſciunt, quia voluntariè obicem ponunt, quò d non accedant ad hoc Sacramentum, iuxta inſtitutionem eius.

Opiniones, & ſcriptores de Communione ſub vtraque ſpecie.

CAP. XX.

CIRCA annum Domini 1412. Petrus Dreſdenſis Germanus cum Pragæ in Bohemia verſaretur incidens in illa verba: [a] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem*, &c. miratus cur contra tam apertum Domini præceptum laïci fraudarentur omnes calicis vſu monuit Iacobellum Minenſem item Germanum, Pragæ concionatorem, vt pro concione inſtrueret populos ſaluari non poſſe, niſi de calice Domini biberent. Quod placuiſſe tunc vehementer hæreticis, teſtatur Æneas Syluius cap. 35. hiſtoriæ Bohemorum.

[b] Lutherus docuit Primò, non eſſe vniuſcuiuſque Epiſcopi inſtituere calicis vſum laïcis, ſed Concilio generali: nec eſſe neceſſe dari vtramque ſpeciem laïcis. 2. [c] id poſſe vnũquẽque Epiſcopũ in Diœceſi ſuâ: imò compelli iure diuino ſacerdotes dare laïcis, ſi accipere velint, ſpeciem vtramque. 3. [d] ſi Concilium aliquid hac in re ſtatueret, nequaquam velle ſe ſuoſque hoc decretum ſequi. Tamen Aſſert. art. 16. ait laïcos qui nequeunt impetrare vtramque ſpeciem, ſi omittant ſaltem eam deſiderare, Chriſtum denegare. In libro vero viſitationis Saxonicæ damnat planè Communionem ſub vna ſpecie.

[e] Brentius, [f] Melancthon, [g] Kemnitius, [h] Caluinus hac in parte Lutherum ſequuntur atque multa ſcripſerunt.

Ex Catholicis verò ſcripſerunt [i] Æneas Syluius, [k] Pighius, [l] Tapper, [m] Ekius, [n] Hoſius,

[a] *Ioan. 6. v. 53.* ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, *non habebitis vitã in vobis.*

[b] *ſerm. de Euchariſtia.*

[c] *aſſert. ar. 16.*

[d] *in formulâ Miſſæ.*

[e] *Apolog. pro Confeſſ. witemberg.*

[f] *Apolog. Cõfeſſ. Auguſtanæ.*

[g] *2. par. Examin. ſeſſ. 21.*

[h] *4 Inſtit. 17. à §. 47. ad 50. incluſiuè.*

[i] *epiſt. 130.*

[k] *in controuerſiis Ratiſponenſib. controuerſ. 7.*

[l] *explicatione art. 17. Louanienſ.*

[m] *homiliis de Sacramentis.*

[n] *Dialogo de Communione ſub vtraque ſpecie.*

[o] Roffenſis, Caietanus in 3.q.88. Dominicus Soto. in 4. diſt. 12. q. vnica artic. 12. Cenſura Colonienſium contra errores Mohemij. art. 27. [p] Dieghus Payua, [q] Ioannes à Louanio, [r] Iodocus Tiletanus, [s] Claudius de Sainctes, [t] wilelmus Alanus.

Totum eſſe Chriſtum ſub vtraque ſpecie.

Cap. XXI.

NEGANT Sacramentarij, cum velint ſolùm ſignificari corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini. Lutherani [a] quidam cum Sacramētarijs dumtaxat conueniunt.

[b] Quidam affirmant totum contineri Chriſtum ſub vtraque ſpecie.

Quidam, vt Lutherus ipſe, ac [c] Melancton quæſtionem iſtam diſſimulant.

Fide tamen credendum eſt totum planè Chriſtum ſub vtrâque contineri ſpecie.

Primò, [d] *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.* Loquitur equidem Ioannes præcipuè contra Ebionitas: verum cum propoſitio ſit vniuerſalis, ſpectat ad omnes, qui quocumque modo ſoluunt Chriſtum. At ille ſoluit, qui in Sacramento vult quidem adeſſe corpus, ſed non animam, non diuinitatem.

Secundò, [e] Qui manducat me (inquit Chriſtus) viuet propter me. At non manducatur, niſi ſub ſpecie panis. Non eſt autem manducari ipſum, mãducare corpus ſolum.

Tertiò, corpus Domini eſt verè & realiter, in

[o] *refutatione art.16. Lutheri.*
[p] *libro 7.*
[q] *libro de Cõmunione ſub vtraque ſpecie.*
[r] *Apolog. pro Concilio Trident.*
[s] *vltima repetitione de Euchariſt.*
[t] *li.1. de Euch. cap. 39. & ſeq.*
[a] *Tilmannus Heshuſius lib. de ſexcentis erroribus Pontificior. tit.17. errore.4. & 14. Illyricus contra Sacramētarios par.2. argum. 25. & par.3. in ſolutione tertia obiectionis.*
[b] *Brentius ca. de Euchariſtia Confeſſionis witemberg. & Kemnit. in fine diſputationis de vtraque ſpecie.*
[c] *in Apolog. ar.10. Confeſſ. Auguſt.*

[d] *v. 3.* πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ *non confitetur* ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, *venientem in carnem* ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι. καὶ τοῦτο ἐστι τοῦ ἀντιχρίστου.

[e] *Ioan. 6. verſ. 57.*

Euchariſtia vt probatum eſt. At, [f] *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur.* Ergo ibi eſt cum corpore anima (alioquin alicubi inueniretur mortuũ corpus poſt Reſurrectionem) [g] *Verbum autem caro factum*, id eſt, nullam aliam habet corpus Chriſti, imo humanitas Chriſti, ſubſiſtentiam, præter verbum diuinum. Ergo cum corpore & anima eſt ibi perſona diuina verbi: ſed illa perſona eſt inſeparabilis à Deïtate, ergo per concomitantiam ibi ſunt cum corpore Chriſti anima & Deïtas.

[Quartò, ex [h] Concil. Conſtantienſi, [i] Florentino, & Tridentino quæ id expreſſe definiunt vt dogma de fide.]

Quintò, ex PP. [l] Sanctus Andræas apertè dixit immaculatum agnum in altari offerri, immolari, à populo manducari, & tamen integrum, ac viuum permanere.

Origenes meminit eius ritus quo communicaturi dicimus, *Domine non ſum dignus.* quibus certe verbis agnoſcimus Dominum ibi adeſſe, id eſt, ſimul animam ac perſonam diuinam, cum corpore. [m] Cyprianus ait ſumentes corpus Domini, in ipſo, Dominum ſuum amplecti. Nicæna Synodus can. 2. in ſacra menſa ſitum eſſe agnum Dei, qui tollit peccata mundi.

[n] Hilarius, per manducationem Euchariſtiæ filium Dei in nobis eſſe. [o] Cyrillus, ſub ſpecie panis ſummum contineri Regem, & ideo maximâ reuerentia ſumendum, ne in terram cadat.

[p] Ambroſius, Chriſtum in illo Sacramento eſſe: quia ibi eſt corpus Chriſti. [q] Baſilius: *Qui ſupra* (inquit) *cum Patre ſedes, & hîc inuiſibiliter nobiſcum es.* [r] Hierony. *Ipſe* (inquit) *conuiua & conuiuium, ipſe co-*

[f] *Rom. 6. v. 9.* Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει.

[g] *Ioan. 1. v. 14.* ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.

[h] *ſeſſ. 13. firmiſſimè credendum, & nullatenus dubitandum integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini veraciter contineri.*

[i] *in inſtruct. Armen. totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini.*

[k] *ſeſſ. 13. can. 3. Si quis negauerit in venerabili Sacramento Euchariſtiæ, ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus ſeparatione facta totum Chriſtum contineri Anathema ſit.*

[l] *vid. lib. 2.* [m] *4. epiſt. 6.* [n] *8. Trinit.* [o] *Catech. 4.*

[p] *de init. myſt. cap. 9.* [q] *in Liturgiâ.*

[r] *epiſtol. ad Hedibiam. q. 2.*

medens, & qui comeditur. Chriſoſt. [s] *Ipſum*(nempe Chriſtum) *vides, ipſum tangis* (inquit) *ipſum comedis.* Item: [t] *non regium puerum, ſed ipſum vnigenitum Dei Filium accipis.*

[s] *homil. 83. in Math.*
[t] *homil. 24. in 1. Corinth.*

Sextò, ex communi Chriſtianorum ſententia. Nec vllus enim dum communicat arbitratur ſe ſolùm ſumere cadauer.

Vltimò, quandocumque duo ſunt, & manent inter ſe coniuncta, ſi vnum ſit maius, aliud minus: vbicumque erit minus erit maius: non è contra, quod ſi ſint inter ſe adæquata, vbicumque erit vnum erit aliud quoque. Sed corpus ſanguis, anima Chriſti, & perſona diuina ſunt, & manent inter ſe coniuncta. Ergo vbi erit corpus erit ſanguis, & anima. Quæ quoad, vbi, adæquata ſunt inter ſe. Erit quoque perſona diuina, ac Deitas: quamuis vbicumque ſit diuinitas non ſit humanitas Chriſti, quia Deitas latius patet humanitate.

[u] *Caluin. 4. Inſtit. 17. §. 18.*

[u] Obiicitur primo, ſymbola Euchariſtiæ diuerſa ſunt. Ergo diuerſa continent.

Reſpondeo, diuerſa continere ſolâ vi ſymboli, vi autem concomitantiæ idem continere.

[x] *§. 74.*

[x] Secundò, Dominus non dixit, panem eſſe ſanguinem ſuum, vel ſeipſum, ſed ſuum corpus.

Reſpondeo, neque nos hoc dicere, ſed ſolum contendimus cum corpore Chriſti, etiam cætera adeſſe.

[y] *Hermannus Hamelmannus.*

[y] Tertiò, *Dogma datur Chriſtianis quod in carnem tranſit panis,* non dixit, *in carnem, & ſanguinem,* ſed, *vinum in ſanguinem*

Reſpondeo, vi etiam conuerſionis ſolam per ſe adeſſe carnem, cætera per illam, ratione concomitantiæ.

Quartò: *Caro cibus, ſanguis potus: manet tamen Chriſtus totus ſub vtraque ſpecie.* Si ſub vtraque, ergo non ſub qualibet.

Negatur conſeq. hæc enim D. Thomæ verba de vtraque ſpecie, disiunctiuè ſunt accipienda, alio-

quin non potuiſſet aduerſatiuam, *tamen,* ſed coniunctiuam, *Et.*

An tota Sacramenti ratio in vna ſpecie inueniatur.

CAP. XXII.

NEGANT hæretici Primò, quia vel panis, & calix duo ſunt Sacramenta, vel non: ſi prius ergo fraudatur populus Sacramento integro, ſi poſterius ergo dimidiatum accipit Sacramentū.

Secundò, Euchariſtia eſt ſpirituale conuiuium. Ad conuiuium autem requiritur cibus, & potus.

Prima propoſitio: *Euchariſtia vt eſt pignus amoris, poteſt optimè in quâuis ſpecie conſeruari.*

Nam Euchariſtia eſt pignus quatenus ſignificat, & exhibet Chriſtum præſentem. Id autem quælibet ſpecies facit.

Secunda, *In vna ſpecie non habetur perfectè, & integrè ſacrificij ratio, ſed vtraque neceſſaria eſt.*

Primò, quia Euchariſtia, vt ſacrificium, repræſentat Chriſti paſſionem. Eſt enim quædam imitatio Sacrificij in cruce peracti. Sola autem ſpecies panis non repræſentat exactè Chriſtum mortuum, quia non repræſentat ſanguinem effuſum: neque ſola ſpecies vini, quia non repræſentat corpus immolatum.

Secundò, [a] debet in Sacrificio Miſſæ reipſa eſſe, quod in ſacrificio Melchiſedech. [b] At Melchiſedech obtulit panem, & vinum. [a] *Pſal.* 109. *verſ.* 5. [b] *Geneſ.* 14. *v.* 18.

Tertiò, Sacrificium propriè ordinatur ad remiſſionem peccatorum. [c] ſine ſanguinis effuſione autem non fit remiſſio. [c] *Hebr.* 9. *v.* 22.

Quarto, ex praxi Eccleſiæ, quæ adhibuit ſemper vtramque ſpeciem in ſacrificio Miſſæ.

Tertia Propoſitio: *In qualibet ſpecie inuenitur tota eſſentia, ac ratio Sacramenti, nec dimidiatum Sacramentum dici poteſt.*

Probatur Primò ex Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 3. *Declarat fatendum eſſe, etiam ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi, atque adeò nullâ gratiâ neceſſaria ad ſalutẽ eos defraudari qui ſolam vnam ſpeciem accipiunt.* Item Can. 3. *Si quis negauerit totum, & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem, & authorem ſub vnâ ſpecie panis ſumi quia (vt quidam falſo aſſerunt) non ſecundum ipſius Chriſti inſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumitur. Anathema ſit.*

Secundò, in quolibet Sacramento requiritur ſignificatio, & cauſalitas. Significatio Euchariſtiæ Sacramenti duplex eſt, vna internæ refectionis, altera vnionis fideliũ inter ſe, & cum Chriſto. Prior ſufficienter habetur in quâlibet ſpecie. Nam vt aliquid abſolutè dici Sacramentum queat, ſatis eſt ſi ſpiritualem aliquam refectionem ſignificet, & eam reuera efficiat: Poſterior optimè habetur per ſpeciem ſolam panis quem conſtat ex multis fieri granis, & per ſolam ſpeciem vini, quod ex multis fit racemis.

Cauſalitas inuenitur etiam in vtraque ſpecie ſeorſim. Nam tota efficientia naſcitur ex Chriſto, qui eſt idem totus ſub ſpecie quàlibet.

Tertiò, quælibet ſpecies propriam habet materiam, ac formam & propriâ quadam actione conficitur, nec vllo modo vt Sacramentum ſit, vna ab alia pendet.

Quartò, Eccleſia catholica conſecratam Euchariſtiam ſtatim adorandam præbet, non expectata ſanguinis conſecratione. Quod ſignũ eſt ſe agnoſcere in ſpecie panis verum Sacramentum.

Quintò, ex communi fidelium ſenſu: quiſquis enim videns conſecratam hoſtiam credit eſſe Sacramentum integrum.

Sextò, ex figuris. Manna & agnus Paſchalis in

ſolâ manducatione conſiſtebant, aqua verò de petra in ſolo potu: fueruntque huiuſmodi figuræ diuerſis [d] datæ temporibus.

[d] *Agnus Exodi 12. Manna in deſerto Sin Exodi 16. Aqua poſtea in Raphidin Exod. 17.*

Quarta Propoſitio: *Duæ ſpecies Sacramenti cum ſimul ſumuntur, non ſunt duo Sacramenta, ſed vnum*: ratio eſt quia ad vnam referuntur refectionem, vnam rem ſignificant, vnum producunt effectum: veluti enim ſi quis plura fercula in vno adhibeat conuiuio corporali, illa omnia vnum conuiuium faciunt: ſi per diuerſas diſtribuantur fercula menſas, aut in diuerſum notabiliter diſtinguantur tempus, diuerſa conuiuia erunt. Ita etiam ſi quis plures vno tempore particulas hoſtiæ ſumat vnum Sacramentum accipiet: ſi diuerſis temporibus, diuerſa erunt Sacramenta.

Ad primum admittimus duo eſſe Sacramenta integra & vnum, iuxta ſenſum quartæ propoſitionis. Ad conſequens, non fraudari populum Sacramento neceſſario hac in parte: quia tantum ſumit quo ad rem in vno, quantum in duobus.

Ad 2. admittitur Maior. ad Minorem, in conuiuio, eſſe cibum, & potum in ſe, vel in alio. In Sacramento ergo corporis continetur potus, nempe ſanguis in cibo.

De vtilitate Communionis ſub vna ſpecie.

Cap. XXIII.

PRIMA Propoſitio: *fructum quem Lutherani in Sacramentis quærunt, non minus percipiunt, qui ſub vna ſpecie communicant, quam qui ſub duabus.*

Probatur. Nam fructus iuxta Lutheranos eſt *fidem excitare per repræſentationem viſibilis ſigni.* At hoc melius fit cum ſpecies contemplantur in menſa quam cum deguſtantur. Ergo quod vna tantum ſumatur, non impediet quin ille fructus ex vtrâque

habeatur conſideratâ in menſa.

Secunda Propoſitio: *ex qualibet ſpecie tantum percipitur fructus, quantum catholici in Sacramento quærunt* eſtque neceſſarium ad ſalutem.

Probatur Primò, ex definitione Concilij Tridentini ſeſſ. 21. can. 3. Secundò, ille fructus, eſt animorum ſpiritualis refectio per infuſionem gratiæ. At hic æquè habetur per vnam, atque duas ſpecies. Quia vtrobique eſt totus Chriſtus, & [a] *qui manducat hunc panem* (inquit) *viuet in æternum.*

Tertia Propoſitio: *licet ex vtraque ſpecie plus reciperetur fructus, non tamen expediret omnes ſub vtraque communicare.*

Probatur, [b] melius eſt homines aliquo carere fructu quā Sacramentum Dei exponi irreuerentiæ notabili: maximè cum ille fructus facilè ſuppleri queat, propterea enim non datur Euchariſtia pueris. At fieri non poſſet ab omnibus communicatio ſub vtraque ſpecie, quin ſæpius effunderetur ſanguis, & facile frequenti communione ſub vna ſpecie poteſt ille fructus recuperari. Ergo, &c.

Quarta propoſitio: *Nihil ſpiritualis fructus capitur ex duabus ſpeciebus, quod non capiatur ex vna.*

Primò, quia id Concilium Tridentinum tradere videtur cum [c] definit ſub qualibet ſpecie ſumi integrum Chriſtum omnium fontem gratiarum.

Secundò, [d] Concilium Baſileenſe eâ conditione conceſſit vſum calicis Bohemis, ſi crederent non plus fructus ſumi ex duabus ſpeciebus, quā ex vna.

Tertiò, ex communi [e] Theologorum ſententia.

Quartò, ſi maior ex duabus ſpeciebus fructus ſumeretur: vel id ratione ſymboli, vel ex re contenta. Non prius, quia ſymbolum non operatur fructum gratiæ niſi ex virtute impreſſa, cuius loco, ſe habet Chriſtus in Euchariſtia: ſi poſterius, vel quia ſunt res diuerſæ contentæ, & hoc non: vel quia eſt vna bis ſumpta At quando ſimul ſumuntur ſpecies, non maior recipitur fructus ex repetita ſumptione eiuſdem rei contentæ: vt patet ex di-

[a] *Ioan. 6. verſ. 58.* ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

[b] *Hæc conſuetudo* (inquit Concil. Conſtantien. ſeſſ. 13) *ad euitandum aliqua pericula, & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & à laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur.*

[c] *ſup. can 3.*

[d] *apud Ruardum Tapp.*

[e] *S. Thom. opuſc. 58. cap. 29. in fine &* *3. p. q. 80. ar. vlt. Bonau. & Richard. in 4.*

uerſis particulis ſumptis in altari. Ergo ex duabus ſimul ſpeciebus non maior recipitur fructus.

Obiicitur primò, ſymbolum efficit quod ſignificat. Ergo quando ſymbolum cumulatiùs, & pleniùs ſignificat, effectum etiam pleniorem, & maiorem operatur. At duæ ſpecies cumulatius, & plenius ſignificant.

diſt. 11. & c. exceptis Alenſi 4. par. ſumma q. 53. membro 1. & Gaſpare Caſſalio 2. libro de Cœna & Calice c. 25.

Reſpondeo, verum eſſe conſequens quando cumulatiùs & pleniùs ſignificatur aliquid diuerſum, non idem. Nam moneta, verbi gratia, magis expreſſa non maiorem habet valorem, quam eiuſdem pretij alia, minus expreſſa. At duæ ſpecies non ſignificant aliquid diuerſum ab vna, ſed tantum idem expreſſius, nempe nutritionem ſpiritualem.

Secundò, PP. tribuunt peculiarem effectum ſanguini Domini qui ex calice ſumitur. *Quotieſcumque bibis* (inquit [f] Ambroſius) *remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris ſpiritu.* Cyprian. [g] *Quomodo docemus, aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuũ fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus?*

Reſpondeo, hunc eundem tribuere effectum corpori Domini. *Qui manducauerit hoc corpus* (inquit [h] Ambroſ.) *fiet ei remiſſio peccatorum.* Et Cyprian. ſicut docet debere armari martyres potu ſanguinis Domini, ibidem quoque tradit debere protectione corporis Domini muniri.

f *5. de Sacr. cap. 3.*
g *1. epiſt. 2.*
h *ibidem.*

Tertiò, alius eſt effectus cibi, quia famen, alius potus quia ſitim ſedat.

Reſpondeo id verùm quando non ſe continent inuicem, vnde lac, potus & cibi rationem habet: ita corpus Chriſti ſanguinem, & ſanguis continet corpus.

Quartò, Euchariſtia in ſpecie vini vel gratiam confert, vel non. ſi non ergo Sacramentum non eſt. Si confert, ergo plus recipitur fructus ex duabus, quam ex vna ſpecie.

Reſpondeo. 1. fortaſſe non conferre, non quia deeſt virtus, ſed quia cum vtraque ſpecies, ſe pro vna refectione habeat ad eundem productum, per

panis ſpeciem effectum,referatur. Ad conſeq. negatur. Nec enim, vt aliquid ſit Sacramentum neceſſe eſt,vt ſemper gratiam conferat,ſed ſit potens conferre, niſi impedimentum obſtet: vt patet in Baptiſmo, Matrimonio, Ordine, ſi ſuſcipiantur à ponentibus obicem.2.non conferri gratiam niſi in abſoluta vtriuſque ſpeciei ſumptione: & tunc vi vtriuſque [inſtar vnius agentis] vnum effectum produci,qualis produceretur,ſi tantum vna ſumeretur ſpecies.

Quintò, Euchariſtia in ſpecie vini,eſt conferendæ inſtrumentum gratię diſtinctum ab Euchariſtiâ in ſpecie panis.Nam ſub ſpecie panis, inſtrumentum gratiæ eſt corpus ſolum, ſub ſpecie vini eſt ſanguis. Ergo diuerſam operatur gratiam. Nam idem Deus per Sacramenta diuerſa diuerſam operatur gratiam.

Negatur Antecedens. Quia inſtrumenta formaliter differunt,per diuerſam operariuam virtutem: eadem autem eſt in corpore, & ſanguine Chriſti dumtaxat. Paulus namque vtrique eoſdem tribuit effectus. Coloſſ.1.& vtrumque omnem ſuam vim habet ex coniunctione cum Deitate, ſiue vnione ad verbum ibi præſens per ſe ratione Sacramenti, & non per accidens. Non enim vi Sacramenti adeſt quomodocumque corpus, ſed corpus filij Dei. item, & ſanguis:ac proinde vnitum neceſſario Verbo.

Ad probationem etſi vera ſit: tamen rationem formalem inſtrumenti eſſe eandem vtrobique.

Communionem ſub vna ſpecie non pugnare cum diuinis literis ſeu Chriſti mandato.

CAP. XXIIII.

PRIMò, quia pleræque figuræ mãducationem ſub vna ſignificant ſpecie: [a] lignum vitæ, Agnus Paſchalis: quod enim ſanguine linirentur poſtes: non ſignificat potum calicis, nec enim ille ſanguis hauriebatur, ſed ſignificat ſignum crucis in fronte, vt [b] Cyprian. [c] Hierony. [d] Auguſt. exponunt: Manna, participatio Sacrificiorum, in quibus & ſi caro ſumeretur, ſanguis tamen effundebatur. At non eſt veriſimile Deum voluiſſe aliter rem figurari, quam futura eſſet.

[a] *Geneſ. 2. iuxta Paſchaſium libro de corpore domini cap. 7.*
[b] *contra Demetrianum.*
[c] *in 66. Iſaiæ.*
[d] *12. contra Fauſtum c. 30.*

Obijcitur Primò, Sacerdotes antiqui nec etiam ſanguinem ſumebant in Sacrificiorum participatione. Ergo nec noſtri debent.

Negatur conſeq. quia ſumptio vtriuſque ſpeciei per Sacerdotes noſtros, non reſpondet manducationi victimarum à Sacerdotibus antiquis: ſed holocauſto, ſiue conſumptioni per ignem, qua & victimæ, & libamina conſumebantur.

Secundò, Melcheſedech dedit panem, & vinum comedendum Abrahæ & ſocijs.

Reſpondeo 1. hoc ſolum probare, ſi quid probat, non prohiberi Communionem ſub vtrâque ſpecie: ſicut ex noſtris allatis exemplis ſolum probamus non prohiberi ſumptionem ſub vna. At exemplum Melchiſedech, & ſimilium, non probat *edictum æterni Dei eſſe* (vt [e] loquitur Caluin.) *vt omnes bibant*, de calice. 2. conſtare quidem Melchiſedech obtuliſſe panem & vinum Deo: at dediſſe comedendum Abrahæ nullibi exprimitur.

[e] *4. Inſt. 17. §. 47.*

Tertiò, 1. Corinth. 10. coniungitur aqua de Petra cum Manna.

Reſpondeo, nihil referre: quia data ſunt diuerſo tempore. [Nec illa coniungit Paulus vt probet Communionem ſub vtraque ſpecie: de hac enim non agit: ſed doceat antiquos ijſdem inter ſe cæremonijs, & Dei beneficijs vſos, non tamen omnes fuiſſe Deo gratos. vnde & quælibet alia poterat beneficia illis collata adiungere. Nec tamẽ hæc propterea dices ſpectare ad Cõmunionẽ.]

Probatur. Secundò, noſtra ſententia. ex 6. Ioannis quo Dominus vnam ſpeciem ſufficere docet ad ſalutem: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur.*

Probatur Tertiò, ex multiplicatione panum. Ioan. 6. tunc enim nullum multiplicauit potum.

Probatur Quartò, quia Dominus. Luc. 24. recumbens cum duobus diſcipulis in Emaus ſolum panem benedixit, fregit, dedit, *&c.* Siue autem reuera ſuum corpus dederit vt vult Ioannes à Louanio, ſiue tantum figuram vt vult Ianſenius: tamen vtrinque rectè colligitur non eſſe vtramque ſpeciem de neceſſitate.

[f] Reſpondet Melancthon: per panem intelligi vinum quoque.

Sed contra ſtant Euangelij verba, quibus declaratur, ſtatim atque porrexit panem Chriſtus diſcipulis, euanuiſſe ab oculis eorum: nec vllus relinquitur vino locus.

Nec refert Auguſtinum dicere. [g] *Et verè qui non ſibi iudicium manducat, & bibit, in fractione panis Chriſtum agnoſcit*, vt objicit Kemnitius. Non enim ait vtramque ſpeciem Chriſtum diſcipulis dediſſe: ſed qui ritè Euchariſtiam ſumunt cognoſcere Dominum, ſicut cognouerunt diſcipuli in fractione panis.

Probatur Quintò, ex Actor. 2. [h] *Erant autem*

[f] *in Apolog. confeſſ. Aug. ar. de vtraque ſpecie.*

[g] *tract. 2. in epiſt. Ioan.*

[h] *v. 42.* ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς.

perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus. Per *panẽ* non intelligi etiam *vinum*, vt vult Kemnitius, inde deducitur. Quod tunc multi ex Chriſtianis Iudæi adhuc legalia & proinde Nazaræorum vota ad certum tempus ſeruabant nec eſt veriſimile abſtinuiſſe à Communione, cum dicantur fideles in ea perſeueraſſe. At vinum non licebat Nazaræis bibere.

Obijcitur, ergo Apoſtoli communicabant ſub vna ſpecie.

Reſpondeo, non ibi deſcribi quid Apoſtoli dumtaxat egerint, ſed ſolum, quid populus.

Sextò, nuſquam Eccleſia antiqua reprehendit vſum ſub vna ſpecie. Nam [i] Manichæi nuſquam niſi ſub ſpecie panis communicabant, nec tamen ab aliquo PP. hac arguuntur de re.

Septimò, [k] cum quædam mulier hæretica Macedoniana accepiſſet ſimulata Chriſtiana Euchariſtiæ panem, Chryſoſtomo rem ſacram agente, clam dedit ancillæ, à qua panem ſumpſit prophanum palam comedendum, vt ſuam tegeret fraudem: ſed panis ille in lapidem conuerſus eſt. [l] Manichæi quoque vt ſuam hæreſim tegerent ſolebant Romæ cum Catholicis panem Euchariſtiæ ſumere, non tamen bibere calicem. At ſi omnibus ex præcepto vel conſuetudine fuiſſet calicem ſumere: nec illa mulier, nec Manichæi ſuas fraudes valuiſſent aliquo prætextu cælare.

[i] *apud Leonem ſer. 4. de Quadrageſi.*
[k] *apud Soz. 8. hiſtor. 5. & Niceph. 13. cap. 7.*
[l] *Leo. ſupr.*

Octauò, antiquitus Sacramentum Euchariſtiæ ſeruabatur etiam per integrum annum vt conſtat ex [m] Sophronio, & nunc etiã Græci obſeruant. Ergo ſub ſpecie tantùm panis: nec enim ad tam longum tempus poſſet paululum vini in ſpecie ſua conſeruari.

[m] *in prato ſpirituali cap. 79.*

Obijcitur Primò, Nazianzenum dixiſſe Gorgoniam ſororem ſeruaſſe ſymbola corporis, & ſanguinis.

Secundò, quòd Ambroſius de fratre Satyro loquens, meminerit hac in re hauſtionis, & fuſio-

nis in viſcera, quæ certè ad potum pertinet.

Ad primum, loqui Nazianz. cum diſiunctione, ſcilicet Gorgoniam aliquid ſignorum corporis, vel ſanguinis reſeruaſſe: fuiſſe autem corporis non ſanguinis, ſatis colligitur ex vſu illius temporis.

Ad 2. loqui Ambroſium de transfuſione illius ſpeciei quam Satyrus gerebat, nec dubium eſt eam fuiſſe panis.

[n] *ſupr. cap. 4.*

Nonò, [n] vſus erat antiquis Euchariſtiam domi deferre ac ſeruare, opportuno tempore ſumendam. Hæc autem dabatur fidelium manibus, ſanguis autem dabatur in calice bibendus: At nulli erant calices in laïcorum domibus quibus aſſeruaretur, vt ex [o] Athanaſio conſtat. Ergo deferebant tantum ſpeciem panis.

[o] *Apolog. 2. contra Arianos.*

Reſpondent primò, ſumptum prius fuiſſe ſanguinem in Eccleſia. 2. ſe non diſputare quid in priuatis fieret domibus, ſed quid in Eccleſia.

Ad vtrumque dico ſeipſum deſtruere: ſi enim in Eccleſia ſumebant ſpeciem vini, in domo ſpeciem panis. Ergo in Eccleſia vna tantum ſpecies ſumebatur. Cumque domi poſtea, interuallo etiam temporis notabilis, aliam ſumerent ſpeciem, non poterat hæc duplex ſumptio ad idem Sacramentum referri, ſed ad duo.

[p] *vt colligitur ex Cypriano ſerm. de lapſis.*

Decimò, quia vſus etiam [p] erat communicare infantes infundendo aliquid ſanguinis in os ſine cibo: nam nec cibum aliquem ſolidum ſumere potuiſſent.

[q] *vide ſupr. cap. 4.*
[r] *in vita Ambroſii.*
[s] *in vita Baſilij.*
[t] *3. offic. Eccleſ 35.*
[v] *cap. 17. rerũ Eccleſiaſt.*
[x] *Elibert. Cõcil. can. 76. Agath. can. 4.*

Vndecimò, quia ægroti ſub vna tantùm communicabant ſpecie, vt patet de Serapione quodam ſene [q] apud Euſebium, Ambroſio [r] apud Paulinum, Baſilio [s] apud Amphilochium. [t] Amalarius quoque & [u] Micrologus teſtantur ex antiquâ conſuetudine tres partes hoſtiæ in Miſſa conſecrari ſolitas, vnam ſanguini miſcendam, alteram à ſacerdote ſumẽdam. 3. aſſeruandam pro ægrotis.

Duodecimò, [x] Clerici in pœnam delicti grauis, ad Communionem laïcalem reijciebantur; Quæ

alia

alia non poterat eſſe niſi ſub vna ſpecie.

Reſpondent Primò, fuiſſe ſub vtraque ſpecie, ſed eorum qui non conſecrabant.

Contra hoc non fuiſſet Diaconis pœna: nec enim vſquam conſecrarunt. At decreta ferè omnia dumtaxat ad Diaconos ſpectant.

Secundò, dici laïcalem, quia poſt laïcos, & tempore, & loco ſumebatur.

Contra [y] Fælix.3. prohibet dari hanc communionem quibuſdam Clericis, niſi in morte: Concilium [z] Sardinenſe nec quidem in morte concedit ob quædam grauiora crimina: at in morte cùm ſolus ſit ægrotus priuatim in domo communicandus, vbi ſunt alij poſt quos, tempore & loco hanc Communionem ſumat.

Decimo tertiò, Communio *Præſanctificatorum* in vſu per totam Quadrageſimam antiquitus [a] inter Græcos, excepto die Dominico, & Sabbatho, [b] fuit, & manet in Eccleſia Latina in feria 6. hebdomadæ ſanctæ quo nulla fit conſecratio, & Sacerdos ſub vna tantum ſpecie panis communicat.

Decimo quartò, ab octingentis ſaltem annis fuit in Eccleſia vſus ſub vna communicandi ſpecie. Nā huius vſus meminit [c] Baſilienſe Concilum [d] Cōſtantienſe, [e] D. Thom. Gulielmus Abbas in vita [f] Bernardi [g] Beda, Ordo Romanus ante 800 annos [h] vt minimum editus cum citetur ab Alcuino Caroli magni præceptore.

Decimo quintò, ex incommodis præcepti communicationis ſub vtraque ſpecie 1. non poſſet impleri vbi populus numeroſus, & vnus tantum Sacerdos. 2. irreuerentia grauis contingeret effuſione ſanguinis in terrā. Nec enim antiquitùs cū pauci eſsēt Chriſtiani, nec omnes acciperēt ſub vtraque ſpecie id incommodum adeo premebat: creſcente autem multitudine apparuit quantus eſſet. 3. Quia multi ſunt abſtemij, ſiue abhorrentes à vino, aut natura, aut educatione. 3. quia multæ regiones la-

[y] *epiſt.1. ca.2.*
[z] *cap. 2.*
[a] *Concil. Laodic.can.49.*
[b] *vide Innoc. 1.epiſt.1.cap. 4. librum Sacramentor. S.Gregorij in die Paraſceues, Ordin. Rom. Rabanū 2. de Inſtit. Cleric.37.*
[c] *ſeſſ. 30.*
[d] *ſeſſ. 13.*
[e] *3.p.q.80.ar. 12.*
[f] *1. cap. 11.*
[g] *2.hiſtor. 5.*
[h] *cap.de Ordine celebrandi Miſſam quo docet in paruo calice ſanguinē conſecrari ſolitum, deinde pro communione populi ex paruo calice effundi modicum in magnum calicem vino, & aqua repletum.*

borant penuria vini vt Iaponis aut ſi habent non diu ſeruatur.

Soluuntur obiectiones ex Scripturis.

Cap. XXV.

PRIMA Ioannis 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.*

Reſpondeo Primò, vim Præcepti ſitam non eſſe in ſumptionis modo, ſed in re ſumenda: idem enim eſt *Niſi manducaueritis, & biberitis* &c. ac, *Niſi me manducaueritis* iuxta illud: *Qui manducat me viuet propter me.* res autem quę mãducanda præcipitur, tota eſt ſub qualibet ſpecie.

Secundò, in ſcripturis non raro, *Et* poni pro, *vel*, vt [a] Actor. 3. *Argentum, & aurum non eſt mihi*, id eſt, neque aurum, neque argentum: atque in hoc Ioannis loco ita accipiendum eſſe, alioquin non recte dixiſſet ibidem Chriſtus. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, nulla facta vini mentione.

[a] v. 6. ἀργύριον, καὶ χρυσίον οὐκ ὑπάρχει μοι.

Tertiò, multa eſſe in ſcripturis præcepta quæ vniuerſæ dantur Eccleſiæ, ſed tantum per aliquos implenda, vt illud [b] *Creſcite, & multiplicamini*, atque huius generis eſſe illud Ioannes 6. niſi enim eſſent in Eccleſia qui ſub vtraque communicarent ſpecie, nulli Sacerdotes eſſent, ac proinde periret totus huius Sacramenti fructus.

[b] Geneſ. 9. v. 1.

Secunda Math. 26. [c] *Bibite ex eo omnes.*

[c] v. 27.

Reſpondeo illud, *omnes*, ad ſolos Apoſtolos referri. 1. quia nequit referri ſimpliciter ad omnes: nam includeret etiam infideles, neque referri ad omnes fideles: quia etiam ad infantes ſpectaret, neque ad omnes adultos, quia nequit comprehendere abſtemios: Ergo ad certũ genus aliquod hominum iuxta interpretationem Eccleſiæ nempe ad Apoſtolos. 2. illud, *omnes*, ſpectat ad eos de

quibus dicitur: [d] *Et biberunt ex eo omnes.* Item, [e] Cœnãtibus illis, &c. deditque diſcipulis ſuis. Item, *&* [f] *accipiens calicem gratias egit, & dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes.* [g] *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti,* [h] *tunc dicit illis: Omnes vos ſcandalum patiemini in me.* At hi ſoli Apoſtoli erant: nec enim alios alloquebatur, quamuis alij etiam ſcandalum fuerint paſſi.

Occurrunt [i] aduerſarij primò, quare voluit Dominus expreſſè dicere, *Bibite ex hoc omnes*, cum non dixiſſet: *manducace ex hoc omnes*, niſi quia præuideret non defuturos negantes immeritò laicis vſum calicis?

Reſpondeo. 1. etiam dixiſſe: *mãducate ex hoc omnes.* Nam in canone Miſſæ habetur traditione Apoſtol. 2. etſi non dixiſſet non tamen opus fuiſſe, quia ſigillatim vnicuique panem fractum diſtribuebat: vnde ſatis vnuſquiſque intelligebat, ad eum ſpectare Sacramentum porrectum. At calix vnus erat: quare niſi expreſſiſſet omnes bibere ex illo ſumere, non intellexiſſent an ad vnum vel plures ſe extenderet ſumptio calicis.

Secundò, quibus dicitur, *manducate*, illis dicitur, *Bibite*, vel igitur vtrumque ad ſolos ſpectat Apoſtolos, vel ad omnes fideles. Si primum: ergo non licet dare laicis Euchariſtiam in ſpecie panis: ſi ſecundum: ergo ad Laicos ſpectat quoque calix.

Reſpondeo ad ſolos Apoſtolos ſpectare. Ad primam conſequentiam negatur, quia id non ſolùm minimè prohibuit Chriſtus: ſed etiam Apoſtolis præcepit Euchariſtiam diſtribuendam in ſpecie panis, cum ait, *Hoc facite*, &c. vide [k] infra.

Tertiò, Chriſtus ſignificauit ſe dare calicem ſanguinis pro omnibus fundendi. Ergo ſpectat ad omnes illum recipere, pro quibus fuſus eſt.

Negatur conſeq. quia ſequeretur ab infidelibus eſſe quoque ſumendum: cum ſit pro vniuerſo mortalium genere fuſus.

Quartò, Eccleſia Corinthiorum à Paulo edocta,

[d] *Marci 14. v. 23.* καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες.
[e] *Math. 26. v. 26.*
[f] *v. 27.*
[g] *Mar. 14. v. 30.* καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.
[h] *v. 31.* τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ *in iſta nocte.*
[i] *Luth. in Captiu. Babyl. cã. de Euchariſtiã.*
[k] *ad obiectionem 3.*

Eccleſiæ interpretatione. Nuſquam autem Eccleſia dixit ſpectare ad omnes illud: *Bibite*, &c.

Tertia obiectio, Iuſſit [t] Dominus Apoſtolos facere, quod fecerat. At ipſe accepit panem, conſecrauit, dedit ſimiliter & calicem: igitur & preſbyteri debent vtramque diſtribuere ſpeciem laïcis.

[t] *Luc. 22. v. 19. Hoc facite in meam commemorationẽ.*

Reſpondeo, non iuſſiſſe, vt idem in calice fieret: Nam poſt conſecrationem panis dixit equidem. *Hoc facite*: non tamen poſt calicis conſecrationem. Illud autem: *ſimiliter & calicem*: non ſignificat Dominum ſimilia in pane, ac calice feciſſe: Nam fregit panem, non calicem, & Paulus eandem particulam *ſimiliter* habet, ſed omiſit in cõſecratione panis verbum *dedit*. Nec ſignificat Dominum iuſſiſſe, vt ſimiliter fieret ab Apoſtolis. Quia ſenſus eſſet: *Similiter & calicem: hoc facite*: quod ridiculum eſt, ſed ſignificat Dominum ſicut acceperat panem, ſimiliter, ſiue ſic, accepiſſe calicem, &c.

Quarta obiectio. Paulus quod acceperat à Domino tradidit Corinthijs, nimirum communicandum ſub vtràque ſpecie. Nam de vtraque loquitur, & ad vtramque exprimit illud: *Hoc facite*. At traditio Apoſtolica eſt obſeruanda.

Reſpondeo tradidiſſe non præceptum, ſed hiſtoriam inſtitutionis Sacramenti, qua Dominus & panem, & vinum conſecrauit diſcipuliſque dedit, alioquin quis ſenſus eſſet: *Ego accepi à Domino præceptum quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur*, &c? Nec refert illud: *Hoc facite* bis dictum. Nam ſimpliciter id dixit poſt conſecrationem panis: at non ita poſt conſecrationem calicis: ſed: *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus indicatur non eſſe ab omnibus percipiendam, ſed ſi a quibuſdam fiat, id ſit in memoriam Domini.

Refelluntur obiectiones ex PP.

CAP. XXVI.

[a] *epiſt. ad Philadelphienſes.*

PRIMA, *Vnus eſt panis* (inquit [a] Ignatius) *omnibus confractus, vnum poculum omnibus diſtributum.*

Reſpondeo 1. non haberi in Latinis codicibus, *vnus calix*, ſiue *vnum poculum omnibus diſtributum*, ſed, *vnus calix totius Eccleſiæ.* In Græco autem Ignatij, non paucos ineſſe errores facilè aduertet qui conferat codices Græcos cum teſtimonijs Ignatij citatis ab [b] Athanaſ. & [c] Theodoreto.

[b] *epiſt. ad Epictetum.*
[c] *Dialogis contra Eutychianos.*

Reſpondeo 2. vim ſolùm facere Ignatium in vnitate calicis, non in diſtributione. Senſus enim eſt, *cum in Eccleſia aliqui ſumunt Euchariſtiam ſub ſpecie panis: vnum panem, non multos ſumunt, ſimiliter & calicem vnum, cum aliqui ſumunt illum.* 3. nihil ad ſummum inde colligi aliud quam antiquitùs fuiſſe etiam calicem diſtributum: ſed non ſequitur id fuiſſe præceptum.

Secunda, poſtquam Iuſtinus deſcripſiſſet Communionem ſub vtrâque ſpecie, mox ſubiungit, Apoſtolos tradidiſſe ita ſibi fuiſſe à Chriſto præceptum.

Reſpondeo, etiamſi de Communione aliquid Iuſtinus dixerit non tamen traditionem Apoſtolicam referre ad eam, ſed ad conſecrationem de qua immediatè loquutus fuerat: ne enim videretur rem adeò miram ex ſuo fingere capite, ſubiunxit: *Apoſtoli enim in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur ita præcepiſſe ſibi Ieſum tradiderunt.* Deinde addens verba quibus Domini præceptum continetur, ait: *Eum enim pane accepto, cum gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in meam recordationem,* &c.

[d] *Pædag. 2.*

Tertia, *Bibere ſanguinem Ieſu* (inquit [d] Cle-

mens Alexandr.) *eſt participem eſſe incorruptionis diuinæ.* Ergo qui non participat ſanguini, non participat incorruptioni.

Reſpondeo 1. negatur conſequentia, quia poteſt fieri vt aliunde incorruptio habeatur iuxta illud Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* 2. ſanguinem non dare incorruptionem quia bibendo ſumitur: ſed quia ſumitur: quod tam æquè habetur in ſola ſumptione vnius ſpeciei, quam vtriuſque.

Quarta, *Populus Chriſtianus* (ait [e] Origenes) *in vſu habet ſanguinem bibere.* [e] *homil. 16. in Numer.*

Reſpondeo 1. habere in vſu, non in præcepto. 2. vt ſit in vſu populi Chriſtiani, ſufficere aliquos in Eccleſia ſanguinem bibere.

Quinta, *Quomodo* (inquit [f] Cyprianus) *ad martyrij poculum idoneos facimus, ſi non eos prius ad bibendum in Eccleſiâ poculum Domini iure Communicationis admittimus.* [f] *1. epiſt. 2.*

Reſpondeo, loqui de lapſis, quibus Epiſcopi vſum Communionis abſtulerant, & Cornelium monet vt imminente noua perſecutione eis reſtituatur. vnde colligimus ſi Epiſcopi ius habent priuandi laïcos communione vtriuſque ſpeciei, quanto magis communione ſolius calicis.

Sexta, [g] *Quidam vel ignoranter, vel ſimpliciter in calice Domini ſanctificando, & plebi miniſtrando non hoc faciunt, quod Chriſtus fecit & docuit.* Quibus verbis reprehēdit eos Cyprianus qui loco vini aquam miniſtrabant. Ergo multo grauius peccant qui nec vinum miniſtrant. [g] *2. epiſt. 3.*

Negatur conſeq. Nam qui miniſtrant ſolam aquam grande ſacrilegium committunt: quia mutant materiam à Chriſto præſcriptam & decipiunt populum. At nec vinum nec aquam miniſtrare, aſſerimus nullum eſſe peccatum.

Septima, *lex* ([h] inquit idem) *eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur.* [h] *ſerm. de cœnâ Domini.*

Reſpondeo 1. hunc locum Cypriani non eſſe, ſed

alicuius Cypriano poſterioris. 2. Non dicere præcipi omnibus bibere ſanguinem, ſed ſimpliciter, vt bibatur, quod etiam in Eccleſia præſtatur. 3. non vim facere in modo ſumendi, ſed in re: ſanguis verò tam æquè ſumitur ſub vna, quã ſub alia ſpecie.

[i] *lib. de init. myſt. cap. 9.* [k] *apud Theodor. 5. hiſt. 15.*

Octaua, *Illis* (inquit Ambroſ.) *aqua fluxit è Petra, tibi ſanguis è Chriſto.* Et ad Theodoſium loquens. [k] *Qua audacia poculum ſanguinis precioſi, ore tuo participabis.*

Sed non negamus datam aliquando laïcis vtrãque ſpeciem. ſolùm contendimus id non eſſe de iure diuino.

[l] *in 2. Malac.*

Nona, *Sacerdotes qui Euchariſtiam conficiunt* [l] (ait Hierony.) *& ſanguinem Domini populo diſtribuunt.* Eadem reſponſio.

[m] *homil. 18. in 2. Corinth.*

Decima, *Eſt autem* (inquit Chryſoſt.) *Vbi nihil differt Sacerdos à ſubdito, vt quando fruendum eſt horrendis myſteriis: ſimiliter enim vt illa percipiamus digni habemur. Non ſicut in veteri lege, partem quidem Sacerdos comedebat, partem verò populus: verum omnibus vnũ corpus proponitur, & poculum vnum.*

Reſponſio vt tertia ad ſeptimum, in veteri namque teſtamẽto partem reuera Sacerdos, partem populus ſumebat. quia non erat tantum in vna quam in vtrâque. At non ita in Sacramento Euchariſtiæ.

[n] *q. 57. in Leuitic.*

Vndecima, Aug. [n] *ad bibendum ſanguinem omnes exhortamur qui volunt habere vitam.*

Eadem Reſponſio.

[o] *ſerm. de Sacram. apud Bedam 1. Cor. 10.*

Duodecima, [o] *ſimul hoc ſumimus, ſimul bibimus qui ſimul viuimus.* inquit idem. Ergo vt ſimul viuamus, ſanguinem domini ſimul bibere debemus.

Negatur vt in prima reſponſione ad 3.

[p] *apud Algerum 2. cap. 8.* [q] *libro de corpore domini cap. 19.* [r] *Cap. 17.*

Decima tertia, *Nec caro, ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne iure communicatur.* [p] Idem Auguſt.

Reſpondeo non Auguſtini, ſed Paſchaſiî verba eſſe, & quidem vera: non enim loquitur de ſpeciebus Sacramenti, ſed de re contentâ: ſicut eodem ſenſu dixit: [r] *Non rectè caro Chriſti ſine diuinitate, ſumitur, nec diuinitas ſine carne præſtatur.*

Decima quarta, *Comperimus* (inquit Gelaſius)[s] *quod quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, à calice ſacri cruoris abſtineant. Qui proculdubio* (*quoniã neſcio qua ſuperſtitione docentur obſtringi*) *aut Sacramenta integra percipiant aut ab integris arceantur: quia diuiſio vnius, & eiuſdem myſterij, ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.*

[s] *apud Gratian. can. Comperimus. de conſecrat. diſt. 2.*

Reſpondeo 1. fortaſsè ſolum reprehendere illos, qui ex errore Manichæorum abſtinebant à calice, quod non arbitrarentur Chriſtum habuiſſe ſanguinem verum. 2. Veriſimilius eſſe loqui de ſolis Sacerdotibus. Nã Gratianus qui hoc ex Gelaſio producit hunc & præfixit titulum: *Corpus Chriſti ſine eius ſanguine Sacerdos non debet accipere.*

Decima quinta, [t] Gregorius, [v] & Beda docẽt Chriſti ſanguinem non manibus infidelium fundi, ſed ore fidelium ſuſcipi.

[t] *4. Dialog. 58.*

[v] *homil. Epiphaniæ.*

Reſponſio vt ad 13. & tertia ad 7.

Decima 6. [x] Haymo docet vocari calicem à Paulo participationem ſeu communionem, quia omnes participant ex illo.

[x] *in 1. Cor. 10.*

Reſponſio, vt ſecunda ad 1.

Decima ſeptima, *Tremendus hic Calix cunctis pari conditione eſt traditus,* [y] inquit Theophyl.

[y] *in 1. Cor. 11.*

Reſpondeo, loqui de tempore Apoſtolorum, quo licebat laicis ſub vtraque cõmunicare ſpecie.

Decima octaua, *Bibite ex hoc omnes,* id eſt, (inquit [z] Paſchaſius) *tam miniſtri, quam reliqui credentes.*

[z] *ſup. cap. 15.*

Reſpondeo. 1. videri locum corruptum, & pro, *Bibite*, debere poni, *Edite*, præcedit enim: *Hic ſolus eſt qui frangit hunc panem, & per manus miniſtrorum diſtribuit credentibus dicens: accipite, &* [a] *bibite ex hoc omnes,* & c. 2. non exponere illa: *Bibite ex hoc omnes,* vt dicta à Domino in cæna: nulli enim erant miniſtri quibus diceretur, aut per quos diſtribueretur Euchariſtia credẽtibus: ſed dicta, quatenus cum per manus miniſtrorum, Sacramentum Chriſtus quotidie in Eccleſia diſtribuit quo quidem modo nullum important præceptum 3. reſpondetur vt ad 15.

[a] Edite, potiùs.

[b] *ſerm.3.in ramis Palmarum.*

Decima 9. [b] Bernardus dicit alimoniam corporis,& ſanguinis Domini in prima cœna Chriſti,exhibitam,ac deinceps frequentari mandatam.

Reſpondeo hanc alimoniam perfectè eſſe ſub qualibet ſpecie.

[c] *apud Burchardum 5 cap. 9.*

Vigeſima, [c] Concilium Turonicum præcepit dandam eſſe Euchariſtiam ægrotis ſanguine intinctam vt verè dicere poſſet presbyter, *Corpus, & ſanguis Domini noſtri,* &c.

[e] *can.1.*

Reſpondeo, hoc decretum fuiſſe à [e] Bracarenſi Concilio. 3. abrogatum. Nam vel id fiebat, vt ſimul ſumeretur ſanguis: & hoc fruſtra, cum ſit in corpore totus,vel vt haberetur in ſpecie potus: Et hoc non,quia non poterat hauriri.

Vigeſima prima Bracarenſe.3. rationem reddens huius abrogationis, *quia* (inquit) *Dominus legitur dediſſe vtramque ſpeciem ſeorſim primo panis,deinde vini.*

Reſpond.non dixiſſe fuiſſe præceptum vtramque dare:ſed ſolùm optimè cõcludit: quia Dominus ſeorſim dedit, ſi dedia vtraque debere ſeorſim dari.

[d] *Lutheri diſputatione contra Concil. Cõſtantienſe.*

[e] *ſeſſ.13.*

[d] Vigeſima ſecunda,Conciliũ Conſtantienſe decreuiſſe vt nonobſtante Chriſti inſtitutione, omnes communicarent ſub vna ſpecie.

Negatur, ſolùm enim Concilium habet: [e] *Licet Chriſtus inſtituerit, & dederit Sacramentum poſt cœnam ſub vtraque ſpecie diſcipulis: hoc non obſtante obſeruanda eſt Eccleſiæ conſuetudo,vt non ſumatur niſi ieiunis,* vbi loquitur tantum de tempore ſumendi Euchariſtiam.

[f] *Lutheri de Captiuit. cap. de Euchariſt.*

[f] Vigeſima tertia, Baſileenſe Concil. declaraſſe licere Bohemis vtramque ſpeciem ſumere, contra decretum Conſtanſienſis Concilij. Sed hoc mendacium eſt: tantum conceſſit facultatem ſub vtraque communicandi, ſi crederent ſub vna licitum eſſe.

[g] *Illirici Confeſſione Antuerpienſi cap. 14.*

[g] Vigeſima 4. Concilium Tridentinum permiſiſſe Communionem ſub vtraque ſpecie.

Negatur, lege ſeſſ. 21. eiuſdem Concilij.

Soluuntur ex ratione petitæ.

CAP. XXVII.

PRIMA, Chriſtus inſtituit cœnam ſub vtraque ſpecie. Ergo vtraque ſumenda, alioquin erit mediata cæna.

Reſpondeo.1.negatur antecedens nam & Lucas & Paulus referunt conſecrationem calicis poſt cænam. 2. negatur conſeq. & eius ratio. Quia totus Chriſtus cum ſanguine ſuo, eſt ſub qualibet ſpecie.

Secunda, Dominus dedit omnibus præſentibus calicem, ſimiliter & Apoſtoli dabant.

Reſpondeo exempla probare quidem rem illicitam non eſſe. At non probant ſub pręcepto haberi.

Tertia, nobis Chriſtus Teſtamento reliquit ſuum ſanguinem & corpus. Ergo Teſtamentum corrumpunt qui vnam tantum ſpeciem porrigunt & filios fraudant parte hæreditatis. Negatur conſeq. quia totus ſanguis ſumitur etiam ſub ſpecie panis.

Quarta, tenemur omnes mortem Domini commemorare dum hoc percipimus Sacramentum. Sed per ſolam ſpeciem panis nequit hæc commemoratio fieri.

Reſpondeo duplicem eſſe commemorationem, [a] vnam repręſentatiuam ac ſignificatiuam: alteram narratiuam, & recogitatiuam, priori modo commemoratur paſſio Chriſti non in manducatione corporis, vel potu ſanguinis: ſed in oblatione ad patrem, & in hac fatemur vtramque requiri ſpeciem: poſteriori, fieri poteſt in ſumptione Euchariſtiæ ſed ſufficit vna ſpecies: quia ex conſecratione, & oblatione didicimus repræſentari corpus Chriſti vt mortuum.

[a] *alio enim modo commemoratur aliqua victoria in Theatro: aliter cum quis eius recordatur victoriæ, & aliis narrat.*

Quinta, priuati calice, priuantur dulciſſima calicis conſolatione..

Reſpondeo ſi de conſolatione ſenſibili ſpeciei vini agatur verum eſt:ſed hanc non requirunt fideles:ſi de ſpirituali, falſum. Nam ſanguis in corpore quoque eſt.

Sexta, ergo licebit etiam priuare laicos aliqua parte alterius Sacramenti puta Bapriſmi.

Reſpondeo.1. nulla poſſe priuari eſſentiali: nam nec priuantur eſſentiali Euchariſtiæ.2. ſi agatur de integrantibus inſtitutis à Chriſto. [negatur conſequens: quia nullum eſt Sacramentum præter Euchariſtiam, cuius vna pars integrans tantum valeat quod ad rem, ac plures ſimul.]

Septima, ſi poteſt tolli calix. Ergo & panis, & ſic toto fruſtrabuntur Sacramento laici.

Reſpondeo poſſe vel panem, vel calicem tolli, ambos ſimul non poſſe, quia tenemur Sacramentum iſtud percipere.

Octaua, datur laïcis remiſſio peccarorum. Ergo non debet illis negari ſymbolum remiſſionis peccarorum. At talis eſt calix.

Negatur aſſumptio. Nam calix eſt quidē ſignum precij noſtri, ſed non remiſſionis: id enim eſt Bapriſmus, & Abſolutio.

Nona, datur laïcis ſanguis. Ergo non debet negari ſymbolum ſanguis.

Negatur conſequentia quia tutius datur laïcis ſanguis ſub ſpecie panis, quam vini.

1. *Eccleſiam potuiſſe præcipere Communionem ſub vna ſpecie.*
2. *id merito præcepiſſe.*

CAP. XXVIII.

PROBATVR Primum. Quia Eccleſiæ eſt præſcribere ſpectantia ad Sacramẽta citra ſubſtantiam eorum, ſi nihil ſit hac de re inſtitutum de iure diuino. At ritus communicãdi ſub vna ſpecie non pertinet ad eſſentiam Sacramenti Euchariſtiæ cum ſita ſit in re permanenti, communicatio verò in vſu: nec quidquam hac de re præceptum eſt ex iure diuino. Ergo potuit Eccleſia præſcribere Communionem ſub vna ſpecie tantùm.

Probatur ſecundum primò, quia iam talis erat conſuetudo recepta, & approbata. Nec enim Concilium Conſtantienſe id inſtituit, ſed quod erat in vſu prohibuit tolli.

Secundò, quia ad refellendos errores id neceſſarium erat. Nam Petrus Deſdrenſis de quo ſupra, cum eſſet hæreſi waldenſium infectus non credebat concomitantiam ſanguinis in corpore. Lutherani nonnulli, etſi illam agnoſcant, tamen putant ſe iure diuino teneri ad vtramque ſpeciem.

Tertiò, vt vniformiter Communio celebraretur. Quæ vniformitas obſeruare nequibat promiſcuâ Communione ſub vtraque ſpecie, cum multi careant vino, multi abſtemij ſint.

Quartò, quia ita optimè prouiſum fidelibus. Nam neque aliquod præceptum tranſgredientur: & à graui periculo irreuerentur tractandi ſanguinem liberantur.

Quare merito Concilium Trident. ſeſſ. 21. can. 2. *Si quis dixerit ſanctam Eccleſiam Catholicam non iuſtis*

Quinta, priuati calice, priuantur dulciſſima calicis conſolatione..

Reſpondeo ſi de conſolatione ſenſibili ſpeciei vini agatur verum eſt:ſed hanc non requirunt fideles:ſi de ſpirituali,falſum.Nam ſanguis in corpore quoque eſt.

Sexta, ergo licebit etiam priuare laicos aliqua parte alterius Sacramenti puta Baptiſmi.

Reſpondeo.1. nulla poſſe priuari eſſentiali: nam nec priuantur eſſentiali Euchariſtiæ.2. ſi agatur de integrantibus inſtitutis à Chriſto. [negatur conſequens: quia nullum eſt Sacramentum præter Euchariſtiam,cuius vna pars integrans tantum valeat quod ad rem,ac plures ſimul.]

Septima,ſi poteſt tolli calix.Ergo & panis, & ſic toto fruſtrabuntur Sacramento laici.

Reſpondeo poſſe vel panem, vel calicem tolli, ambos ſimul non poſſe, quia tenemur Sacramentum iſtud percipere.

Octaua, datur laïcis remiſſio peccatorum. Ergo non debet illis negari ſymbolum remiſſionis peccatorum.At talis eſt calix.

Negatur aſſumptio.Nam calix eſt quidẽ ſignum precij noſtri,ſed non remiſſionis: id enim eſt Baptiſmus,& Abſolutio.

Nona, datur laïcis ſanguis. Ergo non debet negari ſymbolum ſanguis.

Negatur conſequentia quia tutius datur laïcis ſanguis ſub ſpecie panis, quam vini.

Digitized by Google

1. *Eccleſiam potuiſſe præcipere Communionem ſub vna ſpecie.*
2. *id merito præcepiſſe.*

Cap. XXVIII.

PROBATVR Primum. Quia Eccleſiæ eſt præſcribere ſpectantia ad Sacramẽta citra ſubſtantiam eorum, ſi nihil ſit hac de re inſtitutum de iure diuino. At ritus communicãdi ſub vna ſpecie non pertinet ad eſſentiam Sacramenti Euchariſtiæ cum ſita ſit in re permanenti, communicatio verò in vſu: nec quidquam hac de re præceptum eſt ex iure diuino. Ergo potuit Eccleſia præſcribere Communionem ſub vna ſpecie tantùm.

Probatur ſecundum primò, quia iam talis erat conſuetudo recepta, & approbata. Nec enim Concilium Conſtantienſe id inſtituit, ſed quod erat in vſu prohibuit tolli.

Secundò, quia ad refellendos errores id neceſſarium erat. Nam Petrus Deſdrenſis de quo ſupra, cum eſſet hæreſi waldenſium infectus non credebat concomitantiam ſanguinis in corpore. Lutherani nonnulli, etſi illam agnoſcant, tamen putant ſe iure diuino teneri ad vtramque ſpeciem.

Tertiò, vt vniformiter Communio celebraretur. Quæ vniformitas obſeruare nequibat promiſcuâ Communione ſub vtraque ſpecie, cum multi careant vino, multi abſtemij ſint.

Quartò, quia ita optimè prouiſum fidelibus. Nam neque aliquod præceptum tranſgredientur: & à graui periculo irreuerentur tractandi ſanguinem liberantur.

Quare merito Concilium Trident. ſeſſ. 21. can. 2. *Si quis dixerit ſanctam Eccleſiam Catholicam non iuſtis*

de cauſis, & rationibus adductam fuiſſe vt Laïcos, atque etiam Clericos non conficientes, ſub panis tantummodo ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe: Anathema ſit.

De veneratione huius Sacramenti.

Cap. XXIX.

[a] *Caluin. 4. Inſt. 17. §. 35.*
[b] *Bucerus in Actis Colloquij Ratiſponenſis Brentius. Apolo. pro Cōfeſſ. witteberg. pericope 2.*

NEGANT abſolutè venerandum [a] Caluiniſtæ, Lutherani, tantùm extra vſum: in vſu verò [b] quidam volunt adorandum [c] quidam non, etſi credant ibi eſſe Domini corpus.

Ex Catholicis qui ſentiunt Sacramentum Euchariſtiæ eſſe formaliter corpus Chriſti quatenus ſub illis ſpeciebus, concedunt Sacramentum eſſe ſimpliciter adorandum qui contendunt Sacramentum eſſe formaliter ſpecies vt Chriſtum continent, aſſerunt Sacramentum materialiter adoraudum latria, quemadmodū veſtes regis eodem cultu quo Rex honorantur.

[c] *Lutherus libro de Euchariſtia ad waldenſes, Philippus in iudicio ſuo de cœna domini edito an. 1559.*

Sed quidquid ſit: ſtatus quæſtionis ſolùm eſt, *an Chriſtus in Euchariſtia ſit adorandus latria.*

Adorandum eſſe probatur 1. Deo vero debetur latria vbicumque ſit: nec enim adoratur quia eſt in cœlo, vel in terra, ſed quia eſt Deus. At Chriſtus eſt verus Deus, imò quamuis ſolum corpus eſſet in Euchariſtia, ſicut Lutherani volunt, nihilominus ſemper ibi eſſet verus Deus propter vnionem hypoſtaticam ad huiuſmodi corpus. Ergo eſt in Euchariſtia etiam adorandus.

Probatur ſecundo ex PP. vide ſupra lib. 2. *Quare, Si quis dixerit* (inquit Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 6.) *in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum vnigenitum Dei Filium non eſſe cultu latriæ etiam externo adorandum, atque ideò nec feſtiuâ peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus, ſecundum laudabilem, & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum, & conſuetudi-*

nem ſolemniter etiam geſtandum vel non publicè vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras, Anathema ſit.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XXX.

PRIMA, adoratio impedit quominus excitemur per verba Sacramēti ad fidem. 1. Negatur id ſed vnū potius ex alio iuuatur. 2. Sacramenti ratio eſſentialis non eſt ad fidem excitandam, vt ſæpius dictum eſt.

Secunda, adoratio ex fide procedere debet, fides niti verbo Dei. Sed verbum Dei non docet Chriſtum in Euchariſtia eſſe adorandum. Ergo, &c.

Negatur Minor. Satis enim id docet ſcriptura, cum ait Chriſtum eſſe Deum.

Tertia, Apoſtoli cum communicarunt non leguntur adoraſſe Euchariſtiam.

Reſpondeo mente adoraſſe, & cultu externo quantum pro tempore, & loco conuenire poterat.

Quarta, Ergo omnis creatura erit adorāda, quia in quacumque eſt Deus.

Negatur conſequentia. Quia nulla creatura eſt vnita verbo hypoſticè niſi humanitas Chriſti.

Quinta, hic vſus exponitur periculo idololatriæ, ſcilicet ſi ſacerdos nolit conſecrare, & nihilominus repræſentet hoſtiam.

Reſpondeo 1. ſi quid concluderet, inferret etiam nullam debere Communionem fieri: ne pro corpore Chriſti ſolus accipiatur panis. 2. adorationem pendere ex animi intentione, quare repræſentata hoſtia ſi minimè Chriſtus adſit, quia tamen intenditur adorari Chriſtus adoratio dirigetur ad Chriſtum.

Sexta, Honorius 3. inſtituit adorationem huius Sacramenti. Vrbanus 4. feſtum addidit, & ſolennē proceſſionem, ergo hoc totum eſt nouum.

Reſpondeo, [a] Honorium ſolùm monere Præſules Eccleſiæ ne tantùm Sacramentum honore debito fraudaretur. Vrbanus feſtum quidem, & proceſſionem inſtituit, ſed meritò. Nam ſi reprehendendus, vel quia inſtitutio noua: vel quia ſine iuſta cauſa introducta, nō prius, quia nulla ſunt feſta quæ aliquando non fuerint noua. neque poſterius, quia ratio exigebat, tùm vt populus quodam ſolemni die gratias Deo ageret ob tantum beneficium ei collatum. tū vt inſtrueretur circa fidei noſtræ myſteria, eorumque aſſiduè recordaretur. faciliùs enim myſteria diſcunt rudiores ex celebratione feſtorum, quàm ex libris, & concionibus. tū vt ſuam publicè proteſtaretur fidem, cùm maximè ab hæreticis oppugnaretur.

Septima, 1. Reg. 4. cum Iſraelitæ arcam adduxiſſent in caſtra ſine Dei mandato exiſtimantes ſe inde victoriam reportaturos, contra, fuſi & fugati ſunt, ac Sacerdotes arcam geſtantes occiſi.

Reſpondeo, cauſam internecionis exercitus [b] nō fuiſſe arcę deportationē ſed peccata Iſraelitarum, maximè Sacerdotum Ophni & Phinees. Nec requiritur Dei mandatum ad ſolennitatem feſtorū dierum ſiue circungeſtationis ſolemnis. Nam illa geſtatio Arcæ 2. Reg. 6. &c. non erat mandata & tamen fuit Deo gratiſſima.

[a] *cap. Sane de celebratione Miſſarum.*

[b] *Nam Arca in caſtris erat cum inſignem reportauit Saul victoriam 1. Reg. 14. & Ioab ſuperauit filios Ammon 2. Reg. 11. Notantérque dicitur Numer. 14. remanſiſſe Arcam cum Möyſe cum profligati fuerūt Iſraëlitæ ab Amalecitis.*

LIBER

LIBER QVINTVS.

DE EVCHARISTIA.

IN QVO
Tractatur an Miſſa ſit Sacrificium.

1. *De antiquitate.* 2. *Etymologiâ.* 3. *ſignificatione nominis Miſſæ.*

CAP. PRIMVM.

ANTIQVITAS: Hac voce vſi ſunt Ambroſius 5. epiſt. 33. *Ego* (inquit) *manſi in munere, Miſſam facere cœpi, orare in oblatione Deum vt ſubueniret,* [a] Auguſtinus ſerm. 91. de tempore, [b] Victor Vticēſis [c] Caſſianus [d] Leo. [e] Fœlix 4. Gregorius magnus: Concilium Roman. ſub Sylueſtrino primo, [g] Carthaginēſe 2. [h] Carthag. 4. Ilerdenſe Can. 4. [i] Valentinum, [l] Agathenſe [m] Aurelianenſe 1. quæ omnia ante mille annos, & eo amplius extiterunt.

Etymologia: [n] Lutherani contendunt *Miſſam* dici à [n] מָעֻזִּים *Maguzim Deo,* ſiue *robore* Antichriſti, id eſt, Papæ.

Contra 1. Antichriſtus colens *Maguzim* ſiue,

[a] *in lectione qua nobis ad Miſſas legenda eſt, audituri ſumus, &c.*

[b] *2. lib. de perſecutione wandalicâ.*

[c] *3. de canonico diuinarum orationum, & Pſalmorum ordine.*

[d] *epiſt.* 81. & 88.

[e] *epiſt.* 1.

[f] 1. *epiſt.* 12.

[g] *can.* 3.

[h] *can.* 84.

[i] *can.* 1.

[l] *can.* 31.

[m] *can.* 28.

[n] *Kemnit.* 2. *par. Exam. in ipſo principio diſputationis de Sacrificio Miſſæ.*

[n] *Daniel* 11. *v.* 38.

Mahuzim, erit Aquilonis Rex, contra quem præliabũtur [o] צִיִּים & כִתִּים *Tſiim & Chittim*, [p] Romani, & Itali. Quomodo ergo Papa Romanus, erit ipſe Antichriſtus, & Mahuzim *Miſſa*, cum Papa *Miſſam* non oppugnet?

Secũdò, [q] Antichriſtus, præter Mahuzim, alios non colet Deos, ſed contra omnia conſurget numina. At Lutherani aſſerunt in Papatu coli penè innumerabiles, nimirum Sanctos.

Tertiò, Antichriſtus iuxta eos natus eſt circa 600. annum à Chriſto: quomodo ergo ſibi fabricauit *Miſſam* pro Deo, cùm eo ſit antiquior *Miſſa*.

Quartò, Antichriſtus clam colet Mahuzim, at Papa publicè *Miſſam* colit.

Alij ergo volunt Miſſam dici à מַסָּה *Miſſah* vel מִסַּת *Miſſath*, quod ſignificat voluntariam oblationem Deuteronomij. 16. v. 10.

Contra, ſi eſſet nomen Hebræum, non eſt veriſimile minimè in vſu fuiſſe inter Græcos, aut Syros, vel antiquos: qui alias voces Hebræas retinuerunt, vt *Alleluia*, *Sabaoth*, *Oſanna*, &c. At apud Græcos Miſſa eſt λειτουργία. Origenes, Epiphanius, Hierony. doctiſſimi linguæ Hebrææ hac nuſquam vſi ſunt voce, & Syri vt Maronitæ qui Chaldaica celebrant lingua pro *Miſſa* dicũt קוּדְשָׁא *Kudeſcha*, id eſt Sanctum, ſeu Sacrum.

[r] Alij ergo volunt Latinum eſſe nomen: quo ſignificatur *oblatio Deo miſſa*. [s] Alij quòd mittatur Angelus qui deferat oblata. [t] Alij à mittendis muneribus, quaſi ſymbolis quibuſdam, vnde fieret ſacra cæna, & pauperibus daretur epulum, atque idem eſſe miſſam & ἀγάπην. Sed falluntur: Nam ἀγάπη diſtinguebatur à *Miſſa*. Siquidem ἀγάπη [v] conuiuium erat humanum, & politicum in refrigerium pauperum: *Miſſa* verò apud antiquos ſemper accipitur pro actione ſacra, & myſtica.

[x] Probabiliſſima ſententia eſt *Miſſam* idem eſſe, ac *miſſionem*, ſeu, *dimiſſionem populi peractis ſacris*: ſicut apud veteres idem erat *collecta*, & *collectio* συναγωγὴ

[o] *v. 30.*
[p] *vt interpretatur Hieron. in hunc locum Danielis.*
[q] *v. 37.*
[r] *vt Hugo Victorinus 2. de Sacram. p. 8. cap. vlt.*
[s] *Magiſt. 4. diſt. 13. & D. Thom. 3. p. q. 83. ar. 4.*
[t] *Caluin. 4. Inſtit. 18. §. 18. Petrus martyr. in 1. Corinth. 5. Melancth. in Apolog. Confeſſ. Auguſtanæ diſputatione de vocabulis Miſſæ.*
[v] *vt colligitur ex Tertulliani Apologetico ca. 39. & Aug. 20. contra Fauſtum 21.*
[x] *Iſidori 6. Etymolog. Raban. 1. cap. 32. de Inſtit. Cleric. Alcuini lib. de officiis Eccl. cap. de celebr. Miſſæ.*

Græcè & *σύλλεξις peccati remiſſa*, & *remiſſio. Significatio.* Primò accipitur *Miſſa* pro ipſa *miſſione*, ita Concilium [y] Carthag. 4. *Epiſcopus nullum prohibeat, vſquam ad* [z] *Miſſam Catechumenorum, neque hæreticum, neque Iudæum, neque Gentilem, Eccleſiam ingredi, & audire verbum Dei.* Nec enim *Miſſa* accipi poteſt ibi pro *ſacrificio*, ſeu, *cœna ſacra*; hæc enim ſolùm fidelium erat neque pro *Euangelio & lectionibus*, quæ præſentibus Catechumenis recitabantur. Nam Concilium permittit ea etiam ab infidelibus in Eccleſia audiri: & proinde manere vſque ad *dimiſſionem* Catechumenorum & non vltra: quia nihil erat quod præterea diceretur Catechumenorum miſſa. Ergo *Miſſa*, hoc in loco, hanc *dimiſſionem* ſignificat. Atque in hac ſignificatione dicitur à Diacono *Ite Miſſa eſt.*

Secundò, vſurpatur pro *diuino lectionum, & precum officio celebrato ante dimiſſionem Catechumenorum*: ita [b] Concilium Valentinum: *Hoc eſſe cenſuimus obſeruandum, vt Sacro ſancta Euangelia ante munerum illationem in Miſſa Catechumenorum in ordine lectionum, poſt legantur*, &c. Id enim intelligi nequit de *Dimiſſione Catechumenorum*: in ea enim non poterant Euangelia legi. Ergo debent intelligi de officio diuino, cui Catechumeni adeſſent.

Tertiò, accipitur, pro *illa Liturgiæ parte, ab offertorio vſque ad finem* quæ proprie dicitur, *fidelium Miſſa.* ita [c] Ambroſius.

Quartò, pro *tota celebratione officij diuini comprehendente ſimul Miſſam Catechumenorum, atque fidelium*, Ita Leo, Gregorius, & Fœlix. 4. Concil. Agath. & Aurelian. ſupr. eſtque cõmuniſſima acceptio apud omnes poſteriores authores.

Quintò, *pro ipſis collectis, ac precibus quæ in liturgia dicuntur.* Ita Concil Mileuitanum [d] Can. 12.

Sextò, *pro Sacrificio Euchariſtiæ.* Ita enim accipitur, cum quæritur: *An miſſa ſit Sacrificium:* Senſus ſiquidem eſt. *Vtrum actio illa ſacra, in quâ conficitur Eucha-*

[y] *can 84.*
[z] *id eſt dimiſſionem Catechumenorum.*
[a] *ita etiam Auguſt. ſerm.* 237. de tempore *Ecce* (inquit) *poſt ſermonem fit Miſſa Catechumenis, manebunt fideles, &c.*
[b] *can.* 1.
[c] *ſupra.*
[d] *Placuit etiã & illud, vt preces, vel orationes, ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſeu cõmendationes, manus impoſitiones ab omnibus celebrẽtur.*

riſtia, multis præcedentibus, & ſubſequentibus precibus ac ceremoniis, ſit ſacrificium. Nec quæritur vtrum *ſinguli ritus, ad eſſentiam Sacrificij ſpectent*, ſed, *num aliquis talis ſit, ad quem reliqui referantur omnes.*

[e] *1. de Sacrificio Miſſæ cap.* 10. Nam vt obſeruat [e] Eckius eſt quædam actio Sacrificium, & non repræſentatio Sacrificij, qualis actio, eſt Chriſti oblatio in Cruce. Eſt quædam repræſentatio ſimplex, & non Sacrificium, & talis eſt manducatio Euchariſtiæ. Eſt quædam repræſentatio ad viuum non tamen Sacrificium, qualis celebratur memoria paſſionis Chriſti in die Paraſceues ab Eccleſia. Eſt quædam denique Sacrificiū ſimul & repræſentatio, qualis eſt *Miſſa*, in qua variis geſtibus, & actionibus repræſentatur Sacrificium crucis, & ſimul Deo offertur verum Chriſti corpus: atque in hac oblatione eſſentiam ſacrificij Miſſæ ſitã eſſe. Ex quibus conſtat calumnioſè dixiſſe [f] Kemnitium conſtituiſſe Ekium eſſentiam ſacrificij *Miſſæ* in variis geſtibus.

[f] *2. par. Exa. pag.* 717.

De Sacrificij definitione.

CAP. II. & III.

PRIMA [a] definitio, eſt [b] Melancthonis: *Sacrificium eſt ceremonia vel opus, quod nos Deo reddimus, vt eum honore afficiamus.* Quod deinde partitur in *Propitiatorium* & εὐχαριστικόν. Illud in remiſſionẽ peccatorum, hoc in gratiarum actionẽ, cuius generis ſunt omnia opera bona.

Cõtra Primò, Scriptura opponit multarum operarum virtutum ſacrificijs, [c] Oſeæ.6. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* 1. Reg. 15. [d] *Melior eſt obedientia, quam victimæ.* [e] Pſal. 50. *Si voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique*, &c. [f] At ſi opera omnium virtutum ſacrificia propriè eſſent, malè excluderentur à Sa-

[a] CAP. II.
[b] *in Apolog. Confeſſ. in art. de Miſſã.*
[c] *v.* 6.
[d] *v.* 22.
[e] *v.* 17.
[f] *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatũ Deus non deſpicies.*

crificio:nec vere diceretur, *miſericordiam volo, & ſacrificium*,&c.

Secundò,in omni Sacrificio propriè dicto, præter actionem, requiritur aliqua res ſenſibilis quæ offeratur Hebræor. 8. [g] *Omnis Pontifex, ad offerendum munera,& hoſtias conſtituitur:vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid,quod offerat.* At multa opera virtutum in ſola actione conſiſtere poſſunt,vt oratio, meditatio,&c.

Tertiò,*ſacrificare*,eſt actus Religionis proprius, & elicitus. At non poteſt idem actus eſſe à diuerſis elicitus virtutibus:quamuis poſſit ab vna elici, ab alia imperari. Ergo actus temperantiæ,miſericordiæ,&c.non erunt ſacrificia propriè,ſed ſolum participatiuè cum à religione non eliciantur. vnde in diuinis literis non vocantur opera virtutum abſolutè,ſacrificia,ſed cum additione, vt *Sacrificium laudis,hoſtiæ ſpirituales*,&c.

Quartò,in Eccleſia Chriſti vnum eſt tantum Sacrificium propriè iuxta [h] PP.Ergo non ſunt Sacrificia,omnia virtutum opera.

Quintò, Sacrificio proprie dicto reſpondet Sacerdos propriè dictus. Nam Sacerdoti vt talis eſt, propriè conuenit Sacrificium offerre. [i] Hebræor. 5. At omnes ad honorem Dei facientes opera non ſunt propterea propriè Sacerdotes 1. quia in veteri Teſtamento, non erant Sacerdotes niſi Aaron & poſteri eius : in nouo, nuſquam alij propriè dicti Sacerdotes fuêre,niſi Epiſcopi, & Preſbyteri. [k] *Nec enim vllus debet ſibi aſſumere honorem, niſi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* 2. quia Concilium [l] Nicænum apertè docet in Eccleſia non omnes, ſed certos quoſdam Sacerdotes eſſe.

Sextò, altare & ſacrificium proprie dicta, relati-

[g] *v. 3.* πᾶς ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, καθίσταται. ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ. *item Gen. 22. v. 7.*

[h] *Aug.8.ciu. vlt.ea*(inquit) *non eſſe Sacrificia Martyrum nouit,qui nouit vnum, quod Deo offerrur Sacrificiũ Chriſtianorũ. Chryſoſt.in Pſal. 95. Leo ſerm. 8. de Paßione.*

[i] *v. 1. omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & victimas pro peccatis.* [k] *Hebræor. 5. v. 4.* καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ ἀαρών.

cap. 14. & Trident. ſeſſ. 23. can. 1. & 7.

ua ſunt. 1. quia Hebraïcè, & Græcè ab eadem radice ducuntur. ab Hebræo זָבַח *Zavach, ſacrificauit*, fit זֶבַח *Zevach, ſacrificium*, & מִזְבֵּחַ *Misbeach, altare*, à Græco θύειν, *ſacrificare*, fit θυσία, *ſacrificium*, & θυσιαστήριον, *Altare*. 2. quia [m] Geneſ. 8. quo primum Altare erectum habetur, legimus id factum Sacrificij cauſa, ac in omni gente ſemper altaria fuere ad ſacrificandũ erecta. Et ſicut Sacrificium ſoli Deo ritè poteſt offerri, ita & Altare extrui. At non eſt Altare propriè dictum, neceſſarium ad omne opus bonum faciendum vt conſtat.

[m] *v.20. Ædificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare Domino.*

Obijcitur, *Sacrificium verum* [n] (inquit Auguſt.) *eſt omne opus quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreatur Deo, relatum ad illum finem, quo beati eſſe poſſimus.*

[n] 10. *Ciuit.* 6.

Reſpondeo Auguſt. ſolum definire Sacrificium propriè internum, verumque appellare ratione dignitatis, & effectus (quia ſcilicet eſt præſtantius & Deo gratius externo) non ratione formæ, & eſſentiæ Sacrificij propriè dicti: quomodo Chriſtus de ſeipſo dixit: [o] *Ego ſum vitis vera.* Nec enim voluit dicere ſe propriè eſſe vitem, aut magis propriè, quam quæ plantatur: ſed nobiliores effectus habere.

[o] *Ioan.* 15. *v.* 1. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.

Secunda definitio, [p] Caluini, qui θυσίαν προσφορὰν, & τελετὴν pro vno accipit, ac vult has voces ſicut & Sacrificium, *ſignificare quamcumque oblationem Deo factam.*

[p] 4. *Inſtit.* 18. §. 13.

Contra, Primò, etſi omne Sacrificium ſit oblatio quædam, non tamen omnis oblatio eſt Sacrificium. Siquidem requirebatur in omni Sacrificio, rei oblatæ conſumptio. Nam vox Hebræa, *Zevach, Sacrificium*, deducitur (ſicut dictum eſt) à *Zavach, Mactauit*, θυσία à θύειν, *mactare*, vel à nomine θυμίασις, *exhalatio*, quæ ex combuſtione Sacrificiorum aſcendebat. dicitur etiam τελετὴ, à τελέω quod eſt conſumo. At προσφορὰ ſiue *oblatio* ſimplex non requirit huiuſmodi conſumptionem.

Secundò, multa dicuntur in Scriptura offerri, quæ nullo modo dici queunt ſacrificari vt [q] au-

[q] *Exod.* 25.

rum, argentum, æs, lapides, [r] Leuitas, *&c.* [r] *Numeror.* 8. *v.*14.

Obijcies Melchiſedech Sacerdos Dei, non legitur conſumpſiſſe panem, & vinum.

Reſpondeo, quid hac in re egerit non conſtare, tamen ex more ſolito ſacrificandi facilè colligi vtrumque conſumpſiſſe in honorem Dei.

Tertiò, multæ ſunt oblationes propriè dictæ, quæ nec Sacerdotem propriè dictum, nec altare requirunt, vt plurimarum actus virtutum.

[s] Kemnitius, quatuor modis Sacrificium accipi contendit. [s] *initio diſputationis de Sacrificio Miſſæ* 1. *par. Exam. pag.* 712. *&ſeq.*

Primò, pro *Sacrificio externo, & cæremoniali,* quale ſolum fuit in veteri lege, & ad quod reuocantur decimæ, & primitiæ.

Secundò, *pro morte Chriſti.*

Tertiò, *pro Sacrificio ſpirituali fidelium*, nimirum operibus quibuſcumque bonis, ad honorem Dei factis.

Quartò, *pro Sacrificio commemoratiuo ſacrificij crucis*, quamuis fateatur id minimè in ſcripturis haberi.

Contra primum, Non rectè numerantur decimæ, & primitiæ inter Sacrificia, tùm quòd ſcriptura nuſquam eis tale nomen imponat: tùm quod immediatè Sacerdotibus non Deo offerrentur.

Contra tertium, ſi omne opus bonum ſit Sacrificium, & multa huiuſmodi opera, vt ritus conſecrationis Euchariſtiæ non ſit abſque cæremoniâ. Ergo falſum eſt, quod dixerat in primo, Sacrificium cæremoniale ad ſolum ſpectare vetus Teſtamentum.

Contra quartum, nuſquam ſcriptura aut PP. vocarunt Sacrificium id quod ſimpliciter eſt figura, vel Sacrificij commemoratio.

Tandem concludit Kemnitius rectè definitum in genere Sacrificium [t] ab Auguſtino: Sed tantum abeſt vt voluerit Auguſtinus definire ſacrificium in genere, vt potius expreſsè excluſerit à ſua definitione omnia veteris ſacrificia legis, quæ in mactatione animalium ſita erant. [t] *ſupra.*

Sacrificium ergo, vt pro ipſa actione ſumitur, non pro re ſacrificata, quamuis & ipſa dicatur ſacrificium: *Eſt proprie oblatio externa facta ſoli Deo, quâ ad agnitionem humanæ infirmitatis, & profeſſionem diuinæ maieſtatis, à legitimo miniſtro res aliqua ſenſibilis, & permanens, ritu myſtico conſecratur, & transmutatur.*

Dicitur, *oblatio*, pro genere. Id enim eſt ſacrificium quod propriè, & per ſe ad actionem Sacerdotis pertinet. At proprium Sacerdotis munus eſt *offerre*, vnde apud ſcriptores ſacros, & Eccleſiaſticos *offerre*, idem eſt [u] frequentiſſimè ac *ſacrificare*.

Dicitur *Externa*. Quia inuiſibilis, eſt occulta, & priuata. Nomine autem Sacrificij propriè, intelligunt omnes publicum, & manifeſtum honorem Deo exhibitum a communi, & publico miniſtro.

Facta ſoli Deo. Nam multæ oblationes poſſunt fieri etiam hominibus. At, *qui immolat Diis occidetur, præterquam Domino* [x] Exod 22. & [y] Aug. *Quis ſacrificandum cenſuit niſi ei quem Deus, aut ſciuit, aut putauit, aut finxit* [z] *Dæmon ſibi Sacrificium non exigeret, niſi vero Deo deberi ſciret. Nam obſequia cætera, quæ diuinitati exhibentur* [a] &c.

Ad agnitionem humanæ infirmitatis &c. Eſt hic enim omnium generalis Sacrificiorum finis. ſunt nāque quaſi tributa quæ Deo redduntur, in ſupremi recognitionem dominij, & noſtræ ſubiectionis.

A legitimo miniſtro. Non enim eſt cuiuſque Sacrificium offerre ſed publici, & certi hominis, vt patet ex praxi antiqui & noui Teſtamenti. Atque hinc excluduntur à ratione Sacrificij propriè dicti, multæ priuatorum oblationes ſoli Deo factæ vt candelarum accenſio, conſumptio &c.

Ritu myſtico conſecrata. Nam debet res quæ offertur ex prophana fieri ſacra, & Deo dicata. Id enim ſignificat *Sacrificare* id eſt *ſacrum facere*. Atque in hoc diſtinguitur Sacrificium à ſimplici oblatione, quæ non requirit ex ſe vllam huiuſmodi conſecrationē myſticam.

Et transmutatur. Quia exigitur vt quod offertur

[u] *vt Geneſ.* 4. *v.*4. & *cap.*8. *v.*20.

[x] *v.* 20.

[y] 10. *Ciuit.* 4.

[z] *libro* 1. *contra aduerſariū legis, & Prophet.* 18.

[a] *auſi ſunt ſibi etiam ſuperbiæ faſtu homines arrogare: rariſſimi autem cōmemorantur; qui ſibi vt ſacrificaretur, cū regiâ poteſtate poſſent, auſi fuerunt imperare. Quicumque tamen auſi ſunt, per hoc ſe Deos haberi voluerunt.*

plane deſtruatur, id eſt deſinat eſſe quod erat, tùm ad ſignificandam Chriſti mortem, tum quia eſt proteſtatio ſubiectionis noſtræ ad Deum, & ſummus externus cultus, hæc autem proteſtatio efflagitat, vt non ſolum vſus rei Deo offeratur, ſed ipſa ſubſtantia quoque.

[b] Obijcies, mors Chriſti Sacrificium verè ac propriè fuit. At non fuit actio Religionis, ſed Charitatis, Patientiæ, ac Fortitudinis. [b] CAP. III.

Reſpondeo, propriè actum Religionis fuiſſe. Chriſtus enim præcipuè ſeipſum obtulit, vt Sacrificium pro expiatione peccatorum totius mundi: quamuis hic Religionis actus plurimis virtutibus communicauerit: ſicut & illæ religionis rationem participant. Ergo dices, Martyrum paſſiones erunt ſacrificia propriè.

Negatur. Differunt enim à Chriſti morte.

Primò, quia Chriſtus propriè Sacerdos erat, cui licebat quamlibet ſibi placentem offerre hoſtiam. Non ita martyres.

Secundò, propriè ſeipſum ſacrificauit, quia in eius erat poteſtate pro libito mori, vel non mori. Non ſimiliter martyres.

Tertiò, quia Chriſtus verè myſtico ritu ſacrificatus eſt: non enim caſu, ſed ex ipſius electione factum eſt, vt in die feſto Paſchæ & in altari crucis, manibus extenſis, & extram portam vrbis pateretur.

Quartò, quia verè principalis finis mortis Chriſti erat [c] placare Deum generi humano. At martyrum paſſiones participaliter tendebant in teſtimonium veritatis, vt fortitudinis actus.

[c] *Coloſſ.* I. v. 20.

Partitiones Sacrificij.

CAP. IIII.

Sacrificiũ diuiditur ratione

- formę in
  - *Holocauſta*, propriè in reuerentiam diuinæ Maieſtatis, & ideò tota cremabantur, vt reſoluta per vaporem, ſurſum aſcenderent, in ſignum quod quidquid habemus, Dei eſt.
  - *Hoſtias pro peccato*, ſcilicet in expiationem peccatorum & hæ partim cremabantur, partim à Sacerdotibus in atrio comedebantur variæ pro diuerſitate peccatorum, & perſonarum.
  - *Hoſtias Pacificas*, partim cremabantur, partim à Sacerdotibus, & donatoribus comedebantur.
- materiæ in
  - *Victimas* ſeu *hoſtias*, nempe Sacrificia ex animantibus.
    - turturibus.
    - columbis.
    - paſſeribus.
    - ouibus.
    - capris.
    - bobus.
      - *pro Beneficio accepto*, & hæc debebant ipſo die Sacrificij cõſumi per ignem.
      - *pro accipiẽdo Beneficio*, & poterãt differri conſumandæ in craſtinum.
  - *Immolationes*: Sacrificia ex rebus inanimatis ſolidis vt farina, pane, ſale, thure, *&c.* quamuis immolandi vocabulum, deinde ad omne genus Sacrificij ſit deriuatum.
  - *Libamina*, Sacrificia rerum liquidarum, vt vini, aquæ, *&c.*

Primum ratione dignitatis erat Holocauſtum, ſecundum Sacrificium pro peccato, tertium pro beneficio accepto, quartum pro beneficio accipiendo.

Primò, enim obligamur, honorem Deo deferre

ob ipſius infinitam maieſtatem. 2. ob offenſam in eum commiſſam. 3. ob acceptum beneficium. 4. ob accipiendum.

[a] *Holocauſto*, ſignificatur ſtatus perfectorum, qui ſe totos Dei obſequio conſecrant. *Sacrificio Pacifico*, ſtatus proficientium, qui Deo gratias agunt pro accepta iuſtificatione ac petunt perſeuerantiam in bono: Et ſicut huius Sacrificij erant tres partes, vna cremabatur Deo, altera comedebatur à Sacerdote, tertia ab offerente: ita perſeuerētia in bono acquiritur gratia Dei, miniſterio Sacerdotum, & merito proprio operum bonorū. *Per ſacrificium pro peccato*, ſignificatur ſtatus incipientium ſeu Pœnitentium. Et quia iuſtificatio à peccatis nequit proprijs acquiri meritis, ſed ſola Dei gratia per miniſterium Sacerdotum, idcirco huius vna ſacrificij pars offerebatur Deo, altera Sacerdoti cedebat, nulla offerenti.

[a] *D.Thom.1. 2.q.102.ar.3.*

Miſſam ſacrificium eſſe.

CAP. V. & VI.

[a] NEGANT [b] Hæretici omnes neoterici, affirmant omnes Catholici Hac de materia ſcripſerunt Ekius tribus libris de Sacrificio Miſſæ, Clictoueus in propugnaculo Eccleſiæ libro. 1. Gaſpar Schazgerus tractatu de Miſſa, Ioannes Faber. 2.4. & 5. libro de Miſſa, & Euchariſtia, [c] Ioannes Roffenſis [d] Caietanus [e] Martinus Pereſius, [f] Driedo, [g] Catharinus, Dominicus à Soto 4. diſt.

[a] CAP. V.

[b] *Formula Miſſæ pro Eccleſia witembergenſi à Luthero edita an.* 1523. *admittit Introitum cum Pſalmo, Kyrie eleiſon cum Gloria in excelſis, Collectā cum lectione, Graduale cum Alleluia? Proſas paucas, Euangelium, Symbolum oblationem vero execratur. Caluinus* 4. *Inſt.* 18. §.1. & 2. &c.

[c] *libro de viſibili Sacerdotio.* [d] *tractatu de Sacrificio Miſſæ.*

[e] *libro de traditionibus par.* 3. *conſiderat.* 4. [f] *de Scriptur. & Eccleſiaſt. dogm. cap.* 4. *par.* 1. [g] *libro de veritate incruenti Sacrificij Noui, & æterni Teſtamenti.*

13. q. 2. [h] Tiletanus, [i] Tapper, [k] Pighius, [l] Antonius Demochares, [m] à Caſtro, [n] Gaſpar Caſalius, Hoſius cap. 41. Confeſſionis Polonicæ, Lindanus. 4. Panopliæ. 37. & ſeqq. Canus 12. de locis 13. Alanus 2. de Euchariſtia Gregorius de Valentia libris de Sacrificio Miſſæ, & 3. D. Thom. q. 83. Probatur ſententia Catholica Primo.

[o] *Melchiſedech Rex Salem protulit panem, & vinum erat enim Sacerdos Dei altiſſimi*, Geneſis [p] 14. At Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Pſal. 109. v. 5. & non ſecundum Aaron, vt docet Paulus Hebræor. 7. Ergo debuit ſacrificium inſtituere incruentum, & ſub ſpecie panis, & vini.

Secundò ſaltem fuit Melchiſedech in illa cæremonia panis, & vini figura manifeſſima Chriſti inſtituentis Sacramentum Euchariſtiæ in pane, & vino ex communi conſenſu PP. Sed Melchiſedech panem, & vinum obtulit, vt Sacerdos Dei altiſſimi, ac proinde verè ſacrificauit. Igitur & Chriſtus in inſtitutione Euchariſtiæ, vt Sacerdos egit ac verè ſacrificauit, alioquin non rectè figuram illam impleuiſſet.

Tertiò, Sacerdotium Melchiſedech, fuit vnius tantum hominis cui nullus ſuccederet, & ſimiliter Sacerdotium Chriſti, Hebræor. 7. duraturum equidem in æternum, id eſt, in aliud nuſquam mutandum, ſicut mutatum eſt Sacerdotium Aaronicum. At Sacerdotium Chriſti, nequit otioſum eſſe, ergo & Sacrificij ritus ſemper durare debet, ſed ſacrificium crucis ſemel tantum fuit peractum, nec repeti amplius poteſt. Igitur aliud inſtitutum eſt, ſemper offerendum: Nullum autem aſſignari poteſt niſi Euchariſtiæ. Ergo, &c.

Reſpondent Primò, in vulgata editione haberi quidem verbum *offerendi*, in Hebræo Chadæo, & Græco, verbum *proferendi* quod ſimpliciter ſignificat *educere*, vel *depromere*.

Contra, vulgata editio habet etiam verbum, *proferendi* quod pro loci exigentia ſæpe vſurpatur

[h] *Apolog. pro Concil. Trid.*
[i] *explicat. ar.* 16.
[k] 2. *Hierarch. Ecclеſ.* 5.
[l] *libris* 4. *de Sacrificio.*
[m] 10. *contra hæreſes verbo*, Miſſa.
[n] *Libris tribus de Sacrificio* Miſſæ.
[o] CAP. VI.
[p] *v.* 18. - וּמַלְכִּי צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם הוֹצִיא לֶחֶם וָיָיִן וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן *vmalci-tſedek melech ſcalem botſi lechem vaiaim, vehu choen leel geliō Et Melchiſedech rex Salem eduxit panem & vinum. Et ipſe Sacerdos Deo Altiſſimo.*

pro, *adductione hoſtiæ ad immolationem* Iudicium 9. v. 19. וַיִּגַּשׁ הָאֵלָה אֶל־תַּחַת אֵלָיו וַיּוֹצֵא: *Vaiiotſe Elau el-thachath haelah vaiaggeſc. Et eduxit ad eum ſub quercu, & obtulit*, vbi vides verbum [q] הוֹצִיא *hotſi* ſignificare *educere ad immolandum*: ſicut verbum הֵבִיא *beui* Geneſ. 4. וַיָּבֵא *vaiiaue, & adduxit Cain de fructu terræ, oblationem Domino, & Abel.* הֵבִיא *beui, adduxit ipſe etiam de primogenitis.* In loco autem Geneſis 14. debere idem verbum הוֹצִיא *hotſi* accipi pro offerre [r] hinc patet quod alioquin hæc tota clauſula: *Erat enim Sacerdos*, &c. nihil eſſet ad rem.

Reſpondent ſecundò, *Panem, & vinum* fuiſſe prolata non Deo, ſed Abrahæ, ac ſociis vt reficerentur. Contra 1. nulla ratio inerat, vt hac ratione darentur Abrahæ, ac ſociis. Nam & ſpoliis onuſti, & [s] cibo refecti antequam occurreret Melchiſedech, deſcribuntur. 2. cum ſcriptura nobis deſcribat tot in locis ſacrificium Melchiſedech diſtinctũ ad Aaronico, debuit exprimere quale nam illud eſſet. Nuſlibi autem expreſſit niſi in hoc loco, oportet ergo intelligere per *panem, & vinum*, non cibos prophanos ſed Deo oblatos. 3. ſi vera eſſet aduerſariorum reſponſio nulla ratio reddi poteſt quare ſubiungatur: *Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi.*

Reſpondent tertiò, non eſſe in textu Hæbræo particulam rationalem *enim*, ſed וְ ve, coniunctiuam. *Et*, contra vim rationalis etiam habet וְ *ve* vide tom. 1. vt ſupra.

Reſpondent quartò, dici Sacerdotem Dei altiſſimi quia bendixit Abrahæ, non quia obſtulit panem, & vinum.

Contra 1. in Hebræo poſt illa verba eſt. *Erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi*, eſt accentus ſophpaſuch indicans ibi periodum terminari: quare nequit cum ſequentibus coniungi. 2. Abraham erat etiam Sacerdos: obtulit enim ſacrificia plurima per ſeipsũ. Ergo ſi ei benedixit Melchiſedech, certè quia erat maior Abrahamo, debuiſſet igitur ſcriptura reddens huius benedictionis rationem, ſi vera eſſet

[q] [*in Niphil. in Kal* יָצָא *iatſa* & *ſignificat, exire.*]

[r] *Vide plura tom. 1. libro 1. de Verbo Dei cap. 12. in explicatione loci 4.*

[s] *verſ. 24.*

ſententia aduerſariorum, dicere: *quia erat Sacerdos maior, benedixit,* &c. & non ſimpliciter, *quia erat Sacerdos* : alioquin nulla ſufficiens aſſignaretur ratio huius benedictionis. 3. PP. communi conſenſu panem & vinum Melchiſedech referũt, vt typum, ad oblationem Chriſti in Euchariſtia.

In canone Miſſæ legimus: *ſupra quæ propitio ac ſereno vultu aſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus eſt munera pueri tui iuſti Abel & ſacrificiũ Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech ſanctum Sacrificium,* quod niſi intelligatur Sacrificiũ panis, & vini, non cõſtabit quare producatur ibi Melchiſedech. Nec enim conſtat aliud protuliſſe Sacrificium. Hanc totam particulã refert [t] Ambroſius, vnde liquet antiquiſſimam eſſe.

[t] 4. *de Sacramen.* 6.

[v] Clemens Alexandrinus: *Melchiſedech Rex Salem Sacerdos Dei altiſſimi, qui vinum, & panem ſanctificatũ dedit nutrimentum in typum Euchariſtiæ.*

[u] 4. *Stromat. non procul à fine.*

[x] Cyprianus: *Qui ordo* (ſecundum Melchiſedech) *Hic eſt de Sacrificio illo veniens, & inde deſcendens, quod Melchiſedec Sacerdos Dei ſummi fuit, quod panem, & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis Sacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus? qui ſacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, ideſt panem, & vinum, ſuum ſcilicet corpus, & ſanguinem.*

[x] 2. *epiſt.* 3. *poſtquam citaſſet illa verba Pſalmi: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum, &c.*

[z] Euſebius Cæſarienſis: *Quemadmodũ ille* (Melchiſedech) *qui Sacerdos gentium erat, nuſquam videtur ſacrificiis corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane dum ipſi Abraham benedicit: ita ſanè primus ipſe Saluator, ac Dominus noſter, deinde qui ab eo profecti ſunt Sacerdotes, in omnibus gentibus, ſpirituale ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones Sacerdotij munus obeuntes, vino, ac pane, corporis illius, & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentant: quæ ſanè myſteria Melchiſedech tanto ante ſpiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vſus fuerat.*

[y] 5. *demonſtr. cap.* 3.

[z] Ambroſ. *Cognouimus Sacramentorum iſtorum figuram Abrahæ temporibus præceſſiſſe, quando obtulit Sacri-*

[z] 5. *Sacram.* 1.

[a] *in* 5. *ad Hebræos exponens illud, Tu es Sacerdos in æternum.*

ſicium Sanctus Melchiſedech. Item, [a] *Conſtat pecudum victimas periiſſe, quæ fuerunt in ordine Aaron. Sed manere Melchiſedech inſtitutum, quod toto orbe terrarum in Sacramentorum erogatione celebratur.*

[b] Epiph. *Quod ſanè* (ſcilicet Sacerdotiũ Melchiſedech) *nunc viget in Eccleſia à Chriſto, & huc vſque, dum non amplius ſemen ſecundum ſucceſsionem eligitur, ſed forma iuxta virtutem quæritur.*

[b] *hæreſi.* 55.

[c] Hierony. *Recurre ad Geneſim, & Melchiſedech Regem Salem huius principem inuenies ciuitatis; qui iam tunc in typo Chriſti panem, & vinum obtulit, & myſterium Chriſtianum in Saluatoris ſanguine, & corpore dedicauit.*

[c] *Epiſtola ad Marcell. vt migret Bethlehẽ.*

[d] Chryſoſto. *Poſtquam Melhiſedech Rex Salem panem, & vinum attulit (erat enim Sacerdos Dei altiſsimi) ab illo Abraham accepit oblata.*

[d] *homil.* 36. *in Geneſ.*

Auguſt. [e] *Nouerunt, qui legunt, quid protulerit Melchiſedech: quando benedixit Abraham, & iam ſunt participes eius: vident tale Sacrificium, nunc offerri toto orbe terrarum.*

[e] 1. *contra aduerſar. legis, & prophetar. cap.* 20.

Theodoret. [f] in Pſal. 109. [g] Leo magnus ſerm. 2. de anniuerſario Aſſumptionis ad Pontificatum. Arnobius in Pſal. 109. Eucherius lib. 2. cap. 18. in Geneſim. g Primaſius: *Quare ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaron dicatur exiſtere Sacerdos; diuerſæ cauſæ exiſtunt: & prima quidem eſt quia Melchiſedech ſecundum legalia mandata non fuit Sacerdos, ſed ſecũdum cuiuſdam ſingularis Sacerdotij dignitatem, panem offerens Deo, non brutorum animalium ſanguinem: in cuius ordine Sacerdotij Chriſtus factus eſt Sacerdos, non temporalis, ſed æternus: nec offerens victimas legales, ſed inſtar illius, panem, & vinum, carnem videlicet, & ſanguinem.*

[f] *Inuenimus Melchiſedech Sacerdotem, & Regem eſſe, & afferentem Deo non ſacrificia ratione carentia, ſed panem & vinum.*

[g] *in* 5. *ad Hebræos.*

Caſſiodorus [h] *Quem ordinem Melchiſedech per myſticam ſimilitudinem iuſtiſsimus Rex inſtituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Conſtat enim pecudum victimas perijſſe, quæ fuerunt ordine Aaronis & Melchiſedech manere potius inſtitutum, quod toto orbe in Sacramentorum erogatione celebratur.*

[h] *in Pſal.* 109.

i 4. *fid.* 14.

i Damaſc. *Menſa illa* (Melchiſedech ſcilicet) *myſticam hanc adumbrabat, quemadmodum, & Sacerdos ille veri Pontificis Chriſti figuram, & imaginē præ ſe ferebat.*

k *in* 5. *ad Hebræos.*

Oecumenius: [k] *Melchiſedech fuit primus qui hoſtiam ſine ſanguine, panem, inquam, & vinum obtulit*, & infra. *Non ad ipſam tantùm, quæ à Deo ſemel facta eſt hoſtiam, & oblationem dixit*, in æternum: *ſed ad noſtri temporis Sacerdotes inſpiciens per quos Chriſtus & ſacrificat, & ſacrificatur, quique eis in myſtico illo conuiuio, ac cœna Sacerdotij huius tradidit formulā*: Theophylact. & Anſelmus in 5. ad Hebræos.

l *Caluin.* 4. *Inſtit.* 18. §. 2.

Reſpondent [l] quintò, Apoſtolum, Hebr. 7. loquens exactè de Melchiſedech, nihil dixiſſe de oblatione panis & vini.

Sed id fecit tum quòd ſolum vellet probare excellentiam Sacerdotij Chriſti ſupra Leuiticum, quę non adeo clarè conſtabat ex illa oblacione, quam ex benedictione, qua benedixit Melchiſedech Abrahæ: tum quòd ex induſtriâ illam prætermiſerit, vel ob incapacitatem Hebræorum illorum, vel quia id prolixiorem requireret expoſitionē, quam pateretur locus propterea ſiquidem dixit: [m] *De quo grandis nobis eſt ſermo, & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.*

m περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς.

n *Kemnit pag.* 750.

Reſpondent [n] Sextò, ex figuris non licet fabricare dogmata, niſi ſint in ſcripturis clarè explicata. At nullibi explicatur illa oblatio panis, & vini Melchiſedech.

Negatur Maior 1. quia ſufficit communis explicatio Eccleſiæ. 2. ſufficit euidenter deduci ex ſcriptura. At ſi Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, debet in Sacerdotio conuenire cum illo, id eſt in eo quod eſt proprium Sacerdotij Melchiſedech: ſcilicet oblatione panis, & vini. Nam quod decimas acceperit, conuenit cum Leuitis, quod non fuerit oleo vnctus, aut alterius ſucceſſor, conuenit cum Abele, quod ſine genealogiâ deſcribatur conuenit cum Heliâ.

Reſpon-

Reſpondent [o] Septimò, Typus Sacerdotij Melchiſedech conſiſtit, vt diximus in his quæ communia non habet cum Aaronico. At Sacrificium panis & vini quotidianum fuit in Aaronico ſacerdotio.

[o] *Kemn. ibid.*

Ad Minorem, magnum eſſe diſcrimē inter oblationem panis ac vini Melchiſedech, & Aaron. 1. quia in Aaronico Sacerdotio erat [p] pars quædam, & quaſi condimentum alterius ſacrificij non autem Sacrificium principale. At in Melchiſedechico erat principale. 2. in Aaronico ſemper conſpergebatur oleo, & vt plurimum inde fiebant lagana, non autem in Melchiſedechico.

[p] *Nam iiſdem Scripturæ locis iubentur offerri Agni, aut vituli & cum eis ſimila, ac libamentum.*

Reſpondent [q] Octauò, Melchiſedech obtuliſſe panem, & vinum. At iuxta nos nōn eſt panis, & vinum in Euchariſtia.

[q] *Illyric. Apolog. Confeſſ. Antuerpienſ. cap. 25.*

Ad Minorem dico, ſufficere repræſentari Chriſtum ſub ſpecie panis, & vini, ſicut & repræſentabatur in Sacrificio Melchiſedech. Quod autem ſubſtantia interior ſit diuerſa, non refert: quia repræſentatio in accidentibus, non ſubſtantia eſt: debuit tamen alia eſſe in Sacrificio Chriſti, quia auguſtius eſt ſacrificio Melchiſedech.

Reſpondent [r] Nonò, [s] R. Salomon, [t] Ambroſ. Auguſtinum in qq. veteris, & noui Teſtamenti, Ioſephum Chryſoſt. docere Melchiſedech dediſſe panem, & vinum Abrahæ.

[r] *Martyr. in 1. Corinth. 5.*
[s] *in 14. Gen.*
[t] *libris de Sacramen.*

Sed R. Salomon fuit apertè Chriſtianis aduerſus: Author qq. veteris & noui Teſtamenti non eſt Auguſtinus: & quidquid dicant iſti omnes, nos minimè negamus dediſſe panem, & vinum Abrahæ ac ſocijs, non quidem in refectionem vt vult R. Salomon, ſed vt conſumerent panem, & vinum prius oblata Deo.

Reſpondent [u] Decimò, vt Chriſtus ſit Sacerdos in æternum, non eſſe neceſſe quotidie per miniſtros offerre. 1. quia [x] Paulus ait Chriſtum non eſſe talem Sacerdotem qui offerat ſæpius ſeipſum. 2. quia dicitur Sacerdos in æternum, quòd viuat in æternum. 3. quia virtus vnicæ oblationis eius

[u] *Kemnit. pag. 742.*
[x] *Hebraor. 7. verſ. 27.*

ſemper durat. 4. quia ſemper in cœlo intercedit pro nobis. 5. quia per ipſum habemus ſemper acceſſum ad patrem. 6. quia Chriſtus in perpetuum ſaluare poteſt, & ſaluat.

Negatur Propoſitio. Ad primam probationem, loqui Paulum de cruenta oblatione crucis. Nam alioquin quòd neceſſe ſit ſeipſum quotidiè offerre vt ſit in æternum Sacerdos, ipſemet Paulus ſatis declarat, cùm poſtquam dixiſſet Chriſtum eſſe Pontificem, & Miniſtrum Sanctorum, atque Eccleſiæ, tabernaculi ſcilicet quod fixit Deus, & non homo, ſubiungit: [y] *Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur, vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid quod offerat*: quibus concludit Chriſtum debere aliquid habere quod offerat vt dicatur Sacerdos: ſicut obſeruat D. Thomas in hunc locum. Hoc verò eſſe aliquid cœleſte, patet ex his: [z] *ſi ergo eſſet ſuper terram*, id eſt, ſi hoſtia immolanda eſſet, aliquid terrenum vt oues, & boues, *non eſſet Sacerdos* (ſcilicet Chriſtus) *cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera*: id eſt, non eſſet noui neceſſitas Sacerdotij: cum ſine ipſo ſint qui offerant huiuſmodi terrena munera. Vult ergo Paulus Chriſtum, quod ſit ſemper Sacerdos, aliquid offerre non terrenum ſed cœleſte, nimirum corpus, & ſanguinem.

y cap. 8. v. 3.

z v. 4. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς οὐδ' ἂν ἦν ἱερεὺς ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα.

Ad ſecundam probationem, requiri quidem vitam æternam vt dicatur Sacerdos in æternum Chriſtus: ſed non ſufficere, alioquin omnes Leuitici Sacerdotes dicerētur poſt Reſurrectionem Sacerdotes in æternum, quia Sacerdotium habuerunt, & in æternum viuent: requiritur etiam ergo vt viuens fungatur Sacerdotio in æternum. Sicut nequit Rex dici per 30. annos, qui nec regnauerit, nec regnare potuerit niſi vno die, etiamſi per 30. vixerit annos. Paulus autem non probat Sacerdotium æternum ex vita æterna Chriſti, ſed ex vita æternâ probat, poſſe illum perpetuo fungi Sacerdotio, nec opus eſſe, vt ei aliquis ſuccedat.

Ad tertiam non ſufficere, alioquin Sacerdotium,

& Sacrificium Noë dici poſſent æterna, quia effectus huius Sacrificij ſemper manet, nimirum nuſquam rediturum diluuium.

Ad quartam, vel volunt Chriſtum, per orationem, *ſolùm intercedere pro nobis, & ideò dici Sacerdotem*, & ita quiuis laïcus dici poterit Sacerdos, cùm orat: vel *intercedere per oblationem veram perpetuam*; & hoc eſt, quod intendimus, vel *ſolùm quia repræſentat aſſiduè patri paſſionem ſuam*: Sed hoc nequit propriè Sacerdotium dici. 1. quia ſequeretur Chriſtianam Religionem non eſſe amplius in terris. [a] *Nam translato Sacrificio, neceſſe eſt legis quoque tranſlationem fieri.* 2. non eſſe in cœlo nudam veritatem, ſed figuras, ac cæremonias: omnia ſi quidem Sacrificia propriè dicta, debent eſſe repræſentatiua Sacrificij crucis, & quædam Religionis cæremoniæ: vel denique, *impropriè tantum offerri Sacrificium in cœlo.* Sed ſi velint nec etiam niſi impropriè offerri in terris, ſequetur Chriſtum non niſi impropriè Sacerdotem eſſe: quod abſurdiſſimum eſt.

[a] *Hebræor. 7. v. 12.* μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης, καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.

Ad quintam, ſolutio eadem.

Ad 6. probare quidem Chriſtum eſſe Saluatorem ſed non probare eſſe Sacerdotem. Porrò dicitur Chriſtus Sacerdos in æternum: non quod Sacrificium eius ſit durationis infinitæ: ſed, quia durabit quandiu Sacrificium propriè dictum neceſſarium erit, nec vſquam in aliud ſit tranſmutandum.

Probatur Sacrificium Miſſæ ex figura Paſchalis Agni.

CAP. VII.

CELEBRATIO Paſchalis Agni erat expreſſa celebrationis Euchariſtiæ figura: (quamuis non negemus ſignificaſſe etiã immolationem in cruce.) Sed Paſchalis Agni celebratio erat immolatio victimæ oblatæ.

Ergo & Euchariſtiæ celebratio erit quoque immolatio victimæ Deo oblatæ: vt figura figurato reſpondeat. Probatur Maior. 1. nos Apoſtolus hortatur ad epulas, quia Euchariſtiæ cibum vocat Paulus [a] Paſcha. 1. Corinth. 5. cuius rei nulla ratio reddi poteſt, niſi quia Agnus Paſchalis erat Euchariſtiæ figura. 2. quia continuo poſt Agni cæremoniam Paſchalis, ſubiunxit Dominus Euchariſtiæ celebrationem, certè vt oſtenderet per Euchariſtiam impleri figuram Paſchalis Agni. Nam ſicut Agnus Paſchalis immolari debebatur. 14. die menſis in memoriam tranſitus Domini, & liberationis populi ex Ægypto quaſi peregrinorum viaticum, non niſi à puris comedendum, ita Euchariſtia, eadem celebrata eſt die in memoriam tranſitus Domini ex hoc mundo & liberationis noſtræ à poteſtate Sathanæ, non niſi à mundis ſumenda, vt viaticum peregrinationis huius vitæ 3. ex PP. Tertull. 4. in Marcionem exponens illud: [b] *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha*, &c. *Profeſſus* (ſcilicet Chriſtus) *ſe concupiſcentia concupiſſe edere, Paſcha vt ſuum* (*indignum enim vt quid alienum concupiſceret Deus*) *acceptum panem corpus ſuum fecit* &c. Cyprian. libro de vnitate Eccleſiæ probat non poſſe extra Eccleſiam mãducari vtiliter Euchariſtiam, quia ſcriptum eſt de Agno Paſchali: *In domo vna comedetur.*

[c] Ambroſius: *quando* (inquit) *ſacrificamus, Chriſtus adeſt, Chriſtus immolatur: etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

[d] Nazianz. exponens Agni Paſchalis cæremonias, ait imperaſſe Deum immolari ad veſperam Agnum, quia Chriſtus ad veſperam Sacramentum corporis ſui diſcipulis tradidit.

Gaudentius: [e] *In vmbra illius legalis Paſchæ, non vnus agnus occiditur: ſed plures. Singuli enim occidebantur per domos, nam ſufficere vnus non poterat vniuerſis.* Et infra: *Idem per ſingulas Eccleſiarum domos in myſterio panis, & vini reficit immolatus, viuificat creditus, conſe-*

[a] *Poſtquam enim dixiſſet v. 7. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus* πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν *pro nobis*, ἐτύθη Χριστὸς *ſubiunxit excitans fideles ad Euchariſtiam: itaque epulemur in azimis ſinceritatis, & veritatis*, ὥστε ἑορτάζωμεν, ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, καὶ ἀληθείας.

[b] *Lucæ* 22. *v.* 15.

[c] *in* 1. *Lucæ.*

[d] *orat.* 2. *de Paſch.*

[e] *tract.* 2. *in Exod.*

crâtes ſanctificat conſecratus,hæc Agni caro,hic ſanguis eſt.

Hieron. [f] *Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paſcha tranſgreditur Sacramentum.* *in 26. Math.*

Chryſoſto. [g] *Fuit quidem aliquando Paſcha Iudaïcum,ſed exemptum, & euacuatum eſt, Paſcha ſpiritualis aduentu,quod Chriſtus tradidit. Nam cum manducarent & biberent, accepit panem, & fregit, & dixit : Hoc eſt corpus meum.* Auguſt. *Aliud eſt Paſcha quod illi de oue celebrant,aliud quod nos in corpore, & ſanguine Domini accipimus.* *homil. de proditione Iudæ tom.3.*

Leo. [h] *vetus Teſtamentum conſummabat* (ſcilicet Chriſtus Sacramentum inſtituens Euchariſtiæ) & *nouum Paſcha condebat,Diſcumbentibus enim ſecum diſcipulis,&c.* *ſerm.7. de Paſſione Domini.*

Iſichius libr. 2. in Leuiticum. cap. 8. Gregorius homil. 22. quâ totam Agni Paſchalis cæremoniam exponit accommodatè ad Euchariſtiam.

Beda in 22. Lucæ, Anſelm. in 26. Mathæi Rupertus lib. 2. in Exodum. 6.

Minor argumenti probatur 1. ex Exodi 12. [i] *Immolate Phaſe* Et infra. [k] *Victima tranſitus Domini eſt.* 2. ex Numeror. 9. [l] *Ecce quidam immundi ſuper animâ hominis, qui non poterant facere Phaſe, in die illo accedentes ad Moyſem, & Aaron dixerunt : Immundi ſumus ſuper anima hominis, quare fraudamur, vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſraël.* Item: [m] *ſi quis mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia Sacrificium Domino non obtulit tempore ſuo.* Vbi vides Agnum Paſchalem vocari ſacrificium & oblationem. 3. ex Marci 14. [n] *Primo die azimorum quando Paſcha immolabant.* *i v.21. k v.27. l v 6 & 7. m v.13. n v.12.*

Nec obſtat offerri Agnum etiam à non Sacerdotibus. Nam hoc ſacrificium fuit inſtitutum antequam familia Aaron determinaretur ad Sacerdotium: & ideò, quantum ad hoc ſacrificium, manſit antiquum priuilegium, vt omnes patres familias

Sacerdotio fungerentur. vide Philonem libro. 1. vitæ Moſis.

Obiicitur Primò Auguſtinus qui libro de vnitate Eccleſiæ,& contra literas Petiliani docet non poſſe duci firmum ex figuris argumentum.

[o] *cap.6. in reſponſione ad 6.* [p] *cap.13.*

Reſponſio [o] ſupra. Nam & ipſemet Auguſt. [p] libro eodem de vnitate Eccleſiæ, probat ex parabola zizaniorum Eccleſiam conſtare ex bonis & malis.

Secundò, ſi vera eſt maior noſtri argumenti, non reſpondebit figura figurato. 1. quia immolatio Agni cruenta erat. 2. à multitudine immolabatur Agnus: quæ non competunt Euchariſtiæ. 3. non erat propitiatorium pro peccato, vt Euchariſtiam dicimus: ſed tantum fiebat in memoriam liberationis ex Ægypto.

Negatur Propoſitio. Ad primam probationem: quia Euchariſtia diuerſis reſpondebat figuris, nec vna debebat alterius deſtruere impletionem: propterea non poſſe Euchariſtiam vnicuique figuræ ſecundum omnia reſpondere. reſpondet ergo Agno Paſchali in quantum immolabatur, comedebatur, celebrabatur in memoriam liberationis ex Ægypto: non autem in quantum cruenta hoſtia, aut non propitiatoria: quia reſpondet Euchariſtia alia ex parte Sacrificio Melchiſedech incruēto, & ſacrificiis legis, quæ plurima pro peccato fiebant atque hinc ſoluitur probatio tertia.

Ad 2. ſolos patres familias immolaſſe Agnum quibus tota aſſiſtebat, & conſentiebat familia, his autem reſpondent noſtri hac in parte Sacerdotes, cum ſint velut capita familiarũ populi Chriſtiani.

Tertiò Agnus Paſchalis fuit immolationis in cruce figura. Ergo non Euchariſtiæ.

Admittitur antecedens: negatur conſequens, quia vtriuſque figura fuit.

Idem probatur ex figuris variorum Sacrificiorum Teſtamenti veteris.

CAP. VIII.

PRIMÒ, figura fuit inſtitutionis Euchariſtiæ Teſtamẽtum, ſiue fœdus, quod pepigit Deus cum Iudæis Exod. 24. vt [a] ſupra probatum eſt. Sed illud actum eſt cum ſacrificio. Nam immolata fuit hoſtia & ex eius ſanguine aſperſus populus: Ergo in Euchariſtia obtulit etiam corpus ſuum Chriſtus, & ſanguine ſuo aſperſit, per ſumptionem poculi, Apoſtolorum animas.

[a] *libro 1. cap. 3.*

Secundò, ſacrificia antiqua fuerunt figura ſacrificij Euchariſtiæ, vt teſtantur PP.

Tertull. [b] apertè dicit ſacrificium Abel figuram ſacrificij Euchariſtiæ fuiſſe.

[b] *contra Iudæos cap. 1.*

Iuſtinus: [c] *ſimile* (inquit) *oblatio figura fuit Euchariſtiæ.* Chryſoſto. [d] *Omnia veterum ſacrificia, noua ſuperueniens gratia vno complectitur Sacrificio.* Auguſt. [e] *Menſa quam Sacerdos noui Teſtamenti exhibet, de corpore, ac ſanguine ſuo eſt: id eſt enim Sacrificium, quod ſucceſſit omnibus ſacrificijs, quæ immolabantur in vmbra futuri,* &c.

[c] *Dialog. cum Tryphone.*
[d] *in Pſal. 95.*
[e] 17. *Ciu.* 20.

Leo [f] *Nunc carnalium Sacrificiorum varietate ceſſante, omnes differentias hoſtiarum, vna corporis, & ſanguinis tui implet oblatio: & ſicut vnum eſt pro omni victima ſacrificium: ita nunc de omni gente fit regnum.*

[f] 8 *ſerm. de paſſione domini.*

Ex vaticinijs Prophetarum.

CAP. IX. & X.

PRIMVM, [a] libro. 1. Regum. 2. quo prædicitur Heli ceſſaturum aliquando Sacerdotium eius, ac patrum ſuorum & ſurrecturum Sacerdotem nouum qui ambulet coram Chriſto Dei omnibus diebus, quod exponunt de Sacerdotio & ſacrificio Chriſtianorum, [b] Cyprianus, [c] Auguſtinus, [d] Euſeb. [e] Gregorius, Beda, Eucherius.

Nec dicas impletum in Samuele, & Sadoch ſubſtituto in locum Abiathar. Nam minimè propterea ceſſauit Sacerdotium patrum Heli nimirum Aaronicum.

Secundum, Prouerbiorum 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, immolauit victimas, & poſuit menſam ſuam.* de quo Cyprianus: [f] *Per Salomonem Spiritus ſanctus typum Dominici Sacrificij præmonſtrat, immolatæ hoſtiæ, & panis, & vini, ſed & altaris, & Apoſtolorum faciens mentionem.*

Tertium, Iſaiæ 19. [g] *Cognoſcent Egyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs, & muneribus.* De Sacrificio Euchariſtiæ exponunt [h] Euſebius, ac [i] Hierony. & rectè: cum enim in eo fiat loco altaris mentio. Altare verò neceſſarium non ſit in Sacrificio ſpirituali, nequit hoc vaticinium ad ſpirituale ſacrificium referri.

Quartum, Iſaiæ [k] 66. *Et aſſumam ex eis Sacerdotes & Leuitas, dicit Dominus*: ibi agitur de Teſtamento nouo. hic autem locus exponi nequit de ſolo Chriſto, quia loquitur in plurali numero; neque reſpectu ſpiritualis hoſtiæ, quia non dixiſſet *aſſumam ex eis*: cum omnes poſſint huiuſmodi hoſtiam ſpiritualem offerre: neque reſpectu ſolius muneris præ-

[a] CAP. IX.
[b] 1. *contra Iudæos.* 17.
[c] 17. *Ciuit* 5.
[d] 4. *demonſtr.* 26.
[e] *in hunc locũ.*
[f] 2. *epiſt.* 3.
[g] *v.* 21.
[h] 1. *demonſtr.* 6.
[i] *in* 19. *Iſaiæ.*
[k] *v.* 21.

dicandi, & miniſtrandi Sacramenta: ſi enim deeſt Sacrificium, quomodo dici poterunt Sacerdotes?

Quintum, Daniëlis [l] 9. & [m] 11. quo dicitur Antichriſtus ablaturum iuge Sacrificium: loquitur enim ibi Daniël de Antiocho, vt figuram Antichriſti gerente, alioquin falſum eſſet ipſum, de quo agit pugnaturum contra omnes Deos, & ipſum Deum patrum ſuorum, id ſiquidem nuſquam Antiochus fecit. Nec per *iuge Sacrificium* poterit [n] intelligi ſpirituale ſacrificium, nempe verbi, & Sacramentorum miniſtratio: tùm quia nuſquam abſolutè ac in numero ſingulari appellatur ſacrificium in ſcriptura: quia reuera tale non eſt: tùm quòd apud Iudæos, *iuge ſacrificium* non erat prædicatio verbi, aut miniſtratio Sacramentorum: ſed [o] duo agni quotidie in holocauſtum immolati.

[l] *v.27.*
[m] *v. 11.*
[n] *vt intelligit Kemnitius p. 733.*
[o] *Exod.29. v.38. & Num. 28. v. 6.*

Sextum, [p] Malach. 1. [q] *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim Solis, vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.* Hîc oblatio nequit intelligi de ſacrificio Iudæorum, quia dicitur à gentibus offerenda, & opponitur ſacrificijs Iudæorum.

[p] CAP. I.
[q] *v. 10. & 11.*

Neque de ſacrificijs Gentilium piorum vt Melchiſedech, Iob, *&c.* quia hi pauci erant. At dicitur in omni loco offerenda. Qua ratione nec de ſacrificio Chriſti in cruce accipi poterit, cum id non niſi in vno loco, & ſemel fuerit peractum.

Neque de ſacrificio Idololatrarum, non eſt enim mundum ſed pollutum.

Neque de ſacrificio impropriè dicto: Primò. quia in Hebræo eſt vox [r] מִנְחָה propriè ſignificans certum genus ſacrificij externi ex ſimila, oleo, & thure confecti.

[r] מִנְחָה טְהוֹרָה *minchah teorah oblatio munda.*

Secundò, quia dicitur hæc oblatio, *munda*, ſcilicet in oculis Dei: diſtinguitur enim ab oblationibus quæ vitiari poterant ab offerentibus. At iuxta ad-

uerſarios omnia noſtra opera ſunt immunda corã Deo, &, quidquid ſit, poſſunt pollui à nobis. Igitur hîc nõ agitur de hoſtia operum noſtrorum, ſed de aliquâ propriè dicta. 3. deſcribitur hæc hoſtia vt noua: his verbis: *Non accipiam munus de manu veſtra.* At Sacrificium noſtrorum operum ſemper fuit in vſu, ergo non loquitur de eo, ſed de Sacrificio aliquo proprie dicto in Eccleſia, quod ſi non eſt Euchariſtia nullum erit. 4. dicitur glorificandus Deus per hãc oblationem à gentibus, ſicut cõtemnebatur à Sacerdotibus Iudaïcis in ſacrificijs. At Iudaïci Sacerdotes illum ſpernebant in ſacrificijs publicis, & propriè dictis. Igitur & gentes illum glorificaturi prædicantur publico & propriè dicto ſacrificio. 5. non quoſcumque Iudæos reprehendit Dominus ſed Sacerdotes propriè dictos. [s] *Ad vos ô Sacerdotes* (inquit) *qui deſpicitis nomen meum*, &c. Igitur & de Sacerdotibus propriè dictis loquitur, cùm ait à gentibus ſibi offerendam hoſtiam mundam: vnde exponens [t] cap. 3. à quibus offerenda eſſet: *Purgabit* (inquit) *filios Leui, & colabit eos*, &c. At nequeũt eſſe Sacerdotes propriè dicti, & non eſſe ſacrificium propriè dictum. 6. ex PP. Iuſtinus: [v] *De noſtris* (inquit) *gentium quæ in omni loco offeruntur ſacrificijs, hoc eſt pane Euchariſtiæ, & poculo ſimiliter Euchariſtiæ iam tum locutus Malachias prædixit, nos quidem glorificare nomen eius, vos autem prophanare.* Quod autem ibidem addit Euchariſtiam fieri in memoriam paſſionis Chriſti, & in gratiarum actionem, non ſignificat loqui Malachiam de ſacrificio ſpirituali: ſed tantùm declarat cauſam finalem Sacrificij tanti.

[s] v. 6.

[t] v. 3.

[v] Dialogo cũ Tryphone.

Irenæus [x] *Eum qui eſt ex creatura, panem accepit, & gratias egit: dicens: hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter qui eſt ex creatura: quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Teſtamenti, nouam docuit oblationem.* At ſi de oblatione eleemoſynæ loqueretur (vt vult Kemnitius) nouam non potuiſſet illam appellare: Deinde ſubiungit: *Quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens offert Deo in vniuerſo mũdo ei, qui ali-*

[x] 4. cap. 32.

menta nobis præſtat, primitias ſuorum munerũ, de quo & in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas in vobis. &c.

Tertull. [y] *In omni loco offertur Sacrificium nomini meo, & Sacrificium purum, gloriæ ſcilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni, quæ omnia cum in te quoque reprehendantur, & ſignaculum frontium, & Eccleſiarum Sacramenta, & mundiciem ſacrificiorum* &c. Per, *benedictionem*, intelligit conſecrationem, & alludit ad primam huius inſtitutionem ſacrificij, qua Dominus, *gratias egit, benedixit*, & tandem *hymnum dixit*. Quare 1. cum Tertullianus libro contra Iudæos ait locum Malachię intelligendum eſſe de ſpiritualibus Sacrificiis, non terrenis: per *ſpirituale ſacrificium* non intelligit ſolùm in ſpiritu factum: ſed quod non terrena, verùm cæleſtis ſit victima, ſicut ibidem vocauit Abelis ſacrificium ſpirituale, reſpectu ſacrificij Cain. 2. malè Kemnitium dixiſſe Tertullianum. 4. in Marcionem vocaſſe ſacrificiũ apud Malachiam, orationem de conſcientia pura. Nam Tertullianus non refert ſacrificium ad orationem, ſed incenſum: in Hebræo ſiquidem & Gręco Malachiæ legimus: [z] *Incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum.*

[y] *3. contra Marcionem.*

[z] מקטר מגש לשמי ומנחה טהורה *muktar mugaſc liſcmi vminchah tehorah* *ſuffigamentum oblatum nomini meo, & oblatio munda.*

Cyprianus libro. 1. contra Iudæos. 16. [a] Euſebius, citato Malachiæ loco, *Sacrificamus igitur* (inquit) *Deo altißimo ſacrificium laudis, ſacrificamus Deo plenum, & odorem afferens, & ſacro ſanctum ſacrificium, ſacrificamus nouo more, ſecundum nouum Teſtamentum, hoſtiam mundam.*

Quare cum idem [b] ait per Malachiam ſignificari gentes oblaturas, τὸ δι' εὐχῶν θυμίαμα, non intelligit, orationis incenſum: ſed ſacrificium quod per orationem, id eſt, verba conſecratoria perficitur. Solent enim PP. conſectationis verba, vocare myſticas preces.

[c] Chryſoſtom. citatis Malachiæ verbis. *Vide* (inquit) *quam luculenter, atque dilucidè myſticam interpretatus eſt menſam: quæ eſt incruenta hoſtia. Thymiama an-*

[a] *1. demonſtr. vlt.*

[b] *cap. 6.*

[c] *in Pſal 95.*

[a] 18. Ciu. 36.

tem purum, vocat ſacras preces, quæ poſt hoſtiam offerũtur. [d] Auguſt. *Hoc ſacrificium, per Sacerdotes ſecundum ordinem Melchiſedech, cum in omni loco à ſolis ortu, vſque ad occaſum Deo iam videant offerri: Sacrificium Iudæorum, de quibus dictum eſt: Non eſt mihi voluntas in vobis, iam ceſſare, negare non poſſunt, aut alium Chriſtum expectant.*

[e] 4. fid. 14.

Theodoret in Malachiam. [e] Damaſc. *Hoc illud eſt purum, & incruentum ſacrificium, quod à Solis ortu, vſque ad occaſum Dominum oblatum iri per prophetam prædixit.*

Obiicitur primò prædici quidem futurum in Eccleſia Sacrificium, tamen non exprimi quale ſit. At inuenimus in Teſtamento nouo ſacrificium fidelium eſſe ſpirituales actiones. Ergo de illo Malachias loquitur.

Reſpondeo, ad Maiorem, loqui Malachiam de ſacrificio propriè dicto, non tamen de cruento crucis: ac proinde neceſſario deduci, aut mentiri, aut loqui de Euchariſtia: quia præter eam nullum eſt ſacrificium propriè dictum.

Ad Minorem, has quidem hoſtias dici Sacrificium ſed impropriè.

Secundò, vocem *Minchah* accipi in ſcripturis pro Sacrificio ſpirituali. Nam eadem vox habetur in Pſalmo 141. [f] *Eleuatio manuum mearum Sacrificium veſpertinum.*

[f] v. 2. מַשְׂאַת כַּפַּי מִנְחַת־עָרֶב *maſath capai minchat-garef eleuatio volarum mearum Sacrificium veſpere.*

Negatur propoſitio. Ad probationem: ibi *Sacrificium* propriè etiam accipi. Nec enim dicere voluit Dauid, eleuationem manuum ſuarum eſſe ſacrificium: cum eleuatio manuum omni tempore fieri poſſit, ſed orat, vt gratam Deus ſuam habeat orationem, ſicut habere ſolet gratum ſacrificium veſpertinum. Quod [g] Daniel clarius expreſſit: *In animo contrito* (inquit) *& in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, ſicut in holocauſto arietum*, &c.

[g] 3. v. 39. & 40.

Idem probatur ex 4. Ioannis.

Cap. XI.

IOANNIS cap.4. [a] *Domine* (inquit Samaritana ad Chriſtum) *video quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet.*

Per *adorare* debet intelligi *ſacrificare*: tum quia proponit Samaritana quæſtionē de Schiſmate inter Samaritanos, & Iudæos, hoc autem erat, [b] teſte Ioſepho, quod Samaritani templum ædificaſſent in monte Garizim, atque in eo Sacrificandum eſſe contenderent. Iudæi contra docerent in ſolo Hieroſolymitano ſacrificandum eſſe templo: tùm quia loquitur Samaritana, de adoratione certo alligata loco: quæ nulla vigebat inter Iudæos niſi ratione ſacrificij: hinc Ioannis 12. [c] dicuntur Gentiles aſcendiſſe vt orarent in die feſto & [d] Actor. 8. Eunuchus, veniſſe in Hieruſalem adorare.

Vt autem Dominus ſatisfaceret quæſtioni propoſitæ. Reſpondet: [e] *Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem.* Id eſt, *veniet tempus quando non erit alligata adoratio per Sacrificium, huic monti, aut Hieroſolymis, ſed in omni loco offeretur Deo ſacrificium.* Et hoc idem quod Malachias ſupra: *In omni loco offertur nomini meo*, &c.

Deinde ſubiungit Chriſtus: [f] *venit hora & nunc eſt*, (ecce loquitur de ſacrificio nouo quod antea non eſſet) *quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Id eſt, *ſacrificio ſpirituali & vero*, non carnali, & typico inſtar Iudæorum: opponitur enim ſpiritus carni, & veritas figuræ. At quomodo id verum eſſe poterit niſi Euchariſtia ſit ſacrificium? Nam piæ actiones ſpirituales, ſiue pia

[a] v.19. κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. v.20. οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

[b] 11. *antiq.* 8.

[c] *verſ.* 20.

[d] *v.* 27.

[e] v.21. γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

[f] v. 23. ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι, καὶ ἀληθείᾳ.

opera, neque inceperunt à Chriſti aduentu: nec opponuntur ſacrificijs antiquis vt figuris: neque de ſacrificiò impropriè dicto quæſtio erat, nec de adoratione priuatâ, ſed publicâ, ac ſolemni.

Ex verbis inſtitutionis Euchariſtiæ.

CAP. XII.

CHriſtus in vltimâ cæna ſeipſum ſub ſpecie panis, & vini Deo Patri obtulit, atque idipſum iuſſit Apoſtolis eiuſque ſucceſſoribus fieri. Sed hoc eſt ſacrificium propriè dictum obtuliſſe, & offerendum inſtituiſſe. Igitur &c. Maior probatur. Primò, quia alioquin non fuiſſet Sacerdos Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech: nec impleſſet figuram immolarionis Agni, aut verè ſanguis eius in cæna extitiſſet ſanguis noui Teſtamenti: cuius contrarium ſupra probatum eſt.

Secundò, quia [a] Lucas, & Paulus in præſenti loquuntur *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur,* [b] *Hic eſt calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, qui* (calix ſcilicet vt patet ex Græco) pro vobis effunditur: apud Paulum de corpore. [c] *Quod pro vobis frangitur.* At occurrit ratio nulla quare non dixit, *vobis*, ſed, *pro vobis*, &, *pro multis*, niſi quia offerebat ſeipſum Deo Patri: nam ſi voluiſſet ſolùm ſignificare, diſtribui Apoſtolis, nec rectè dixiſſet, *pro vobis*, ſed *vobis*, nec, *pro multis*, cùm adeſſent pauci, ſcilicet, Apoſtoli quibus diſtribuebatur.

[d] Reſpondent, accipi præſens pro futuro, vt ſenſus ſit: *Hic eſt ſanguis qui paulo poſt effundetur.* ſcilicet in cruce. 1. quia in canone Miſſæ eſt verbum, *Effundetur*, 2. quia ſi effunderetur in Cæna, non eſſet Sacrificium incruentum. 3. quia ſcriptura docet ſanguinem fuiſſe in cruce effuſum. 4. in ſcri-

[a] *cap.* 22. *v.* 19. τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον: *pro vobis datum.*

[b] *v.* 20. τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, *pro vobis effuſus* περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, *habent Math.* 26. *v.* 28. *& Mar.* 14. *v.* 24. *pro multis effuſus.*

[c] 1. *Cor.* 11. *v.* 24. ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον.

[d] *Kemnit p.* 716.

ptura accipitur ſæpe præſens pro præſenti. 5. quia ſi illa verba: *Quod pro vobis datur*, eſſent de ſubſtantia Sacrificij Miſſæ, malè illa prætermitterentur in Canone Miſſæ.

Negatur propoſitio. Ad primam probationem nos non negare quin ſanguis ſit in cruce effuſus,& quin ex verbis domini in cœnâ, deduci queat fundendum fuiſſe in cruce,vnde vulgata editio & Cyprian. 2. epiſt. 3. legunt: Effundetur.atque hoc exprimitur in Canone Miſſę,ſed cōtendimus effuſum etiam in Cœna, non quidem in propria ſpecie, ſed vini: dicitur enim fundi dum in ſpecie liquida collectus in calice offertur Deo, deinde funditur in ſumentium or . Hinc ſoluitur ſecunda & tertia. Ad 4. veram eſſe: ſed ſæpius accipi præſens pro præſenti quam pro futuro: probandum erat ergo vſurpari hoc in loco præſens pro futuro. Ad 5. neque nos aſſerere illà verba, eſſe de ſubſtantiâ Miſſæ, tamen ex his rectè probari ſeipſum obtuliſſe Chriſtum in cœna. Nam ad oblationem in cruce non reſpexit Paulus cùm dixit: *frangitur*. Siquidem hâc voce ſolet vti propriè ſcriptura cum loquitur de pane.

Tertiò, probatur Maior, Chriſti corpus & ſanguis in cœna ſumuntur,vt caro,& ſanguis victimæ, pro nobis oblatæ. Ergo neceſſario in ipſa cœna prius immolantur,& offeruntur Deo quam à nobis ſumantur.

Antecedens admittunt Lutherani, & facile probatur. 1. quia ideo in cœna ſeorſim conſecratur corpus,& ſeorſim ſanguis,vt intelligamus præſentiam corporis,& ſanguinis in cœna eſſe ad modū occiſi & mortui corporis. 2. caro, & ſanguis ibi ſūt vt cibus,& potus. At caro & ſanguis non ſunt ad manducationem apta niſi prius moriatur animal: Chriſtus autem non refert rationem mortui niſi per immolationem. 3. Chriſtus dicitur victima in cœna, vel quia erat immolandus in cruce, vel quia

ſeipſum immolabat in cœna, non prius tùm quia non fuiſſet reuera victima in cæna: tùm quod neque nunc eſſet. Nam immolatio crucis ſemel tantum facta eſt, nec magis poteſt competi Chriſto in cœna, quam cum in cœlum aſcendit: nullus tamen dicet fuiſſe victimam cum aſcendit in cœlum. Ergo poſterius. 4. quia omnes conditiones quas requirit Kemnitius[e] ad verum ſacrificium, ibi inueniuntur prima, ſubſtantia rei immolatæ nimirum corpus, & ſanguis Chriſti. ſecuncunda offerendi actio certa à Deo præſcripta: nam ſi eſt victima Chriſtus, certa ſe obtulit actione: hęc autem eſt conſecratio. tertia, certa perſona à Deo deputata ad offerendum, Apoſtoli ſcilicet & ſucceſſores: cum dictum eſt eis, *Hoc facite.* quarta, intentio faciendi, fine præſcripto, in Dei verbo, hanc exprimunt illa verba, *in meam commemorationem*: nũc enim Euchariſtiæ finis eſt repræſentare paſſionem præteritam.

[e] *p. 772. & 773.*

Quarrò probatur maior ex PP. Irænæ.[f] *Noui Teſtamenti nouam docuit* (ſcilicet Chriſtus) *oblationem.* Cyprian.[g] ſupra Ambroſius[h] *vidimus Principem Sacerdotum ad nos venientem, vidimus, & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinem ſuum. Sequamur vt poſſumus Sacerdotes, vt offeramus pro populo Sacrificium. Nam etſi infirmi merito tamen honorabiles ſacrificio: quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur.*

[f] *4. cap. 32.*
[g] *cap. 6.*
[h] *in illud Pſal. 38. in imagine pertranſit homo.*

Nyſſeno[i] *Pro ineffabili arcanoque, & qui ab hominibus cerni nequit ſacrificij modo, ſua diſpoſitione praeoccupat impetum violentum, ac ſeſe oblationem ac victimam offert pro nobis Sacerdos ſimul, & agnus. Quando hoc accidit? cum ſuum corpus ad comedendum, & ſanguinem ad bibendum familiaribus prebuit.*

[i] *orat. 1. de Reſurrect.*

Chryſoſtom.[k] *Pro brutorum cæde ſeipſum offerendum præcepit.* Item:[l] *ſacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue Paulus, ſiue alius cuiuſuis meriti Sacerdos offerat*

eadem

[k] *homil. 24. in 1. Corinth.*
[l] *homil. 2. in 1. ad Timoth. propè finem.*

eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, [m] &c. [n] Auguſt. [o] Leone [p] Iſichio [q] Ruperto. *In anguſtia paſsionis agonizans prius proprijs manibus Deo patri ſemetipſum immolans accipiens panem*, &c.

[m] *quamque Sacerdotes modo quoque conficiunt, nihil habet iſta quã illa minus. Cur id? quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus, qui illam ante ſacrauerat.*

[n] *in Pſal. 33. conc. 2.* [o] *ſerm. 7. de Paſsione.*
[p] *2. in Leuitic. 8.* [q] *2. in Exod. 6.*

Idem ex Actorum 13. *probatur.*

Cap. XIII.

ACTOR. 13. [a] *Miniſtrantibus* λιτουργόντων *illis, & ieiunantibus dixit Spiritus ſanctus, ſegregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.*

At λιτουργεῖν non ſignificat, quodcumque miniſterium exhibere, ſed publicum, cùmque accommodatur ad ſacra, ſicut hoc loco, ponitur que abſolutè in ſcripturis, vbique accipitur pro miniſterio ſacrificij vt patet ex [b] Lucæ. 1. Hebræor. 8. [c] Quare vertit Eraſmus: *ſacrificantibus illis Domino*. Miniſtratio ergo illa erat ſacricium Miſſæ, propterea namque non dicitur ſimpliciter, *miniſtrantibus illis*: ſed, *Domino*. Et ne putaremus intelligi debere de quocumque opere bono ad honorem Dei exhibito, illam miniſtrationem voluit, à ieiunio diſtinguere, Lucas cum addidit, *& ieiunantibus.*

[a] *v. 2.* λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀφορίσατε δή μοι τόν τε βαρνάβαν, καὶ τὸν σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.
[b] *v. 23.*
[c] *v. 2. & cap. 9. v. 21. ac. cap. 10. v. 11.*

Ex cap. 10. *prioris ad Corinthios probatur idem.*

CAP. XIIII.

PRIMÒ, quia opponit Paulus menſam Domini, in qua Euchariſtiã ſumimus, gẽtiliũ altari in quo immolabatur idolis,[a] *non poteſtis* (inquit) *menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum*: per, *menſam Domini*, intelligere, *Euchariſtiam*, patet ex ſuperioribus. [b] *Calix benedictionis cui benedicimus*, &c. Per *menſam dæmoniorum*, intelligere *altare ſacrificiorum gentilium*, conſtat ex præcedenti: [c] *Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant*, &c. Ergo ſicut gentilium mẽſa erat verum altare: ita & menſa Euchariſtiæ. Sed non eſt verum altare ſine vero Sacrificio. Ergo Euchariſtia verum ſacrificiũ erit.

Secundò, opponit Euchariſtiam ipſis gentilium ſacrificiis, docetque nos ita ſumere de menſa Domini corpus, & ſanguinem eius, vt gentes ſumebãt Idolothyta ex ſuis altaribus ſeu menſis, [d] *Non poteſtis* (inquit) *calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum*. Ergo ſicut illi gentilium cibi erant verè immolati idolis, ſic & Euchariſtia vero Deo.

Tertiò, docet ſicut gentes habebant communicationem cum idolis, & nos habere cum Deo per communicationem Euchariſtiæ. At gentes propter hanc communicationem erant Idololatræ. [e] Quia, *qui edunt hoſtias participes ſunt altaris*, ſiue ſacrificij, quod ad latriam ſpectat: & *quæ immolant gentes dæmoniis immolant*. Ergo per Euchariſtiam honoramus Deum cultu latriæ: quia eam vero immolamus Deo.

Quartò, [f] opponit etiam menſam Domini, menſæ ſiue altari Iudæorum, vt ergo Iudæorum

[a] v. 21. ὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων.

[b] v. 16. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν.

[c] v. 20. ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ.

[d] v. 21. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων.

[e] v. 18. οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί.

[f] v. 18. βλέπετε τὸν ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, Vi-

erat verum altare & ſacrificium, ita & Chriſtianorum in Euchariſtia.

Reſpondet [g] primò Kemnitius menſam Gentilium fuiſſe menſam communem in qua conuiuari ſolebant: non autem idolorum altare. 1. quia non erat conſuetudo Gentilium diſcumbere ad aras, ſed de reliquiis immolatorũ, domi inſtruebant conuiuium: loquitur autem Paulus de menſa in qua comedebantur idolothyta. 2. quia non erat quæſtio, *an liceret adeſſe ſacrificiis gentilium*: ſed, *an ire ad conuiuia eorum, in quibus edenda proponebantur idolothyta.*

Contra 1. Apoſtolus vocat eam dæmoniorum menſam. At talem non vocaſſet priuatam gentiliũ menſam ad quem [h] permittebat accedere fideles. 2. non benè opponeretur menſa priuata, menſæ Domini. 3. Ideo Paulus dehortatur à mẽſa dæmoniorum, vt cultus caueatur Idolorum. *Fugite* (inquit) *ab Idolorum cultura.* Ergo loquitur de menſa in qua immolabatur idolis. 4. idem Paulus permittit fidelibus intereſſe menſæ gentilium priuatæ. At prohibet diſtrictè, in loco citato, adeſſe menſæ dæmoniorum: ergo de alia loquitur quam dè illa priuata. Quod enim ait Kemnitius Apoſtolum ſcripſiſſe liberum quidem eſſe fidelibus non tamen expedire ſimul eſſe Dei, & dæmoniorum menſæ participes, pluſquam abſurdum eſt.

Ad Argumentum negatur propoſitio, & prima probatio. Nam cùm ait Paulus: [k] *Si quis viderit eum, qui habet ſcientiam, recumbentem in idolio*: Quid eſt idolium, niſi locus vbi eſt idolum? Neque obſtat illud Pauli: [l] *Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire*, &c. Nam & morem gentiles habebãt in idolio manducare, & etiam de idolothytis in domum referre.

Ad ſecundam, etſi hæc quæſtio non agitaretur: tamen *an de* idolothytis, & præſertim in idolio liceret vti: agebatur, atque non licere Apoſtolus concludit. Deinde etſi totum rectè cohæreret

dete Iſrael ſecundum carnẽ οὐχὶ nónne edentes victimas, &c.

[g] *pag.* 767.

[h] *v.* 27.

[i] *v.* 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

[k] 1. Cor. 8. *v.* 10. ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον.

[l] *cap.* 10. *v.* 27.

Kemnitij argumẽtum, non tamen contra noſtram quartam rationem, in qua de menſa Iudæorum agitur.

Reſpondet ſecundò, ſumentes Euchariſtiam participare ſacrificio: ſed in cruce peracto.

Contra non opponit Apoſtolus menſam dæmoniorum aræ crucis, ſed menſæ Euchariſtiæ.

Probatur idem ex traditione PP.

CAP. XV.

ANTIQVOS PP. non ſolum vocare Euchariſtiam ſacrificium, ſeu oblationem, ſed etiam dicere, illam Deo offerri, immolari, ſacrificari admittunt [a] aduerſarij.

Sed reſpondent primò, loqui PP. vel de eleemoſyna: vel de precibus in celebratione Cœnæ fuſis: aut de gratiarum actione: vel annunciatione mortis Domini adiungi ſolitâ ritui Cœnæ: aut de varijs exercitijs pietatis occurrentibus in Cœna: vel de illa oblatione quâ ſeipſos fideles in actione Cœnæ offerunt Deo.

Contra PP. apertè dicunt. 1. ſolis Sacerdotibus licitum eſſe, id ſacrificium offerre Deo. Eleemoſynæ autem, & alia ſupra, à quibuſcumque exhiberi poſſunt: 2. Sacrificium quod in Eccleſia offertur eſſe ipſum Domini corpus, & ſanguinem. *Ego* (inquit S. Andræas) *immaculatum agnum in altari offero*, &c. [b] Hippolytus, introducit Chriſtum dicentem: *Venite Pontifices, & Sacerdotes, qui precioſum corpus, & ſanguinem meum quotidie immolaſtis.* Ambroſius: [c] *Et ſi nunc Chriſtus non videatur offerre, ipſe tamen offertur in terris, cum corpus eius offertur.* Item: [f] *Cum ſacrificamus, Chriſtus adeſt, Chriſtus immolatur.* Nyſſen. oratione de Reſurrectione. [g] Chryſoſt. Auguſtinus, 2. quæſt. Euangelic. q. 3. Leo ſerm.

[a] *Kemnit. pag. 782. Negari non poteſt* (inquit) *veteres quando loquũtur de celebràtione Cœnæ Dominicæ vſurpare vocabula Sacrificij, immolationis, hoſtiæ, victimæ, item vti verbis offerre, ſacrificare, immolare.*

[b] *orat. de Antichriſto.*

[c] *in Pſal. 38.*

[f] *in 1. Lucæ.*

[g] *hom. 17. in epiſt. ad Hebr. In multis locis offertur, non plures Chriſti, ſed vnus vbique Chriſtus, hìc, & illìc plenus exiſtens, vnum corpus, non multa corpora.*

8. de Paſſione, *&c.*

Reſpondent Secundò, idem eſſe *ſacrificare*, atque, *conſecrare per ſolum reſpectum ad communicantes.* 1. quia diſpenſatio Euchariſtiæ vocatur à Dionyſio ἱερουργία. At idem eſt ἱερουργία & ἱερουργεῖν Græcis, quod Latinis ſacrificium, & ſacrificare. vnde Paulus Romanor. 15. deſcribit per vocabula ſacrificij, & oblationis miniſterium Euangelij, quod ſit quædam actio ſacra. 2. quia [h] Auguſtinus tunc vocat ſancti oblationem altaris quæ offertur Deo, cùm id quod in menſa Domini eſt benedicitur, ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, ac præparatur. 3. Cyprianus libro 2. epiſtol. 3. cum pro argumento epiſtolæ poſuiſſet: *De calice Domini ſanctificando, &c. plebi miniſtrando*, ſubinde vocabula ſacrificij, & oblationis ingeminat: docetque non ſolùm aquam, ſed vinum aqua mixtum Dominum benedixiſſe, ac diſtribuiſſe, cum accepit calicem: quod intelligi nequit de corpore, & ſanguine Chriſti cum de vino non de ſanguine Cyprianus loquatur. Ergo apud Cyprianum oblatio dumtaxat nihil aliud erit quàm conſecratio panis & vini, vt populo diſtribuendi. 4. quia [i] Auguſtinus ait Chriſtum immolari nobis, quod nihil aliud eſt quam conſecrari, & dari nobis. 5. quia [k] Cyrillus tunc vocat incruentum Sacrificium, ſeu latriam, quando id quod eſt confectum nominamus corpus, & ſanguinem Chriſti, accedimuſque ad myſticas benedictiones ac ſanctificamur participes effecti corporis, & ſanguinis Redemptoris omnium.

[h] *epiſt. 52.*

[i] *epiſt. 23.*

[k] *epiſtola ad Neſtorium.*

Negatur propoſitio: primò, quià nequit dici quælibet conſecratio, ſiue ſacra actio ſacrificium: alioquin & Baptiſmi actio vocari ſacrificium poſſet. 2. Etſi vocaretur ſacrificium actio quælibet ſacra, non tamen ſacrificium poſſet per ſacram actionem exponi, quando illum ſignificat, non ipſam ſacrificandi actionem, ſed rem quæ ſacrificatur. At PP. ipſum corpus Domini ſacrificium vocant.

Ad primam probationem, negatur Minor. Nam Latini eruditi interpretes librorũ Græcorum non reddunt per vocabulum, ſacrificij, niſi vocem *θυσίαν*: quod ſi, *ἱερουργίαν*, vel ſimilem ambiguam vocē, id niſi, cùm apertè deducitur ex circũſtantijs in textu poſitis: vnde in illo Dionyſij loco reddunt interpres *ἱερουργίαν*, per *ſacrum miniſterium*: non per ſacrificium. Et apud Paulum Romanor. [1] 15. *ἱερουργοῦντα* vertit interpres, *ſanctificantem*: *προσφορὰν*, *oblationem*: At nomen ſacrificij in toto illo capite non habetur. Etſi enim ex etymologia ſacrificium ſumatur ab actione ſacra, & *ſacrificare*, ſit, *ſacrum facere*: tamen non quælibet ſacra actio eſt ſacrificium: ſed tantùm ea qua Deo res aliqua offertur cum certo quodam ſolemni ritu, ac reali conſumptione ipſius rei. Ad ſecundam, non rectè Auguſtinum citari. Nec enim dixit tunc oblationem fieri, cum quod eſt in menſa ad diſtribuendum comminuitur: ſed poſtquam dixiſſet: Id quod eſt in menſa benedici & comminui, *&c.* multis interpoſitis, ait voueri Deo id omne quod ei offertur, maximè autem ſancti altaris oblationem, ſcilicet corpus Domini. At tertiam, loqui Cyprianum de Sãctificatione, ſeu cõſecratione ordinata ad ſacrificium. Frequenter ſiquidem ait id ſacrificium offerri Deo. Non dixit autem offerri corpus & ſanguinem, ſed panem & vinum: quia loquitur de oblatione panis, & vini ſacrificium præcedente. Ad quartam illud, *Nobis* ſignificare in noſtram vtilitatem. Ad quintam vt ad tertiam, agit enim Cyrillus de Euchariſtia per reſpectum ad ſacrificium, ſiue in quãtum per illas actiones offertur Deo: alioquin non appellaſſet latriam, niſi primarius finis actionis illius eſſet Deum immediatè colere cultu illi debito ſoli, nimirum per ſacrificium propriè dictum.

[1] *v.* 16.

Reſpondent tertiò, vocari Sacrificium, & dici ſacrificari, quod ſit quædam repræſentatio mortis Chriſti. Primò, quia Aug. de fide ad Petrum cap.

18. libro 20. contra Fauſtum 18. Euchariſtiam repræſentationem eſſe immolationis Chriſti ſemel tantum factæ. 2. quia [m] Petrus Lombardus ad quæſtionem, *an quod gerit Sacerdos dicatur proprie ſacrificium, vel immolatio*, reſpondet, *id quod offertur, & conſecratur à Sacerdote vocari ſacrificium, quia memoria*, eſt ac repræſentatio immolationis in arâ crucis.

[m] *4. diſt. 12.*

Contra, Primo, quia Auguſt. locis citatis a Kemnitio ait ita actionem Cœnæ eſſe commemorationem ſacrificij crucis iam peracti: ſicut ſacrificia veteris teſtamenti fuêre commemoratiua eiuſdem ſacrificij futuri. At vetera ſacrificia, nonobſtante, fuêre ſacrificia vera. Igitur & actio cœnæ 2. ſi vera eſſet tertia aduerſariorum reſponſio non dixiſſent PP. in numero multitudinis, Deo offerri victimas, & ſacrificia in altari, ſicut paſſim [n] Cyprianus loquitur ſed ſolum in ſingulari, *ſacrificium*. vnum eſt enim tantum, quod repræſentatur, & ideo nomen eius nequit niſi in ſingulari efferri. 3. Baptiſma eſt etiam repræſentatio mortis Chriſti, nec tamen ſacrificium vſquam appellatum fuit à PP. 4. non poſſemus verè Deo dicere, *Offero tibi hoc munus* loquendo de Euchariſtia: quia repræſentatio oblationis, non eſt oblatio. At nihilominus PP. hac locutione vtuntur 5. ad nomen ſacrificij ſæpè addunt Epitheta, quæ ſoli ſacrificio conueniunt & non niſi ineptè de ſolâ dicerentur repræſentatione, Cyprianus vocat [o] *plenum, ac verum ſacrificium*, Chryſoſtom. [p] *ſacrificium terribile, & plenum horroris* 6. dicunt per ſacrificium Euchariſtiæ exhiberi latriam Deo. At id verum eſſe nequit de ſola repræſentatione ſacrificij: non enim commemorare ſacrificium, eſt verè ſacrificare.

[n] *1. epiſt. 2. & lib. 2. epiſt. 3. lib. 3. ep. 2. 6. & 25.*

[o] *2. epiſt. 3.*

[p] *homil. 60.*

Ad primam & ſecundam probationem: loqui de immolatione in propria ſpecie, ſiue ſacrificio cruento.

Reſpondent quartò, non eſſe audiendos PP. quia ſcriptura nuſquam vocat Domini cœnam, ſacrificium.

Reſpondeo, 1. negatur, vt patet ex Malachia. 2. ſufficit euidenter ex ſcriptura deduci. Si enim Chriſtus eſt Sacerdos in æternum: certè & ſacrificium æternum habere debet. 3. quia neque ſcriptura vocat Sacramentum. Quarè ergo ita vocant cœnam?

Idem ex altaribus probatur.

CAP. XVI.

VBI eſt altare ibi & ſacrificium: nec id aduerſarij negant. At [a] PP. meminerunt altarium in Eccleſia. canones Apoſtolorum [b] Dionyſ. [c] Tertullian. [d] Cyprian. [e] Euſeb. [f] Optatus Mileuitanus Ambroſius: [g] *Certatim milites nunciare, & irruentes in altaria oſculo pacem ſignificare.* [h] Nazianz. Chriſoſto. [i] *Si quis vellet hoc altare ſubruere, nonne illum lapidibus obrueretis.* Item: [k] *Tu altare honoras quod accipit corpus Chriſti.* Hierony. contra Vigilant. Aug. 8. Ciuit. vltimo.

Obiicitur [l] Minutius Fœlix introducens Cæcilium Ethnicum ita loquentem: *Cur nullas aras habet* (Chriſtiani ſcilicet) *nulla templa, nulla ſimulachra.*

Reſpondeo, eo tempore diligentiſſimè cauiſſe Chriſtianos, ne Ethnici ſacris intereſſent noſtris, tum quod Ethnici non erant tantarum idonei rerum: tum ob perſecutionum motum, quare mirum non eſt ſi Ethnicus quærebat, quod ignorabat.

[a] 3. & 4.
[b] 3. *Eccleſiaſt. Hierarch.*
[c] *libro de Pœnitentia.*
[d] 1. *epiſt.* 9.
[e] 1. *demonſtr.* 6.
[f] 6. *in Parmenian.*
[g] 5 *epiſt.* 33.
[h] *orat. in Gorgoniam.*
[i] *homil.* 53. *ad populum.*
[k] *homil.* 20. *in* 1. *Corinth.*
[l] *Dialogo, Octauius.*

Idem probatur ex nomine Sacerdotis.

Cap. XVII.

SACERDOS propriè ad ſacrificium ordinatur, nec id negare aduerſarij poſſunt. At PP. vocant proprios miniſtros Euchariſtiæ Sacerdotes [a] Dionyſius, [b] Tertullian. Cyprianus paſſim in epiſtolis, [c] Ambroſ. [f] Hieronym. [g] Gaudentius: [h] *Dominus* (inquit) *diſcipulis fidelibus mandat quos primos Eccleſiæ ſuæ conſtituit Sacerdotes, vt indeſinenter iſta vitæ æternæ myſteria exercerent: quæ neceſſe eſt à cunctis Sacerdotibus per ſingulas totius orbis Eccleſias celebrari. Chryſoſt. libris ſex de Sacerdotio Auguſt.* 20. *Ciuit.* 10.

Obijciunt Primò, miniſtros Eccleſiæ non vocari Sacerdotes in teſtamento nouo.

Secundò, per Sacerdotes, intelligi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum.

Ad primum, id factum initio Eccleſiæ Apoſtolorum tempore, vt Chriſtiani à Iudæis diſtinguerētur facilius, adhuc enim vigebat nomen Sacerdotis apud Iudæos.

Ad 2. reſpondeo. 1. non eſſe veriſimile PP. omnes Græcos, & Latinos abuſos Sacerdotis voce. 2. ſequeretur Diaconos etiam poſſe Sacerdotes vocari.

[a] 1.3. & 5. *Eccleſiaſt. Hierarch.*
[b] *de præſcript. & de velandis virginibus.*
[c] 5. *demonſt.* 3.
[f] *in Pſal.* 38.
[g] *Dialogo cōtra Luciferianos.*
[h] *tract.* 2. *in Exodum.*

Probatur ex liturgijs, & fructu Miſſæ.

CAP. XVIII. & XIX.

[a] CAP. XVIII. EX [a] *Liturgijs*, quia omnes antiquæ vt Iacobi, Clementis, Baſilij, Chryſoſtomi, Item qui magnam liturgiæ partem exponunt, Ambroſius libro 5. & 6. de Sacramentis, & Cyrillus Catech. 4. & 5. nihil frequentius habent quam nomina Oblationis, Sacrificij, Victimæ, Signorum Benedictionum &c.

[b] CAP. XIX. [b] *Ex fructu.* Quia ſi Miſſa non eſſet ſacrificium, ſed ſolum Sacramentum non prodeſſet niſi ſumenti: At PP. docent offerri pro peccatis viuorum, & defunctorum, pro pace, pro incolumitate &c. vt patebit [c] infra.

[c] *lib.6.cap.6. & 7.*

Probatur ex coniunctione Religionis cum Sacrificio.

CAP. XX.

TANTA eſt coniunctio inter religionem & Sacrificium proprie dictum vt Sacrificio ſublato intereat Religio. Sed inter Chriſtianos eſt vera Religio, ergo & verum Sacrificium. Sed niſi illud ſit Miſſa, nullum erit igitur Miſſa verum Sacrificium.

Maior probatur primò, quia nulla eſt Religio fere quæ non adhibuerit ſemper Sacrificia ad cultũ Dei: quod autem fit ab omnibus gentibus, maximè ſi à manifeſtè piis habeatur in praxi nequit nō ex lumine oriri naturæ. Conſtat autem Abel, Abra-

ham, Iacob, *&c.* ſacrificaſſe. Ergo natura docet ad religionem ſacrificium requiri.

Secundò, quia ſacrificium cum ipſa religione natum eſt, & cum illa extinguetur, Abel obtulit ſacrificium: in renouatione religionis poſt diluuiū ſacrificauit Noë: & cum ob varias perſecutiones religio vera in periculum flecteretur, nihil lamentabantur [a] Prophetæ magis, quam ſacrificiorum ceſſationem. Denique Hebræor. 7. *tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat.*

[a] *3. Reg. 19. v. 14. Zelo zelatus ſum pro Domino exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael altaria tua deſtruxerunt, &c. 2. Paralip. 15. v. 3. Daniel. 3. v. 38.*

Tertiò, religio ad colendum Deum inſtituitur. At Sacrificium eſt propriè Dei cultus, cum cæteri poſſint communicari. Ergo ſacrificium debet omnino eſſe cum religione, vel nuſquam religio proprium Deo cultum exhibebit.

Subſumptio probatur, quia nullum aliud ſacrificium aſſignari poteſt: ſi enim aliquod, id eſſet ſacrificium crucis. Sed hoc non: primò, quia ſacrificium crucis eſt commune omnibus veris religionibus ab initio mundi: hoc enim ſacrificium omnes reſpiciunt, & in hoc ſanctificantur. At ſacrificium religionis Chriſtianorum debet ei proprium eſſe. 2. Sacrificium debet ipſam legem perpetuo comitari. At ſacrificium crucis ſemel peractum, deſiit quoad ſe, & tantum in effectu manet. 3. requiritur in quauis religione ſacrificium viſibile ad quod peragendum homines huius religionis conueniant. At nihil tale reperiri poteſt in ſacrificio crucis: cum ſola fide cernatur: nec illud frequentare, aut peragere Chriſtiani valeant. 4. ſacrificium religionis Chriſtianæ debet eſſe ritus à Deo Chriſtianis præceptus, ad latriam pertinens. At nullibi Deus præcepit nobis Chriſtum occidere in cruce, aut hac immolatione aliquis dicet exhiberi latriam Deo, nec enim ſacrilegio Deus coli poteſt. 5. quia [b] Cyprianus docet ſi Euchariſtia per manducationem conſumeretur nullum nobis ſacrificium remanere, atque inde tota religio periret.

[b] *ſermone de Cœna domini.*

Obijcitur. Non dixit [c] Paulus tranſlatum eſſe

[c] *Hebr. 7.*

Sacerdotium Leuiticum, in Petrum & ſucceſſores eius, ſed in Chriſtum. Reſpondeo, neque dixiſſe eſſe tranſlatum in Chriſtum: ſed in ordinem ſecundum Melchiſedech: quod debeat perpetuò in Eccleſia Sacerdotium vigere: vnde cum poſtea nominat Chriſtum Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech non conſiderat eum præciſè vt obtulit ſacrificium crucis, ſed vt per miniſtros ſuos perpetuo in Eccleſia ſeipſum in Euchariſtia ſacrificat.

Probatur ex comparatione legis Chriſtianæ cum Moſaica.

CAP. XXI.

IN populo Iudaïco fuerunt ſacrificia proprie dicta. Ergo, & in populo Chriſtiano eſſe debent. Conſequentia Probatur Primò, Chriſtus non ſuſtulit omnino quæ erant antiquæ legis. Sed aut perfecit, ſicut addit conſilia ad præceptorum perfectionem: aut mutauit in meliora vt patet in Sacramentis, ergo ſimiliter non omninò verum ſuſtulit ſacrificium: ſed in melius commutauit.

Secundò, ſacrificium eſt ſummus cultus qui Deo tribui valeat. Nam res præſtant verbis, ſacræ, prophanis, publicæ priuatis, & inter publicas ipſæ præſtant, quarum ſubſtantia in Dei conſumitur honorem. Tale autem ſacrificium eſt. Ergo ſi hic cultus in veteri fuit lege, in noua minimè, non attulit Chriſtus ſuo Patri honorem, ſed potius ſuſtulit.

Tertiò, omnes cauſæ quarũ intuitu Hebræorum populus habuit ſacrificia externa, & propriè dicta, inueniuntur in Chriſtiano populo: prima, quòd ſpiritu, & carne conſtarent. 2. vt Chriſti mortem

ſæpè repræſentarent, ac commemorarent, cum eam præſentem intueri nequirent. 3. vt Deum ſummo eique ſoli debito colerent honore. 4. vt Deũ placarent, beneficia impetrarent, pro impetratis gratias agerent.

Quartò, reipſa Chriſtiani retinent alia omnia honorum genera quibus Deum colebant Hebræi, nimirum *adorationem*, *inuocationem*, *votorum nuncupationem*, *Hymnos*, *Pſalmos*, *Cantica*, *dies feſtos*, *ieiunia*, *eleemoſynas*, *ac ſimilia*. Quidni ergo & ſacrificium?

Quintò, ſacrificium non fuit primò in lege inſtitutum Moſis, ſed ortum ducit à lege naturæ vt patet in Abel, Noël, Melchiſedech, Iob, &c. Ergo etſi Chriſtus abrogare voluiſſet omnia antiquæ inſtituta legis, minime tamen ſacrificium inde abrogaſſet.

Probatur ex differentia Sacramenti & Sacrificij. Item, ex Eccleſia conſenſu.

CAP. XXII. & XXIII.

[a] CAP. XXII.
[b] CAP. XXIII.

EX [a] *differentia Sacramenti & Sacrificij.* Quia Sacramentum. 1. datur ab vno alteri, nec vllus ſibi ipſi Sacramentum miniſtrat. At Sacerdos ſeipſum communicat. 2. omnia Sacramenta in actione conſiſtunt Euchariſtia in re permanenti. 3. nulla continent, ex ſimplici ratione Sacramenti, Chriſtum: Euchariſtia continet. Ergo præter rationem Sacramenti habet aliquam aliam: quę autem, niſi Sacrificij?

Ex [b] *Eccleſiæ conſenſu.* Quia *Miſſa* vt etiam [c] nunc eſt fuit abſoluta tempore Gregorij primi, [d] ſicut etiam aduerſarij fatentur, id eſt, ante mille annos. Fuiſſe receptam in toto terrarum orbe [e] aduerſarij concedunt, & facilè probatur diuerſis diuerſo-

[c] *Nunc enim Sacrificij rationem habere Lutherus fatetur primo ſcripto contra Regem Angliæ* Caluin. 4. 18. §. 1. & Kemn. p. 774.

[d] *Kemn. pag.* 826. & 827.

[e] *Luther. de Captiuit. cap.* 1. *Caluin. ſup.*

[f] *Iſidor. Amalario, walfrido, Ruperto, Hugone, Innocent. 3. Bonauent. &c.*

rum temporum [f] explanatoribus Miſſæ, eandem enim omnes habent. Ergo ab annis vt minimum mille *Miſſa* haberi cœpit in Eccleſia pro Sacrificio. At quis credat tam longo tempore grauiſſima Eccleſiam idololatria laboraſſe? [Merito ergo Concilium Trident. ſeſſ. 22. can. 1. *Si quis* (inquit) *dixerit in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium Sacrificium, aut quod offerri non ſit aliud, quam nobis Chriſtum ad manducandum dari, Anathema ſit.*]

Soluuntur obiectiones.

CAP. XXIV. vſque ad 27. incluſiuè.

[g] *Lutheri.*

PRIMA, [g] Cœna Domini eſt Sacramentum, & Teſtamentum. Ergo non Sacrificium. 1. quia Sacramentum datur nobis à Deo, & Teſtamentum promiſſionem cõtinet hæreditatis factam nobis. At Sacrificium offertur Deo, & nullus Teſtator ab hærede accipit, ſed hæres à Teſtatore. 2. Sacramentum, & Teſtamentum fide accipiuntur: ſacrificium ex fide procedit.

Negatur conſeq. Ad primam & ſecundam probationem: eſſe ſacrificium, & Sacramentum, ac Teſtamentum ſub diuerſa ratione: quatenus enim datur nobis à Deo, eſt Sacramentum atque ſignaculum promiſſionis de hæreditate, percipitúrque fide: quatenus autem à nobis offertur, eſt ſacrificium procedens ex fide. Nec vllum incurritur abſurdum ſi de bonis Teſtatoris hæres, Teſtatori offerat ſi viuat, in gratitudinis ſignum, aut ſimile quid. [h] Nonne omnia accepimus à Deo? Ergo ſi quid argumentum concluderet, nihil ei offerre poſſemus?

[h] 1. *Paral.* 29. *v.* 14. *tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.*

Secunda, non legitur Chriſtus in menſa ſuum obtuliſſe corpus.

Reſpondeo. 1. nec legi vinum conſecraſſe, aut Agnum paſchalem immolaſſe accinctis renibus, &c. non tamen ſequitur iſta non feciſſe. 2. etſi non legatur: tamen nos ſufficienter id probare ex circunſtantiis loci, vaticiniis, PP. & Eccleſiæ vſu.

[i] Tertia multiplicatio Sacerdotum non niſi propter mortem præcedentium requiritur: Hebræor. 7. Sed Chriſtus eſt noui Teſtamenti in æternum Sacerdos. Ergo ei non debent multiplicari Sacerdotes in Eccleſia.

Ad Maiorem, veram eſſe de Sacerdotum multiplicatione in eadem dignitate, atque poteſtate, falſam de Sacerdotibus ſummi Sacerdotis miniſtris. nonne Aarone viuo multi inferiores Sacerdotes erant? Ad Minorem, admittitur. Ad concluſionem negatur, quia huiuſmodi Sacerdotes non ſuccedunt Chriſto, ſed eius tantum ſunt miniſtri. Sicut ergo non repugnat vnitati magiſterij, & paſtoratus Chriſti in Eccleſia, alios eſſe inferiores [k] doctores, ſiue [l] magiſtros item & [m] paſtores: ſic nec repugnat vnitati Sacerdotij eius, plures eſſe inferiores Sacerdotes miniſtros.

Quarta, nequit offerri ſacrificium Miſſæ quin fiat iniuria cruci Chriſti. Primò, quia Sacrificium crucis vim habet infinitam, atque æternam. Ergo alio non egemus Sacrificio. 2. ſi indigeremus, certè vt applicaretur nobis vis immolationis crucis. At ſufficit ad hoc prædicatio verbi, & ſacræ adminiſtratio cœnæ. 3. quia vt inquit Paulus [n] Hebræor. 9. non eſt neceſſe Chriſtū ſeſe ſæpius offerre, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, & cap. 10. [o] *Sanctificati ſumus per oblationem corporis Chriſti ſemel.* Item: [p] *vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* Item: [q] *vbi eſt remiſſio peccatorum, iam non eſt oblatio pro peccato.*

Negatur propoſitio. Ad primam probationem requiri præterea, crucis virtutem nobis applicari. Ad ſecundam admittitur maior. Sed neque eſt illa ſola ratio. Nam ſacrificium Miſſæ requiritur etiam

[i] CAP. XXV. *Caluin. continet obiectiones.*

[k] 1. Cor. 12. v. 28.

[l] 2. Timoth. 1. v. 11.

[m] *Epheſior.* 4. v. 12.

[n] v. 25. & 26.

[o] v. 10. ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.

[p] v. 14. μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζαμένους.

[q] v. 18. ὅπου δὲ ἄφεσις αὐτῶν (ἀνομιῶν) οὐκ ἔτι προσφορά.

propter religionem, quæ nequit ſine ſacrificio eſſe. Ad minorem, negatur, quia ſequeretur ſuperfluum etiam eſſe Baptiſma. Ad tertiam probationem, loqui de oblatione crucis, ſiue de ſatisfactione iuſta pro peccatis, hæc enim ſemel ſoluta, iam non eſt pro remiſſione peccatorum ſimilis repetenda, ſed exigitur ſolũ vt nobis eius applicetur virtus: quod fit tum per ſacrificium Miſſæ, tum per Sacramenta.

Quinta, teſtamenti confirmatio à morte teſtatoris pendet. Sed Miſſa nouum teſtamentum eſt, imò quot ſunt Miſſæ, tot ſunt teſtamenta. nam ſingulæ Miſſæ nouam peccatorum remiſſionem, atque iuſtitiam promittunt. Ergo vt rata ſint huiuſmodi teſtamenta oportet toties Chriſtum mori, quoties dicitur Miſſa.

Negatur minor: nam Miſſa eſt tantum repetitio illius eiuſdem teſtamenti, quod aliquando Chriſtus fecit, & ſua morte confirmauit. Sicut cum inter homines teſtamentum morte confirmatum ſæpius exhibetur in iudicio, imo deſcribitur, non propterea nouum inſtituitur, aut debet rurſus mori teſtator: ſed ſufficit conſtare fuiſſe mortuum.

Ad rationem minoris, illam iuſtitię acquiſionem eſſe quidem nouam reſpectu eius cui acquiritur: non autem reſpectu ſacrificij crucis à quo pendet.

Sexta, hoſtia quæ offertur, occidi debet. Nam [r] *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Ergo ſi Miſſa eſt ſacrificium, debet quotidie occidi Chriſtus.

[r] *Hebræor. 9. v. 22.* χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις.

Ad Antecedens verum eſſe, quando ſacrificium offertur, in ſpecie rei viuentis. Non autem ſi in ſpecie inanimatæ rei. Chriſtus autem offertur in cœnâ ſub ſpecie non rei viuentis, ſed panis & vini. Ad probationem 1. loqui Apoſtolum de ſacrificijs antiquis pro peccato. 2. ſi de omnibus loquatur, ſolũm velle, non fieri remiſſionem niſi vi ſanguinis effuſi: quomodo non fit remiſſio in Miſſa niſi vi ſanguinis effuſi cruce 3. etiam in ipſa cæna effundi, & repræſentatiuè, & realiter per libationem, & diſtributionem.

Septima,

Septima, ex noſtra ſententia ſequitur nihil paſſione Chriſti relinqui niſi eſſe exemplar redemptionis quo diſcamus noſtri redemptores eſſe.

Negatur, tum quia Miſſa eſt opus Chriſti per ſuos exhibitum miniſtros: tùm quòd Miſſa non eſt nouum pro peccatis pretium ſed pretij paſſionis Chriſti applicatio.

Octaua, Nemo præter Chriſtum vocatus eſt ſacerdos. negatur: vocati ſunt enim Apoſtoli, eorumque ſucceſſores à Chriſto dicente. *Hoc facite.*

[s] Nona, inſtituere cultum ſine verbo Dei vanum eſt. Sed ritus celebrandi Miſſam ita inſtitutus eſt. nam conſtat à quibus Pontificibus habuerint ortum. Ergo. [s] Cap. 26. *obiectiones Kemnitij.*

Ad Maiorem ſi ſermo ſit de verbo Dei ſcripto, negatur. ſi de, vel immediatè à Chriſto Apoſtolos docente, vel mediante inſpiratione tradito, qua Deus non deſinit Eccleſiæ ſuggerere omnia ad religionem neceſſaria, admittitur. Ad minorem 1. non eſſe quæſtionem de cæremoniis Miſſæ, ſed de ſubſtantia ſacrificij. 2. has cæremonias eſſe à verbo Dei, de quibus [t] infra. [t] *libro 6. cap. 13. & ſeqq.*

Decima, nihil debet addi teſtamento Chriſti confirmato. Miſſa addit ergo, &c. Negatur minor.

Vndecima, [u] in nulla parte Miſſæ inuenitur ſacrificij ratio. [x] Non in oblatione panis, & vini. Nec enim res terrenę poſſunt eſſe illud ſacrificium vnicum. Non in conſecratione. 1. quia ibi nulla oblatio apparet, cum tamen oblatio ſit de intrinſeca ratione ſacrificij. 2. quia in conſecratione nulla fit ſenſibilis immutatio rei, quæ offertur. Nõ in oblatione corporis, & ſanguinis. 1. quia Dominus poſt conſecrationem continuò Sacramentum diſtribuit, ac manducari præcepit: & proinde nullum fuit tempus quo panem obtulerit conſecratum. 2. quia [y] ſanctus Gregorius tradit ſolummodo addidiſſe Apoſtolos Dominicam orationem ad conſecrationem. Non fractio. 1. quia Dominus vel fregit ante conſecrationem iuxta

[u] Cap. 27. [x] *quæ præcedunt enim, ſpectantque ad Miſſam Catechumenorum certum eſt non habere Sacrificij rationem.* [y] *7. epiſt. 63.*

multos, vel ſtatim à conſecratione, vt diſtribueret panem diſcipulis. At noſtra fractio fit poſt conſecrationem multis interiectis actionibus alijs: nec fit vt diſtribuatur, ſed ad myſterium ſignificandum. 2. manducatio, & conſumptio Euchariſtiæ, cùm non ſit ſolius Sacerdotis, non videtur ſacrificium propriè. 3. quamuis ad eſſētiam ſacrificij pertineret, nequit tamen in eâ conſtitui tota ſacrificij eſſentia. Nam ſine oblatione, & dedicatione præcedente, ſacrificium eſſe non poteſt, vt res facilius ſoluatur, ſit

Prima propoſitio: *Panis, & vinum aliquo modo offeruntur in Miſſâ, & proinde pertinent ad rem quæ ſacrificatur.*

Probatur primò, quia in Liturgiâ cum dicimus: *Suſcipe ſancte pater hanc immaculatam hoſtiam*, certè pronomen, *Hanc* demonſtrat ad ſenſum id quod tunc manibus tenemus videlicet panem. 2. quia PP. idem paſſim tradunt: [a] Irenæus ait Eccleſiam offerre Deo ſacrificium ex creaturis, id eſt, ex pane, & vino. [b] Cyprianus Chriſtum obtuliſſe patri calicem aqua mixtum. [c] Gregorius de Sancto loquens Benedicto: *Manu ſua oblationem dedit dicens: Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt.*

[a] *4. cap. 32.*
[b] *2. Epiſt. 3.*
[c] *2. dialog. 23.*

Secunda propoſitio: *Corpus, & ſanguis Domini ſunt id ſacrificium quod in Miſſa propriè offertur, & ſacrificatur.* vt probatum eſt ſupra.

Tertia, *Panis & corpus, vinum, & ſanguis Domini non ſunt duo, ſed vnum ſacrificium.*

Primò, quia non offerimus Deo panem ſimpliciter, ſed conſecrandum, & in corpus tranſmutandum Chriſti: neque offerimus corpus Domini abſolutè, ſed in ſpecie panis, & ex pane confectum. Sicut apud Hebræos offerebatur ouis viua, & eadem mortua, tamen (licet ſpecie differant viuum & mortuum ſi natura phyſicè conſideretur) non niſi ſacrificium vnum erat. Quia ouis viua offerebatur conſecranda Deo per mortem, ac deinde ab-

ſumenda per ignem.

Quare in Miſſa non offertur panis vt ſacrificium perfectum, ſed tãtùm inchoatum, & perficiendum, ſicut ex illis patet: [d] *Benedic hoc ſacrificium tuo nomini conſecrandum.*

[d] *in Liturgiâ.*

Secundò, quia [e] PP. docent in Eccleſia vnicum eſſe ſacrificium ſuccedens multitudini ſacrificiorũ antiquorum.

[e] *Leo ſerm. 8. de Paſſione. Chryſoſt. in Pſal. 95. Aug. de Spiritu, & litera cap. 11.*

Quarta propoſitio: *Oblatio panis, & vini ante conſecrationem pertinet ad integritatem, non tamen ad eſſentiam ſacrificij. Non pertinere ad eſſentiam*, conſtat. 1. quia oblatio vocalis non eſt neceſſaria ad ſacrificium: ſatis enim demonſtrat ſe aliquid offerre qui reipſa offert. 2. quia non eſt neceſſe oblationem præcedere immolationem: cum ipſa immolatio poſſit eſſe oblatio.

Pertinere ad integritatem, Probatur 1. quia etſi Dominus non iiſdem verbis panem conſecrandum obtulerit quibus offerimus: tamen aliquo modo obtuliſſe docet apertè [f] Cyprianus, ac colligitur ex illâ cæremoniâ eleuandi oculos in cœlum, & & gratias agendi, qua Dominus vſus eſt. 2. quia in omnibus Liturgijs pars actionis eſt oblatio rerum ſacrandarum.

[f] *ſupr.*

Quinta propoſitio. *Oblatio quæ ſequitur conſecrationem, ad integritatem ſacrificij, pertinet, non ad eſſentiam.*

Pertinere ad integritatem, probatur ex Liturgijs [g] antiquiſſimis. *Non pertinere ad eſſentiam*, probatur. 1. quòd Dominus eam non adhibuerit oblationem. 2. quòd [h] nec Apoſtoli in principio eâ ſint vſi. 3. quia verba huius oblationis non dicuntur in perſona Chriſti, ſed ipſius miniſtri, & Eccleſiæ.

[g] *Iacobi Clementis, &c.*

[h] *vt colligitur ex Gregorio 7. epiſt. 63.*

Sexta propoſitio. *Fractio Sacramenti ad eſſentiam non pertinet*, ſed *ad integritatem.*

Prima probatur pars, quòd ſi forte hoſtia integra in calicem decidat, relinquitur ſine fractione: nec tamen irritum fit ſacrificium.

Secunda, probatur ex Liturgijs.

Digitized by Google

Septima, 1. *Sacramenti conſumptio vt à populo ſit, non eſt pars ſacrificij. 2. vt à Sacerdote ſacrificante ſit eſt pars eſſentialis, non eſſentia tota.*

Prima pars demonſtratur, nam qui edunt victimas, ſunt equidem participes altaris: ſed aliud eſt ſacrificium offerre, aliud de altari participare.

Secunda probatur 1. quia conſumptio quæ fit à Sacerdote ſacrificante non eſt tam comeſtio victimæ, quam ſacrificij conſummatio reſpõdens propriè combuſtioni holocauſti. 2. quia ſemper adeò iudicata eſt neceſſaria ab Eccleſia hæc ſumptio Sacramenti à Sacerdote, vt ſi fortè nequeat aliquo ex caſu conſumere, [i] oporteat alium illi ſuccedere, & ſacrificium conſummare. 3. quia in tota actione Miſſæ nulla eſt alia realis deſtructio victimæ præter iſtam. Requiritur autem deſtructio victimæ ad ſacrificij rationem.

[i] *in Regulis Miſſalis.*

Nec refert iſtam conſumptionem non videri fieri in perſona Chriſti, qui tamen eſt primarius Sacerdos. Nam Chriſtus quidem non ſeipſum mãducat, tamen ipſe dici poteſt conſumere, quia conſumandum ſe tradit: ſicut dicitur in ſacrificio crucis ſeipſum ſacrificaſſe, quia ſe occidẽdum obtulit.

Octaua propoſitio: *Conſecratio Euchariſtiæ ad eſſentiam ſacrificij pertinet.*

Probatur primò, in conſecratione Euchariſtiæ tria ſunt.

Primum, *res prophana fit ſacra*, panis enim vertitur in corpus Chriſti: & quia non panis manet, ſed in aliud vertitur: propterea non panis ſacrificatur, ſed quod ex pane factum eſt.

Secundum, *res illa ſacra ex prophana effecta, Deo offertur, dum in altari, ſiue in loco vbi conſecrata recipitur, collocatur.*

Tertium, *res illa, ad veram, & realem ordinatur externam mutationem ac deſtructionem.* Nam per conſecrationem induit corpus Chriſti rationem cibi, cibus autem ad comeſtionem, & proinde ad deſtructionem ordinatur. Nec obſtat corpus Chriſti

in ſe nullam pati læſionem. Nam ſufficit amittere eſſe Sacramentale, & deſinere eſſe in altari, cibique rationem habere. At in his tribus ſacrificij veri, & realis ratio conſiſtit. Ergo, *&c.* Atque iuxta hunc ſenſum hæc propoſitio octaua intelligenda eſt.

Secundò, Sacrificium Miſſæ offertur in perſona Chriſti. Nihil autem facit Sacerdos tam perſpicuè in perſona Chriſti, quam conſecrationem in qua dicit: *Hoc eſt corpus meum.*

Tertiò, quia aut Chriſtus conſecrando, & conſumendo ſacrificauit aut nullo modo ſacrificauit. Nec enim eſt alia Chriſti actio, quæ dici Sacrificium queat, aut ante, aut poſt conſecrationem.

Quartò, quia ſi Apoſtoli initio ſolùm addebant orationem Dominicam ad cõſecrationem, vt vult Gregor. neceſſe eſt vt conſecrando ſacrificarent. Nec enim oratio Dominica Sacrificium dici poteſt.

Quintò, quia in conſecratione conſiſtit[k] repræſentatio Sacrificij crucis. At ſimul eſſe debent Sacrificium reale cœnæ, & repræſentatiuum: cum ipſum reale, ſit ipſum repræſentatiuum.

Sextò, ex PP.[l] Iræneus ait Chriſtum docuiſſe oblationem noui teſtamenti quam Eccleſia frequentat dicendo: *Hoc eſt corpus meum.*[m] Cyprian. Euchariſtiam fieri medicamentum ſimul, & holocauſtum cum verbis conſecrationis panis benedicitur.[n] Gregorius, in ipſa immolationis horâ ad Sacerdotis vocem Angelorum choros adeſſe, cœlum aperiri, ima ſummis coniungi, vnum ex viſibilibus & inuiſibilibus fieri. quæ eſt autem illa vox Sacerdotis, niſi verba conſecrationis?

k *ita D. Tho. 3. par. q. 80. ar. 12. ad 3.*

l 4 *cap.* 32.

m *ſerm. de cœna domini.*

n 4. *dialogor.* 58.

LIBER SEXTVS.

DE EVCHARISTIA.

IN QVO
Tractatur quale Sacrificium ſit Miſſa.

Probatur ſacrificium Miſſæ propitiatorium eſſe.

Cap. I. & II.

HÆRETICI [a] minime negant Miſſam eſſe Sacrificium λατρευτικὸν, id eſt *honorarium*, cuius finis ſit ſolus Dei cultus, ac honor. Item, & εὐχαριστικὸν, id eſt, *ad agendas gratias*. Non quod velint eſſe propriè Sacrificium, ſed tantum largo modo: quia ipſa Euchariſtiæ diſtributio, & manducatio ſit in honorem Dei, & in gratiarum actionem paſſionis Chriſti.

[b] Negant tamen omnes Miſſam eſſe ſacrificium propitiatorium, ſiue quo placatur Deus. Probatur verò noſtra ſententia.

Primò, [c] Iob pro peccatis [d] filiorum ſuorum, & [e] amicorum ſacrificauit, Leuitici 4. 5. & 6. deſcribuntur varia pro peccato Sacrificia. At illa omnia erant Miſſæ Sacrificij figuræ.

[a] Cap. I.
[b] *Luther. de Captiuit. cap. I. Confeßio witemberg. cap. 16. Caluin. 4. cap. 18. §. 13. 14. 15. 16. Kēnit. 2 par. Exa. ſeſſ. 22. cap. de Miſſâ.*
[c] Cap. II.
[d] *Iob. I. v. 5.*
[e] *cap. vlt. v. 8. & 9.*

Secundò, Sacrificium crucis non impedit quo minus illa verera fuerint ſuo modo propitiatoria. Ergo nec impedire debet quin ſacrificium Eccleſiæ ſit propitiatorium. Nam ſacrificium crucis habuit vim ab initio mundi, & vſque ad finem habebit. Quare ſi impediret noſtrum eſſe propitiatorium, impediret & illa.

Tertiò, ſacrificium Eccleſiæ eſt verè ſacrificium non minus quam antiqua: eſt etiam commemoratiuum paſſionis Chriſti, continet hoſtiam Deo gratiſſimam. Quidni ergo propitiatorium erit?

Reſpondet [f] Caluinus antiqua dici propitiatoria: non quod verè expiarent peccata, Deumque placarent, ſed quia ſignificarent Sacrificium crucis. [f] 4. *Inſtit.* 18. §. 13.

Contra. 1. ſignificabant etiam ſacrificium Miſſæ: *Illis ſacrificijs* [g] (inquit Aug.) *vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera fit remiſſio peccatorum, à cuius ſacrificij ſanguine in alimento ſumendo, non ſolù nemo prohibetur, ſed ad bibēdum potius exhortantur.* 2. falſum eſt illa antiqua ſacrificia non purgaſſe. Etſi enim non expiarent peccata quo ad culpam, ex opere operato, tamen expiabant maculas legales, ac Deum propitium reddebant quoad temporales pænas: ex offerentium autem fide expiabant etiam aliquo modo culpas, quòd eſſent huius fidei proteſtationes. [g] *q. 57. in Leuitic.*

Quartò, Chriſtus obtulit in cœna ſacrificium pro peccatis Apoſtolorum, *Hic eſt ſanguis* (inquit) *qui pro vobis funditur in remiſſionem peccatorum.* Idem eſt autem noſtrum ſacrificium cum illo.

Quintò, ſacrificium Miſſæ applicat nobis promiſſiones noui Teſtamēti. At inter illas eſt [h] promiſſio de remiſſione peccatorum. [h] *Hierem.* 32. *v.* 38. 39. 40. 41. 42. *& Hebræor.* 8. *v.* 10. 11. 12.

Sextò, fatentur Lutherani Euchariſtiam eſſe inſtitutam ad remiſſionem peccatorum. Certe non vt Sacramentum eſt, ſicut probauimus, ergo vt ſacrificium.

Septimò, præcipuum Sacerdotis munus eſt pro peccato offerre Hebræor. 5. *Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt*

ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccato. At in Eccleſia ſunt veri Sacerdotes: ergo & ſacrificium pro peccato, quod niſi ſit ſacrificium Miſſæ nullum erit.

Octauò, ex PP. Iacobus in Liturgia: *Offerimus* (inquit) *tibi incruentum ſacrificium pro peccatis noſtris, & ignorantiis populi.* Iuſtinus [i] dialogo cum Tryphone.[k] Origenes cum adduxiſſet verba Domini quibus iubemur myſterium Euchariſtiæ conficere in memoriam eius: *iſta eſt* (inquit) *commemoratio ſola, quæ propitium facit Deum hominibus.* Athanaſius [l] *Incruentæ hoſtiæ oblatio propitiatio eſt.* [m] Baſilius: *Dignos efficito nos, qui puro corde ſtemus coram te, tibique miniſtremus, & offeramus Sacrificium hoc reuerendum ad abolenda delicta noſtra,* &c. Cyrillus: [n] *Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis, & illis cum, qui eſt benigniſſimus, propitium reddamus.* Chryſoſtom. [o] *Sacerdos pro vniuerſo orbe terrarum legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modo, ſed etiam defunctorum peccatis propitius fiat.* Ex Latinis [p] Cyprianus dicit Euchariſtiam eſſe holocauſtum, ad iniquitates purgandas. Ambroſius: [q] *Offert Chriſtus ſeipſum quaſi Sacerdos, vt peccata noſtra dimittat.* Hierony. [r] in cap. 1. ad Titum. Auguſtinus ſupra, Beda: [s] *Sacrificium* (inquit) *hoc ſalutare ad redemptionem valet animæ, & corporis ſempiternam.*

Nonò ex Conciliis. Bracarenſe tertium tempore Bedæ: [t] *Cum omne crimen atque peccatum* (inquit) *oblatis Deo Sacrificijs deleatur: quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur.* [Et Tridentium ſeſſ. 22. cap. 2. *Quoniam in diuino hoc ſacrificio quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur*, qui in

[i] *quo ait Sacrificium vaccæ pro elephantiacis, fuiſſe figuram Euchariſtiæ qua offertur pro expiatione peccatorum.*

[k] *homil. 13. in Leuitic.*

[l] *in ſerm. de defunctis.*

[m] *in Liturgia non procul ab initio.*

[n] *catech. 5.*

[o] *lib 6 de Sacerdotio.*

[p] *ſerm de Cœna.*

[q] *1. de officiis 48.*

[r] *Si laïcis imperatur vt propter orationem abſtineant ſe ab vxorum coïtu, quid de Epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidie pro ſuis, populíque peccatis illibatas Deo oblaturus eſt victimas?*

[s] *4. hiſtor. cap. 22.*

[t] *Can. 1.*

ara crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit, [v] *docet Sancta Synodus ſacrificium iſtud vere propitiatorium eſſe*, &c. *Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. Vna enim eademque hoſtia, idemque nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis (cruente inquam) fructus per hanc incruentā vberrimè percipiuntur: tantū abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur? Quare non ſolum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in Chriſto nondum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apoſtolorum traditionem, offertur.*]

[v] [*& Can. 3. Si quis dixerit Miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis, & gratiarū actionis, aut nudam commemorationem Sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus offerri debere Anathema ſit.*]

Probatur impetratorium etiam eſſe.

CAP. III.

PRIMÒ in veteri lege erant hoſtiæ [a] pro beneficio aliquo impetrando Leuitici. 7. At iuxta [b] Chryſoſt. [c] Auguſt. & [d] Leonem omnes differentias hoſtiarum veterum vna Euchariſtiæ oblatione continentur. Igitur eſt etiam impetratoria.

Secundò, quia iubet [e] Apoſtolus faciendas in Eccleſia obſecrationes, orationes, &c. quod de publicis precibus in Miſſa [f] PP. interpretantur, voluntque ab Apoſtolo præcipi Sacrificium offerri pro temporali pace Eccleſiæ.

Tertiò, Liturgiæ omnes Iacobi, Clementis, Baſilij, Chryſoſtomi, non ſemel inter offerendum præcipiunt orandum pro pace, copia fructuum, & ſimilibus.

[a] *Leuit. 7. v. 16. & 2. Reg. vlt. quo obtulit Dauid pacifica pro auertenda peſte & impetrauit: item 2. Machab. 3.*
[b] *in Pſal. 95.*
[c] *1. contra aduerſarium legis, & prophet. cap. 20.*
[d] *ſerm. 8. de paſſione.*
[e] *1. Timoth. 2.*
[f] *Aug. epiſt. 59. Chryſoſt. Theophyl. Oecum. in 1. ad Timoth. 2. Ambroſ. 6. de Sacram. vlt.*

[g] *libro ad Scapulam.*
[h] *Catech. 5.*

Quartò ex PP. Tertull. [g] *Sacrificamus* (inquit) *pro ſalute Imperatoris.* Cyrillus [h] *Poſtquam confectum eſt illud ſpirituale Sacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro ſocijs, pro ægrotis, & afflictis, & in ſumma pro omnibus qui egent auxilio.* [i] Chryſoſtomus, [k] Auguſtinus, [l] Proſper, [m] Gregorius [n] Beda.

[i] *homil. 18. & 21. in Acta.*
[k] *22. Ciuit. 8.*
[l] *de prædictionibus Dei ca. 6.*
[m] *homil. 37. in Euangelia.*
[n] *ſupr.*

Quintò, ſi Euchariſtiæ ſacrificium valet ad delenda peccata, quomodo non valebit ad impetranda quæ ſunt minoris momenti?

Explicatur efficientia propria ſacrificij Miſſæ.

Cap. IIII.

PRIMA propoſitio. *Sacrificium Miſſæ non habet vim ſolùm, aut potiſſimum ex opere operantis, ſed etiam ex* [a] *opere operato.*

[a] *opus operatum dupliciter dicitur 1. efficienter quia nimirum eſt inſtrumētum immediatè producens effectum per modum naturæ, quo modo actio Sacramētorum eſt opus operatum 2. moraliter: quia ſcilicet mouet Deum ad producendum effectum independenter a bonitate miniſtri.*

Diximus ſolùm, quia negari non poteſt quin habeat vim ex opere operantis, ſicut cætera virtutum opera. Probatur propoſitio, primò, quia in hoc ſacrificio principalis Sacerdos eſt Chriſtus, qui ſeipſum offert per miniſtrum. Ergo principalis efficacia ſacrificij non pendet à bonitate miniſtri, ſed potius principalis agentis. Secundò, Concilium [b] Tridentinum ait ideo per hoc ſacrificium remitti peccata, quia eadem eſt hoſtia & offerēs qui in ſacrificio crucis. At eadem eſt hoſtia & idem offerens, qui in cruce, ſiue ſit miniſter bonus, ſiue non.

Secunda propoſitio: *Sacrificium Miſſæ non habet vim ex opere operato ad modum Sacramentorum.*

Probatur primò, Concilium Tridentinum ait per hoc ſacrificium peccata dimitti, quia hoc ſacrificio Deus placatus gratiam, & donum pœni-

[b] *ſup. cap. 2.*

tentiæ concedit. Non igitur immediatè iuſtificat vt Baptiſmus, & Abſolutio faciunt.

Secundò, quia ſi ſacrificium Miſſæ immediatè iuſtificaret, requireret neceſſario præuiam diſpoſitionem in eo pro quo offertur. Ergo illud offerre pro peccatoribus obſtinatis non liceret, aut vlli Miſſam petere, niſi ſe ad gratiam recipiendam diſponeret.

Tertiò, ſacrificium Miſſæ maiorem non habet vim quam habeat ſacrificium crucis. At ſacrificium crucis non efficienter & immediatè iuſtificat, ſed tantum impetratoriè ac meritoriè: tùm quia alioquin omnes homines continuò iuſti facti fuiſſent in Domini morte: tùm quia ſacrificium crucis non eſt amplius in re, ſed ſolum in mente Dei.

Tertia propoſitio: *Sacrificium Miſſæ vim habet per modum impetrationis, & eius propria efficientia eſt impetrare.*

Probatur primò, quia hæc eſt propria efficientia ſacrificij in genere: ſacrificium enim proprie orantis eſt, proprium autem orationis eſt impetrare. Ergo & id ſacrificio Miſſæ conueniet.

Secundò, ſacrificium Miſſæ præcipuam vim habet vt à Chriſto ſummo Sacerdote offertur. At nũc Chriſtus nec mereri, nec ſatisfacere poteſt, ſed ſolùm impetrare. Igitur impetratio eſt propria vis, & efficientia ſacrificij huius. Differunt ergo ſacrificium crucis, & Miſſæ, quòd illud fuerit proprie, *meritorium, ſatisfactorium*, & *impetratorium*: quia Chriſtus tunc mortalis erat & mereri poterat, ac ſatisfacere. Hoc verò, non ſit propriè niſi *imperatorium*. Cum autem dicitur *propitiatorium*, vel, *ſatisfactorium* aut, *meritorium*, id intelligendum eſt ratione rei, quę impetratur. Eſt enim *propitiatorium*, quia impetrat remiſſionem culpæ: *ſatisfactorium* quia impetrat remiſſionem pænæ: meritorium, quia impetrat gratiam benefaciendi, ac merita acquirendi.

Quarta propoſitio, *valor ſacrificij Miſſæ eſt finitus.*

Probatur primò ex communi Theologorum ſententia.

Secundò, ex vſu Eccleſiæ, quæ alioquin fruſtra tot multiplicaret Miſſas. Cum autem ſacrificium crucis fuerit infiniti valoris, & ſacrificium Miſſę ſit idem repetitum, & tamen non ſit niſi finiti valoris: ratio huius diuerſitatis videtur eſſe duplex.

Prima, quod Chriſtus immediatè ſeipſum obtulerit in cruce, in Miſſa autem non ſe offerat niſi mediante miniſtro. gratior eſt autem oblatio facta immediate à Chriſto, quam mediatè.

Secunda, quia ita placuit Chriſto, vt fructus paſſionis ſuæ non niſi determinata applicaretur menſura: cuius voluntatis, quamuis ratio certa nobis non ſit, fortaſſe tamen ea eſt, vt frequentarent ſæpius hoc ſacrificium fideles.

Soluuntur obiectiones.

CAP. V.

OBIECTIO [a] prima, Baptiſmus vnius non prodeſt alteri: ergo neque ſumptio Euchariſtiæ alteri proderit. Igitur ſacrificium non eſt, quia ſacrificium ſimul prodeſt multis.

[a] *Lutheri in Captiuit.*

Admittitur antecedens, & prima conſequentia, negatur vltima. Quia aliud eſt ſuſceptio Euchariſtiæ, aliud oblatio eius. Sumptio ſolum ſuſcipientem ſanctificat, oblatio ſe ſe ad plures extendit.

[b] Secunda, ſi eſſet Miſſa propitiatoria ad remiſſionem culparum, vtile eſſet ad alia non accedere Sacramenta pro remiſſione peccatorum, cum in illis non habeatur hæc remiſſio ſine labore, in Miſſa verò abſque labore.

[b] *Kemnitij pag. 405. & 861. par. 2. Exam.*

Reſpondeo Miſſam non remittere peccata, niſi impetrando pœnitentiam quæ labore non vacat.

Tertia, ſæpe dicuntur Miſſæ pro peccatoribus, qui tamen minimè conuertuntur. Item pro multis

beneficijs obtinendis quæ tamen non impetrantur. Ergo Miſſa ex opere operato efficaciam non habet.

Reſpondeo impetrari ſemper auxilium pro loco & tempore competenti ſicut nouit Deus vtile: quod ſi non ſortiatur effectum contingere id ex indignitate & peruicacia ſubiecti.

Quibus proſit Sacrificium Miſſæ.

CAP. VI.

RES ita expedietur, primò certũ eſt nõ prodeſſe damnatis, & offerri pro fidelibus viuentibus omnibus.

Secundò, indirectè ſaltem hoc Sacrificium prodeſt omnibus extra Eccleſiam. tùm quia Sacrificium offertur pro Eccleſia catholica propagandâ, vnienda, purganda, quod nequit fieri ſine conuerſione infidelium, hæreticorum, Schiſmaticorum. tum quod extet Miſſa pro ſchiſmate tollendo. tum quia in oblatione calicis, pro totius mundi ſalute oratur. tum denique quòd ſi nulla eſſet prohibitio Eccleſiaſtica, liceret miſſam offerre pro iſtis, ſicut in Eccleſia [a] primitiua offerebatur pro infidelibus regibus, nam Sacrificium crucis fuit pro omnibus oblatum.

Obiicitur [b] Aug. *Quis offerat Sacrificium* (inquit) *corporis Chriſti, niſi pro iis, qui ſunt membra Chriſti?*

Reſpondeo [c] 1. hæc intelligi de membris Chriſti actu, vel potentia, vt excludantur damnati 2. agere Auguſtinum eo in loco de defunctis: Et quia defuncti aut ſunt membra Chriſti actu, vel nullo modo, ideo abſolutè dicere potuit, *non poſſe pro defunctis offerri, niſi ſint membra Chriſti.*

Tertiò, nihilominus cap. *A nobis*, de ſententia excommunicationis. prohibuit Eccleſia publicam orationem pro excõmunicatis, cuius generis ſunt

[a] *in Liturgia Iacobi fit expreſſa oratio pro extirpatione hæreſum. Chryſoſt. & Baſilius in Liturgia, pro toto terrarum orbe, & nominatim pro errantibus orant.*

[b] *libro de origine animæ cap. 9.*

[c] *ita D. Tho. in 4. diſt. 12. q. 2. ar. 2.*

hæretici omnes. Miſſa autem eſt maximè oratio publica.

Quartò, videtur tamen licere pro regibus paganis expreſſe offerri à Sacerdotibus horum ſubditis Principum :id enim Eccleſia primitiua habuit in vſu, & nullibi prohibetur.

Quintò poterit etiam orari in Miſſa pro hæreticorum conuerſione, non quidem addendo aliquid ad Miſſam, ſed tantum applicando, per intentionem, Sacrificium,ad hæreticorum conuerſionem. Tutius tamen eſt ita ſuam moderare intentionem, vt directè tendat in Eccleſiæ pacem, & augmentũ, maximè eius partis quæ inter hæreticos verſatur. ita enim indirectè pro hæreticorum conuerſione ſupplicatur. [Si enim directè licet per intentionẽ applicare Miſſam hæreticis: & ipſa intentio ſit per quam Sacrificium pro certis quibuſdam offertur: Nõ video quomodo non liceat publicè orare pro hæreticis, vel Miſſa non erit oratio publica : vel vt publica oratio non applicabitur per intentionem certis quibuſdam perſonis quod tamen falſum eſt: per quid enim applicatur?]

Sacrificium Miſſæ pro animabus in Purgatorio ritè offerri.

CAP. VII.

NEGANT Hæretici [a] Quia Chriſtus loquens de vſu huius Sacramenti dixit: *Accipite & comedite*. Mortui autem nec comedere : nec accipere poſſunt.

[b] Probatur tamen noſtra ſententia,primò, quia [c] Iudas Machabæus offerri præcepit ſacrificium pro defunctis. At noſtrum ſacrificium non eſt minoris virtutis.

[a] *Hæc ratio eſt Caluini in Antidoto artic. Pariſienſium & Kemnitij 2. par. Exam. in vltimo arg.*
[b] *vide tom.2. lib.1. de Purgatorio cap.3. & lib.2.cap. 15.& 16.*
[c] *2. Machab. 12.*

Digitized by Google

Secundò, ex Eccleſiæ vniuerſæ conſuetudine. Nam vt aiunt [d] Epiphan. atque [e] Auguſtinus Eccleſia vniuerſa in ſacrificio Miſſæ pro defunctis orat, idque conſtat ex Liturgiis omnibus, atque [f] Conciliis quibus fit mẽtio ſacrificij pro defunctis, tanquam recepti, atque vſitati.

Tertiò, ex Apoſtolorum traditione, tùm quia id docent Chryſoſtom. [g] Nyſſenus, [h] Iſidorus, [i] Rabanus, tùm quod in Liturgijs Clementis, & Iacobi inueniatur memoria pro defunctis, hic autem Apoſtolus fuit, ille Apoſtolorum diſcipulus, tum denique quod nuſquam inueniatur huius conſuetudinis initium, ſed reſoluendum ſit in Apoſtolorum tempus.

Reſpondẽt primò, in nulla ſcriptura inueniri hãc conſtitutionem.

Secundò, Hieronym. & Gregorium dixiſſe Apoſtolos ſolam addidiſſe Dominicam orationem in Miſſa ad conſecrationem.

Tertio, quia [k] Tertull. ait hunc ritum ex conſuetudine fluxiſſe.

Ad primum nos non loqui de verbo Dei ſcripto, ſed tradito.

Ad 2. Reſpondeo 1. illud *, ſolam*, in [l] Hieronymo non haberi. 2. potuiſſe Apoſtolos initio quidem ſolam adhibere Dominicam orationem, poſtea tamen alias addidiſſe preces. 3. ſola intentione poſſe offerri Miſſam pro defunctis, nec opus eſſe oratione vocali.

Ad 3. reſpond. 1. non ita loqui Tertull. ſed, *retentum & confirmatum quod ex Apoſtolica traditione deſcenderat.* 2. non loqui de ſacrificio Miſſæ abſolutè, ſed de ſacrificio annuo.

Quartò probatur noſtra ſententia à condemnatione hæreſis Ærij docentis non eſſe pro mortuis ſacrificium offerendum : *Ærius* (inquit [m] Epiph.) *multa contra Eccleſiam docuit, fidem quidem exiſtens Arianus perfectiſſimus, verùm amplius docet, non oportere offerre pro ijs qui obdormierunt.* Auguſtinus [n] cum

[d] *in compendiaria doctrina.*
[e] *lib. de cura pro mortuis cap. 1. & vlt.*
[f] *Carthag. 3. Can. 29. Carthag. 4. can. 79. Bracar. 1. can. 34. & 39. Cabilon. can. viſum eſt. de conſecrat. diſt. 1. wormatien. ca. 10. Concilium 6. ſub Symmacho.*
[g] *apud Damaſc. orat. pro defunctis.*
[h] *1. de officiis diuin. 18.*
[i] *2. de inſtit. Clericor. 44.*
[k] *de coronâ militis.*
[l] *3. contra Pelagianos.*
[m] *in Anacephalæoſi.*
[n] *lib. de hæreſib. cap. 53.*

ait: Arium propria addidiſſe dogmata, primo loco ponit, *offerre pro mortuis oblationem non oportere.* Damaſcenus: [o] *Negat Ærius* (inquit) *quidquam eſſe pro mortuis offerendum.* Hinc patet mentiri [p] Melanchthonem dum aſſerit Ærium negaſſe quidem orationes, non tamen oblationes pro defunctis.

Quintò, ex PP. Tertull. [q] *Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus.* Cyprian. [r] *Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſe conſiderantes, & ſalubriter prouidentes cenſuerunt ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo nec pro dormitione eius Sacrificium celebraretur.* [s] Cyrillus Catecheſi 5. [t] Ambroſ. [u] Ephrem. Epiphanius in compendiaria doctrina ponit inter Eccleſiæ dogmata, *orationem pro defunctis.* [x] Chryſoſt. Auguſtinus [y] in ſingulis ferè tomis, & Concilium Tridentinum ſupra.

Reſpondent Primò, loqui PP. de ſacrificio eleemoſynarum. Contra: Cyprianus loquitur de ſacrificio altaris. Et [z] Auguſt. diſertè diſtinguit tria quæ pro defunctis offeruntur & omnia dicit prodeſſe, *eleemoſynas, preces, Sacrificia.*

Reſpondent Secundò, fieri quidem ſolitam cõmemorationem pro defunctis non vt iuuarentur, ſed in teſtificationem illius articuli Symboli: *Communionem Sanctorum.*

Contra PP. manifeſtè dicunt prodeſſe oblationem Euchariſtiæ defunctis in refrigerium.

Ad rationem pro aduerſarijs initio capitis poſitam.

Reſpondeo, defunctos non participare realiter de carnibus ſacrificij: ad hoc namque, manducatio requiritur: participare tamen de fructu ſacrificij ad id enim neque manducatio, neque præſentia requiritur.

[o] *lib. de centũ erroribus.*
[p] *Apologiâ Confeſſionis Auguſtanæ diſputatione de vocabulis Miſſæ.*
[q] *ſupr.*
[r] *1. epiſt. 9.*
[s] *Maximum eſſe credimus animarum iuuamen, pro quibus offertur obſecratio Sancti illius, & tremendi quod in altari poſitum eſt, Sacrificij.*
[t] *2. epiſt 8.*
[u] *in ſuo teſtamento.*
[x] *homil. 69. ad populum & 3. in epiſt. ad Philipp.*
[y] *tom. 1. lib. 9. Confeſſ. 12. & 14. tom. 2. epiſt. 64 tom. 3. in Enchirid. cap. 110. tom. 4. lib. de cura pro mortuis cap. 18. tom. 5. 20. Ciuit. 9. tom. 6. libro de Sancta Virginit. 45. &c.*
[z] *in Enchirid. cap. 110.*

An repugnet

An repugnet inſtitutioni Cœnæ Domini in eius celebratione fieri memoriam & inuocationem Sanctorum.

Cap. VIII.

PRima propoſitio: *Non repugnat inſtitutioni Cœnæ Domini in ea nominari, & inuocari Sanctos.*

Probatur primò, [a] Apoſtolus iubet in Sacrificio Miſſæ pro omnibus fieri orationes, & gratiarum actiones nimirum ob beneficia à Deo collata.

At magnum eſt beneficium, gratia, qua Sancti mundum atque Sathanam vicerunt, magnum, glòria qua donati ſunt, victoriâ partâ. Igitur dignum erit offerri ſacrificium ad agendas gratias pro beneficijs tantis.

Secundò, ex liturgijs omnibus, in quibus nominantur Sancti non ſemel.

Tertiò, [b] Cyprianus, [c] Epiphan. & [d] Cyril. ſcribunt in ſacrificio Apoſtolos, & Martyres nominari.

Quartò, quia id prodeſt. 1. ad proteſtandam Sanctorum communionem. Sacrificium enim veri corporis Chriſti, nomine totius corporis myſtici offertur. Et [e] teſte Auguſtino ſignificat generale ſacrificium, quo vniuerſum corpus Chriſti myſticum, id eſt, tota redempta ciuitas offertur Deo, per Chriſtum Sacerdotem magnum. 2. *Vt nos* (inquit [f] Auguſt.) *ad imitationem talium coronarum, atque palmarũ eodem inuocato* (ſcilicet Deo) *in auxilium, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur.*

Secunda propoſitio: *Non repugnat inſtitutioni Cœnæ inuocari Sanctos in ea, illo quo inuocantur modo ab Eccleſia.*

[a] 1. *Timoth.* 2.

[b] *3. epiſt. 6.*

[c] *hæreſi 75.*

[d] *Catech. 5. Aug. libro de Sancta Virgin. 45 cap. & 22. Ciuitat.* 10. *Chryſoſt. homil. 21. in Acta, non ſolùm nominari ait, ſed magnũ inde recipere honorem.*

[e] 10. *Ciuit.* 6. & *lib.* 22. *cap.* 10.

[f] 8. *Ciuit.* 27.

memoriam SS.in Miſſa.

Secundò, ideo nobis ſuum tradidit corpus in Cœna Chriſtus, vt per vnicæ oblationis Chriſti merita, miſericordiam conſequeremur. Ergo inuocare ſanctos in Cœna eſt prophanare Cœnam.

Reſpondeo aliter per ſanctos, aliter per Chriſtum nos petere à Deo miſericordiam: per Chriſtum enim, vt per immediatum interceſſorem erga Deū: per ſanctos, vt per interceſſores mediatos: id eſt qui nihil impetrant niſi per merita Chriſti.

Tertiò, [n] Auguſt. dicit in adminiſtratione Cœnæ Sanctos quidem à Sacerdote nominari, nullo modo tamen inuocari.

[n] 22. *Ciuit.* 10.

Reſpondeo hæc eſſe Auguſtini verba: *vni Deo & martyrum, & noſtro Sacrificium immolamus: ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo loco, & ordine nominantur, non tamen à Sacerdote, qui ſacrificat inuocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quamuis in memoria ſacrificet eorum, quia Dei Sacerdos eſt, non illorum.* Quibus apertè liquet Auguſtinum loqui de inuocatione per Sacrificium formaliter.

Quartò, Sanctorum inuocatio ex huiuſmodi progreſſu deducta eſt. 1. in primitiua Eccleſia [o] mos fuit annuam celebrare memoriam martyrum vbi corpora martyrum ſepulta iacebant. 2. progreſſu temporis [p] cæperunt corpora ſanctorū ſub ipſis recondi menſis. 3. adhibita eſt memoria ſanctorum in orationibus eccleſiæ, vt eorum conſortio in vita æterna frueretur militans Eccleſia. 4. tempore Auguſtini ortæ ſunt opiniones de interceſſionibus martyrum pro cultoribus ſuis. 5. Auguſtinus. 22. Ciuit. 10. & lib. de cura pro mort. eas opiniones in medio reliquit tanquam nec veteres, nec certas. 6. paulatim cæpit Auguſtinus aliquid his tribuere opinionibus, ſed Hierony. Baſilius Nazianz. audaciores fuere in hac quæſtione. 7. poſtremis temporibus fabricatus fuit articulus fidei de patrociniis, & meritis ſanctorum.

[o] *Euſeb.* 4. *cap.* 14. *in Ruff.* 15.

[p] *Ambroſ.* 10. *epiſt.* 85.

Ad 1.2.& 3. nihil habere contra nos: nec enim quia id verum eſt, ſequitur non fuiſſe ſimul ſãctos inuocatos: habere tamen multum contra aduerſarios. Nam Kemnitius ait tunc puriorem illam Eccleſiam viguiſſe. At nihil horum Lutherani obſeruant, nec enim celebrant ſanctorum memoriam apud reliquias, aut martyrum corpora ſub ſacra teponunt menſa, ſed eiiciunt potius, nec in precibus, & myſterio Euchariſtiæ vllam ſanctorum mentionem faciunt. Ergo non obſeruant ritum purioris Eccleſię. Ad 4. ſi verum ſit, igitur falſum ſextum. Nam Baſilius, Nazianz. Hierony. ſunt Auguſtino antiquiores, imo antiquior Baſilio eſt inuocatio ſanctorum, vt [q] alibi probatum eſt. Ad 5. negatur. nam locis citatis quamuis Auguſtinus ambigat quomodo nos ſancti iuuent, tamen aſſerit rem eſſe indubitatam iuuari à ſanctis, qui inuocant eos. Ad 6. nos præferre hos PP. Lutheranis omnibus. Ad 7. negatur, vt quintum.

q *tom. 2. ſup.*

De Miſſis priuatis.

CAP. IX.

MISSA priuata multipliciter dicitur Primò, *ratione loci*, nimirum quia in priuato loco, ſiue oratorio, aut ſacello celebratur. Et hęc antiquiſſima eſt. Nã dominus primam inſtituit Miſſam, & [a] Apoſtoli initio frangebant panem in priuata domo. Sancti Pontifices perſecutionis tempore, non in domibus tantùm priuatis, ſed etiam in

a *Actor. 2. Sanctus Lucianus in carcere catenis onuſtus celebrauit, pectore vſus pro altari teſte Nicephor. 8. cap. 31. Nazianzenum in exigua cellulâ extructo oratorio ſacra feciſſe narrat Sozom. 7. hiſtor. 5. Ambroſium item in domo cuiuſquã clariſſimæ fœminæ Paulinus teſtatur in vita Ambroſij. idem egit in cellula ſua Maris Anachoreta teſte Theodor. cap 20. hiſtoriæ religioſæ. Vnde Sanctus Ioannes Eleemoſynarius apud Leontium cum videret populum de Eccleſiâ tempore Miſſæ egredi. Ego* (inquit) *filij propter vos ad Eccleſiam deſcendo: nam mihi ipſe in Epiſcopio Miſſas facere poteram.*

cryptis, & foraminibus terræ ſacta faciebant.

Secundò, dicitur *Priuata à tempore* nimirum vt publica ſit, quæ diebus feſtis, priuata quæ profeſtis celebratur. Hanc *Priuatam* fuiſſe in antiquiſſimo vſu negari nequit. Nam [b] Caſſius ſingulis celebrabat diebus. [c] Auguſt. ait omni die in Sacramento Chriſtum immolati, [d] Chryſoſtomus, quotidianam oblationem ſuo tempore fieri ſolitam.

[e] Hieronym. Sacerdotes quotidie pro populi, ac ſuis ſacrificare peccatis. denique quare Daniel [f] 12. iuge Sacrificium appellatur, niſi quia quotidie celebratur?

Tertiò, dicitur *priuata à fine*: ſcilicet quia pro aliquo particulari homine, vel negotio fit. Non quòd excludantur alij: hoc enim neque fit, neque licitum eſt. Sed quia præcipuè determinatur ad vnum. Antiquitas huius probatur. 1. ex legis antiquæ Sacrificiis pro [g] quolibet priuato: erant enim figura Miſſæ 2. quia Miſſæ in Natalitiis Sanctorum & pro defunctis, omnes erant priuatæ hoc modo.

Quartò *à paucitate eorum qui Miſſæ inter ſunt*, ſicut publica dicitur ea quæ fit corã omni populo. Hunc modum miſſæ priuatæ probat primus modus. Nõ enim in locis priuatis ſolet adeſſe frequentia populi.

Quintò, *priuatæ* dicuntur, quæ *eodem die, & templo celebrantur* præter vnam publicam & ſolemnem in ſummo altari. Et quidem hanc Miſſarum multiplicationem valde hæretici oderunt. Probatur tamen 1. ex veteri Teſtamento, in quo plurima offerebantur ſacrificia eodem die, & loco 2. quia tẽpore [h] Cornelij Papæ erant Romæ quadraginta Preſbyteri, ac deinceps creuit Preſbyterorum numerus: tunc aliquem celebraſſe quotidie, patet ex ſecundo modo: alios ſimul à ſacrificio abſtinuiſſe, non eſt credibile: ad quid enim tantus Preſbyterorum numerus? 3. Beda 4. hiſtor. cap. 14. refert SS. Petrum, & Paulum cuidam apparuiſſe, ac celebrari iuſſiſſe Miſſas in die ſancti Oſuualdi Regis per

[b] *Epiſcopus Narnieſis apud Gregor. hom. 37. in Euang.*
[c] *epiſt. 23.*
[d] *homil. 3. in epiſt. ad Epheſ.*
[e] *in 1. ad Titum.*
[f] *v. 11.*
[g] *vt Leuitic. 4. & 5. Iob. 1. & vlt. &c.*
[h] *apud Euſeb. 6. hiſtor. 35 in Ruff. 33.*

omnia Monaſterij oratoria 4. antiquiſſima eſt cõſuetudo [i] in die natalis Domini ſingulos Sacerdotes trinas celebrare Miſſas. Cur ergo non licebit multis eodem die, & templo, celebrare. 5. [k] conſtat antiquitùs fuiſſe plura in eodem altaria templo. Ad quid, ſi non niſi vnus vno die celebrare poſſet? 6. Proſper [l] teſtatur vno die intra paucas horas bis in vno loco ſacrificium oblatum. [m] Leo monet Dioſcorum, vt Alexandriæ, Romanus ſeruetur ritus de iterando ſacrificio in eodem die.

Sextò, *Miſſa priuata* dicitur *in qua ſolus communicat Sacerdos*, atque de hac maximè altercantur nobiſcum hæretici. Probatur tamen, ptimò, quia in lege [n] veteri cum ſacrificia offerebantur pro peccato nihil inde manducabat is pro quo offerebatur. Ergo id etiam fieri poterit in Miſſa. Secundò, ſacrificium eſt orationi ſimile, imo eſt quædam realis, & efficax oratio. At oratio non requirit vt adſit is pro quo funditur: aut ſciat quid agatur. Tertiò, Sacrificium non offertur populo, ſed Deo. Ergo non eſt neceſſe populum adeſſe, & communicare.

Quartò, ex conſuetudine veterum. In [o] Concilio Nannetenſi iubentur præſbyteri non celebrare Miſſam ſoli, niſi habeant ſaltem vnum qui reſpondeat, vnde intelligimus quoſdam planè ſolos celebraſſe. [p] Toletan. 12. grauiter reprehendit Sacerdotes offerentes ſacrificium nec communicantes: *Quale* (inquit) *illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificãs participaſſe dignoſcitur*, vides Concilium exigere ſolum, vt celebrans communicet. Præterea quidam initiabantur abſque vlla certa animarum procuratione, vt de Paulino [q] conſtat, qui proinde non poterant vlli Sacramentum adminiſtrare, & tamen ſine dubio ſacra faciebant: denique plurimi Sacerdotes quotidie celebrabant. Et tamẽ populus multis in locis raro communicabat. *Fruſtra* [r] (inquit Chryſoſt.) *habetur quotidiana oblatio, cum nemo ſit qui ſimul participet.*

Quintò, ratione [s] Tridentini Concilij. Miſſæ in

[i] *huius meminit Gregorius homilia de Natali domini, & ante eum Teleſphorus epiſtola decretali.*
[k] *Ambroſ. epiſt. 33. Gregor. 5. epiſt 50. &c.*
[l] *de prædictionibus dimidij tẽporis cap. 6.*
[m] *epiſtol. 81.*
[n] *Leuit. 6. & 7.*
[o] *can. 30.*
[p] *can. 5.*
[q] *epiſtol. 6.*
[r] *homil. 3 in epiſt. ad Epheſ.*
[s] *ſeſſ. 22. cap. 6. can verò 8.*

quibus ſolus communicat Sacerdos etiamſi priuatæ dici poſſint ratione communicātium Sacramentaliter, tamē abſolutæ non priuatæ, ſed publicæ, atque cōmunes ſunt 1. quia in eiuſmodi Miſſis ſæpè multi ſpiritualiter communicant. 2. quia Sacerdos eſt publicus miniſter, & pro tota Eccleſia ſacrificium offert. Ergo vt priuatæ non ſunt reiiciendæ.

Si quis dixerit Miſſas in quibus ſolus Sacerdos communicat illicitas eſſe, ideóque abrogandas, Anathema ſit.

Reſpondet Kemnitius primò, per multas centurias annorum huiuſmodi Miſſas vocari priuatas, vt à Gregorio in regiſtro, & gloſſa in canonem: *Et hoc attendendum*, diſt. 1.

Contra 1. apud Gregorium non extat vocabulum miſſæ priuatæ, ſed tantum [t] publicæ: eam autem publicam vocat non cui communicatur, ſed cui adeſt multitudo populi: cuique opponit eam in quo populus non adeſt, & in eodem ſenſu illa loquitur gloſſa. [2. non eſt facienda vis in vocabulis, ſed in re: poteſt enim Miſſa quodam reſpectu dici priuata ſecundum quid, alio tamen dici abſolute publica.]

[t] *4. epiſt. 43.*

Reſpondet Secundò, non ſequi ſi miniſter ſit publicus, poſſe miſſam celebrari ſine populo. Nam miniſter verbi eſt etiā publicus, item qui baptizat, & tamē eorum actio nequit exerceri niſi adſit populus qui audiat, & perſona quæ baptizetur.

Sed fallitur Kemnitius. Nam aliter eſt miniſter publicus ſacrificando, quia tunc actionem dirigit in Deum, [& proinde debet Deum habere præſentem] aliter concionando, & Sacramenta miniſtrando quia ſuam dirigit actionem ad populum: & proinde debet habere præſentes auditores, vel qui Sacramenta ſuſcipiant.

Soluuntur obiectiones contra Miſſas priuatas.

CAP. X.

PRIMA, iuſſit Dominus faciendum quod fecerat. Luc 22. At non ſolum conſecrauit, ſed etiam diſtribuit. Ergo ſimiliter eſt faciendum.

Reſpondeo, hoc præceptum eſſe affirmatiuum, & proinde obligare pro loco, tempore, & perſonis. Si enim nulli adſint ſacrificio niſi inuiti, & manifeſtè indigni, an tenebimur illos communicare, aut à ſacrificio ſuperſedere?

Secunda, ſi licet diuidere actiones quas Dominus ſuo coniunxit exemplo. Ergo licebit etiam cõſecrare, & non ſumere.

Negatur conſeq. quia conſecratio, ac ſumptio ſunt de intrinſeca ratione ſacrificij, & conſecrare ſine ſumptione, eſt ſacrificij vnam partem facere & illud imperfectum relinquere: At diſtribuere nõ ſpectat ad eſſentiam, aut integritatem ſacrificij.

Tertia, Apoſtolorum Synaxis deſcribitur. Actor. 2. per fractionem panis. Ergo diſtributio Sacramenti tunc fuit in vſu.

Admittitur totum: ſed non inde ſequitur nuſquam poſſe ſacrificium ſine diſtributione offerri.

[a] *v.15.16.17.* Quarta, [a] Paulus 1. Corinth. 10. ritum Cœnæ deſcribens apertè ſcribit corpus Domini communicari, & fidelibus diſtribui.

Reſpondeo non deſcribere huiuſmodi ritum, vt declaret in quo conſiſtat huius myſterij ratio. Sed ſolum vt oſtendat participes fieri menſæ Domini qui Euchariſtiam ſumunt.

Quinta, Apoſtolus ſupr. cap. 11. opponit Do-

minicam cœnam priuatæ. Et priuatam vocat, in qua quis priuatim quod Cœnæ Dominicæ eſt, mãducat.

Reſpondeo 1. loqui Apoſtolum de conuiuio fieri ſolito intra Eccleſiam ad refrigerium pauperum vt patet ex illis: [b] *vnus eſurit, alter ebrius eſt.* Nec enim in ſumptione Euchariſtiæ id poterat dici vocabatur autem iſtud conuiuium, *Cœna Domini*, tum quia fiebat ad repræſentendam vltimam Domini Cœnam cum Apoſtolis, tum quod in Eccleſia fieret, tum quia iungebatur communicationi Euchariſtiæ. 2. Etſi loqueretur de Euchariſtia, tamen per *priuatam*, non intelligeret eam in qua nullus niſi vnus ſumit, ſed à qua excluduntur alij. Arguit enim illos qui à ſua Cœna excludebant alios. At Eccleſia nullos à communione excludit imo vt accedant, hortatur.

[b] *v. 21. ὃς μὲν πεινᾷ ὃς δὲ μεθύει.*

Sexta, in veteri Eccleſia ſemper in actione Cœnæ Domini fiebat diſtributio Sacramenti, vt ex Liturgijs conſtar.

Negatur propoſitio. Ad probationem: ideo haberi mentionem diſtributionis in Liturgijs: quia ſemper fieri poteſt diſtributio, ac debet fieri in Miſſis Sacerdotum curam gerentium animarum, ſi ſint aliqui ad communicandum parati.

Septima, *Fruſtra* (inquit [c] Chryſoſt.) *habetur oblatio quotidiana, cum nemo ſit qui ſimul participet.* Item: *Quiſquis myſteriorum conſors non eſt, impudens, & improbus aſtat.* Item: *Si quis ad conuiuium vocatus, manus quidem lauerit, & accubuerit: & tamen nihil ciborum guſtauerit, nonne infert contumeliam conuiuatori, à quo fuerat vocatus? annon ſatius fuerit eum qui talis eſt prorſus non comparuiſſe.* Ergo Miſſa nihil prodeſt niſi adſint communicantes.

[c] *homil. 3. in epiſt. ad Epheſ.*

Negatur conſeq. 1 ſi Miſſa prodeſt pro qualibet neceſſitate, pro defunctis, pro abſentibus, quomodo non proderit aſſiſtentibus etſi non communicent. 2. in Concilio [d] Agathenſi iubentur omnes laici ſaltem ter in anno communicare, vn-

[d] *can. 38. ante mille annos celebrato.*

de conſtat non quotidie communicaſſe: [c] ibidem iubetur laïcis intereſſe ſingulis Dominicis Miſſæ. Ad quid, ſi nullum inde fructum reciperent?

Ad 1. locum Chryſoſtomi, ſenſum eſſe *fruſtra ordinari oblationem ad communicandum ſi nulli ſint qui communicent.* Ad alia loca, loqui per exceſſum, ad excitandum fidelium torporem. Nam alioquin apertè fatetur prodeſſe has Miſſas abſentibus, atque defunctis.

Octaua, in Eccleſia primitiua fuère Miſſæ prohibitæ priuatæ. 1. quia [f] Chryſoſtomus ait in antiqua quidem lege ſolum comediſſe Sacerdotem quædam: in celebratione verò Euchariſtiæ aliter fieri. 2. canone decimo Apoſtolorum excommunicantur qui non permanēt in Eccleſiâ vſque dum Miſſa peragitur, nec ſanctam accipiunt Communionem. 3. *Peracta conſecratione* (inquit [g] Anacletus) *omnes communicent: qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus: ſic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia.*

Negatur propoſitio. Ad primam probationem ponere diſcrimen Chryſoſtom. inter noſtrum, & antiqua ſacrificia, non quod in noſtris ſemper diſtributio fieri debeat, ſed ſi fiat, tantum habere populum quantum habeat Sacerdos: quod minimè [h] fiebat in veteri lege. Ad alias probationes. Primo, eas niti ſolum authoritate humana, quæ potuit contraria abrogari conſuetudine. 2. canonem Apoſtolicum explicari à Concilio Antiocheno, de non communicantibus ob aliquam ſuperſtitionem, aut prauam opinionem auerſantem ſacram Communionem. Anacletus verò loquitur de clericis miniſtrantibus Epiſcopo celebranti.

Nona, [i] Humbertus imperfectam ait eſſe Miſſam in qua non fit conſecratio, fractio, ſeu diſtributio ac communicatio: [k] walfridus, illam eſſe legitimam Miſſam in quâ Sacerdos, Reſpondens, Offerentes & Communicantes adſunt. Ad idem citatur decretum Soteris de conſecratione can. *Hoc*

[e] *can. 31. Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire, ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat. Quod ſi fecerint ab Epiſcopo publicè confundantur.*

[f] *homil. 18. in 2. Corinth.*

[g] *epiſt. 1. apud Gratianū can. Perfecta. de conſecr. diſt. 2.*

[h] *quia vel ſolus Sacerdos edebat victimas, aut maiorem victimæ partem.*

[i] *contra Nicetam.*

[k] *libro de rebus Eccleſiaſticis cap. 22.*

quoque: & aliud Concilij Nannetenſis apud Yuonem p. 3. decreti cap. 70.

Reſpondeo Miſſam præciſe ſpectatam pro Sacrificio, perfectam eſſe ſine communicantibus, modo ſacrificum conſumatur à Sacerdote, quia tamen Miſſa ſimul ordinatur ad nutriendum populum ſpirituali pabulo propterea negari nequit, ex hac parte, quin ſit magis perfecta Miſſa, quando communicantes adſunt. Porro illud decretum Soteris & Concilij Nannetenſ. non eſt ad rem, ſolum enim iubent adeſſe qui reſpondeant Sacerdoti.

Decima, ſi ſolus poſſit communicare Sacerdos quare ergo dicit? *Quotquot ex hac altaris participatione ſumpſerimus*? Item. *Sacramenta quæ ſumpſimus*. Quare frangitur hoſtia?

Reſpondeo, iſta dici, tum propter præſentes cõmunicantes, ſi adſint, tum propter communicantes alibi: omnes enim de vno, & eodem corpore participant, fit fractio, non propter ſolam diſtributionem ſed ob ſignificationem. Nam & in Miſſa Chryſoſtomi fit fractio in quatuor partes ad modum Crucis, & vna ex illis particulis mittitur in calicem cum certa verborum recitatione.

Vndecima, inſtituit Chriſtus Cœnam ſuam vt eſſet communis actio Eccleſiæ.

Reſpondeo etiam nunc eſſe communem. Nullus enim Catholicus aſſerit Miſſam eſſe priuatam Sacerdotis actionem.

Duodecima, extat quædam ſancti Franciſci epiſtola ad omnes fratres ſuos, qua iubet vnam tantum Miſſam in vno celebrari loco, etſi plures adſint Sacerdotes.

Reſpondet [1] Ekius primò hanc epiſtolam non agnoſci à fratribus Ordinis Minorum pro epiſtola Sancti Franciſci. 2. loqui ſolum de feria quinta Cœnæ Domini: id enim probat Sanctus Franciſcus ex vſu Eccleſiæ Romanæ. At Romæ tempore Sancti Franciſci Honorius. 3. [illegible]it non omitti anniuerſaria ſacra pro defunctis ob feſtum, vel occurren-

[1] *in Enchiridio.*

m *in Pſal.115.* tem feriam, ſed vtraque ſacra eodem celebrari die.

prope finem. Decima 3. *Non in latebris diliteſcens* m (inquit Baſilius) *ſacrificabo, ſed publicum exhibebo tibi ſacrificium.*

Reſpondeo, per ſacrificium in latebris, intelligere ſacrificiũ Schiſmaticorum, ſubiungit enim: *Audite qui Eccleſiam relinquitis, & in publicis domibus verſati miſeras facitis corporis pretioſi ſciſſuras.*

Quo genere linguæ ſit Miſſa celebranda.

CAP. XI.

LECTIONEM ſcripturarum, & orationem, non eſſe vulgari idiomate recitandam in Miſſa probatum eſt libro 2. de verbo Dei cap. 15. Neque conſecrationem deberi, egimus in diſputatione de a Sacramentis in genere, reſtat ipſa ſacrificij oblatio.

a *lib.1.cap.19.*

Sed neque eſſe vulgari celebrandam idiomate probatur.

Primò, quia oblatio magis in re quam in verbis conſiſtit. nam illa actio qua corpus Domini ſuper altare ponitur ad Dei honorem, vera, ac realis oblatio eſt, etſi verbis non dicatur, *offero* vel *offerimus*, & quamuis verba conſecrationis requirantur tamen cum non ad inſtruendos auditores, ſed ad elementum conſecrandum dirigantur intelligentiæ nõ capax, impertinens eſt requiri idioma vulgare.

Secundò etſi oblatio verbis exprimenda eſſet, vt iam reuera fit, quia tamen diriguntur ad Deum qui omnes linguas intelligit, & non ad populum, non opus eſt vulgari lingua.

Tertiò, verba oblationis ſubmiſſa pronuncianda ſunt voce. Ergo non eſt neceſſe vt ea recitentur lingua, quam intelligit populus.

Quartò quia Sacrificium non inſtituitur primario ad populum inſtruendum, ſed ad Deum colen-

dum & ab eo impetrandum aliquid.

Quintò, ſi vulgari lingua celebraretur Sacrificium oporteret mutare frequenter Sacrificij verba. cum vulgaris lingua facilè mutetur 2. non poſſet Sacerdos Germanus celebrare in Gallia & ita de cæteris diuerſarum hominibus linguarum. [Nec enim in Gallia intelligi poſſet quid diceret Germanus.]

Sextò, ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine. Nam in Oriente toto non inueniuntur liturgiæ antiquæ niſi Græcæ aut Chaldaicæ, in Occidente nõ niſi latinæ: & tamen à multis ſæculis deſierunt eſſe vulgares. [Quare [b] Concilium Trident. *Si quis dixerit Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſubmiſſa voce pars Canonis & verba conſecrationis proferuntur, damnandũ eſſe, aut lingua tantum vulgari Miſſam celebrari debere, aut aquam non miſcendam vino in calice offerẽdo quod ſit contra Christi inſtitutionem, Anathema ſit.*]

[b] *ſeſſ.22. can.* 9.

An conſuetudo Latinæ Eccleſiæ, quædam ſubmiſſa voce pronunciandi in Miſſa ſit mala.

CAP. XII.

AFFIRMANT [a] Lutherani, negãt Catholici, cum [b] Concilio Tridentino quorum ſentẽtia probatur, Primò, quia vtile eſt ad reuerentiam tanti myſterij, vt non omnia voce alta proferãtur. Si quidem, vt [c] Baſilius monet, multum confert ad reuerentiã myſteriorum conſeruandam non aſſueſcere homines eadem ſæpius audere, id eſt efferri ad aures vulgi.

Secundò, in Liturgiis tam Græcis, quam [d] Latinis quædam præſcribuntur dicenda cum ſilentio. Reſpondet Kemnitius *cum ſilentio*, idem eſſe, ac

[a] *vt Kemnit. 2. par. Examin. p.* 890.
[b] *ſupra.*
[c] *lib. de Spiritu ſancto cap.* 27.
[d] *Innocent. I. epiſt. 1. cap. 1. interrogatus de tempore quo in Myſterio Miſ-*

ſa ſit danda Pax, reſpondet præcipuam partem Miſſæ ſecretam eſſe, nec aperire audere quæ recitantur antequam Pax detur.

moderata voce. fallitur tùm quia Chryſoſtomus habet μυστικῶς, id eſt, *planè ſecreto*: nec enim myſteria ſunt, quæ moderata voce publicantur: tùm quòd ibidem monetur Sacerdos illas ſecreto preces recitare, dum Diaconus alta voce litaniam recitat, vel dum cantores aliquid concinunt, tunc autem nequit populus attendere quid dicat Sacerdos, & proinde omnino ſecreto eſt pronunciandum.

Tertiò, Leuitic. 16. deſcribitur ſolemne ſacrificium incenſi, ac iubetur ſolus Sacerdos intra velum ingredi, ſacrificare, atque orare pro ſe, & pro populo, [e] omnibus alijs expectantibus foris nec audientibus, nec videntibus Sacerdotem.

[e] *v.* 17. *&* *Luc.* 1. *v.* 21.

Quartò, Chriſtus in ſacrificio crucis oblationem in ſilentio peregit. Nec trium ſpatio horarum loquutus eſt quidquam audientibus circunſtantibus, niſi ſeptem breuiſſimas ſententias.

Obijcitur primò, Chriſtum cõſecraſſe alta voce.

Reſpondeo id verum, quia ſimul docere volebat Apoſtolos conſecratoria verba.

Secundò, Chriſtus iuſſit ſui memoriam fieri non per ſilentium, ſed per annunciationem, vt Paulus explicat.

Reſpondeo, cum [f] Auguſtino hanc annunciationem fieri per oblationem, & participationem corporis Domini. Alioquin cum omnes communicantes debeant annunciare Domini mortem, qualis confuſio eſſet, ſi verbis annunciari deberet?

[f] 20. *contra Fauſtum* 18. *Chriſtiani iam peracti Sacrificij memoriam celebrant Sacroſancta oblatione, & participatione corporis Domini.*

Tertia, Chriſtus non inſtituit Sacramentum vt verbum occultaretur, cum actio ipſa viſibilis ſit.

Reſpondeo, neque inſtituiſſe vt alta voce verba pronunciarentur: voluit ergo ea quidem adhiberi: reliquit verò ordinationi Eccleſiæ modum ea recitandi.

Quarta, [g] iuxta Apoſtolum aliud eſt loqui in Eccleſia, id eſt ea proferre quæ ad publicum miniſterium pertinent, aliud priuatim, id eſt ſibi ipſi & Deo loqui.

[g] 1. *Cor.* 14.

Reſpondeo, *in Eccleſiâ loqui* eſſe B. Paulo ex-

hortari, & inſtruere *Eccleſiam: loqui ſibi, & Deo* orare vel laudare Deum [h] *In Eccleſia* (inquit) *volo quinque verba in ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam.* Item: [i] *ſi non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo.* At ſacrificium non fit ad Eccleſiam inſtruendam.

Quinta, in antiqua Eccleſia (dimiſſis qui intereſſe non poterant myſteriis) alta voce pronuntiabantur preces, gratiarum actiones & [k] ipſa conſecrationis verba.

Reſpondeo, id fuiſſe in vſu Eccleſiæ Græcæ non negamus, quamuis neque omnia in Miſſa dicerentur altè, ſed quædam ſubmiſsè. Contendimus tamen liberum eſſe Eccleſiæ, de eo ſtatuere ritu.

Sexta, docet [l] Chryſoſtom. preces, & gratiarum actiones in celebratione Euchariſtiæ, populo cum Sacerdote fuiſſe communes. Et [m] Iuſtinianus ſeuerè præcepit Sacerdotibus, vt quæ in oblationis celebratione recitanda ſunt, alta voce pronuncient, quatenus populus exaudire poſſit.

Reſpondeo, ſolum velle Chryſoſtom. non eſſe populo ociandum in templo, ſed orandum pro quibus orat Sacerdos: quod fieri poteſt, etſi tam Sacerdos, quam populus ſilentio oret. Ad Iuſtinianum 1. fuiſſe Imperatorem non Pontificem, & proinde ad quem non ſpectabat rituum Eccleſiaſticorum ordinatio. 2. ſolum iubere vt quæ ſolita erant in Eccleſia Orientali alta voce dici, ita ab omnibus pronunciarentur.

Septima, ſcribunt Honorius, & Belet, conſueuiſſe olim verba conſecrationis alta recitari voce, ſed imperatum poſtea, vt ſubmiſſe pronunciarentur, occaſione huius miraculi: Paſtores ouium quidam memores verborum conſecrationis, illa ſuper panem & vinum dixerunt, & ecce continuò panis in corpus & vinum in ſanguinem mutatur, ac paſtores diuinitus percuſſi intereunt. Ergo ſubmiſſa conſecrari voce non eſt mos adeò antiquus.

Reſpondeo, hoc miraculum cõtigiſſe ante non-

[h] v.19. ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω.

[i] v.28. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτὴς, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ· ἑαυτῷ δὲ λαλείτω, καὶ τῷ θεῷ.

[k] *ita Beſſariõ libro de verbis Cœnæ, & patet ex antiquo ritu reſpondendi, Amen, ad verba conſecrationis.*

[l] *homil.18.in 1.Corinth.*

[m] *Nouellâ 123.*

gentos annos.narratur enim in [n] Prato ſpirituali cuius author Sophronius ante ſeptimam Synodũ [o] floruit. Porro non fuit cōuerſus panis in corpus, & vinum ſanguinem, ſed ignis de cœlo demiſſus panem, vinum ac lapidem cui ſuperpoſita erant, abſumpſit, & ita obſtupefecit paſtores, vt ad longum tempus vix loqui valerent.

[n] *cap.* 196.

[o] *citatur enim in* 7. *Synodo act.* 4. *&* à *Damaſc.* 3. *orat. de cultu imaginum.*

Quid hæretici ſentiant de Cæremoniis Miſſæ & mendacia Kemnitij.

Cap. XIII.

SCRIPSERVNT de cæremoniis Miſſæ [a] Gelaſius, [b] Iſidorus, item [c] author ordinis Romani, [d] Alcuinus, [e] Amalarius, [f] Rabanus, [g] walfridus [h] Solitarius, [i] Micrologus, [k] Rupertus Tuitienſis, [l] Hugo de ſancto Victore, Innocentius tertius poſt an. 1200. Bonauentura eodem ſæculo [m] Gulielmus Durandus, [n] Thomas waldenſis, [o] Conradus Brunus.

Caluiniſtæ omnes ferè cæremonias Eccleſię execrantur. Nam nec illis vtuntur in ſua Cœna, & eas generatim reprehendit [p] Caluinus. Lutherus [q] docet. 1. eſſe Miſſam magis Chriſtianam quo ſimpliciorem, id eſt ſimiliorem Miſſæ Chriſti, carentis veſtium, geſtuum, cantuum, aliarumque

[a] *cuius librum de Miſſarum ſolemniis coarctauit Gregor.* 1. *teſte Ioanne Diacono lib.* 2. *vitæ Greg.* 17.

[b] *poſt an domini* 600. *duobus libris de diuinis officiis.*

[c] *Floruiſſe videtur poſt ann.* 700.

[d] *eodem ſæculo, libro de officiis Eccleſiaſt.*

[e] *eodem ſæculo, libris eiuſdem tituli.* [f] *poſt an.* 800.

[g] *eodem ſæculo.* [h] *libro de gemma animæ poſt ann. fortaſſe* 900.

[i] *poſt ann.* 1000. [k] *poſt ann.* 1100.

[l] *eodem ſæculo.* [m] *poſt ann.* 1300. [n] *poſt ann.* 1400.

[o] *poſt ann.* 1500.

[p] 4. *Inſtit.* 17. §. 43.

[q] *libr. de Captiuit. cap. de Euchariſtia.*

cæremo-

cæremoniarum pompa. 2. non eſſe calumniandam Eccleſiam, quæ multis cæremoniis Miſſam ornauit, & ipſe permittit lumina, incenſa, & alia ſimilia: quę duo non ſatis inter ſe [r] cohærent. 3. cæremonias ſine fiducia certæ remiſſionis peccatorum eſſe impietatis irritabula, [s] Kemnitius, quaſdam ait cæremonias eſſe quæ habeant mandatum & exemplum ſcripturæ, quæque ſubſtantiales ſunt, vt *accipere panem*, *benedicere*, *manducare*, *mortem Domini nunciari*: quaſdam quæ licet expreſſum non habeāt mandatum, tamen piæ ſunt, & bonæ ſi ad ædificationem vſurpentur, vt *pſalmi, lectiones, preces, confeſſio* fidei per ſymboli recitationem. Quaſdam ſuperſtitioſas, & impias, vt *oblationem pro viuis & mortuis*, &c. quaſdam adiaphoras, *vt veſtes*, *vaſa*, *ornamenta*, &c. primas vult omnino retinendas, ſecundas, & quartas retinendas cum libertate tanquam minimè neceſſarias, tertias omninò abrogandas.

[r] *Si enim magis Chriſtiana quæ magis ritibus caret, & magis Chriſtiana ſit eligenda, merito accuſaretur Eccleſia, quæ magis Chriſtianam reiiceret Miſſam.*

[s] *2. par. Examin. pag. 852.*

[t] *pag. 853.*

[v] *ſeſſ. 22. ca. 5.*

Primum [t] mendacium: approbaſſe [v] Concilium Tridentinum omnes cæremonias ſine diſtinctione. Sed Concilium non loquitur niſi de cæremoniis ab Eccleſia inſtitutis.

Secundum, idem docere Concilium traditiones Miſſæ omnes ex Apoſtolicā deſcendere traditione. Contra non dixit Concilium omnes, ſed quaſdam.

Tertium, Pontificios cæremonias veterum multis cumulaſſe otioſis ritibus. Sed contrarium eſt verum, vt patet ex Liturgia Græcorum & Ambroſiana, quæ plures habent cæremonias quam Liturgia noſtra.

Quartum, apud nos neceſſariam eſſe cæremoniarum obſeruationem ſub peccato mortali, ſi quid negligatur in illis: contra non eſt apud nos quælibet negligentia mortalis, ſed tantum ex contemptu, vel notabilis in grauibus rebus.

Quintum nos non credere celebrari rectè Miſſam niſi adhibeantur cæremoniæ omnes.

Sed ſi loquatur de rectitudine eſſentiali mentitur,

ſi de accidentali,verum eſt. At quid inde?

Sextum,tribui huiuſmodi cæremoniis abſolutè & per ſe,peculiaria merita.

Sed nullus Catholicorum hoc dixit.

Cæremonias quæ Miſſam præcedunt eſſe antiquas.

De veſtibus ſacris.

CAP. XIIII.

PRIMÒ, Sacerdos in veteri lege vtebatur certis veſtibus à Deo præſcriptis. Quas fuiſſe typos ac figuras veſtium ſacrarum Sacerdotis nouæ legis teſtantur authores proxime citandi.

Secundò, quia omnia indumenta quibus nunc Sacerdotes in Miſſa vtuntur enumerant, & explicant [a] Innocent.3. [b] Rupertus [c] Bonauent. [d] walfridus, [e] Hugo de ſancto Victore, [f] Amalarius, [g] Rabanus, [h] Alcuinus, [i] Iulianus verò Pomerius teſtatur allatam à B.virgine veſtem Sacerdotalem ſancto Hildephonſo, qua vteretur in Miſſa.

[k] Gregorius.1.ante annos circiter mille in Britanniam præter vaſa ſacra,reliquias SS. ac altarium ornamenta, miſit etiam Sacerdotalia veſtimenta, & clericalia.

[l] Hierony. ſcribit omnem clerum in ſacrificij adminiſtratione candidis veſtibus vti. Chryſoſt. initio Liturgiæ deſcribit orationes dicendas dum Sacerdos ſacras induit veſtes.

Concilium Carthag. prohibet vti Diaconos alba,niſi in miniſterio ſacro.

[m] Sylueſter ante 1200. ſtatuit Diaconos vti in Eccleſia Dalmaticis, & palla linoſtina læuam

[a] *lib.1.de myſteris Miſſæ.*
[b] *1. diuinor. officior.*
[c] *1. de explicatione Miſſæ.*
[d] *libro de rebus Eccleſiaſticis cap. 24.*
[e] *2. de Sacra. par.4.*
[f] *2. officior. Eccleſiaſtic.*
[g] *1.de inſtitutione Clericor.*
[h] *libro de officiis Eccleſiaſticis.*
[i] *ante 900. an.in vitâ Hildephonſi apud Surium tom. 1.*
[k] *apud Ioan. Diaconum 2. vitæ Gregorij 37.& Beda. 1. hiſtor.29.*
[l] *1. contra Pelagian. vltra medium.*
[m] *apud Damaſum in vita Sylueſtri.*

cooperirent. [n] Polycrates apud Euſebium ait Sanctum Ioannem Sacerdotale petalon geſtaſſe.

Tertiò Reges, ac Magiſtratus in actionibus publicis minimè vulgari veſte vtuntur, ſed auguſtiori, & certis inſignibus, quibus & reuerentia ipſis concilietur, & ſimul imperium ac poteſtas repræſentetur. Ergo ſimiliter conueniens erat in publica totius Eccleſiæ actione Sacerdotem ſacro, ac peculiari habitu vti, tum ad myſterij reuerentiam, tum ad ipſam Chriſti paſſionem repræſentandam.

De templis & aris.

Vide Tom.1.libro. 3. de Eccleſia triumphante cap.1. & ſequentibus.

De vaſis ſacris.

Tempore [o] Sancti Vrbani & [p] Syluestri fuiſſe vaſa ſacra in Eccleſia ad vſum Sacramentorum teſtis eſt [q] Damaſus: fuiſſe tempore Sancti Laurẽtij circa an. 230. ſcribit [r] Prudentius. [s] Athanaſius multa dicit de myſtico poculo, quod ab eo confractum calumniabantur Ariani, quos ſacra vaſa diripuiſſe [t] Nazianzenus teſtatur idem de Donatiſtis ait [u] Optatus, Ambroſius multa tractat de ſacris Eccleſiæ vaſis. 2. officiorum.28. [x] Auguſtinus *Et nos*(inquit)*pleraque inſtrumenta & vaſa ex auro, & argento habemus in vſum celebrandorum Sacramentorum*, [y] Chryſoſt. refert Iulianum Iuliani Apoſtatæ auunculum vermibus corroſum & quæſtorem ſubito medium crepuiſſe: quod ſacra diripuiſſent, ac prophanaſſent vaſa.

De cereis.

[z] Athanaſius inter Arianorum ſacrilegia numerat, cereos Eccleſiæ adoleuiſſe idolis.

[n] *5.hiſtor.23. in Ruffino. 24.*

[o] *ſedit circa an.*230.

[p] *circa an.* 300.

[q] *in Vrbano quo vaſorum argenteorum, & in Syluestro quo aureorum & argenteorum calicũ, patenarum, cãdelabrorum, thuribulorum meminit.*

[r] *in hymno Sancti Laurẽtij quo meminit aureorum vaſorum.*

[s] *Apolog. 2. contra Arianos.*

[t] *oratione de ſeipſo contra Arianos.*

[v] *6. contra Parmenianum.*

[x] *in Pſal.113.*

[y] *libro de S. Babyla contra Gentiles.*

[z] *epiſt. ad Orthodoxos non procul ab initio.*

Digitized by Google

Hierony [a] ſcribit ſole rutilante in Eccleſia accẽdi cereos dum Euangelium legitur. [b] Chryſoſto. Sacerdotem procedere ad altare miniſtro pręcedẽte cum lumine. Ordo Romanus meminit cereorũ ad Euangelium, & oblationem corporis Domini accenſorum.

[c] Concilium Carthagin. 4. docet tradi Acolutho in ſua ordinatione cereum ab Archidiacono vt ſciat ad ſuum miniſterium pertinere lumina, accendere in Eccleſia. quo verò tempore lumina ſint ab Acoluthis accendenda [d] Iſidorus explicat. [e] Mycrologus aſſerit nuſquam celebrari Miſſam ſine lumine, etiamſi in lumine celebretur.

De die celebrandi.

Catholici ſentiunt die Dominico præcipuè celebrandum eſſe Actor. 20. [f] *vna Sabbathi cum conueniſſemus ad frangendum panem.* Per vnam Sabbathi intelligi diem Dominicum teſtantur [g] Chryſoſt. & colligitur ex ſimili loco. [h] *Per vnã Sabbathi vnuſquiſque apud ſe reponat,* &c. hîc namque omnes interpretes de die Dominica intelligunt. Item [i] Marc. vltimo, quo dicitur Dominus reſurrexiſſe vnâ Sabbathi, phraſi enim Hebraica, vnum accipitur pro primo, & Sabbathum pro hebdomada.

[k] Iuſtinus apertè ſcribit die Solis, ideſt Dominica, Chriſtianos ſolitos ad Euchariſtiam conuenire.

[l] Auguſtinus quibuſdam in locis Sacrificium omni die offerri, alibi ſolùm die dominica, & Sabbatho, alibi die dominica ſolùm.

De hora celebrandi, & de ieiunio neceſſario ad celebrandum.

[m] Veteres ſacra faciebant ab hora 3. ad 9. ad quã vſque protrahebant ieiunium : aliquando etiam ſub veſperam celebrabant vt feria v. in Cœna do-

[a] *lib. contra Vigilantium.*
[b] *in Liturgia.*
[c] *can. 6.*
[d] *7. Etymol. cap. 12. ſcilicet cum Euangelium legitur, & Chriſti corpus offertur.*
[e] *cap. 11.*
[f] *v. 7.* ἐν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον.
[g] *Et Beda in hunc locum.*
[h] *1. Corinth. 16. v. 2.* κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται *recondens quod ei benè placuerit.*
[i] *v. 2.*
[k] *Apolog. 2.*
[l] *epiſt. 118.*
[m] *Vide walfridum cap. 23.*

mini, & in Sabbatho ſancto, aliquando in media nocte, vt Natali Chriſti. Nunc excepta Miſſa noctis eiuſdem Natalis, ordinariè ab hora prima, ſiue ab aurora, vſque ad ſextam id eſt ad meridiem ſacra celebrantur, ac ieiunia de more protrahuntur.

[n] Lutherus hoc ieiunium ridet, liberumque vult omnibus eſſe quacumque hora inieiunis, id eſt, qui non crapula ructuent, ac diſtento pigreſcant ventre, communicare.

[n] *libro de formulâ Miſſæ.*

Sed quamuis [o] in caſu neceſſitatis poſſit non ieiuno dari communio, tamen antiquiſſimus eſt Eccleſiæ vſus non niſi concedere ieiunis.

[o] *quando ægrotus de vita periclitatur, nec accepit viaticũ, & periculum eſt in mora.*

Tertullianus [p] loquens de Euchariſtia omnium conſenſu: *Non ſciat* (inquit) *maritus quid ante omnem cibum ſumas.* Cyprianus 2. epiſt. 3. docet etſi Chriſtus poſt cœnam ſumpſerit non tamen id licere nobis, quia Reſurrectionem Domini celebramus: & tanquam valdè abſurdum infert: *Nunquid ergo poſt cœnam, Dominicum celebrare debemus?*

[p] *lib. 2. ad vxorem.*

Chryſoſtomus: [q] *Tu priuſquam accipias, ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris.* Auguſtinus: [r] *Et liquidè apparet quando primum acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem Chriſti non eos accepiſſe ieiunos: nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti Sacramenti, in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret quam cæteri cibi: nam ideò per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia Dominus poſt cibos dedit, propterea pranſi, aut cœnati fratres ad illud Sacramentum accipiendum conuenire debent: aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namque Saluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorum à quibus ad paſſionem digreſſurus erat: & ideò non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur: vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum.*

[q] *homil. 27. in 1. Cor. non procul à fine*

[r] *epiſt.* 118. *cap.* 6.

Concilium Carthaginenſe 3. decreuit: [s] *vt Sa-*

[s] *can.* 29. *ante* 1100.

cramenta Altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur. [t] &c. quam cõſtitutionem renouauit [v] Matiſconenſe. 2. ſtatuitque dandas eſſe reliquias corporis Domini pueris indicto eis ieiunio, quem vſum in Græcia fuiſſe [x] Euagrius teſtatur, [y] Bracarenſe 1 ſanxit vt etiam feria V. in cœna Domini Miſſæ celebrarentur à ieiunis. Celebrantes inieiuni excommunicantur à [z] Toletano ſeptimo.

Concilium [a] Conſtantienſe damnans errorem ſiue abuſum quorundam qui communicabant inieiuni: *Huiuſmodi* (inquit) *Sacramentum nec conficiatur poſt cœnam, nec ſumatur à non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis à iure, vel Eccleſia conceſſo, vel admiſſo.*

[b] Obijcitur primò exemplum Domini. Sed iam [c] ſolutum eſt.

Secundò: [d] *Si quis eſurit* (inquit Paulus) *domi manducet.* At poſtea communio danda erat: nam id ſuadet fieri Paulus antequam veniatur ad Eccleſiam.

Negatur Minor. Ad probationem, primò, etſi vera eſſet, non tamen dixiſſe Paulum poſſe poſtea non ieiunum communicare. 2. ſenſum Pauli verborum eſſe: *ſi quis in Eccleſia conſtitutus famen tolerare nequit* [ſumpta Eucharistiâ, nam & agape de qua tractat ibi, non niſi poſt communionem fiebat] redeat domum, & ibi, non in Eccleſiâ, manducet.

Secundò, ſumpto moderato cibo aptior eſt ad communionem homo: quia poſt cibum ſumptum caput ſolet purgatius eſſe, os mundius, habitus incorruptibilior, *&c.*

Negatur propoſitio. Ad probationem 1. his omnibus potiorem eſſe Apoſtolicam traditionem, & totius conſuetudinem Eccleſiæ. 2. [negatur ſimpliciter: maximè cum frequentiſſime, & à pluribus mediocritas in ſumendo cibo excederetur vt de Corinthijs patet.] 3. etſi hæc vera eſſent tamen non tam corporis, quam animæ diſpoſitionem, & debitam erga Sacramẽtum requiri venerationem.

[t] *excepto vno die anniuerſario quo cœna Domini celebratur.*

[u] *can. 6. ante annos* 1000.

[x] 4. *hiſtor.* 35.

[y] *can.* 16. *in Luſitania ante an.*900.

[z] *can.* 1. *ante annos* 900.

[a] *ſeſſ.* 13.

[b] *Lutheri obiect.*

[c] *ab Aug. ſup.*

[d] 1. *Cor.* 11. *v.* 34. εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω.

Ad quas magis [e] ieiunium, quam cibus conducit.

Tertiò,id Chriſtus liberum reliquit.Reſpondeo determinationẽ non reliquiſſe omnibus liberam. Sed Eccleſiæ.

[e] *Tobiæ* 12. *v.* 9. *Iudith.* 4. *v.* 7. & *cap.*8.*v.* 5. *Math.* 17. *v.* 21.

De cæremonijs Miſſæ, quæ in actione conſiſtunt.

CAP. XV.

PRIMI generis,referuntur ad Deũ. Quarum prima eſt, *Eleuatio manuum.* [a] Exodi 17.Moſes eleuatis manibus orans impetrauit victoriam. [b] Salomon oraturus expandit manus in cœlum. [c] Apoſtolus: *Volo* (inquit) *viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Hæcque cæremonia, naturalis videtur, cùm ea ſit frequẽtiſſima inter gentes.

Secunda, *eſt eleuatio oculorum*, Chriſto [d] familiaris,quamque in celebratione Miſſæ obſeruaſſe tradunt, [e] Iacobus & [f] Ambroſius. [g] Tertuilianus verò ſcribit Chriſtianos cælum intuentes,manibus extenſis,nudo capite,orare ſolitos.

Tertia, *eſt inclinatio corporis, ac genu flexio*, index humilitatis & reuerentiæ. [h] Salomon flexis orabat genibus. [i] Paulus poſitis genibus orauit cum omnibus qui ſecum erant. Nam vt ait [k] Cyprianus, *placendum eſt diuinis oculis, etiam habitu corporis.* Sacerdos inter ſacrificandum inclinat etiam caput cruci, & altari quod antiquiſſimum eſſe intelligi poteſt ex Chryſoſtomi liturgiâ: *Sacerdos* (inquit) *egreditur ex paruo oſtio, & conuerſus ad imaginem Chriſti, inflexo capite, cum exclamatione dicit hanc orationem*, &c.

Secundi generis ſunt, erga ſacrificium.

Prima, fit in Offertorio ſcilicet *eleuatio coram Deo hoſtiæ conſecrandæ.* Nam ſi liceat Deo offerre Sa-

[a] *v.*11. & 12.
[b] 3.*Reg.*8.*v.* 22. *item Pſal.* 140. *v.* 2. *Eleuatio manuum mearum Sacrificium veſpertinum.*
[c] 1.*Timoth.*2. *v.* 8. βούλομαι προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας.
[d] *Math.*14.*v.* 19. *Mar.*6.*v.* 41. & *cap.*7.*v.* 34. *Ioan.* 11 *v.* 41. & *cap.* 17. *v.* 1.
[e] *in Liturgia.*
[f] 4. *de Sacr.* 5.
[g] *cap.* 30. *Apologetici.*
[h] 2. *Paralip.* 6. *v.* 13.
[i] *Actor.*21. *v.* 5.
[k] *ſerm. de orat. Dominica.*

crificium viſibile, quidni & eleuare in ſignum oblationis, vnde in [l] Leuitico Sacerdos eleuabat coram Deo quod offerebatur: hæcque cæremonia in antiquis liturgijs habetur.

Secunda, *eſt oſtenſio Sacramenti ad populum.* habetur in Liturgiis Baſilij, & Chryſoſto. atque [m] in Dionyſio, huiuſque meminit [n] Baſilius: *verba* (inquit) *inuocationis cùm oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit?*

Tertia, eſt *fractio & commixtio*: habetur in Liturgia Iacobi, & Chryſoſtomi.

Quarta, eſt mixtio aquæ, & vini de qua [o] ſupra.

Tertij generis ſunt erga Sacerdotem. Prima eſt, *tunſio pectoris*, à natura dictata, & in [p] Euangelio exemplum habens.

Secunda, *Lotio manuum paulò ante conſecrationẽ*: habetur in Liturgiis Græcorum, eiuſque meminerũt [q] Dionyſius, [r] Clemens, Cyrill. *Vidiſti* (inquit) *Diaconum aquam lauandis manibus porrigentem Sacerdoti*: in ſymbolum ſcilicet puritatis animi quâ Sacrificans pollere debet, vt ibidem ait.

Quarti generis ſunt erga populum. Prima, *Salutatio per illud, Dominus vobiſcum.*

Secunda, *dimiſſio populi per, Ite miſſa eſt*, de quibus infra.

Quinti generis verſantur circa quæ leguntur in Miſſa.

Prima, *cantus* de quo non eſt controuerſia: cum & ipſi hæretici paſſim canant, & Dominus in celebratione cœnæ cecinerit iuxta illud: [t] *Et hymno dicto, ὑμνήσαντες*: ſicut enim docet [u] Auguſt. vſque adeò de ratione hymni eſt cantus, vt niſi canteur, hymnus nequeat dici. Quare Concilium [x] Toletanum. 4. dicit hac in parte nos Domini exemplum

[l] *cap. 8. v. 27. & 28. & cap. 9. v. 21.*
[m] *3. Eccleſiaſtica Hierarch.*
[n] *libro de Spiritu ſancto cap. 27. Chryſoſt. verò crebram facit huius mentionem ritus, apud Græcos primo conſecrabatur Euchariſtia ad altare velis obducta, ac deinde reductis velis oſtendebatur populo cùm vela (inquit Chryſoſt. homil. 61. ad populũ Antioch.) videris retrahi, tunc supernè cælum aperiri cogita.*
[o] *lib. 4. cap. 10.*
[p] *Luc. 18. v. 13. & cap. 23. v. 48.*
[q] *3. Eccleſ. Hierarch.*
[r] *8. cap. 5. conſtit.*
[s] *Catech. 5.*
[t] *Math. 26. verſ. 30. καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Exierunt in montem oliuarum.*
[u] *in titul. Pſal. 72.*
[x] *cap. 12. de Captiuit. cap. de Miſſa.*

habere: fallitur ergo [y] Lutherus cum ait Dominum celebraſſe Miſſam ſine cantu.

Secunda eſt, *inſtrumenta Muſica*, adhiberi cæpta in officio ſacro tempore [z] Vitaliani Papæ licita eſſe, & vtilia ſi ſobrie, & grauiter tractentur, conſtat tum ex vſu Teſtamenti veteris: tum quia experientia docet his deuotionem excitari, & tædium minui.

Reſpondet [a] Martyr cæremonias Iudaicas ad nos minime ſpectare, ſed falſum eſt de cæremonijs communibus etiam aliis gentibus qualis eſt iſta: Nec enim introducta eſt principaliter ob figuram, ſed ad Deum laudandum, & deuotionem excitandam.

Sexti generis ſunt communes in Eccleſia.

Prima, *eſt aſperſio aquæ Benedictæ in Dominicis diebus ante ſolemnem Miſſam.* Diximus de aqua benedicta [b] ſupra; adhiberi autem ſolitam in Dominicis diebus ad Miſſam colligitur [c] ex Micrologo.

Secunda, *eſt thurificatio tum ad altare, tum Euangelium, tum Sacerdotem, clerum, populum.* Canone 4. Apoſtolorum dicitur thymiama, ſeu incenſum offerendum eſſe ad altare cum ſacra celebratur oblatio. [d] Dionyſ. deſcribens ritum Euchariſtiam celebrandi meminit etiam thuris. In liturgijs Iacobi, & Chryſoſtomi, mentio fit benedictionis thuris, & thurificationis ad altare. [e] Damaſus inter vaſa ſacra Eccleſię numerat thuribula ſeu thymiamateria. Quare falſum eſt Leonem 3. primum adhibuiſſe thus in Miſſa, vt [f] Platina & [g] Polydorus Virgilius, ſcribunt. [h] Arnobius equidem vocat religionem thuris nouellam: ſed de Gentilium conſuetudine loquitur. Nos autem non à Gentibus, ſed ab Hebræis [i] accepimus. Hac cæremonia ſignificatur. 1. bonus Euangelij odor. 2. oratio iuxta illud: [k] *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* 3. ad gloriam Dei repræſentandam. Deus enim in nebula ſeſe oſtendere ſolebat.

[z] *circa ann. 660. iuxta Platinam ex Pontificali, vel introducta poſt 820. an. tempore Ludouici pij iuxta Aimoinum 4. de geſtis Francor.* 114.

[a] *in* 1. *Timot.* 14.

[b] *tom.* 1. *lib.* 3. *de cultu SS. cap.* 7.

[c] *lib. de obſeruationibus Eccleſiaſticis cap.* 46.

[d] *ſupr.*

[e] *in Sotere, & Sylueſtro.*

[f] *in Sixto* 1.

[g] *libro de inuentoribus rerum.*

[h] 7. *contra gentes.*

[i] *Exodi* 25. & 30.

[k] *Pſal.* 140. *v.* 2.

Tertia, *eſt oſculum altaris, libri Euangeliorum in reuerentiæ ſignum: & miniſtri, ac per miniſtrum datur vniuerſo clero, & populo in Symbolum charitatis.* Habetur in liturgiis omnibus Græcis, & Latinis eiuſque meminerunt [l] Iuſtinus, [m] Tertull. [n] Cyrill. [o] Chryſoſtom.

Quarta, eſt *ſignum crucis quo Sacerdos ſe, librum, altare, res offerendas, & oblatas, ac populum benedicit.* Habetur in Liturgiis Iacobi & aliorum: Item apud [p] Aug. & [q] Chryſoſtom.

[l] *in fine Apolog.* 2.
[m] *lib. de orat. cap. vlt.*
[n] *Catech.* 5.
[o] *hom.* 77. *in Ioan.*
[p] *tract.*118. *in Ioan.*
[q] *homil.*55. *in Math. de Signo Crucis vide tom.*2.*lib.*2. *de cultu SS. cap.* 29. *Obſeruat Micrologus ſup. cap.* 14. *exprimi ſignũ crucis in Miſſa, aut ſemel ad denotandam eſſentiæ diuinæ vnitatem aut ter, ad tres perſonas, aut quinquies ad quinque domini plagas ſignificandas: non autem bis, aut quater.*

De Cæremoniis Miſſæ Catechumenorum.

Cap. XVI.

MISSA in quinque diuiditur partes: prima, *ab initio vſque ad Offertorium,* Et hæc dicitur Miſſa Catechumenorum [a] 2. *ab Offertorio vſque ad Conſecrationem.* [b] 3. *à conſecratione vſque ad Communionem.* 4. *à Communione vſque ad finem.*

De Pſalmo, Iudica: *& Confeſſione,*

Pſalmus, *Iudica me Deus* &c. recitatus ante Confeſſionem nequit reprehendi, cum totus ſit à Spirituſancto. *Confeſsio* facta Deo [iuris eſt diuini naturalis, & poſitiui.] [c] factam Sanctis arguunt hæretici quia inuocationem Sanctorum negant, de qua [d] alibi diximus.

[a] *dicitur à Græcis, ἀναφορὰ, à nonnullis, Canon Maior.*
[b] *dicitur Canon Minor.*
[c] *ſit confeſsio Deo ſanctis & Eccleſiæ præſenti, quia offendimus omnes, ita enim Luc.* 15.*v.*21. *dicebat Filius prodigus ad Patrem; Pater peccaui in cælum, & coram te.* [d] *tom.*2. *lib.*1. *de SS.*

Digitized by Google

Vſus Confeſſionis ante introitum meminerunt [e] Micrologus & Iacobi Liturgia, quæ à Confeſſione incipit.

De introitu.

Introitus, conſtat ex Antiphona, & Pſalmo, ſic dictus, vel quod ſit initiũ Miſſæ, vel, [g] quòd, introeunte ad altare Sacerdote, canitur à Choro: [h] Dionyſius Areopagita meminit Pſalmorum qui ad initium Miſſæ canebantur, & Baſilius in [i] Liturgia iubet tres, aut quatuor verſiculos Pſalmi décantari.

Cæleſtinus 1. tamen [k] dicitur primum introitum introduxiſſe, quia [l] inſtituit Pſalmos 150 Dauidis antiphonatim cantari ante Sacrificium. Poſteà autem vitandę prolixitatis gratia, ſelecti ſunt verſiculi aliqui, ad excitandam deuotionem aptiores, & Pſalmi integri relicti horis canonicis.

De gloria patri &c.

Verſiculum, *Gloria, Patri, & filio, & Spiritu ſancto* fuiſſe in vſu ad finem Pſalmorum ante Hieronymum & Damaſum conſtat ex [m] Theodoreto, teſtaturque [n] Concilium Vaſenſe ante centum & mille annos, non ſolum Romæ, ſed etiam in toto Oriente & per Africam huic verſiculo (quem cõpoſitum à Concilio Niceno aſſerit [o] walfridus) adiungi alium, *ſicut erat in principio, & nunc*, &c. Quare falſum eſt primò [p] compoſitum à Hieronymo Damaſi iuſſu: atque Epiſtolæ Damaſi ad Hierony. & Hieronymi ad Damaſum hac de re ſunt ſuppoſitiæ.

[e] *cap. 1.*

[f] *ita Conradus Brunus 2. cap. 1.*

[g] *Microlog. ſupr.*

[h] *ſupr.*

[i] *circa initium.*

[k] *apud walfrid. cap. 22. Microlog. ſupr.*

[l] *apud Anaſtaſium Bibliothecarium in vita Cæleſtini. 1.*

[m] *2 hiſtor. 42. & Sozom. 3. cap. 19. qui docent ſolitos diſcerni Antiochiæ tempore Conſtantini Arianos à Catholicis quod hi canerent Gloria Patri, & Filio, &c. illi Gloria Patri, per Filium in Spirituſſancto. Baſilius etiam libro de Spirituſancto cap. 28. diſputat de hoc verſiculo.* [n] *can. 7. aliàs 4.* [o] *libro de obſeruationibus Eccleſiaſticis cap. 25.* [p] *vt putat Alcuinus libro de officiis diuinis.*

De Kyrie eleiſon.

Hanc inuocationem Græci Litaniam vocant à λιτανεύειν quod eſt, *ſupplicare.* Habetur in Liturgia Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi: huiuſque [q] meminit Conſilium Vaſenſe iubet in Gallijs dici à Sacerdotibus Kyrie eleiſon in Miſſa quòd hic ritus à ſede Apoſtolica, & per omnem Italiam ſeruaretur. [s] Auguſtinus ait ab omnibus Chriſtianis Græcis, Latinis, Barbaris, ſupplicari linguâ Græca Deo vt miſereatur.

De Gloria in excelſis.

Quod attinet ad prima verba, habentur in [t] Euangelio, & recitantur in Iacobi liturgiâ. Sed quis adiecerit cætera non eſt adeò certum, [v] Innocentius 3. hoc tribuit Teleſphoro, alij Hilario Pictauienſ. verùm à quocumque ſit, nihil offenſionis [x] habet.

De Dominus vobiſcum.

Hæc cæremonia ſumpta eſt ab [y] Hebræorum more ſalutationis gratiâ.

Atque de hoc ritu integrum ſcripſit librum Petrus Damianus, huius meminit Conſilium Bracarenſe. 1. can. 21. Chryſoſtom. Baſilius, Iacobus in Liturgijs in quibus paſſim legimus: *Pax vobis* (quomodo vult debere dici ab Epiſcopis in Miſſa loco, *Dominus vobiſcum*, Petrus Damianus) & *Dominus vobiſcum*, & ad vtrumque reſpondetur, *Et cum ſpiritu tuo.*

[q] *7. epiſt. 63. & hac de re diſſerit Baſil. epiſt. 63.*
[r] *can. 3. aliàs 5.*
[s] *in Altercatione cum Paſcentio epiſt. 178.*
[t] *Luc. 2. v. 14.*
[u] *libro de myſteriis Miſſæ cap. 20.*
[x] *placuit Luthero, vt patet ex eius libro de formula Miſſæ.*
[y] *Iudic. 6. v. 11. Dominus tecum virorum fortiſſimè dixit Angelus ad Gedeonem. Ruth. 2. v. 4. Dominus vobiſcū ait Booz ad Meſſores & Luc. 1. v. 28. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecū.*

De collecta. 1. De nomine. 2. de antiquitate 3. de forma.

De Primò. Collecta dicitur, vel [z] quia pauciſſimis verbis colligit quidquid pro toto populo poſtulandum eſt à Deo vel quia (quod veriſimilius videtur) per figuram intellectionis, attribuatur parti, quod competit toto. Nam dictam fuiſſe Miſſam, collectam, quia ad eum colligebatur populus, conſtat ex Auguſtino: [a] *Confitebantur* (inquit) *ſe collectam, & Dominicum egiſſe.* Extantque apud [b] Surium Acta martyrum quorumdam, in quibus frequentiſſimè legitur, *Collectam facere, ſeu celebrare*, pro *Miſſam facere.* [c] Tertullianus: *quomodo* (inquit) *colligemus, quomodo Dominica ſolemnia celebrabimus?*

De ſecundo, ſemper [d] fuit vſus in Eccleſia vt nunquam congregarentur Chriſtiani, quin finis, eſſet oratio. Quas habemus collectas, creduntur à ſummis Pontificibus compoſitæ, & in vnum à B. Gregorio congregatæ, vt walfridus Strabo ſignificat.

De tertio, Concilium [f] Carthag. 3. præſcribit, [e] orationem Miſſæ debere ad Patrem dirigi: cum quo tamen intelligitur filius, & ſpiritus ſanctus: ſicut & oblatio ſacrificij ad Patrem dirigitur, quamuis toti Trinitati offeratur. Dirigitur autem collecta ad Patrem. 1. quia [g] Dominus ita docuit orare. 2. quia debet oratio cōcludi: *Per Chriſtum Dominum*, cum ſit aduocatus noſter: At ſi dirigeretur per expreſſa verba ad totam Trinitatem, cum concluderetur: *Per Dominum Ieſum filium tuum*, putaretur Chriſtus filius Trinitatis, & ſi vox, filium non apponeretur, putaretur Chriſtus à Trinitate perſonaliter diuiſus.

Sunt tamen collectæ quæ etiam diriguntur ad filium, ſed paucæ & fortaſſe non adeo antiquæ, merito tamen introductæ vt intelligamus etiam poſſe alias perſonas Trinitatis expreſſis inuocari verbis.

[z] *ita walfridus Strabo cap. 22. & Micrologus. cap. 3.*
[a] *in Breuiculo collatione tertij diei.*
[b] *in fine 1. tomi.*
[c] *1. de fuga in perſecutione.*
[d] *1. Timoth. 2. Iuſtin. Apolog. 2. Tertull. 39. Apologetici.*
[e] *ſupra.*
[f] *can. 23.*
[g] *Math. 6. v. 9. & 16. v. 23.*

Finita oratione reſpondetut, *Amen*, quod ſignificat *verè*, ſeu, *fideliter*, à verbo : אמן *Aman*, in coniugatione [h] Hiphil, *credere*, in [i] Niphal *ſtabilem eſſe*, Gtæci vertere ſolent *γένοιτο*, *fiat*, optat enim qui reſpondet, verè, & fideliter fieri quod in oratione poſtulatur. Huius vocis meminit [k] Auguſtious, [l] Hierony. [m] Iuſtinus, [n] Apoſtolus Paulus.

De Epiſtola.

*I*uſtinus Apologia.2. docet in Synaxi conſueuiſſe lectiones ex Prophetis & Apoſtolis legi. Idem ex [o] Tettull. & [p] Dionyſio patet, qui mos videtur ab Hebræis acceptus. Nam per ômne Sabbathum etiam [q] adhuc hodie legunt in Synagogis lectiones ex Prophetis.

De Graduali, Alleluia, Tractu, Proſa.

Lectione finita, leguntur aliquot verſiculi, vt plurimum ex ſcripturis ſumpti, in Eccleſia Gtæca antiquiſſima conſuetudo fuit aliquid interſerendi inter Epiſtolam, & Euangelium, vt patet ex Chryſoſtomi Liturgia: apud Latinos non videtur adeo antiqua. Nam Concilio [r] Toletano 4. ante nongentos annos prohibentur laudes poſt Epiſtolam. Nihilominus poſtea Romana conſuetudo interſerendi Graduale, & alia huiuſmodi omnibus paulatim placuit, & vbique recepta [s] fuit.

Graduale, dicitur, quia [t] canebatur dum Diaconus gradus aſcenderet ad Euangelium decantandum, antiquitùs enim Euangelium ex loco altiori cantabatur ſicut ex [u] Ordine Romano, & [x] Cypriano conſtat, videnturque in Eccleſiis antiquis lapidea pulpita in vſum Euangelij legendi inſtituta, quæ Gtæco vocabulo dicuntur ambones, nam ab *ἀμβαίνω* aſcendo fit *ἄμβων*. quod in [y] Concilio Laodiceno Latinus interpres vertit pulpitum.

[h] האמין *heemin.*
[i] נאמן *neeman vel* נאמן *Neman.* נאמן *Neeman fidelis* אמונה *Emunah fides, fidētia, veritas.*
[k] *epiſt.* 107.
[l] *in Prolog. epiſt. ad Galat.*
[m] *ſupr.*
[n] 1. *Cor.* 14. *v.* 16.
[o] *cap.* 39. *Apolog.*
[p] 3. *Eccleſ. Hierarch.*
[q] *antiquitus Actor.* 13. *v.* 27.
[r] *Can.* 11.
[s] *teſte walfrido cap.* 22.
[t] *ita Rhenanus annot. in Tertull. de corona militis.*
[u] *Cum aſcendit Diaconus ad legendum Euangelium* (inquit) *ſolus aſcendit vltimum gradum.*
[x] 2. *epiſt.* 5.
[y] *can.* 15.

Dicitur etiam, *reſponſorium*, [z] quia vno incipiente alij reſpondent,

Alleluia, canitur [a] poſt *Graduale*, & ſignificat, *Laudate Dominum*, eius loco dicitur, *Tractus*, in ieiunij diebus, nimirum alij verſiculi ex ſcripturis ſumpti, ita dicti [b] quod debeant grauiter & tractim cani in mœſtitiæ ſignum.

Addi ſolet in feſtis ſolemnibus *Proſa* ſeu, *Sequentia*, verſus quidam Rythmici.

Nihil horum Lutherus reprehendit niſi non ſemper, *Alleluia* cantari. Sed pugnat cum antiquitate. Nam Concilium [c] Tolet. 4. expreſſe prohibet cantari *Alleluia* in Quadrageſima. [d] Auguſtinus docet vſum fuiſſe celeberrimum, ſolum à Paſchate vſque ad Pentecoſtem cantari, *Alleluia* Dominicis diebus in lætitiæ ſignum ob Reſurrectionem.

Quidam conquerebantur de Sancto Gregorio quod adhibuiſſet *Alleluia*, in omnibus feſtis, exceptis, inter Septrageſimam & Paſcha, quibus [e] reſpondet hoc tuiſſe tempore Damaſi introductum authore S. Hieronymo.

Merito verò omittitur diebus Pœnitentiæ & ieiunij *Alleluia*, quod ſit lætitiæ ſignum [f] Tobiæ 13. & [g] Apocaly. 19. *Graduale* meritò tempore Paſchæ prætermittitur, & duplicatur *Alleluia*, quia *Graduale* continet verſiculos ad Pœnitentiam pertinentes.

De Euangelio.

Lectio Euangelij in Miſſa habetur in Liturgiis omnibus, eiuſque meminit Concilium [h] Laodicenum, [i] Valentinum, [k] Chryſoſto. [l] Auguſt. [m] Hieronymus, Anaſtaſius. 1. Epiſtola decretali, qua iubet omnes audire ſtantes Euangelium, ob reuerentiam Domini loquentis: ante Anaſtaſium [n] Clemens Romanus ait Apoſtolos præcepiſſe, vt omnes cùm Clerici, tùm Laici ad lectionem Euangelij aſſurgerent.

[z] *ita Raban. 2. de inſtit. Cleric. 51.*
[a] *teſte walfrido ſup.*
[b] *vt vult Durandus.*
[c] *Can. 10. ſtatuimus vt in omnibus diebus Quadrageſima, Alleluia, non cantetur, quia tempus mœroris eſt.*
[d] *epiſt. 119. c. 15.*
[e] *7. epiſt. 63.*
[f] *v. 20.*
[g] *v. 6.*
[h] *ca. 16. Carthag. 4. can. 84.*
[i] *can. 2.*
[k] *hom. 6. de Pœnitent.*
[l] *Præfat. in epiſt. Ioan.*
[m] *epiſt ad Sabinianum Diaconum.*
[n] *2. conſt. 57.*

Cæremonia petendæ benedictionis ante Euangelium & excitatio populi per hęc verba: *Sequentia ſancti Euangelij*, &c. atque reſponſio: *Gloria tibi Domine*, habetur in Miſſa Chryſoſtomi, ac [o] in Amalario, & Alcuino.

De ſymbolo.

Symbolum poſt Euangelium pronunciatur, quia fides ex auditu verbi Dei ſequitur. Vſus eius habetur in Miſſa Chryſoſtomi, & colligitur ex [q] Conſilio Toletano. 3. [r] walfridus refert vſum Symboli in Miſsâ apud Germanos, & Gallos inualuiſſe potiſſimum tempore Caroli magni occiſione Fælicis Vrgelitani Epiſcopi hæreſeos tūc temporis damnati.

[o] *lib. de officio Miſſæ 18. cap.*
[p] *lib. de officiis diuinis.*
[q] *ante annos circiter* 1000. [*can. 2. Petitione Recaredi Regis conſtituit Synodus, vt per omnes Eccleſias Hiſpaniæ, Galiciæ ſecundum formam Orientalium Eccleſiarum, Concilij Conſtantinopolit. Symbolum fidei recitetur & priuſquam Dominica dicatur oratio voce clarâ prædicetur.*]
[r] *cap. 22.*

De Offertorio, & Præfatione.

CAP. XVII.

OFFERTORIVM dicitur, quod [s] caneretur dum populus offerebat. Quinque autem illæ Orationes. 1. *Suſcipe ſancte pater.* 2. *Offerimus tibi Domine.* 3. *veni ſanctificator.* 4. *In ſpiritu humilitatis.* 5. *Suſcipe ſancta Trinitas*, ante quingentos annos non legebantur in Eccleſia Romana, vnde nec earum meminerunt Innocent. 3. walfridus, Amalarius, Rupertus, Alcuinus, ſed tranſeunt ab *Offertorio* ad *Secretas*, [t] Micrologus ſcribit equidem tertiam, & quintam orationem recitari iuxta Gallicanum morem, at in Ordine Romano nullas eſſe orationes inſtitutas inter *Offertorium*, & *ſecretas*. Quia tamen nihil continent, quod offendat: paulatim ab omnibus ſunt receptæ.

Obijcitur Primò, cur [u] dicitur *Calix ſalutaris*, cum nihil ſit niſi vinum. *Salutaris*, eſſe genitiui caſus.

[s] *walfrid. ſup. & Microlog. cap. 10.*
[t] *cap. 11.*
[u] *Obiect. Georgij Maioris hæretici.*

Reſpondeo

Reſpondeo. 1. ſalutaris eſſe genitiui caſus & ſignificare Chriſtum, ac ſi diceretur calix Chriſti, quia eum inſtituit Chriſtus. 2. etſi caſus nominatiui eſſet, ita poſſe vocari, tum quod ſit allaturus ſalutem per conſecrationem mutatus, tum quia vinum ipſum ſuo modo ſaluti noſtræ concurrit ſcilicet per [x] repræſentationem excitando fidem.

Secundò, cur Sacerdos orat pro calice, & non pro ſe?

Reſpondeo orare pro ſe, & vniuerſo mundo dum petit, vt illa oblatio aſcendat ad Deum cum odore ſuauitatis: ſtatim namque ſubiungit: *Pro noſtra, & totius mundi ſalute.* & quamuis id non exprimeretur, per ſe tamen intelligi poſſet. Nam oblationem acceptari à Deo, non eſt vtile oblationi, ſed nobis.

Tertiò, cur in illa oratione: *In ſpiritu humilitatis,* &c. petit Sacerdos vt oblatio placeat cùm iam obtulerit, ſi enim dubitat placere, offerendo peccauit, quia ſine fide obtulit.

Reſpondeo non ambigere quin oblatio placeat ex ſe, ſed ſolùm an ex offerentis parte: quare petit à Deo, vt ſacrificium etiam ex parte ſacrificantis placeat. Nec requiritur habuiſſe offerendo certam de ſua iuſtificatione fidem, ſed ſufficit non fuiſſe conſcium peccati mortalis.

Quartò, cur dicatur in [y] tertia oratione, ſacrificium præparari, cùm iam ſit oblatum.

Reſpondeo [z] priorem rectè vocari à Sacerdote præparatum ſacrificium: quòd ſit præparatio [a] poſterioris, cui propriè competit ſacrificij ratio.

[x] *qua etiam ratione dicuntur verba Dei, ſalutaria.*

[y] *Veni ſanctificator omnipotens æterne Deus, & benedic hoc Sacrificium tuo ſancto nomini præparatum.*

[z] *qua offertur panis & vinū ante conſecrationem.*

[a] *qua offertur panis & vinum conſecrata, id eſt corpus, & ſanguis Chriſti.*

De Præfatione.

Offertorio finito, materia ſacrificij præparatâ, lotiſque Sacerdotis manibus, ac oblatione Deo commendatâ per *Secretas Collectas*, *Præfatio* dicitur, id eſt præparatio, & excitatio populi ad actionem in qua propriè ſacrificium conſiſtit.

Illud autem: *Per omnia ſæcula*, &c. non eſt initium Præfationis, ſed ſecretarum concluſio altâ voce pronuncianda, vt populus valeat reſpondere, *Amen*.

Deinde incipit Præfatio per, *Dominus vobiſcum*, & ad vſque verba: *Dignum & iuſtum eſt*, habetur in Liturgijs omnibus, horumque meminerunt veterum [b] Clemens, [c] Cyprianus, [d] Cyrillus, [e] Chyſoſtom. *Quid facis* (inquit) *ô homo non promiſiſti Sacerdoti qui dixit: Surſum corda: & dixiſti, habemus ad Dominum?* Auguſt. [f] epiſtol. 57.

Reliqua verba vſque ad, *Sanctus*, non ſunt eadem in Græcis, & Latinis Liturgijs, tamen quæ in noſtra Romana habentur ſunt antiquiſſima. Nam interrogatus [g] Pelagius 2. ab Epiſcopis Germaniæ & Galliæ quænam eſſent & quot authenticæ Præfationes, reſpondit nouem, primam de natali Domini. 2. de Epiphaniâ. 3. de Quadrageſimâ. 4. de Cruce. 5. de Paſcha. 6. de Aſcenſione. 7. de Pentecoſte. 8. de Trinitate. 9. de Apoſtolis. Decimam, quæ eſt de B. Maria [h] addidit Vrbanus 2. in Concilio Placentino an. 180.

De Sanctus, Sanctus, *&c.*

Hoc Canticum partim ſumptum eſt ex Angelorum apud [i] Iſaiam, partim ex Hebræorum cantico. [k] Math. 21. habeturque in Liturgijs Iacobi, Baſilij, Chryſoſt. extatque canon dumtaxat in [l] Con-

[b] 8. *Conſt.* 16.
[c] *ſerm.* 6. *de oratione dominicâ.*
[d] *Catech.* 5.
[e] *homil. de Euchariſt.*
[f] *& de bono perſeuerant.*
[13. Quod in Sacramentis fidelium dicitur, vt ſurſum corda habeamus ad Dominum: munus eſt Domini. De quo munere ipſi Domino Deo noſtro gratias agere à Sacerdote poſt hanc vocem, quibus dicitur, admonentur: & dignum, & iuſtum eſſe reſpondent.]

[g] [*præfuit ante* 1000. *annos.*] *vide epiſtolam Pelagij & Gratianum Can. Inuenimus de conſecrat. diſt.* 1.

[h] *teſte Gratiano, can. Sanctorum diſt.* 70.

[i] 6. *v.* 3. [k] *verſ.* 9. *Benedictus qui venit in nomine Domini hoſanna in altiſſimis.*

[l] *Can.* 4. *alias* 6 [*In omnibus Miſſis, ſiue Matutinis, ſiue in Quadrageſimalibus, ſiue in illis quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine quo ad Miſſas publicas, dici debeat.*]

cilio Vaſenſi. [Meritò igitur Trident. Concil.ſeſſ. 22. can. 7. *Si quis dixerit* (inquit) *ceremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quam officia pietatis : Anathema ſit.*]

De nomine Canonis.

CAP. XVIII.

LVTHERVS [a] malitioſè execratur Canonem. [b] Kemnitius reprehendit. 1. nomen ipſum quòd debeat ritus celebrandæ Miſſæ liber eſſe, non autem regula fixa. 2. aſſeri à nobis nullum errorem continere, enumerat autem ipſe Kemnitius vndecim errores.

Contra, nomine *Canonis* ea in ſignificatione, qua nunc accipimus, vſus eſt [c] Gregorius 7. [d] Ambroſius, vocat *Regulã Eccleſiaſticam* quâ omnes Sacerdotes vtuntur: [e] Optatus *legitimum* appellat : [f] Iſidorus, *Ordinem precum* : [g] walfridus, *Actionem* quia in ea celebratur *Actio Sacrificij* & *Canonem*, quia eſt *Regula*.

Obijcitur [h] primò, [i] Concilium Africanum, & [k] Mileuitanum, quibus præſcribitur ne in Miſsâ dicantur preces, niſi prius cum prudentioribus viris collatæ, aut à Synodo approbatæ, ne fertè aliquid contra fidem contineant. Non erant ergo certæ preces in Miſſa.

Secũdò, quia diuerſæ ſunt Liturgiæ Baſilij, Chryſoſtom. Ambroſij, Gregorij, Iſidori.

Ad primum, non loqui hæc Concilia de canone Miſſæ, ſed collectis: quæ ſemper variæ fuerunt, atque multiplices.

Ad 2. nos non negare diuerſitatem canonis ſecundum liturgias diuerſas: ſolùm aſſerimus non licere vnicuique, quas placuerit adhibere preces:

[a] *lib. de abroganda Miſſa. Quamquam habeam* (inquit) *quod pro ſano ſenſu Canonis dicere poßim, vt alias feci, tamen nũc non dignabor eum tali honore.*
[b] *2. par. Exa. pag.* 825.
[c] *epiſt.* 63. [*ſedit an.* 1072. *vel* 1073.]
[d] *in* 1. *Tim.* 2.
[e] 2. *contra Parmenianum.*
[f] 1. *offic. diuinor. cap.* 15.
[g] *cap.* 22.
[h] *Kemnit. pag.* 835.
[i] *Can.* 70.
[k] *Can.* 12.

ſed debere certam regulam haberi à legitimis determinatam Paſtoribus.

De authore Canonis.

CAP. XIX.

ISIDORVS [a] teſtatur S. Petrum dediſſe primum formam Eccleſiæ Romanæ celebrandi Miſſam cum certis precibus & ritibus. [b] Deinde diuerſi Pontifices poſtea diuerſas addiderunt preces vſque ad Gregorium 1. qui vltimam appoſuit manum: quamuis ſubſtantiales Liturgiæ partes ab Apoſtolis reuera inſtitutæ fuerint. Nam quæ dicuntur Liturgiæ diuerſorum authorum, non fuerunt ab ipſis de integro compoſitæ, ſed quæ tunc erant in vſu ad meliorem formam redactæ. [c] Gregorius 1. enim Codicem Gelaſianum coarctauit, [d] Gregorius ſeptimus iterum emendauit officium Eccleſiaſticum, non inſtituendo nouum, ſed reducendo antiquum, quod etiam Pius V. fecit.

[a] *1. officior. diuinor. 15.*
[b] *vide walfrid. ſupr.*

Objicitur [e] primò, incongruum eſſe vnicum Canonem à pluribus componi.

Reſpondeo, non magis incongruum eſſe, quam Symbolum [f] Apoſtolicum, Item & Conſtantinopolitanum fuiſſe compoſitum à multis.

Secundò, Apoſtoli, teſte Gregorio, ſolum adhibebant ad conſecrationem, Dominicam orationem. Reſponſio [g] ſupra.

Tertiò, Gregorius ait compoſitum canonem à quodam Scholaſtico, id eſt viro ita proprio nomine appellato.

Reſpondeo 1. nomen *Scholaſticum* fortaſsè appellatiuum eſſe, ac ſignificare virum inſignem eruditione, & eloquentia: quo nomine rectè potuerũt Petrus, & alij Apoſtoli inſigniri: Gregorius enim non loquitur de Scholaſtico per contemptum, ſed

[c] *vide epiſt. 73. libri 7. & Ioannem Diaconum 2. vitæ Gregorij 17.*
[d] *Can. in die de conſecratione diſt. 5.*
[e] *Kemnit.*
[f] *teſte Ruffino in explicatione Symboli Aug. ſerm. 115. de tempore, & Leone epiſt. 13.*
[g] *cap. 7.*

tantum eum opponit Chriſto vt hominem Deo: ac ſi dixiſſet: *Si oratio ab homine compoſita ſuper oblationem recitatur: quantò magis recitari debet, oratio compoſita ab ipſo Deo.* 2. Si nomen ſit proprium non loqui Gregorium de Canone Miſſæ, aut certè non de toto, ſed de aliquâ prece extraordinaria, quales ſunt tres ante Communionem, poſt *Agnus Dei*: atque indignum putaſſe, recitari orationem domini poſt Communionem, aut nullomodo, Scholaſtici autem recitari: Propterea ſtatuit Gregorius vt ante Communionem diceretur dominica oratio, ſtatim poſt Canonem.

Probatur Antiquitas Canonis.

CAP. XX.

PRIMÒ in ordine Romano continetur Canon qualem nunc habemus: Ordinem Romanum citāt Alcuinus, & Amalarius tempore Caroli magni. Sed neque Canonem inſtituit Ordo Romanus, ſed refert vt rem vſitatam atque celebrem in Eccleſia. Quare neceſſe eſt adhuc antiquiorem Ordine Romano Canonem eſſe.

Secundò, inueniuntur notabiles Canonis partes in authoribus antiquiſſimis. Ambroſius [b] 4. de Sacramentis has habet, verbis parum mutatis: *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam, aſcriptam, ratam* &c. Item: *Qui pridie quam pateretur* &c. Item: *Vnde & memores*, &c. *ſupra quæ propitio*, &c. Nec Ambroſius eas inſtituit, ſed ex antiquo Eccleſiæ ritu citat, & proinde [c] antiquiores erunt Ambroſio: eodem [d] libro meminit orationis Canonis pro Eccleſia, & pro Rege, licet ipſa verba non ponat. Orationis verò inuocatoriæ Sāctorum [e] Auguſtinus meminit. Quare totus Ca-

[a] *Kemnit. pag. 828. videa dici à Concilio Tridētino Canonem antiquiſſimum eſſe. At pag. 826. affirmarat Kēnit. abſolutum Canonem intra 600. annos à Chriſto nato pag. 827. authorem Canonis vixiſſe circa annum 590.*

[b] *cap. 5. & 6.*

[c] *id eſt ante 1200. annos.*

[d] *cap. 4.*

[e] *tract. 84. in Ioannem.*

non partim quoad ſententiam, partim quo ad verba etiam extitit ante mille centum, vel mille ducẽtos annos.

Tertiò, in toto Canone nulla fit niſi martyrum mentio, cuius nulla ratio reddi poteſt, niſi [f] quòd nondum cœperint publicè coli in Eccleſia Confeſſores. At conſtat ex [g] Concilio Moguntino tempore Caroli magni feſta Confeſſorum in vſu fuiſſe anno 800. ſi quidem in catalogo feſtorum dierum ponuntur feſta S. Martini & Remigij.

Quartò, quia veteres diligẽter annotarunt quænam & ea pauca verba à quibuſdam Pontificibus Canoni addita [h] Leo 1. addidit *ſanctum Sacrificium, immaculatam hoſtiam*: [i] Gregorius 1. *Dieſque noſtros in tuâ pace diſponas*. Ergo Gregorio, ac Leone antiquior eſt Canon, & habitus ſemper in magnâ veneratione. Alioquin non erat cur tam diligenter illas annotaſſent additiones hiſtorici.

Quintò, ignoratur author præcipuarum canonis partium: & certè ſi fuiſſent ab aliquo compoſitæ Papa, hiſtorici non minus id diligenter annotâſſent. Ergo canon eſt omni antiquior memoria, & ab Apoſtolis per traditionem ad nos peruenit. Nec obſtat fieri Apoſtolorum mentionem, id enim poſtea additum eſt.

[k] Sextò, dum enumerantur in canone Apoſtoli non ſeruatur Ordo in Euangeliis per Hieronymum emendatis. Ergo ea pars canonis antiquior eſt illa emendatione.

[f] *ita Innocent. 3. cap. 10. de myſteriis Miſſæ.*

[g] *can. 36.*

[h] *in Pontificali.*

[i] *apud Bedam 2. hiſtor. Anglic. cap. 1. & Ioan. Diac. 2. vitæ Gregorij. 17.*

[k] *eſt walfridi cap. 22.*

De veritate primæ orationis canonis.

CAP. XXI.

PRIMA canonis pars incipit ab his. *Te igitur clementiſſimè pater*, vſque [a] ad illud: *Hanc igitur oblationem*. In hac parte primo oratur pro Eccleſia. 2. pro Papa. 3. pro Epiſcopo. 4. pro Rege in quibuſdam Eccleſijs. 5. pro omnibus Orthodoxis. 6. pro particularibus perſonis, ſecreto. 7. nominantur ſancti Apoſtoli, & martyres. Oratio pro Eccleſia, & Epiſcopo loci in omnibus Liturgijs habetur. Oratio pro Papa non habetur in antiquis Græcis, ſed in Liturgia Chryſoſtomi, Latinè reddita à Leone Tuſco, inuenitur nomen Nicolai Papæ, inter Latinos [b] Alcuinus meminit memoriæ Papæ in Miſſa, & [c] Concilium Vaſenſe ſtatuit, vt in Gallicanis Eccleſiis nomen Papæ Vrbis Romæ ad Miſſas omnes recitaretur.

Nomen Regis agnoſcunt in canone [d] Innocentius. 3. Bonauentura, ac Liturgiæ omnes, idque ex [e] Apoſtolo colligunt [f] Ambroſius, [g] & Auguſtinus.

Illud: *Pro omnibus orthodoxis*, arbitratur ſuperfluũ [h] Micrologus, nec haberi in emendatioribus libris: verùm habetur apud Alcuinum trecentis annis antiquior Micrologo, & apud Innocentium. 3. ac alios omnes, quocirca vſu auctoritatem obtinuit, nec debet omitti. Intelliguntur enim, his verbis, non omnes ſimpliciter de Eccleſia, ſed omnes præter Papam, Epiſcopum, Regem.

Obiicit primò [i] Lutherus, aliquem verboſum compoſuiſſe canonem, ad quid enim hæc repetitio: *Hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata.* Item: *Orthodoxis, atque Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus.*

[a] *excluſiuè.*
[b] *ante ann. 800. libro de offic.*
[c] *Can. 4. alias 6. [Nobis iuſtum viſum eſt, vt nomen Domini Papæ, quicumque ſedi Apoſtolicæ præfuerit, in noſtris Eccleſiis recitetur.]*
[d] *in explicatione Canonis.*
[e] *1. Timoth. 2.*
[f] *4. Sacra. 4.*
[g] *epiſt. 59.*
[h] *cap. 13.*
[i] *ſupra.*

Reſpondeo Liturgias Baſilij, & Chryſoſtomi ſimilibus plenas eſſe repetitionibus, frequentiſſimis in [k] ſcriptura ſacra. Ideò enim fit repetitio, vt quod dicitur emphaſim habeat, & res abundantius explicetur.

Secundo, ante conſecrationem vocantur panis, & vinum, *Sacrificia ſancta, atque illibata.* At ſi ſancta ſunt, cur petitur in eadem oratione, vt illa Deus benedicat: ſi ſacrificia. Ergo panem, & vinum ſacrificamus.

Reſpondeo benedictionem peti conſecratiuam, qua mutentur in corpus, & ſanguinem Chriſti: vocari Sacrificium, quia ſunt materia benedicta, & dicata ad vſum diuinum ex qua fiat Sacrificium.

Tertiò, demonſtrato pane, & vino per illud: *Hæc dona, hæc munera*, dicuntur in præſenti offerri pro Eccleſia. Et proinde id nequit ad futurum referri.

Reſpondeo, horum ſenſum eſſe, *nos offerre panem Deo conſecrandum ex quo per conſecrationem verum ſacrificium Deo immolandum ſit*, pro Eccleſia.

Quartò, dicitur offerri ſacrificium pro fidelibus, *quorum fides Deo cognita eſt, & nota deuotio.* At ſi fideles, & deuoti ſunt: quomodo egent redemptione?

Reſpondeo, quinque modis accipi redemptionem in ſcriptura. 1. [l] ab omni malo culpæ, & pænæ per ſolutionem precij ſufficientis. 2. à malo culpæ, per applicationem precij. 3. [n] à debito pænæ dimiſſâ culpa. 4. [o] à peccato futuro. 5. [p] à corruptione & ærumnis vitæ. Prima redemptio, nequit obtineri per Miſſam, quia iam facta eſt in cruce. Secunda obtineri poteſt pro peccatoribus. 3. 4. & 5. pro iuſtis.

Quintò, author canonis facit etiam mortuos

[k] *Pſal. 91. v. 9. Quoniam Ecce inimici tui Domine: quoniam ecce inimici tui peribunt. Pſal. 115. v. 6. Ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ vide etiam Pſal. 118. Luc. 18. v. 34. nihil horũ intellexerũt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis.*

[l] *1. Timoth. 2. v. 6. Qui dedit Redemptionem ſemetipſum pro omnibus.*

[m] *Rom. 3. v. 24. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

[n] *Prouerbior. 13. v 8. Redemptio animæ viri, diuitiæ eius: proprium eſt enim diuitiarum liberare à pœna.*

[o] *Pſal. 33. v. vlt. redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes qui ſperant in eo.* [p] *Luc. 21. v. 18. leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra nimirum in vltima Reſurrectione.*

communicantes,cum Chriſtus inſtituerit cœnam, vt eſſet viuorum non mortuorum.

Reſpondeo,vt illud: *Communicantes, & memoriam venerantes*,referri ad communionem memoriæ ſanctorum, vel ad communionem fidelium in terra, vt ſit ſenſus: *Communicantes inter nos,* vnde in quibuſdam ſubiungitur feſtis & *diem ſacratiſſimum celebrantes*,&c. quod nequit referri niſi ad viuos in terra,& paulo poſt, *ſed & memoriam venerãtes in primis glorioſæ, ſemperque virginis Mariæ*,&c.

Sextò, [q] peruerſus eſt ordo verborum iſtorum: *vt accepta habeas, & benedicas hæc dona*, prius enim debent eſſe benedicta, quam accepta.

[q] *ita Georg. Maior.*

Reſpondeo,illud, *accepta*, dici reſpectu benedictionis primæ,ſiue dedicationis panis & vini: illud, *benedicas*,reſpectu futuræ conſecrationis.

[r] Septimò,ad quid dicitur, *memento Domine*, &c. an Deus obliuioſus eſt?

[r] *Zuingl.*

Reſpondeo.1.ad quid ſimiles phraſes toties repetit [s] ſcriptura? 2. dici Deum per metaphoram obliuiſci, quando non iuuat: recordari, quando iuuare incipit.

Octauò,ad illud: *pro quibus tibi offerimus,vel qui tibe offerunt*, illa correctio, *vel* apertè demonſtrat, canonem loqui non de Euchariſtiâ, ſed eleemoſynis, quas populus offerebat ad altare pro pauperibus.

Reſpondeo non eſſe correctionem: ſed diſiunctiuam ſententiam propter duos ordines eorum, quos Sacerdos Deo commendauerat, ſcilicet abſentium,& aſſiſtentium. Quomodo autem hoc ad eleemoſynas pertineret,cùm.1. dicatur oblatio fieri pro Eccleſia: Papa, Rege, eleemoſynæ namque non offeruntur niſi donantium nomine,in vtilitatem pauperũ? quare ſenſus eſſet: *offerimus tibi Eleemoſynas* populi pro Eccleſia,Papa,Rege. 2. cùm Sacerdos poſtea ſubiungat. *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam*, &c. *ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui*,&c.3.quia omnes Litur-

[s] *Exodi 32. v. 13. Recordare Abraham & Iacob. Deuter. 9. v. 27. Recordare ſeruorum tuorum Abrah. Iſaac, &c. Iudic. 16. v. 28. Domine Deus meus, memento mei. 4. Reg. 20. v. 3 Obſecro Domine memento quæſo Pſal. 12. v. 1. vſquequo Domine obliuiſceris me in finem?*

giæ expoſitores id interpretantur de Euchariſtia, non de eleemoſyna.

t Kemnit. [t] Nonò, vocatur ſacrificium laudis. Ergo ſignificat gratiarum actiones tantum, & non corpus Chriſti.

Negatur conſeq. quia Euchariſtia eſt vere ſacrificium laudis: per illud namque Deus magnoperè laudatur, eamque non ſemel ita [v] Auguſtinus appellauit.

u *lib. 1. contra aduerſarium legis, & prophet. cap. 20.*

Decimò, nos ad illa: *Reddunt tibi vota ſua æterno Deo*: per *vota* intelligere Miſſas votiuas.

Calumnia. Nam intelliguntur pia deſideria, & aſtantium oblatio: nec in ſolis votiuis, ſed in omnibus Miſſis dicuntur.

Vndecimo, olim in Eccleſia viguit vſus prædicandi certamina, & victorias martyrum, nunc ſolum præſcribitur memoria eorum, nudâ nominum recitatione.

Reſpondeo, huiuſmodi vſum non habuiſſe Eccleſiam in Miſſa, ſed in concionibus, ſicut modo habet.

De veritate ſecundæ orationis canonis.

Cap. XXII.

HÆC oratio incipit ab illis: *Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ*, &c. & petit. 1. vt oblationem noſtram Deus placatus accipiat. 2. vt dies noſtros in ſua pace diſponat. 3. vt ab æterna damnatione nos eruat. 4. vt in electorum grege nos numeret.

a Kemnit. [a] Obiicitur, vetus Eccleſia obtulit Deo in celebratione Euchariſtiæ preces, pro impetrandis per Chriſtum, beneficijs temporalibus, & æternis: atque ad hoc ſacrificium precum commodè referri potuerunt hæc verba: *Hanc oblationem placatus acci-*

pias, &c. At Pontificius canon illam transfert ad repræſentationem panis, nondum cõſecrati, quem orat accipi pro pace, & liberatione noſtra ab æterna damnatione.

Reſpondeo. 1. negatur poſſe ad laudis ſacrificium referri: *Hanc oblationem*, &c. tum quia ipſemet Kemnitius dixit, *hæc dona*, *hæc munera*, referri ad eleemoſynas. At de eadem oblatione hîc loquitur canon, vt patet ex illa particula, *igitur*, tum quod de eadem agitur oblatione in tertia oratione, *quam oblationem tu Deus*, &c. at ibi apertè intelligitur panis, & vinum conſecranda. 2. negatur in minore nos petere ſuſcipi panem pro pace, &c. ſolum enim petimus, vt per Chriſtum nobis pax, & liberatio à damnatione donetur.

De veritate tertiæ orationis.

Cap. XXIII.

TErtia incipit ab illis: *Quam oblationem Tu Deus*, &c. & continuatur vſque ad finem conſecrationis.

Obijcitur [a] primò, nos hîc orare pro Chriſto, ac Deum rogare vt ſanctificet corpus, & ſanguinem eius. [a] *Luther.*

Negatur. Nam ſolùm oramus vt Deus ſanctificet, ac benedicat & benedicendo mutet panem & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti.

Secundò, Lutherus ait ſe non intelligere illa: *Benedictam, aſcriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque.*

Reſpondeo, [b] peti oblationem ex prophana fieri *benedictam* conſecratione, *adſcriptam* approbatione Dei inter dona quæ ipſi probantur: *ratam*, confirmatione, vt fructum certum, & perpetuum afferat: *rationabilem*, vt non ſolùm bona, ſed etiam benè & prudenter offeramus, ſitque rationabile

[b] *vide Alcuinum Amalar. Rupert. Hugon. Innoc. Bonauent.*

obſequium noſtrum: *acceptabilem*, id eſt, vndique benè ſe habentem, non ſolum ex parte doni, ſed etiam offerentis miniſtri.

[c] 4. *de Sacra. cap.* 5.
[d] *Kemnit.*
[e] *can. Vtrum. de conſecr. diſt.* 2.
[f] 4. *cap.* 4. *de Sacram.*

[c] Tertiò, hanc quidem orationem haberi apud [d] Ambroſium & Auguſtinum, apud [e] Gratianũ: ſed referri ad ſumptionem Sacramenti: à nobis autem ad actionem Sacerdoris.

Reſpondeo nihil tale in Auguſtino haberi. Ambroſius autem & Gratianus non de ſumptione ſed de conſecratione hæc verba exponunt. Nec refert illa Ambroſij, quæ Auguſtino Kemnitius tribuit: *Quia in Baptiſmo ſimilitudinem mortis Chriſti accepimus, ſimilitudinem quoque carnis & ſanguinis eius ſumamus.* Nam dicuntur ab Ambroſio [f] alio in loco, & alio fine. Falſum eſt autem nos hîc per, *oblationem* intelligere, *actionem Sacerdotis*, cum petamus oblationem fieri corpus, & ſanguinem Chriſti. At quis petit actionem Sacerdotis fieri Chriſti corpus?

De veritate quartæ orationis.

CAP. XXIIII.

QVARTA incipit ab his: *Vnde & memores*, ac extenditur vſque ad illud: *Memento etiam Domine.* Nam immediatè, ante, concluſio ponitur: *Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

[a] *Luth.*
[b] 4. *cap.* 6. *de Sacram.*
[c] Rom. 12. v. 1. θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον, τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

Obijcitur [a] primò, ineptè reïterari: *hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam.*

Reſpondeo hæc eadem verba in [b] Ambroſio haberi, & eodem ſpiritu Paulum dixiſſe: [c] *hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium noſtrum.*

Secundò, illa, *ſupra quæ propitio ac ſereno vultu* ſignificant, nos orare Deum vt reconcilietur filio, iam enim conſecratio facta eſt. At quam abſurda eſt huiuſmodi oratio?

Reſpondeo 1. hæc eadem in [d] Ambroſio haberi. 2. negatur propoſitio: ſolùm enim petimus, vt oblatio placeat Deo, non ex parte oblationis, ſed offerentis, & aſſiſtentium, quibus fructifera ſit.

[d] 4. *de Sacramen. cap. 6.*

Tertiò, non plus tribuitur oblationi corporis Chriſti, quàm ſacrificio Abel, & Abrahæ: dicitur enim: *ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abraham.*

Reſpondeo 1. hæc in [e] Ambroſio reperiri. 2. nos ſolùm petere, vt nobis Deus conferat tantâ fide, & deuotione offerre, quantâ obtulit Abel, & Abraham: atque ratione noſtri, non oblationis (quæ per ſe ſemper omnia ſacrificia excedit) ſit acceptabilis vt ſacrificium Abel, & Abraham.

[e] *ſupra.*

Quartò, imperitè dici: *Et quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech.* Nam non obtulit panem & vinum Melchiſedech.

Reſpondeo 1. non haberi in canone obtuliſſe panem, & vinum. 2. reuera etiam obtuliſſe vt probatum eſt [f] ſupra.

[f] *lib. 5. de Euchariſtia cap. 6.*

Quintò, ridiculum eſſe, peti, vt iubeat Deus, *hæc perferri per manum ſancti Angeli in ſublime altare,* cùm hoſtia ſit à Sacerdote ſumenda, & nullum ſit in cœlo altare.

Reſpondeo libenter admitti non eſſe materiale in cœlo altare, eſſe tamen ſpirituale [g] Apocalypſis teſtatur: id autem vel eſt Chriſtus, per quem noſtræ orationes aſcendũt ad patrem, vel dicitur altarè in cœlo, quòd in cœlo ſacrificia noſtra recipiantur: Quæ deferri per manum Angeli nihil aliud eſt, quam Angelorum interceſſione iuuari, & commendari Deo cultum noſtrum in ſacrificio: ita Angelus [h] Tobiæ 12. & [i] Apocaly. 8. dicitur noſtras deferre orationes ad Deum.

[g] *cap. 6. v. 9. cap. 8. v. 3.*

[h] *v. 12.*

[i] *v. 3. & 4.*

Sextò, Sacerdos ſolus communicat ſæpè, & tamen: *quotquot* (inquit) *ex hac altaris participatione ſumpſerimus.*

Reſpondeo, non loqui abſolutè de multis, aut de vno: ſed ſolùm orare vt quotquot participauerint

ſiue multi, ſiue vnus, vtiliter ſumant.

[k] *eſt Georgij Maioris.* [k] Septimò, illa: *offerimus de tuis donis, ac datis*, intelliguntur de eleemoſynis. At paulò poſt ſubiungitur: *Panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ.* Ergo hæc malè ſubnectuntur. Nō enim quę de eleemoſynis dicuntur, poſſunt ad corpus Chriſti transferri.

[l] *4. de Sacr. 6.* Reſpōdeo 1. illa *Panem ſanctum* &c. [l] in Ambroſio haberi. 2. negatur Maior. Nam & illa verba: *de tuis donis* &c. rectè referri poſſunt ad panem, & vinum vt ſit ſenſus: *offerimus tibi hoſtiam puram*, &c. *quam ex creaturis tuis à te datis, ex pane ſcilicet, & vino, per conſecrationem habemus.* rectè etiam poſſunt ad corpus, & ſanguinem Chriſti referri: quia reuera ſunt nobis data, & donata à Deo.

[m] *Kemnit.* [m] Octauò, illud: *Vnde & memores*, recitatur apud veteres alta voce. 1. quia Cyrillus ait continere annunciationem mortis Domini 2. quia Dionyſius vtitur verbo ὑμνεῖν. At in Canone Pontificio debent ſubmiſſa voce proferri.

Negatur propoſitio. Non ſolùm enim apud Latinos, ſed etiam in liturgia Baſilij, notantur ſecretò pronuncianda eſſe.

[n] *Catech. 5.* Ad primam probationem, negatur. Nam [n] Cyrillus non meminit huius orationis, vbi Liturgiam explicat. Annunciatur equidem mors Domini in Miſſa, ſed magis oblatione & participatione corporis Domini, quam verbis. Ad ſecundam, Dionyſiū reuera mentionem hymnorum facere, quibus laudantur opera Chriſti, ſed hos ante verba conſecrationis ponit.

Nona, habentur in Baſilio hæc verba: *ſupra quæ propitio, ac ſereno vultu* &c. ante conſecrationem: At in noſtro Miſſali habentur poſt.

Reſpondeo, quamuis quædam ſimilia verba in Baſilio ante conſecrationem legantur, ſicut & nos habemus, in Collecta Secreta dominicæ ſeptimæ poſt Pentecoſten, tamen reuera haberi poſt con-

ſecrationem etiam Baſilij tempore. [o] Ambroſius enim Baſilio æqualis ita legit.

Decima, ante conſecrationem erant antiquitùs illa: *Iube hæc perferri* &c. Ac debent ad eleemoſynas & orationes referri 1. [p] quia Irenæus 4. cap. 34. ait orationes, & eleemoſynas ad altare deferri. 2. quia ſimile quid Tobiæ 12. & Apocaly. 5. legimus.

Negatur propoſitio. Nam illa verba poſt conſecrationem habentur apud [q] Ambroſium, [r] Iacobum, Clementem, Baſilium, Chryſoſt. Ad probationem primam, loqui Iræneum de Euchariſtia. Ad 2. nõ bene ſequi: orationes, & eleemoſynæ deferuntur in cœlum: Ergo hæc particula canonis debet de Eleemoſynis & orationibus intelligi. Sunt enim plura alia, quæ etiam, ſuo modo, poſſunt in cœlum deferri.

[o] *ſupra.*

[p] *omittitur teſtimonium ex Auguſt. can. Vtrum de conſecr. diſt. 2. Nã non eſt Auguſtini, ſed rapſodia fragmentorum ex Ambroſio, Paſchaſio, & aliis in qua non ſeruatur Liturgiæ ordo.*

[q] *4. de Sacr. 6.*

[r] *in Liturgiis.*

De veritate quintæ, & ſextæ orationis.

CAP. XXV. & XXVI.

QVINTA [a] oratio: *Memento etiam Domine*, &c. vſque ad illud, *nobis quoque peccatoribus*, excluſiuè.

[b] Obiicitur Primò, oramus in ea pro dormientibus in ſomno pacis: & tamen illis locum refrigerij, lucis, & pacis imploramus.

Reſpondeo eos dici dormire in ſomno pacis, quia ſecuri ſunt de ſua ſalute, liberati à tentationibus, & periculis huius vitæ. Tamen nondum quietem à tormentis habere: propterea illis refrigerium precari.

[c] Sexta oratio: *Nobis quoque peccatoribus*, vſque ad *per omnia ſecula ſeculorum. Amen.* incluſiuè ante orationem Dominicam.

Obiicitur primò, nominari Ioannem ibi, cum antea fuerit nominatus in canone: Stephanum

[a] CAP. XXV.

[b] *Luther.*

[c] CAP. 26.

præponi Matthiæ, nec quidem nominato cum aliis ante conſecrationem Apoſtolis.

Reſpondeo, [d] quibuſdam videri, ideò repetitum Ioannem Euangeliſtam quod fuerit virgo, & Martyr. [e] magis placet hic Ioannem non eſſe Euangeliſtam, ſed Baptiſtam, habitamque fuiſſe rationem non tam dignitatis, quam martyrij, & ideò primo loco poſitum Ioannem quia martyr ante Stephanum, ſecundò Stephanum quod ante Mathiam ſit paſſus. Non fuit autem annumeratus cum alijs Apoſtolis Mathias, tum vt reſeruaretur aliquis Apoſtolorum numerandus hic cum martyribus, tum quia minime numeratur inter Apoſtolos ante Paſſionem Domini, Paulus equidem nec numeratur etiam ante paſſionem, & tamen ponitur in canone cum Apoſtolis cæteris: ſed priuilegium eſt Pauli ſemper numerari cum Petro.

[d] *vt Innocentio.*

[e] *walfrid. cap. 22.*

Secundò, non petit Sacerdos conſortium Chriſti, ſed tantum ſanctorum neque totum theſaurum Chriſti, ſed partem.

Reſpondeo, conſortium Sanctorum eſſe conſortium Chriſti: partem illam ſignificare omne bonum, & fœlicitatem [f] Coloſſ. 1. [g] & Ioan. 13.

Tertiò, Chriſtum creari ſignificatur per illa: *Per quem hæc omnia ſemper bona creas*, &c. Id autem falſum eſt.

Reſpondeo, commemorari his verbis omnia breuiſſimè beneficia Dei circa hoc Sacramentum. 1. creationem panis. 2. ſanctificationem eius, cum dedicatur per primam oblationem ad Sacramentum conficiendum. 3. viuificationem, cum panis conuertitur in corpus. 4. benedictionem, cum omnis benedictionis effectum recipit, vt ſcilicet Sacramentali efficacia caput cum membris viuat. 5. collationem tanti doni, cum ad ſumendum datur, vt ex eo vitam hauriamus.

Quartò, eadem verba, habebantur olim ante conſecrationem. Negatur, vt patet ex Liturgiis, & Alcuino, Amalario, ac alijs.

[f] v. 12. ἐυχαριςοῦντες τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί, *Gratias agentes Deo qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.*

[g] v. 8. *Si non lauero te non habebis partem mecum* ἐὰν μὴ νίψω σε οὐχ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

De quarta parte Miſſæ, id eſt Oratione Dominica, & ſequentibus orationibus.

CAP. XXVII.

QVAMVIS Innocentius, & alij recentiores intra canonem includant Dominicam orationem, [a] Gregorius magnus tamen, & [b] Strabo legi poſt canonem volunt.

Habetur hæc oratio in omnibus Liturgijs, ac legendam eſſe ad Miſſam conſtat ex [c] Cyrillo, [d] Ambroſio, [e] Hierony. [f] Auguſt. [g] Concil. Toletan. 4.

Poſtea ſubiungitur oratio: *Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis*, &c.

Deinde alia oratio dum frangitur hoſtia, & cõmiſcetur corpus Domini cum ſanguine. *Pax Domini*, &c. *Hæc commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini*, &c.

Obijcitur [h] primò, ſanguis, & corpus Domini commiſceri nequeunt, quia Chriſtus eſt indiuiſus.

Reſpondeo, ſicut dicitur Chriſtus, ratione ſpecierum tangi, & frangi, ſic ratione earumdem, quæ commiſcentur reuera inter ſe, dici commiſceri corpus & ſanguinem.

Secundò, iam facta eſt conſecratio. Ergo non fit in iſta commixtione.

Reſpondeo illud verbum: *Conſecratio*, non haberi equidem apud [i] Amalarium & [k] Innocentiũ ſed ſolùm: *fiat commixtio corporis.* verùm ordo Romanus antiquior Amalario diſtinctè habet: *commixtio, & conſecratio.* Sed per conſecrationem [l] intelligitur tantùm noua quædam ſignificatio Sacramentalis, nimirum Reſurrectionis Chriſti. Nam

[a] 7. epiſt. 63.
[b] cap. 22.
[c] Catech. 5.
[d] 5. Sacram. 4.
[e] 3. contra Pelagianos.
[f] Epiſtol. 59. & Gregorio ſupr.
[g] can. 17.
[h] Lutherus.
[i] 3. ca. 31.
[k] lib. 5.
[l] Amalar. ſup.

in Reſurrectione iterum caro Domini cum ſanguine coniuncta fuit.

Tertiò, tribuitur iſti commixtioni vis conferendi ſalutem æternam. Ergo & operibus noſtris: quia hæc commixtio opus eſt noſtrum.

Ad antecedens negatur. Nam commixtio dicitur fieri in noſtram ſalutem: quia res ipſæ commixtæ dum à nobis deuotè ſuſcipiuntur, multum proſunt ad ſalutem.

Ad conſeq. opera noſtra ex diuinæ auxilio gratiæ mereri ſalutem. [m] Philippenſ. 2. & [n] Romanor. 10.

[o] Quartò, Iulius Papa apud Gratianum hanc prohibuit commixtionem.

Negatur, Nam agit Iulius de cõmixtione quam nonnulli faciebant, cum populo Sacramentum Euchariſtiæ porrigere volebant. 1. quia Micrologus [p] deſcribit commixtionem quæ fit in Miſſa vt antiquiſſimam, & legitimam, & tamen [q] reprehendit eam quam Iulius damnat. 2. [r] Concilium Tolet. 4. meminit huius commixtionis in Miſſa, eamque probat. [s] Bracarenſe 3. [t] eodem ferè tempore, & in eadem Hiſpaniâ prohibet commixtionem, de qua Iulius agit. 3. quia hæc noſtra commixtio calicis in omnibus liturgiis habetur, in Ordine Romano, Alcuino, Amalario, & omnibus aliis. At non eſt veriſimile, aut Iulium damnaſſe omnium Eccleſiarum vſum, aut eas maximè Romanam illi non obtemperaſſe.

Sequitur, *Agnus Dei*, &c. quod à Sergio Papa ante nongentos inſtitutum annos [v] walfridus teſtatur. Nec aduerſariis diſplicet. Deinde [x] tres ſubiunguntur orationes ante Communionem, in quibus reprehendit Lutherus illud: *Non reſpicias ad peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ.* Hinc enim ſequitur Sacerdotem ſine fide, & proinde indigne hoc Sacramentum tractare.

Negatur illa conſequentia. Nam quamuis habeat fidem, requirit tamen vt Deus potius fidem

[m] *v. 12. Cum timore, & tremore ſalutem veſtram operamini.*
[n] *v. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutem.*
[o] *Kemniti.*
[p] *cap. 18.*
[q] *cap. 19.*
[r] *ſup.*
[s] *can. 1.*
[t] *circa ann.* 650.
[u] *cap. 22. & Microlog. cap. 18.*
[x] *quas non praeſcripſit ordo antiquus Miſſæ, ſed deuotio Religioſorum inuexit.*

Eccleſiæ, quam ſuam reſpiciat: quia fides Eccleſiæ longè perfectior, & tutior eſt: & proinde huius ſacramenti excellentiæ congruentior. Poſt illas orationes ſequitur: *quod ore ſumpſimus*: &c. Item *Corpus tuum Domine quod ſumpſi* &c. quas Lutherus etiã approbat in formula Miſſæ. Collectas autem arguit quod fiat in eis ſacrificij mentio.

Poſtea: *Ite Miſſa* dicitur. apud Græcos: [y] *In pace Chriſti eamus*, & reſpondetur: *In nomine Domini* quibus ſignificatur dimiſſio populi.

[y] *Liturg. Iacob. Baſil. Chryſoſt.*

In quibuſdam Miſſis dicitur: *Benedicamus Domino* ſed vel quia id antiquitùs dicebatur in Miſſis ferialibus quibus non ſolebat populus, ſed tãtum Clerici adeſſe: quare non erat opus dimiſſionem ſignificare, cum Clerici debeãt potius manere: vel quia, etſi dicatur in Miſſis ſolennibus quibus adeſt populus, id fiat in ſignum mœſtitiæ, ita enim in Dominicis Aduentus, & quadrageſimæ.

Sequitur *Placeat tibi ſancta Trinitas.* &c. cui obiicit Lutherus, quod videamur orare pro Chriſto, Kẽnitius, proponi actionem Sacerdotis pro ſacrificio. Sed hæc omnia ſunt ſoluta.

Denique Benedictio, *Benedicat vos*, &c. habetur in Liturgiis etiam Græcis & [z] Concilio Agathenſi.

[z] *Can. 31. Miſſas die Dominico ſæcularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat: Quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur, vide Microlog. cap. 21.*

Finis librorum de Sacramento Euchariſtiæ.

CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Sex libris comprehenſa.

Digitized by Google

INDEX
LIBRORVM ET CAPITVM,
Liber primus.

Demonſtrat Pœnitentiam, Sacramentum eſſe, & quas habeat partes.

Cap. I. QVI *ſcripſerint de Pœnitentia, tum Catholici, tum hæretici.*

II. III. IV. V. VI. *omittuntur, quæ conſumuntur in Lutheri, Philippi, Heshuſij, Caluini, & Kemnitij enumerandis mendacijs, & calumnijs: cuicumque enim huiuſmodi impoſturæ proponentur: facilè eas erit diſcernere, ex Catholica doctrinâ de Pœnitentiâ.*

VII. *De nomine Pœnitentiæ.*

VIII. IX. X. *An Pœnitentia in lege gratiæ, ſignis manifeſtata externis, accedente ad eam verbo Abſolutionis, ſit propriè nouæ legis Sacramentum.*

XI. *Soluuntur argumenta.*

XII. XIII. *An Pœnitentiæ Sacramentum à Sacramento Baptiſmi ſit diuerſum.*

XIV. *Soluuntur obiectiones.*

XV. *De partibus eſſentialibus Sacramenti Pœnitentiæ.*

XVI. *Soluuntur obiectiones.*

XVII. XVIII. XIX. *De partibus materialibus Sacramenti Pœnitentiæ.*

XX *Soluuntur obiectiones.*

XXI. *De priuatâ, publicâ, & ſolemni Pœnitentiâ.*

XXII. *De ritibus Pœnitentiæ ſolemnis.*

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de Contritione.

Cap. I. *Proponitur doctrina Catholica ex Concilio Tridentino.*

II. *An contritio ſit actio libera, bona, & ad Euangelium pertinens.*

III. *Contritionem ſine ſpeciali auxilio Dei haberi non poſſe.*

IV. *In Contritione includi odium, ac deteſtationem peccati.*

V. *Soluuntur obiectiones.*

VI. *In contritione includi formaliter propoſitum rectè viuendi.*

VII. *Soluuntur obiectiones.*

VIII. *An contritio ad iuſtificationem ſit neceſſaria.*

IX. *Soluuntur obiectiones.*

X. & XI. *De quantitate Contritionis.*

XII. *Contritionem eſſe cauſam remiſſionis peccatorum.*

XIII. *Contritione perfecta cum voto ſuſcipiendi Sacramentum remitti peccata ante Sacerdotis Abſolutionem.*

XIV. *Soluuntur obiectiones.*

XV. *Nullum eſſe peccatum quod vera non deleatur pœnitentia.*

XVI. *Soluuntur obiectiones, agiturque de peccato in Spiritum ſanctum.*

XVII. *Contritionem imperfectam, ſiue attritionem ex timore pœnæ bonam, atque vtilem.*

XVIII. *Soluuntur obiectiones.*

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de Confeſſione.

Cap. I. *De erroribus circa Confeſſionem.*
II. *Probatur ex Euangelio Confeſſionis neceſſitas.*
III. *Probatur ex figuris.*
IV. *Probatur ex alijs locis noui Teſtamenti.*
V. *Ex Concilijs.*
VI. *Ex PP. primæ ætatis.*
VII. *Secundæ ætatis.*
VIII. *Tertiæ ætatis.*
IX. *Quartæ ætatis.*
X. *Ex alijs PP. ab anno 500. ad 1100.*
XI. *Refellitur ſolutio Kemnitij ad loca PP.*
XII. *Confeſſio rationibus probatur.*
XIII. *Soluitur primum Caluini.*
XIV. *Soluitur 2. 3. & 4. Caluini.*
XV. & XVI. *Soluitur 5. & 6.*
XVII. *Soluitur 7. 8. & 9. eiuſdem.*
XVIII. XIX. XX. *Soluuntur obiectiones Kemnitij quædam.*
XXI. *Soluuntur aliæ.*

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de Satisfactione.

Cap. I. QVID *Satisfactio, & quis quæſtionis de Satisfactione ſtatus.*
II. *Remiſſa culpa manere debitum pœnæ luendæ.*
III. *Aliquem reatum pœnæ temporalis dimiſſa culpâ bonis operibus redimi poſſe.*
IV. *Opera laborioſa quibus reatus pœnæ temporalis expiatur ſponte ſuſcipi poſſe.*

v. *Huiuſmodi opera rectè à Sacerdotibus iniungi.*
vi. *Opera Satisfactoria eſſe Orationem, Ieiunium & Eleemoſynam.*
vii. viii. *Poſſe hominem iuſtificatum Deo verè Satiſfacere pro reatu pœnæ temporalis probatur ex ſcripturis.*
ix. *Ex PP. probatur.*
x. *Reſponſiones hæreticorum.*
xi. *Soluuntur argumenta Lutheri.*
xii. xiii. *Soluuntur obiectiones Melancthonis.*
xiv. xv. xvi. *Soluuntur Caluini.*

LIBER QVINTVS.

In quo de natura Indulgentiarum tractatur.

Cap. i. *De nomine Indulgentiæ & Iubilæi.*
ii. *An ſit in Eccleſia theſaurus fundamentum Indulgentiarum.*
iii. *An Eccleſia poßit huiuſmodi theſaurum applicare.*
iv. *Soluuntur obiectiones.*
v. *Quid propriè ſit indulgentia.*
vi. *Soluuntur obiectiones.*
vii. *A quo vinculo per indulgentias ſoluamur.*
viii. *Diluuntur obiectiones.*
ix. *De varietate indulgentiarum.*
x. *Vtiles eſſe indulgentias omnium generi hominum.*
xi. *Qui poßint indulgentias concedere.*
xii. *An requiratur cauſa iuſta vt indulgentia ſit rata.*
xiii. *De diſpoſitione ſuſcipientis indulgentias.*
xiv. *De indulgentijs pro defunctis.*

LIBER SEXTVS.

Quo refelluntur argumenta contra indulgentias.

Cap. I. R*Efutantur argumenta Lutheri.*
II. vſque ad VIII. incluſiuè. *Refutantur Caluini, & Heshuſij.*
IX. *Mendacia Kemnitij de Indulgentijs.*
X. *Refelluntur obiectiones Kemnitij ex ſcripturis.*
XI. vſque ad XVI. incluſiuè. *Refelluntur eiuſdem obiectiones ad argumenta Catholicorum.*
XVII. vſque ad XX. incluſiuè. *Refelluntur, quibus nititur probare indulgentias ignotas veteri Eccleſiæ, per mille & ducentos annos.*

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

LIBER PRIMVS.

Demonſtrat Pœnitentiam Sacramentum eſſe, & quas habeat partes.

Qui ſcripſerint de Pœnitentia, tam Catholici quam hæretici.

CAP. PRIMVM.

EX Catholicis ſcripſerunt [a] Cyprianus,[b] Pacianus, [c] Ephrem, [d] Ambroſius, [e] Ioannes Chryſoſtom. [f] Auguſtinus, [g] Theodoretus, [h] Victor Cartennenſis, [i] Hugo de S. Victore, [k] Petrus Lombardus cum Scholaſticis. 4. diſt.14. Gratianus, & Iuriſconſulti. 33.q.3. Thomas waldenſis tom. 2. de Sacramentis

[a] *ſerm. 5. de lapſis, & lib. ad Nouatianum. ſcripſit etiam integrum librũ de Pœnitentiâ Tertullianus, ſed inter Catholicos non enumeratur.*

[b] *Epiſtolis tribus contra Nouatianos, & Parænesi ad Pœnitentiam. 1. tom. Bibliothecæ PP.*

[c] *libro de Pœnitentiâ, & libro de vera Pœnitentiâ.*

[d] *libris duobus de Pœnitentia.*

[e] *homiliis 12. de Pœnitentiâ.*

[f] *homil. 27. & 50. & lib. de vtilitate Pœnitentiæ, & altero de Pœnitentiæ medicina. In libro 50. homiliar.*

[g] *tractatu de Pœnitentia in Epitome diuinorum decretor.*

[h] *volumine de Pœnitentiâ.*

[i] *2. de Sacram. par. 14.*

[k] *tribus libris de Pœnitentia.*

cap. 135 & ſeq. Ioan. Eckius, [l] Ioan. Roffenſis, Albertus Pighius controuerſia.9. [m] Petrus à Soto, [n] Ruardus Tapper, Ioannes Gropperus in Enchiridio Concilij Colonienſis, [o] Alphonſus à Caſtro, [p] Dieghus Payua, Iacobus Latomus in defenſione articulorum Louanienſium, & in libro de Confeſſione ſecreta, [q] Ioan. Antonius Delphinus, [r] Marianus Victorius, [s] Hoſius Cardinalis, [t] Lindanus, [u] Pereſius Aiala, [x] Vega, [y] Cochlæus, [z] Ioannes à Dauentria, [a] Ioannes Hofſmeiſterus, Alphonſus, Virueſius Philippica.9.10. & 11. [b] Ioannes Medina, [c] Melchior Canus, [d] Chryſoſt. Iauellus, Tilmannus, libro de Sacramentis cap. 4. Ex hæreticis, Lutherus libro de captiuitate Babylonica cap. de Sacram. Pœnitentiæ, [e] Melancthon, Oecolampadius in libro de Confeſſione. [f] Brentius, [g] Caluinus, [h] wigandus, [i] Petrus Palladius, Chytræus in ſua catecheſi, Martinus Kemnitius 2.par. Exam. ad. 14.ſeſſ. Beza cap. 7. ſuæ Confeſſionis fidei.

l *Refutatione articulor. Lutheri.*
m *de inſtit. Sacerdotum.*
n *explicatione articulor. Louanienſ.*
o *libris contra hæreſes.*
p *libro.8. Orthodoxarum explicationum.*
q *2. de Eccleſia.*
r *in hiſtoria de Sacramento Confeſſionis.*
s *in Confeſſione Polonica cap.44. & ſeq.*

t *4. Panopliæ 57. & ſeqq.*
u *lib. de traditionibus par. 3.* x *lib. 13. in Concil. Trident.*
y *in diſcuſſione articulor. 11. & 13. Confeſſionis Auguſtanæ.*
z *in refutatione eorumdem articulorum.*
a *in iudicio de iiſdem articul.*
b *tract. de Pænitent.*
c *relectione de Pænitentia.*
d *par. 5. tract. 5. de Philoſophia Chriſtiana.*
e *in Confeſſ. Auguſtana & in locis Communibus, titulo de Pænitentia Contrit. Confeſſ. Satisfact.*
f *Confeſſ. witemberg.* g *3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19. Inſtit.*
h *in Methodo doctrinæ Eccleſiæ Magdeburgenſis cap. 18.*
i *Admonitione de Pænitentiâ, & iuſtificatione.*

Omittuntur capita. 2. 3. 4. 5. 6. quæ conſumuntur in mendaciis, & calumniis Lutheri, Philippi Heshuſij, Caluini Kemnitij enumerandis. Cuicumque enim huiuſmodi impoſturæ proponentur facile erit eas diſcernere ex doctrina Catholica de Pœnitentia.

De nomine Pœnitentiæ.

Cap. VII.

[a] *annotatione in 1. Cor. 7.*

LAVRENTIVS [a] Valla contendit elegantiores eſſe Græcas voces μετάνοιαν, & μεταμέλειαν: quam *Pœnitentiam*, quod hæc ſignificet triſtitiam commiſſi, illæ, mentis emẽdationem.

[b] *Annot. in 3. Math.*

[b] Eraſmus μετάνοιαν per, *Reſipiſcentiam*, μετανοεῖν, per *Reſipiſcere vertit.* Imo ipſum Latinum vocabulum Pœnitentiæ in *Reſipiſcentiam* transformat: quaſi dicatur non à pæna, ſed à *ponè tenendo*, ac *pænitere* nihil aliud ſit quam [c] *poſterius conſilium tenere.*

[c] *ſiue intelligere poſt factũ.*

[d] *in 3. Matthæi.*

[d] Beza μεταμέλεσθαι vult ſignificare propriè *poſt rem factam ſollicitum, & anxium eſſe*, atque huic voci (quæ nuſquam fere in ſcripturis occurrit cum de conuerſione peccatoris agitur) reſpondere Latinam vocem *Pænitere*, Hebraicè נָחַם *Nacham.* μετανοεῖν verò (quod paſſim in ſcripturis occurrit) ſignificare propriè *poſt factum ſapere* Hebraicè שׁוּב [e] *Schuf conuerti*, vnde תְּשׁוּבָה *Teſchunah, Conuerſio*, Latinè, *Reſpicere, & Reſipiſcentia.*

[e] *epiſtola ad Vicarium ſui Ordinis ſcripta an. 1518. tom. 1. operum Lutheri witembergæ excuſſorum.*

Lutherus profitetur ſe ſtudio eruditiſſimorũ didiciſſe virorum vocem, *Pænitentiæ* non ſignificare odium, vel dolorem actæ vitæ, ſed iuſtitiæ & vitæ nouæ amorem. At ſi non originem, ſed horum vſum vocabulorum ſpectemus facilè intelligetur non ſolum נָחַם μεταμέλεσθαι, ſed etiam שׁוּב μe-

μετανοεῖν, & ipſum Latinum *Pœnitere* externum quoque ſignificare dolorem, ac pęnam ex interna conuerſione profectam.

[f] Iob vltimo: *Ago pœnitentiam* נִחַמְתִּי [g] *Nichamti in fauilla, & cinere.*

[h] Ioelis. 2. *Conuertimini ad me* שׁבו *Schuuu, in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.*

[i] Math. 11. & Lucæ 10. [k] *Si in Tyro, & Sidone facta eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere ſedentes pœnitentiam egiſſent* μετενόησαν. At *Reſipiſcentia*, ſi propriè accipiatur, ſaccum, & cinerem præcedit, nemo enim induit ſaccum, & in cinere ſedet, niſi reſipuerit antea. Ergo ſignificatur his verbis actio pœnalis aſſumpta dum quis dolẽs, in ſacco, & cinere ſedet. Math. 12. [l] ἄνδρες νινευῗται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα ἰωνᾶ. *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ.* At certum eſt Niniuitas egiſſe pœnitẽtiam in ieiunio, & ſacco Ionæ 3. Item. 2. Corinth. 12. [m] *Metuo ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui antea peccauerunt, &* μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ. *non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione.* Beza vertit equidem, *Reſipuerunt.* Sed ἐπὶ datiuo iunctum, cauſam ſignificare ſolet, poniturque pro, *Ob*, vel, *propter.* At non rectè, dicitur *reſipiſcendum ob culpam,* tanquam ob cauſam: ſed potius, *ob bonam inſpirationem:* rectè verò dicimus, *pœnitentiam eſſe agendam ob commiſſum peccatum:* eſt enim culpa pœnæ cauſa.

Baſilius oratione de fame, & ſiccitate appellat μετάνοιαν, externam Niniuitarum pœnitentiam.

Auſonius Epigrammate de occaſione & pœnitentia.

Sum Dea quæ facti, non factique exigo pœnas,
Nempe vt pœniteat ſic Metanæa vocor.

[f] v. 6.
[g] 'in coniugatione Niphal.
[h] v. 12.
[i] v. 21.
[k] 13. εἰ ἐν τύρῳ καὶ σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ, καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.
[l] v. 41. & Luc. 11. v. 32.
[m] v. 20. φοβοῦμαι γὰρ, &c. v. 21. μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν & impudicitia, quam geſſerũt.

Voluit autem Auſonius proprium eius ſimulachri nomen, quod vulgo Pœnitentia dicebatur, exprimere, & quia Latinum apud Ciceronem, & alios antiquos authores probatos non extabat, pro Latino poſuit Græcum. Nec credibile eſt, qui proprium nomen reddere volebat, alienum ſuppoſuiſſe pro proprio, id eſt, Metanœam pro [n] Metamelia, vt vult Beza.

[n] *producendo primam Syllabam, ſicut Virgilius produxit Primam in voce: Italiam: initio. 1. Aneid. Italiam fato profugus, &c.*

[o] Lactantius ſcribit quidem Metanœam poſſe verti *Reſipiſcentiam*, ſed ait ad reſipiſcentiam requiri ſeipſum caſtigare dementiæ, & ad rectiùs viuendum confirmare.

[o] *6. cap. 24.*

Latina vox, *Pœnitentia*, non eſt apud Ciceronem, eſt tamen Vox *pœnitere*, in eamet ſignificatione quam vſurpauimus: [o] *Quomodo* (inquit) *ſi naturalis eſſet ira, aut alius alio magis iracundus eſſet: aut finem haberet prius quam eſſet vlta, vlciſcendi libido, aut quemquam pœniteret, quod feciſſet per iram? vt Alexandrum regem videmus, qui cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit pœnitendi.* Vbi vox pœnitendi non ſignificat ſolam erroris agnitionem, ſed facti deteſtationem, cum deſiderio puniendi. Ouidius lib. 1. de Ponto.

[o] *4. Tuſculana.*

Pœnitet ô ſi quid miſerorum creditur vlli,
Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.
Cumque ſit exilium, magis eſt mihi culpa, dolori:
Eſtque pati pœnam, quam meruiſſe minus.

[p] *lib. de Pœnitentiâ.*

Tertullianus: [p] *Confeſſione* (inquit) *pœnitentia naſcitur, Pœnitẽtia Deus placatur*: At cõfeſſio naſcitur ex reſipiſcentia. Ergo Pœnitentia præter Reſipiſcentiam, aliquid aliud dicit, iuxta Tertullianum.

[q] *epiſt. 108.*

Aug. [q] *Eſt pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana, in quâ pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita noſtra.*

Denique vnde Pœnitentia diphtongum haberet quam habet vox Pœna, ſi a Ponè & non a Pœna deduceretur?

[a] *An Pœnitentia in lege gratia, ſignis manifeſtata externis, accedente ad eam verbo Abſolutionis, ſit propria noua legis Sacramentum.*

[a] CAP. 8.

CAP. VIII. IX. & X.

ID [b] Primi negarunt [c] Montaniſtæ: deinde Nouatus Preſbyter Carthagin. & ab eo [d] Nouatianus Preſbyter Romanus ſeductus. Quod negarent huiuſmodi hæretici, ab Eccleſia ſolui, aut reconciliari poſſe lapſos poſt Baptiſmum.

Lutherus, [e] *Propriè* (inquit) *ea Sacramenta vocari viſum eſt, quæ annexis ſignis promiſſa ſunt: quo fit vt ſi rigidè loqui volumus, tantum duo ſint in Eccleſia Dei ſacramenta, Baptiſmus, & Panis, cum in his ſolis, & inſtitutum diuinitùs ſignum, & promiſſionem remiſſionis peccatorum videamus* [f] &c. In propoſitionibus tamen aduerſus Louanienſes an. 1545. propoſ. 35. Pœnitentiam Sacramentum eſſe conceſſit. Melancthon in locis anni 1522 *Pœnitentiam* (inquit) *non eſſe ſignum, nihil obſcurum eſt. Eſt enim Pœnitentia vetuſtatis noſtræ mortificatio, & renouatio ſpiritus. Sacramentum eius vel ſignum, non aliud niſi Baptiſmus eſt.*

Idem tamen in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ. *Verè* (inquit) *ſunt Sacramenta, Baptiſmus, Cœna Domini, Abſolutio, quæ eſt Sacramentum Pœnitentiæ. Nā hi ritus habent mandatum Dei, & promiſſionem gratiæ, quæ eſt propria noui Teſtamenti.* Similia habet in locis anni 1143.

[b] CAP. 9.

[c] *apud Hieronym. epiſt. ad Marcellam de erroribus Mōtani: illi* (inquit) *ad omne penè delictum, Eccleſiæ obſerant fores: nos quotidie legimus: Malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem.*

[d] *vt intelligī poteſt ex Paciano epiſt. 3. ad Sympronianū & ex Hieron. in Nouatiano, libro de viris illuſtribus.*

[e] *libro de captiuit. Babylonic. ad finem.*

[f] *Nam Pœnitentiæ Sacramentum, quod ego his duobus accenſui, ſigno viſibili, & diuinitùs inſtituto caret, & aliud non eſſe dixi, quam viam, ac reditum ad Baptiſmum.*

[g] Zuinglius autem & [h] Caluin. negant abſolutè Pœnitentiam eſſe Sacramentum.

Propoſitio. [i] *Pœnitentia eſt Sacramentum propriè dictum.* [k] Non quod à Sacramenti ratione Abſolutionem excludamus, ſed quia nomen Sacramenti aptius tribui ſolet materiæ Sacramenti quam formæ. Ita enim Baptiſmus, ablutionem, id eſt materialem partem propriè ſignificat. Probatur propoſitio.

Primo. Ioan. 20. [l] *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Si agitur de Sacramenti ratione iuxta Catholicos, ibi inuenietur. Nam Dominus non conceſſit poteſtatem remittendi peccata, quin ſigno aliquo externo eam exerceri voluerit: nec ea exerceri potuit: niſi pœnitens aliquo viſibili ſigno demonſtraret ſe fateri peccata: Hæc ergo, [m] ſigna erunt iuſtificantis gratiæ, cuius promiſſio eſt manifeſta in textu. Quid enim Confeſſio ſignificat, niſi animi renouationem? Quid Abſolutio, niſi peccati ipſius, quo quaſi vinculo peccator conſtrictus tenebatur, relaxationem? Ea verò ſigna ſuo modo practica eſſe, & efficacia ex eo intelligimus, quod ſit ipſa Veritas quæ dixerit: *Quorum remiſeritis*, &c. Si iuxta Lutherum: erit etiam Pœnitentia vere Sacramentum. Nam ibi eſt ritus ex mãdato Dei cum annexa promiſſione gratiæ.

Si iuxta Kemnitium. Item. Nam 1. externum, ac ſenſibile ſymbolum erit, verba Abſolutionis, exempli gratia. 2. Habet id Symbolum inſtitutionem & mandatum Dei. 3. Hoc mandatum in nouo Teſtamento habetur. 4. adeſt ritus perpetuus: nec enim Dominus aſſignauit tempus quo vellet non amplius in Eccleſia remitti peccata, cum perpetuo Eccleſia egeat hac remiſſione. 5. Adeſt promiſſio gratiæ. 6. Hæc gratia in iuſtificatione, ac reconciliatione conſiſtit. 7. Eſt annexa & veſtita ſigno viſibili. 8. Promiſſio non tantùm in genere, ſed etiam in particulari applicatur ſingulis. Nam quem-

[g] *libro de vera ac falſa Religione cap. de Sacramentis.*

[h] *4. inſtit. 19. §. 15. & ſeqq. Beza in Confeſſ. fidei cap. 7. ar. 11.*

[i] CAP. 9.

[k] *Hæc habentur in Bellarmino cap. 8.*

[l] *v. 23.* ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς. ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

[m] *nimirum actus externus tum Pœnitentis, tum Abſoluentis.*

quemadmodum ex illis: *Docete omnes gentes baptizãtes eos*, &c. colligimus in particulari, ſingulis eſſe dicendum: *Ego te Baptizo*, &c. ſic etiã ex iſtis: *Quorum remiſeritis peccata*: colligere debemus in particulari ſingulis dicendum eſſe: *Ego te abſoluo*, &c.

Iuxta Caluinum, item. Adeſt enim ſymbolũ externum, quod non minus ſuſtentat fidem, quam illa verba. *Ego te baptizo*. Et ſicut qui ad Baptiſmum accedit, & in Chriſti familiam coaptari poſtulat, pietatem ſuam erga Deum, apud homines teſtatur ita etiam eandẽ teſtatur, qui ſigna Pœnitentiæ præ ſe ferens, & ad Abſolutionem accurrens, cum Deo reconciliari enixè flagitat.

Reſpondent Primò, ſignificari hoc loco Ioan. ſolum remiſſionem peccatorum, per Euangelij prædicationem, cùm Miniſter excitat fidem, qua remiſſio ipſa apprehenditur. Contra. etiam ſi ita foret, tamen ſemper Sacramentum iuxta ipſos eſſet. Nam omnia Sacramenta ſolùm eſſe volunt Euangelij annunciationem inſtituta ad excitandã fidem.

Quemadmodum igitur aquæ aſperſio cum verbo, *Ego te baptizo*, Sacramentum eſt, etiam apud aduerſarios, licet illud, *ego te Baptizo* referatur ad excitandam fidem, per annunciationem abſolutionis, nomine Dei factam: ſic etiam ſignum pœnitentiæ, quod peccator oſtendit, dum abſolutionem petit iunctum cum verbo, *te abſoluo*, Sacramentum erit cenſendum: etſi illud: *Ego te Abſoluo*, referatur ad excitandam fidem, per annunciationem abſolutionis, nomine Dei factam. Porrò debere Abſolutionem applicari in particulari nec aduerſarij negant. [n] *Caluin. in Antidoto Seſſ. 6. cap. 14. Concil. Trident. & Kemnit. 2. par. Exam. pag. 915.*

[n] Reſpondent. 2. agi hoc loco Ioan. de remiſſione peccatorum, cum per verbum prædicationis cõuertuntur infideles ad fidem, & per Baptiſmum adiunguntur ad Eccleſiam. Nam [o] Luc. vlt. iuſſit Dominus prædicari pœnitentiam in remiſſionem peccatorum in omnes gentes, videtur autem Lucas explicare Ioannem. [o] *v. 47.*

Contra. 1. etſi arbitretur [p] Cyrillus datam eſſe poteſtatem Apoſtolis remittendi peccata tam infidelibus, quam fidelibus, tamen vult ſimul vtrinque requiri Sacramentum, infidelibus, Baptiſmum, fidelibus reconciliationem pœnitentium, quæ certè non minus Sacramentum erit, quam remiſſio peccatorum in infidelibus. 2. veriſimilius eſſe agi hoc in Ioannis loco de poteſtate erga fideles: tùm quod non ſoleat Ioannes repetere quæ alij Euangeliſtæ dixerunt, niſi fortè cum aliquid circa eandem hiſtoriam addendum iudicat. At de mandato adminiſtrandi Baptiſmum ſatis ſcripſerant Mathæus, & Marcus: tùm quia Dominus iam dederat Apoſtolis ante paſſionem, baptizandi poteſtatem teſte [q] Ioanne, nulla ergo erat ratio cur eandem poſt reſurrectionem daret, aut id Ioannes ſcriberet: tùm quod poteſtas Clauiũ hoc Ioan. 20. Apoſtolis confertur, vt etiam hæretici concedunt. At Clauium poteſtas non eſt ad Baptiſmum neceſſaria: cum Laïci etiam baptizare poſſint: cumque ſit iudicialis poteſtas, ad infideles non extenditur: ergo ad ſolos fideles. Igitur nihil valet aduerſariorum reſponſio.

Ad rationem, negatur eadem de re agi Ioan. 20. & Lucæ vltimo. Nam aliud eſt, prædictum eſſe à Prophetis prædicandam pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in Chriſti nomine per omnes gentes, aliud, accepiſſe Apoſtolos à Domino Spiritum ſanctum, & ſimul poteſtatem remittendi, ac retinendi peccata.

Secundo probatur noſtra propoſitio ex PP. qui Pœnitentiam cum Baptiſmo conferunt, Tertull. [r] libro de Pœnitentia, [s] Ambroſius. *Cur baptizatis* (inquit) *ſi per hominem peccata remitti non licet? In Baſa ignoſcentiæ*

[p] *in eum Ioan. locum.*

[q] *cap. 4. initiò.*

[r] *Vbi docet duas eſſe ianuas ad remiſſionem peccatorum, Baptiſmum, & Pœnitentiam: venena prouidēs Deus clauſa ignoſcentiæ ianua, & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patêre: collocauit in veſtibulo Pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat.*

[s] 1. *de Pœnitent. cap.* 7.

ptiſmo enim vtique remiſſio peccatorum omnium eſt: neque intereſt vtrum per Pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius ſibi datum Sacerdotes ſibi vindicent, idem in vtroque myſterio eſt.

Hierony. [t] *Redimatur ſanguine Saluatoris, aut in domo baptiſmatis, aut in Pœnitentia, quæ imitatur baptiſmatis gratiam.* Item: [u] *Quod ſcriptum eſt, & ſanguis Ieſu emundat nos ab omni peccato: tam in confeſſione baptiſmatis, quam in clementia Pœnitudinis accipiendum eſt.*

Auguſtinus: [x] *An non cogitamus cum ad iſtorum periculorum peruenitur extrema, nec eſt poteſtas vlla fugiendi, quantus in Eccleſia fieri ſoleat ab vtroque ſexu, atque ab omni ætate concurſus alijs Baptiſmum flagitantibus, alijs reconciliationem, alijs etiam Pœnitentiæ ipſius actionem, omnibus conſolationem, & Sacramentorum confectionem & erogationem.*

Chryſoſtom. [y] *Neque enim* (inquit) *ſolùm cùm vos regenerant, ſed etiam poſtea, condonandorum nobis peccatorum, poteſtatem obtinent.*

[z] Theodoretus ait ſacrorum myſteriorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ figuras fuiſſe in teſtamento veteri ablutiones, & ſacrificia.

Leo: [a] *Multiplex miſericordia Dei, ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolum per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ.* [b] Victor Cartennenſis [c] circa annum. 400. *Dominum audi in Euangelio, quibus iaculis feriat peccatorem, vt intelligas quanti faciat Pœnitentiæ Sacramentum.*

Tertiò ex Concilio Tridentino: [d] *ſi quis dixerit in Catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe verè, ac propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.*

Quartò, ex teſtimonio vniuerſalis Eccleſiæ, [e] ſaltem à 500. annis.

t 1. contra Pelagianos.
u lib. 2.
x epiſt. 180.
y lib. 3. de Sacerdotio.
z Epitom. diuinorum decretorum cap. de Pœnitentiâ.
a Epiſt. 91.
b libro de Pœnitent. cap. 20.
c teſte Trithemio, & Gennadio.
d ſeſſ. 14. can. 1.
e vt conſtat ex Petro Lombardo quem Theologi omnes poſteriores ſequuntur 4. diſt. 14. & Decreto 3. Luciani 3. cap. Ad abolendam. Extra de Hæreticis.

Solnuntur argumenta.

Cap. XI.

PRIMA, [a] nulla eſt in Pœnitentiâ, cæremonia aliqua à Deo inſtituta ad excitandam fidem.

[a] *Caluin.* 4. *Inſtit.cap.*19.

Negatur non [b] eſſe cæremoniam inſtitutam à Deo: hancque & neceſſariam eſſe ad excitandam fidem: alioquin Baptiſmus in infantibus Sacramentum non eſſet.

[b] *vide ſuperiori capite.*

[c] Secunda, non habet Pœnitentia externum elementum & materiale vt Baptiſmus, vel Euchariſtia.

[c] *Kemnitij.*

Reſpondeo, nec id eſſe neceſſe vt ſit Sacramentum. Sufficit enim eſſe ſenſibile ſignum accommodatum ad rem ſignificatam: quomodo autem hoc ſignum materiale poſſit eſſe verbum [d] ſupra declarauimus.

[d] *lib.*1. *de Sacram. in genere cap.*18.

[e] Tertia, [f] Nathan abſoluit Dauid Contritum & Confeſſum, cui nec Satisfactio defuit. At non erat propterea Sacramentum Pœnitentiæ in antiquâ lege. Ergo neque Contritio, Confeſſio, Abſolutio, & Satisfactio conſtituent Sacramentum in lege gratiæ. 1. quia Petrus Actor. 10. affirmat ſe de Pœnitentiâ in Deum non aliter docuiſſe quam Prophetas. 2. quia Sacramentum Pœnitentiæ ex veteri Teſtamento probamus.

[e] *Kemnit.*
[f] 2.*Reg.*12.

Reſpondeo 1. nuſquam Nathan abſoluiſſe Dauid, ſed ſolùm declaraſſe abſolutum à Deo: ſicut qui aliquid recitant: non propterea ſequitur eos rem feciſſe.

Ad 1. probationem, Petrum non tradere ibi Pœnitentiæ ritum, nec explicare, quid requiratur neceſſariò ad eam, ſed ſolum [g] docere, Chriſto omnes prophetas teſtimonium perhibere remiſ-

[g] *v.* 43.

ſionem peccatorum accipere in nomine eius omnes,qui credunt in eum.

Ad 2. Pœnitentiæ quidem virtutem, nos ex veteri Teſtamento probare, non tamen Pœnitentiæ Sacramentum niſi fortè,ex figuris, & vaticinijs.

Quarta, Sacramentum Pœnitentiæ non habet fundamentum in prædicatione Pœnitentiæ Chriſti, & Præcurſoris eius. Ergo non eſt Sacramentum.

Admittitur antecedens, & negatur conſequens. Quia inſtitutum fuit poſt Reſurrectionem. Nec enim antea Chriſtus Apoſtolis mandauit remittere peccata.

Quinta, Paulus Actor. 26. recitans ſummam doctrinæ ſuæ de Pœnitentia, affirmat ſe nihil docuiſſe extra Prophetarum doctrinam dumtaxat.

Reſpondeò, non recitare ſummam doctrinæ de Pœnitentiâ, ſed ſolùm declarat, hominibus Pœnitentiam ante Baptiſmum agendam (quam non eſſe Sacramentum fatemur) annunciaſſe.quod verò producit Prophetas, non ad doctrinam de Pœnitentiâ, ſed de Chriſti [h] Aduentu, Paſſione, & Reſurrectione refert.

Sexta,nuſquam leguntur Apoſtoli exegiſſe enumerationem peccatorum ad remiſſionem, aut impoſuiſſe mulctam.

Reſpondeo, nec alicubi legi abſolutionem impendiſſe,aut annunciaſſe. Nec enim Paulus 2 Corinth 2. inceſtuoſum abſoluit, ſed abſolutionem à Corinthijs datam, (non [i] tamen ſine mulcta) approbauit.

Septima, non eſt alia Pœnitentia ante Baptiſmum, ac poſt: quia non eſt aliud Euangelium,aut alius Chriſtus,ac fides. At Pœnitentia ante Baptiſmum non eſt Sacramentum. Ergo neque poſt.

Reſpondeo, Maiorem veram eſſe de virtute Pœnitentiæ: falſam de Pœnitentiæ Sacramento. Neque propterea opus eſt alio Euangelio, vel Chriſto, aut fide. Sed tantum diuerſa inſtitutione ſub

[h] *v.22. vſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori, atque maiori nihil extra dicens, quam ea quæ Prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes.v.23. Si paſſibilis Chriſtus,ſi primus ex Reſurrectione mortuorum, &c.*

[i] *vt colligitur ex cap.7. v. 11. vbi inter alia nominat vindictam, quam de peccato illius inceſtuoſi exegerant.*

vno & eodem Chriſto, &c. Minor admittitur negatur concluſio: quia aliud eſt virtus Pœnitentiæ, aliud Pœnitentiæ Sacramentum.

Octaua, exemplum conuerſionis lapſorum poſt Baptiſmum extat in epiſtola ad Galatas. At Paulus non eos reuocat ad nouam reconciliationis rationem, ſed ſolùm vehementiſſimè concionatur cōtra perſuaſionem de iuſtificatione ex operibus.

Reſpondeo, ex epiſtola ad Galatas ſolùm conſtare, dumtaxat, Galatas defeciſſe, & moneri à Paulo, [k] vt ad viam veritatis redeant. At quomodo redierint, vel reconciliati fuerint ibi nullo modo explicari.

[k] *nec enim prius reconciliarentur, quam ad fidem reuocarentur.*

Nona, Sacramentum Pœnitentiæ ductum eſt à ſpectaculis publicæ Pœnitentiæ quæ olim iniungebatur ab Eccleſia cum magnâ ſeueritate.

Negatur. Deinde eſto, prima lapſorum reconciliatio in publica Pœnitentiâ fuerit: cur ea Sacramentum eſſe non potuit, cum ſymbolum fuerit externum, & gratiæ ac iuſtificationis promiſſionem contineat.

An Pœnitentiæ Sacramentum à Sacramento Baptiſmi ſit diuerſum.

CAP. XII. & XIII.

[a] NEGANT [b] Lutherus, [c] Melanchthon, [d] Caluinus: Kemnitius etſi fateatur aliud eſſe Baptiſma, aliud Pœnitentiam: tamen vult, ſi fortè peccemus poſt Baptiſmum, eſſe recurrendum pro remiſſione ad illum.

Contraria ſententia vera eſt, eaque de fide.

[e] Primo, Circunciſio erat in veteri lege figura Baptiſmi. At nuſquam inuenitur præſcriptam fuiſſe memoriam Circunciſionis in remiſſionem peccatorum, poſt Circunciſionem: ſed [f] ſacrificia & ex-

[a] CAP. 12.
[b] *libr. de Captiu. vide ſupr. cap. 9.*
[c] *in locis anni 21. tit. de Pœnitentiâ.*
[d] *2. par. Exa. pag. 929. 930. 931. 932.*
[e] CAP. 13.

piationes, ac peccatorum confeſſionem. Ergo, vt [f] veritas reſpondeat figuræ, neque in lege gratiæ memoria Baptiſmi erit in peccatorum poſt Baptiſmum remiſſionem.

[f] *Leuiti.4.5.6.*

Secundò, epiſtola 1. cap. 1. loquens Ioannes de peccatorum remedio poſt Baptiſmum, non meminit Baptiſmi, ſed. [g] *Si confiteamur* (inquit) *peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

[g] *v.9.* ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι, καὶ δίκαιος ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας.

Tertiò, Hebræor. 6. *Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, & prolapſi ſunt rurſus renouari ad Pœnitentiam.* Id eſt, iuxta expoſitionem Ambroſij, Chryſoſtom. Theodoreti, & aliorum [h] non eſſe aliud Baptiſma poſt lapſum.

[h] *vide tom.1. lib.1. de Verbo Dei cap. 17. in reſponſ. ad 5.*

Quartò, nullum aut ſcripturæ, aut traditionis exemplum proferri poteſt quo pateat fuiſſe peccantes poſt Baptiſmum remiſſos ad memoriam eius pro remiſſione peccatorum: cum tamen ſcriptura non tacuerit [i] aliquorum lapſum.

[i] *vt Simonis Actor. 8. inceſtuoſi 1. Cor.5.*

Quintò, ex PP. [k] Tertullianus vocat Pœnitentiam, tabulam poſt naufragiũ, ſecundam ianuam, & ſpem, ac per multos labores perueniendum ad remiſſionem poſt Baptiſmum, cum ante Baptiſmum facilius pateret aditus.

[k] *lib.de Pœnitentia.*

Cyprian. [l] aſſerit poſt Baptiſmum lapſos multis debere lachrymis, ac ieiunijs culpam abluere.

[l] *ſerm. de lapſis.*

[m] Ambroſius comparat Pœnitentiam tabulæ naufragij. [n] Nazianz. orat. in ſancta lumina diſtinguit Baptiſmum aquæ, facilem à Baptiſmo lachrymarum pro Pœnitentibus.

[m] *lib.ad Virginem lapſam cap.8. & Hieronym. in 3. Iſaiæ, ac Pacian. epiſt. 1.*

[n] *orat.in Sancta lumina.*

[o] Epiphan. ait lapſos poſt Baptiſmum non poſſe amplius confugere ad Baptiſmum. Sed aliud eſſe remedium quærendum, Pœnitentiam nempe.

[o] *hæreſ.59.*

Auguſtinus. [p] *Si infans* (inquit) *poſt Baptiſmum propria incipiat habere peccata, illa non regeneratione auferuntur, ſed alia curatione ſanantur.*

[p] *epiſt.23.*

Item. [q] *Si a Cathecumeno factum eſt homicidium: Baptiſmate abluitur: ſi à Baptizato, Pœnitentia, & re-*

[q] *lib. 2. de adulterinis coniugiis cap.16.*

r 3. *de Sacerdotio.*
s 12. *in Ioan.* 56.
t *Epitome diuinorum decretorum cap. de Pœnitentia.*
v 4. *fid.* 10.
x *ſeſſ.* 14. *can.* 2.
y *Luc.* 12. *v.* 47. ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. *v.* 48. ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας.
z 4. *Inſtit.* 15. §. 14.

conciliatione eget. r Chryſoſto. & s Cyrill. apertè diſtingunt modum remittendi peccata per Baptiſmum, ac per alia Sacramenta.

t Theodoretus, vulnera poſt Baptiſmum accepta, curabilia quidem eſſe ait, ſed non vt olim, negotio facili, per lauactum regenerationis, ſed per lachrymas multas, & laborioſa opera. Denique v Damaſcenus idem quod Nazianz. habet.

Sextò ex definitione Tridentini Concilij. x *Si quis Sacramenta confundens, ipſum Baptiſmum Pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit: quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideò Pœnitentiam non rectè ſecũdum poſt naufragium tabulam appellari. Anathema ſit.*

Septimò, non eſt æquum, eadem facilitate Deum ignoſcere peccantibus ſcienter, id eſt poſt Baptiſmum, ac peccantibus ignoranter, id eſt ante Baptiſmum. *Nam ſeruus* y *qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.*

Octauò, Ritus Baptiſmi, & Pœnitentiæ diuerſam materiam & formam habent, ergo diuerſa ſunt Sacramenta. Aliud eſt enim: *Ego te Baptizo*, aliud: *Ego te abſoluo*, verba namque id ſignificare debent, quod ſonant. At baptizare eſt abluere à ſordibus, abſoluere verò, à vinculis ſoluere.

Reſpondet z Caluinus poteſtatem Clauium non exerceri ſine prædicatione Euangelij, qua annunciamus impios mundari ſanguine Chriſti. At hæc mundatio fit per Baptiſmum. Igitur tam illa: *Ego te Baptizo*, quam hæc, *te abſoluo*, ad idem referuntur Sacramentum.

Reſpondeo, quidquid ſit de Maiore Minorem falſam eſſe de mundatione poſt Baptiſmum. Sanguis enim Chriſti non vno, & eodem applicatur modo: alio enim per Baptiſmum, alio per Euchariſtiam, alio per Pœnitentiam, &c.

Nonò, miniſtri diuerſitas, diuerſa Sacramenta teſtatur. At ſolis preſbyteris conuenit reconciliare

Pœnitentes: & ſi aliter fit irrita eſt abſolutio. Laïci autem poſſunt in caſu neceſſitatis baptizare. Ergo, &c.

Decimò, debent reconciliati, infallibiliter ſcire ſe iuſtificatos, iuxta aduerſarios. At ſi vera ſit illorum ſentẽtia de Pœnitẽtia, id fieri nequit, niſi [a] certiſſimè ſciant ſe Bāptizatos. id ſcire nequeunt niſi baptizentur adulti. Ergo ſi iuſtificatio locum habere debeat poſt Baptiſmū ſoli adulti baptizandi erunt.

a nimirum vt certo reuocare poßint in memoriam præteritum Baptiſmum.

Vndecimò, vel Baptiſmus cum ſuſcipitur delet etiam futura peccata, vel cum poſtea ad memoriam reuocatur. Si prius: ergo baptizati omnes, quantumuis poſtea peccent, neceſſario ſaluabuntur: & ſimul peccabunt & non peccabunt. Si enim deleta ſunt iam peccata, quomodo peccabunt quando flagitia patrabunt, vt homicidium, furtum? &c. quod enim non eſt peccatum, nequit peccatorem facere: ſi reuera committant peccata, ſicut ſupponitur, quomodo non peccāt? Si poſterius: Quid facient baptizati infantes, qui poſtea cum adoleuerint nihil de ſuo audierunt Baptiſmo?

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIIII.

PRIMA, [a] Baptiſmus non deletur per peccatum. Igitur tota vita vtilis eſſe poterit ad remiſſionem peccatorū, ſi in memoriam reuocetur.

a Caluini obiectiones.

Reſpondeo tria eſſe in Baptiſmo. 1. ſignum ipſum viſibile, ſiue ipſa actio Baptiſmi. 2. interna regeneratio: 3. caracter quo fit Baptizatus ouis Chriſti. primum tranſit vt patet: ſecundum deperditur per læthale peccatum: tertium nuſquam amittitur, ſed non ſufficit ad remiſſionem peccatorum maximè iuxta aduerſarios tum quia illum non admittunt,

tum quod non ſit viſibile ſignum obſignans promiſſiones.

Secunda, etſi Hieronу. dixerit Pœnitentiam eſſe poſt naufragium tabulam, tamen ſolum intendit Pœnitentia reparati Baptiſmum.

Negatur hæc interpretatio: quia tabula poſt naufragium non reparatur nauis, aut reditur ad nauem: ſed à periculo eruimur, & ad portum venitur.

Tertia, Baptiſmus dicitur Sacramentum fidei, & Pœnitentiæ.

Reſpondeo id dici reſpectu Pœnitentiæ quæ in adultis debet præcedere Baptiſmum.

Quarta, Baptiſmus Ioannis vocabatur Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

[b] *hac de re vide ſup. plura lib. de Baptiſmo. cap. 23.*

[b] Reſpondeo. 1. aliud eſſe Baptiſma Ioannis, aliud Chriſti. 2. non dici Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, quod remitteret peccata, ſed quod ad Pœnitentiam prouocaret.

De partibus eſſentialibus Sacramenti Pœnitentiæ.

CAP. XV.

PRIMÒ, certum eſt peccata, ſiue peccatorem eſſe materiam remotam huius Sacramenti. Sed nõ talem materiam ex qua tanquam ex altera parte, Sacramentũ perficiatur, ſed potius circa quã Sacramentũ operetur: quẽadmodum ex morbis non fit ægroto medicamentum ſed circa morbos exercetur medicamentum.

Secundò, Abſolutionem eſſe eſſentialem partem formalem, eſt enim, ſignũ, ac cauſa remiſſionis peccatorum. Et quamuis iuxta vſum Eccleſiæ omnino ſeruandum his contineatur verbis: *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, tamen qui in eundem diceret ſenſum:

Remitto tibi peccata tua, vel, *Remittuntur tibi peccata tua*, reuera etiam abſolueret.

Tota quæſtio verſatur, an aliquid præterea ad eſſentiam huius Sacramenti pertineat.

Prima, [a] opinio vult totam Sacramenti eſſentiam in Abſolutione eſſe.

[b] Secunda præter abſolutionem, eſſe ritum viſibilem à miniſtro adhibitum, quamuis quis ſit ille ritus non ſatis explicetur.

Tertia, cum Abſolutione eſſe Baptiſmum ſiue Baptiſmi recordationem quæ ſententia refutata eſt.

Prima propoſitio: Nullus eſt ritus à miniſtro adhibitus, præter verbum Abſolutionis, qui Sacramenti materia dici poſſit, [ſi dici poſſit.]

Nam tres tantum ſunt Miniſtri actiones dumtaxat. 1. manuum impoſitio: ſed de Sacramenti eſſentia non eſt, nullo enim teſtimonio, probari poteſt vel exemplo. Nec refert Concilium [c] Carthag. 4. velle Pœnitentes, qui ob vitæ periculum viaticum Euchariſtiæ ſuſceperant, ſi ſuperuixiſſent non eſſe abſolutos ſine man⁹ impoſitione: accipit enim manuum impoſitionem pro ipſa Pœnitentiæ actione. 2. ſignum crucis quod neque Catholici, neque hæretici eſſentiale in Sacramento Pœnitentiæ requirunt. 3. eſt motus ille viſibilis labiorum, ac linguæ in verborum pronunciatione: & is neque erit [d] eſſentialis pars Sacramenti huius: tùm quod ſit communis omni pronuntiationi, tùm quod per ſe nihil ſignificet.

Secunda propoſitio: *Actio Pœnitentis quaſi materia & Sacerdotis quaſi forma, Sacramenti Pœnitentiæ rationem atque eſſentiam complent.*

Probatur primò, ex [d] Concilio Florentino in inſtructione Armenorum, qua vocat Pœnitentiam Sacramentum eiuſque partes materiales eſſe ait actus Pœnitentis, formam autem verba Sacerdotis: *Ego te Abſoluo.*

Secundò, [e] Lucius. 3. vocat Confeſſionem pec-

[a] *Scoti 4. diſt. 14. q. 4. & diſt. 16. q. 1. Okami, Ioannis maioris, Almayni.*

[b] *Melanthonis in Apolog. Confeſſ. Auguſta. ar. 13.*

[c] *can. 78. iuxta Bellarm.*

[d] *Quartum Sacramentum eſt Pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus Pœnitentis, &c. Forma huius Sacramenti eſt: Ego te Abſoluo, &c.*

[e] *cap. Ad Abolendam de hæretic.*

catorum, Sacramentum. At quomodo id verum erit: ſi non ſpectet ad eſſentialem Sacramenti rationem.

[f] Omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tāquam forma, & perſona miniſtri Conferentis Sacramētum cum intentione faciendi quod facit Eccleſia.

[g] ſeſſ.14.cap. 3.

Tertiò, idem Concilium [f] ait omnia Sacramenta perfici tribus materia, forma, & intentione miniſtri. Non igitur Sacramentum Pœnitentiæ in ſola forma conſiſtit.

Quartò, [g] Concil. Trident. docet formam Sacramenti Pœnitentiæ eſſe illa verba: *Ego te Abſoluo, &c.* actus verò Pœnitentis quaſi materiam. Et tam actus Pœnitentis, quam Abſolutionem ad integritatem huius Sacramenti pertinere.

Quintò actio Pœnitentis eſt ſenſibile gratiæ iuſtificantis ſignum, & ex Dei promiſſione concurrit ad remiſſionem peccatorum. Cur igitur pars quædam Sacramenti non erit?

Soluuntur obiectiones.

CAP. XVI.

[a] Kemnitij.

PRIMA, [a] fuit ignota antiquis diſtinctio materiæ, & formæ in Sacramento Pœnitentiæ.

Reſpondeo, nomina quidem materiæ & formæ duntaxat non fuiſſe in vſu, rem fuiſſe. Nam docuerunt Patres ad hoc Sacramentum requiri actus Pœnitentis, & Abſolutionem.

Secunda, neque ipſi Scholaſtici hac in re conueniunt. Reſpondeo omnes conuenire in Sacramenti formâ, omneſque fateri requiri actus Pœnitentis ad hoc Sacramentum: quamuis alij exigi vt eſſentiale quid velint, alii minimè.

Tertia, Sacramenta ſunt actiones Dei. Ergo nō hominis. Reſpondeo eſſe actiones Dei per actiones hominis, vt per inſtrumenta.

[b] nimirum Gabrielis tempore.

Quarta, [b] ante 100. annos nihil certi de materia huius Sacramenti habuit Eccleſia.

Negatur: Nam Concilium Florentinum fuit ante 140. annos.

Quinta, Concilium Tridentinum non dixit actus Pœnitentis eſſe materiam, ſed quaſi materiã.

Reſpond. id dixiſſe, non quod non habeat rationem veram materiæ, vt ſumitur in Sacramẽtis: ſed quia hæc materia non ſe habet perfectè inſtar phyſicæ, quæ tractabilis, & permanens eſt.

Sexta effectus Sacramenti huius nempe remiſſio peccatorum, non ſignificatur per Confeſſionem, Contritionem, Satisfactionem.

Negatur. Nam ſicut verba Abſolutionis ſignificant ſacerdotem expellere peccatum, ſic actus Pœnitentis ſignificant pœnitentem recedere à peccato.

Septima, id Sacramẽtum eſt quod à miniſtro cõfertur. At Miniſter huius Sacramenti eſt ſolus Sacerdos.

Ad Maiorem, eſſe veram de collatione à miniſtro per ſe, vel per cooperatorem. Ad Minorem, [c] eſſe Pœnitentem cooperatorem Sacerdotis, in quantum actio Pœnitentis ad Sacramentum non pertinet niſi quatenus poteſtati Sacerdotali ſubijcitur, & à Sacerdote dirigitur vel iubetur.

[c] vt ſi Medicus iubeat ægrotum poſt ſumptum pharmacum inambulare, tametſi ægrotus id faciat, non propterea dicetur ſuipſius medicus, ſed tantum qui pharmacũ præbuit, & deambulationẽ iuſſit.

Octaua, ſola Abſolutio eſt gratiæ cauſa, cum tota vis ſacramentalis in clauibus reſideat: claues autem ſunt Sacerdotis non pœnitentis. Ergo actio pœnitentis ad Sacramentum non ſpectabit. Non enim eſt pars Sacramenti, quæ ad effectum Sacramenti non concurrit.

Reſpondeo 1. Negando conſequ. cum ſua ratione. Nam ſicut homo corpore, & ſpiritu conſtat, & tamen ſolo intelligit ſpiritu: ſic fieri poteſt vt aliquod Sacramentum ex duabus partibus conſter, & per vnam tantùm operetur. 2. Negatur antecedens cum ratione ſua. Etſi enim principalis Sacramentalis vis reſideat in Clauibus, non tamen tota: quia Deus vtitur etiam actionibus Pœnitentis in-

ſtrumentaliter ad ſignificandam, & efficiendam ſanctificationem.

De Partibus materialibus Sacramenti Pœnitentiæ.

CAP. XVII. & XVIII.

PARTES eſſentiales diximus eſſe abſolutionem & Pœnitentis actus. Quæſtio iam verſatur de ipſis actibus inter ſe, quę materiæ rationem habent.

Prima opinio eſt [a] Durandi, *ſolam Confeſſionem eſſe materialem huius Sacramenti partem: Contritionem ſe habere vt diſpoſitionem, Satiſfactionem verò eſſe Pœnitentiæ fructum.*

Primò, quia in Scripturis opera ſatiſfactoria dicuntur Pœnitentiæ fructus.

Secundò, quia quælibet Sacramenti pars debet ſenſibilis eſſe, qualis Contritio non eſt.

Tertiò, quia hoc Sacramentum, vel exigit Satiſfactionem in voto, vel in re. Si prius non eſt ſenſibilis: ſi poſterius, non eſt præſens quando perficitur Sacramentum.

Contraria ſententia eſt [b] communis, probaturque [c] ex Florentino, atque [d] Tridētino Concil. quibus definitur actus Pœnitentis Contritionem, Confeſſionem, & Satiſfactionem eſſe quaſi materiam huius Sacramenti.

Ad primum aliud eſſe loqui de virtute aliud de ſacramento Pœnitentiæ: illa non conſtat ex partibus, cum ſit habitus ſimplex. Quare Contritio, Confeſſio, & Satiſfactio, ſunt tantùm eius actus: hoc verò conſtat ex partibus vt dictum eſt. De priori loquuntur in argumento ſcripturæ, non poſteriori.

Ad 2. Contritionem non eſſe partem niſi quatenus externo exprimitur ſigno: & quamuis id ali-

[a] 4. *diſt.* 16. *q.* 1.

[b] *in* 4. *diſt.* 16. *& D. Thom.* 3. *par. q.* 90. *ar.* 2.

[c] *ſupr.*

[d] *ſupr. can.* 3. *Si quis negauerit ad integrā, & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in Pœnitente quaſi materiā huius Sacramenti Pœnitentiæ videlicet Contritionem, Confeſſionem, & Satiſfactionem, &c. Anathema ſit.*

quando per ipſam fiat Confeſſionem: tamen tunc habet Confeſſio vim duplicis ſenſibilis ſigni. Quia aliud eſt peccatum confiteri, aliud Contritionem ipſa Confeſſione exprimi: poteſt enim aliquis ſine vllo Contritionis ſigno peccata per iactantiam cõfiteri.

Ad 3. vtroque modo pro diuerſa ratione requiri: in voto autem ſenſibilis eſt, tum verbo Sacerdotis eam imperantis, tum nutu Pœnitentis eam admittentis in re verò ideo præſens non eſt, quia integrans eſt pars tantum, quare ſi deſit, verum Sacramentum nihilominus erit, ſed mancum: eſſentiales enim materiales partes, ſunt tantum Contritio, atque Confeſſio.

[e] Secunda [f] opinio non alios agnoſcit actus Pœnitentis neceſſarios ad Abſolutionem tanquam Pœnitentiæ partes, quam Contritionem (id eſt terrorem conſcientiæ ex minis legis incuſſos) & fidem (id eſt fiduciam certam remiſſionis peccatorum conceptam ex Euangelij pollicitatione) quas partes duas [g] Melanchon vocat *mortificationem & viuificationem*,

[h] Tertia, adiungit ad illas duas tertiam, nempe opus bonum, ſiue Obedientiam nouam.

[i] Quarta, ſolam admittit mortificationem vitiorum, id eſt, abnegationem ſui ac ſpoliationem totius veteris hominis, & viuificationem, id eſt pium bene viuendi ſtudium, atque affectum ad opera bona, nimirum Pœnitentiæ fructus.

[k] Prima propoſitio: *terror incuſſus à lege non rectè inter partes Pœnitentiæ numeratur.*

Probatur primo. [l] *Quæ ſecundum Deum* (inquit Paulus) *triſtitia Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Per *Triſtitiam* nequit intelligi Pœnitentia ipſa, ſed timor incuſſus ex vehementi obiurgatione: tum quia vnam ab alia diſtinguit Paulus [& vni tribuit rationem cauſæ, alteri effectus] tum quod nõ dixiſſet *Gaudeo non quia cõtriſtati eſtis*, ſed potius, *Gaudeo quia contriſtati eſtis*: cum propter Pœniten-

[e] CAP. 18.
[f] *Lutheri refutatione artic. Louanienſ. propoſit.* 37.
[g] *in Locis cap. de Pœnitentia.*
[h] *Lutheri in prima diſputat. contra Antinomos edita an.* 1538. *propoſit.* 1. *& Philippi in diſput. de Pœnitentia, quam an.* 1548. *habuit.*
[i] *Caluini* 3. *Inſtit.* 3. § . 8.
[k] CAP. 19.
[l] 2. *Corinth.* 7. *v.* 10. ἡ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.

tiam ſit maximè gaudendum. Ergo alius eſt iuxta Paulum ille timor, alia verò Pœnitentia ipſa.

Secundò, nullus Theologus poſuit inter partes Pœnitentiæ hunc timorem vt patet ex eorum [m] definitionibus.

Tertiò, quicumque motus ad Pœnitentiam ſpectantes, non ſunt eius partes, ſed actus qui ex ipſa virtute Pœnitentiæ prodeunt. At terreri minis, non eſt vllius virtutis actus, ſed naturalis affectio, quam in ipſis etiam pueris, ac beſtijs cernimus.

Quartò, huiuſmodi terrores inueniuntur etiam [n] in animis impœnitentibus, non inueniuntur aliquando in Pœnitentibus. Quomodo ergo pœnitentiæ pars erunt?

Secunda propoſitio: *Fides non eſt Pœnitentiæ pars, etſi ad eam requiratur.* Probatur.

Primò, ex Marci 1. [o] *Pænitentiam agite, & credite Euangelio.*

Secundò, Actor. 20. [p] *Teſtificans Iudæis, atque Gentibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*: quibus in locis Fides à Pœnitentia manifeſtè diſtinguitur.

Tertiò, Fides Pœnitentiam præcedit, vt patet tum exemplo Niniuitarum: [q] *Crediderunt Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & induti ſunt ſaccis*: tùm quia nequit ſeriò Pœnitentia fieri, niſi prius credantur quæ Deus impœnitentibus minatur, Pœnitentibus pollicetur. Ergo Fides non poterit eſſe Pœnitentiæ pars.

Quartò, fides non eſt actus Pœnitentiæ virtutis. Ergo neque Sacramenti Pœnitentiæ pars.

Tertia propoſitio, *Illa Lutheranorum fiducia quam fidem vocant nequit eſſe Sacramenti Pœnitentiæ pars.*

Primò, quia nullus [r] PP. huius meminit in definitione huius Sacramenti.

[m] *apud Magiſtrum 4. diſt. 14. & Gratianum de Pœnitentia diſtinct. 3.*

[n] *vt in dæmonibus, qui credunt, & contremiſcunt Iacobi 2. v. 19.*

[o] *v. 15. μετανοεῖται, καὶ πιστεύεται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.*

[p] *v. 21. διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, & Græcis τὴν εἰς τὸν θεὸν μετάνοιαν.*

[q] *Ionæ. 2. v. 5.*

[r] *Plena* (inquit *Ambr. in Pſal. 37.*) *eſt definitio Pœnitentiæ, Commemoratio delictorum, vt vnuſquiſque peccata ſua, velut quodam quotidiani ſermonis caſtiget flagello, & commiſſa ſibi flagitia condemnet. Quæ certè aliquis habere poterit abſque fiducia Lutherana.*

Secundò

Secundò, quia Niniuitæ crediderant in Deum per Ionam,& tamen hanc fiduciam non habebant, cum dicerent: [s] *quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* Nihilominus Pœnitentiam Deo gratam egiſſe ſcriptura teſtatur. — [s] *Ion.3.v.9.*

Quarta propoſitio: *Non ſunt omnia opera bona, quæ poſt iuſtificationem fiunt, inter partes Pœnitentiæ numeranda.*

Probatur. Nam multa fiunt ex ſola charitate in Deum, vel proximos, vel legis obſeruatione, aut iuſtitia ex debito, quæ non minus fierent, etſi peccata non præceſſiſſent:& proinde ad præterita peccata relationem non habent.

Quinta: *falſa eſt opinio Caluini ſupra.* Probatur.

Primò, ſcripturæ docent Pœnitentiam eſſe viam ad iuſtificationem, id eſt priorem iuſtificatione Hierem. [t] 18. Actor. 8. [u] Pœnitentiam age ab hac nequitia tua,& roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. At iuxta opinionem Caluini Pœnitentia poſterior eſſet. Illa enim mortificatio vitiorum,& ſtudium bene operandi iuſtificationem ſequitur. — [t] *v.8. Ezech. 33. v.14.15.16.* [v] *v.22.* μετανόησον ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι οἱ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.

Secundò, hæc mortificatio eſt omnium iuſtorum. At Pœnitentia non niſi peccatorum. Ergo hæc mortificatio, non eſt Pœnitentiæ pars.

Sexta propoſitio. *Tres ſunt Pœnitentiæ partes Contritio, Confeſſio & Satisfactio.* Probatur.

Hæ tres ſunt actus Pœnitentiæ virtutis. Ergo partes actualis Pœnitentiæ, ſub ratione Sacramenti in remiſſionem peccatorum. Conſequens patet. Antecedens probatur.

Primò ex ſcripturis, de Contritione Deuteron. 4. [x] *Cum quæſieris Dominum inuenies, ſi tamen quæſieris in toto corde, & tota tribulatione animæ tuæ.* vide [y] plura infra. De Confeſſione Numeror. 5. [z] *Vir, ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, confitebuntur peccatum ſuum,* &c. De ſatisfactione, Ioelis. 2. [a] *Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu & planctu.* — [x] *v.29.* [y] *lib.2.* [z] *v.6.& 7.* [a] *v.12.*

[b] v. 10. — Secundò, exemplis ſcripturæ. 2. Reg. 24. [b] *percuſsit cor Dauid eum.* Ecce Contritio; Et dixit Dauid ad Dominum, *Peccaui valdè in hoc facto.* Ecce confeſſio: deinde adiungit, [c] *vertatur obſecro manus tua contra me.* Ecce ſatisfactio.

[c] v. 17.

Niniuitæ [d] *Conuertatur* (inquiunt) *vir à via ſua mala*: Ecce Contritio: *Et clament ad Dominum in fortitudine*: Ecce Confeſſio: [e] *homines & iumenta non guſtent quidquam*, &c. En Satisfactio.

[d] *Ionæ* 3 v. 8.

[e] v. 7.

Publicanus Lucæ. 18 non audebat leuare oculos in cœlum in ſignum Contritionis: deinde dicebat, [f] *Deus propitius eſto mihi peccatori*, quod ad Confeſſionem ſpectat: denique ſuum percutiebat pectus in Satisfactionem.

[f] v. 13. ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

Filius prodigus primùm deteſtatur ſuum ſtatum deinde: [g] *Pater* (inquit) *peccaui in cœlum, & coram te*, denique: *Iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.*

[g] v. 18. πάτερ ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιον σοῦ. v. 19. καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου: ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

Tertiò ex PP. [h] Tertullianus cùm dixiſſet oportere Pœnitentem mœroribus animum deiicere, ingemiſcere, lachrymari ſacco cineri incubare, ieiuniis alere preces, ſubiungit de Confeſſione: *Hæc omnia Exemologeſis, vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipſa pronuncians pro Dei indignatione fungatur.* Cyprianus ſermone de lapſis. Chryſoſtom. [i] *In corde* (inquit) *Contritio eſt, in ore Confeſſio, in opere tota humilitas: hæc eſt perfecta, & fructifera Pœnitentia.* Auguſt. [k] *Sanat* (inquit) *contritos corde, ſanat confitentes, ſanat ſeipſos punientes.*

[h] *lib. de Pœnitentia.*

[i] *ſerm. de Pœnitentia tom. 5. poſt homilia. 10. de Pœnitentia.*

[k] *tract. in Pſal. 146.*

Quartò, Pœnitentia cuius eſt quæſtio ſpectat ad peccatum tollendum, & amicitiam cum Deo reſarciendam. Ad hoc autem neceſſarium eſt. 1. dolere ſe peccaſſe, ac amicitiam violaſſe: quando enim recuperaret amicitiam qui non doleret amiſſam? 2. ſubiicere ſe pœnæ ad arbitrium Dei, & proinde miniſtrorum eius hac in parte, quod fieri nequit niſi & Pœnitens ſuas miniſtro patefaciat culpas, & multam à miniſtro iniunctam ſuſcipiat.

Quintò, ipſa natura duce videmus hæc tria obſeruari à ſeruis erga dominos, filiis erga parentes, vxoribus erga ſponſos cum in reconciliationem redeunt. At Deus ſe habet erga nos vt dominus, pater, ſponſus.

Sextò, conueniens eſt, vt ſicut ſunt tria peccandi inſtrumenta cor, lingua, manus: ita hæc tria ſint quoque veluti Pœnitentiæ inſtrumenta, per Contritionem in corde, Confeſſionem in ore, Satisfactionem in opere.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XX.

PRIMA [a] Caluini ex illo Iſaiæ: [b] *Quieſcite agere peruerſe, diſcite benè facere.* Item Pſal. 33. [c] *Declina à malo, & fac bonum.* Ecce duæ Pœnitentiæ partes mortificatio vitiorum & ſtudium operis boni.

Ad 1. teſtimonium, hæc præmitti, ante iuſtificationem ſubiungitur enim: [d] *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, ſicut lana alba erunt.* At huiuſmodi mortificatio, & viuificatio iuſtificationem ſequuntur. Ergo de his Iſaias non agit.

Ad 2. hoc proprie conuenire iuſtis: nec reperietur in ſcripturis *Declinare à malo, & facere bonum* Pœnitentiam appellari.

Secunda, [e] *Pœnitentia eſt anteacta peccata deflere, & flenda non committere.* Item *Vindicta quædam puniens in ſe quod dolet commiſiſſe.* At hæc fieri poſſunt ſine Confeſſione.

Reſpondeo has definitiones ad Pœnitentiæ virtutem extra Sacramentum ſpectare.

Tertia [f] Kemnitij, lex diuina minas peccatoribus intentat, & proinde terret peccatores, Euangelium conſolatur propoſita Chriſti iuſtitia, & ſatiſ-

[a] 3. *Iuſtit.* 3. §. 8.
[b] *Iſaiæ* 1. *v.* 16. & 17.
[c] *v.* 14.
[d] *v.* 18.
[e] *apud Magiſtrum & Gratianum ſupr.*
[f] 2. *par. Exam. pag.* 941. & *ſeqq.*

factione. apprehenſa per fidem. Ergo terror, & fides duæ ſunt Pœnitentiæ partes.

Admittitur antecedens: Negatur conſequens. Quia ex minis, & terroribus poteſt quidem gigni Pœnitentia, ſed non ſemper vt patet in Dæmonibus: & illa conſolatio Pœnitentiam quidem ſequitur, aut comitatur, non tamen propterea erit Pœnitentiæ pars.

Quarta eiuſdem, ſigna externa doloris, & confeſſionis nullibi in ſcriptura leguntur neceſſaria ad remiſſionem peccatorum. Negatur vt iam probauimus[g], & probabitur infra.

[g] *lib.2.& 3.*

Quinta, Contritio, Cõfeſſio, & Satisfactio poſſunt ab hypocritis ſimulari. Ergo non ſunt Pœnitentiæ partes.

Negatur conſequens. Quia etiam Baptiſma fictè ſuſcipi poteſt, nec tamen propterea deſinit Sacramentum eſſe. Verum eſt tamen ſicut fictè accedens ad Baptiſmum nihil niſi nouum reportat peccatum, ſic, qui accedit ad Abſolutionem cum fictis Pœnitentiæ ſignis.

Sexta, Iudas habuit has tres partes, quia tamen defuit in Deum fiducia malè pœnituit.

Reſpondeo nec veram habuiſſe contritionem, & quicquid ſit de Confeſſione, nec Satisfactionẽ habuiſſe. Reſtitutio namque, aut ſuſpenſio per laqueum, Satisfactio non eſt, vt hîc accipitur.

Septima, veteres multis in locis loquuntur de Pœnitentia, non quatenus quærit, & accipit remiſſionem peccatorum, ſed quatenus eſt mutatio vitæ, & emendatio.

Negatur, *Pœnitentia* (inquit Tertull.[h]) *Dominus mitigatur.* Cyprianus [i] *Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus: alto vulneri diligens, & longa medicina non deſit.* Ambroſ. [k] *Quis dubitet affligere animam ſuam cum Propheta tantus afflixerit ſoluens pretium lachrymarum pro redemptione peccati?* Auguſt. [l] *Quoſdam à ſocietate remouemus altaris, vt pœnitendo placare poßint, quem peccando contempſerant ſeque ipſos puniendo.*

[h] *lib. de Pœnitentia.*
[i] *ſerm. de lapſis.*
[k] *in Pſal. 37.*
[l] *Epiſt. 54.*

De Priuata, publicâ, & ſolemni Pœnitentia.

CAP. XXI.

PRIVATA Pœnitentia eſt illa, qua peccatum ſoli detegitur Sacerdoti, ad quam propriè occulta ſpectant peccata. Publica qua peccatum commiſſum publicatur, & ad quam ſola pertinent publica peccata: Nec enim licet occultum publicare peccatum. Solemnis, quam [a] Auguſtinus humillimam vocat, ea erat quæ pro grauiſſimis tantum peccatis, totam magno ſcandalo ciuitatem conturbantibus imponebatur. *Cuiuſcumque Pœnitentis* (inquit Concilium Carthag. 3.) *publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam Eccleſiam commouerit ante* [b] *apſida manus ei imponatur.*

Differunt publica, & ſolemnis, primò, ratione peccatorum pro quibus iniungebantur, hæc namque non niſi pro grauiſſimis, illa pro quibuſcumque publicis.

Secundò, ſolemnis non [c] niſi ſemel in anno concedebatur, tum ne vileſceret: tùm quod eſſet quædam profeſſio ſolemnis non redeundi ad publica ſcandala, ſicut Baptiſmus eſt ſolemnis profeſſio non redeundi ad apoſtaſiam. Et ideo ſicut vnum eſt Baptiſma, ſic vnam eſſe Pœnitentiam ſolemnẽ. At publica multoties reïterari poterat. Qui autem poſt ſolemnem in eadem vel grauiora incidebant crimina, [d] à Dominicæ menſæ conuiuio

[a] *epiſt.* 54.

[b] *id eſt atrium Eccleſiæ.*

[c] *Orig. homil.* 15. *in Leuiticũ, Ambroſ.* 2. *de Pœniten. c.* 10. *Aug epiſt.* 54.

[d] *vt patet ex Siricio epiſtolâ* 1. *cap.* 5. *Quia iam Suffragiũ non habent Pœnitendi, id duximus decernendum, vt ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacræ Myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint: à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur, &c. Quos tamen viatico munere cum ad Dominum cœperint proficiſci per Communionis gratiam volumus ſubleuari.*

ſegregabantur excepto mortis articulo.

Tertiò, ſolemnis imponi non poterat Sacerdotibus: & [e] quibus alijs impoſita fuerat ad ordines aditus non patebat. At Sacerdotes poterant in monaſteria amandari ad Pœnitentiam agendam, & excommunicari, quod nemo dubitat ad publicam Pœnitentiam ſpectare.

Quartò, ſolemnis [f] non imponebatur coniugatis, ſine mutuo conſenſu: quia interdicebatur coniugij vſus. Publica verò hunc non exigebat cõſenſum.

Quintò, ſolemnis à ſolo Epiſcopo indicebatur, & ab eodem pax Pœnitentibus reddebatur. [g] Neque id Preſbyteris licebat, niſi abſentia Epiſcopi ac neceſſitate vrgente. At publica à Sacerdote iniungebatur & pœnitentes reconciliabantur.

Sextò, in ritibus.

[e] *Siric. epiſt. ad Himmeriū Tarracone Epiſcopum Concilium Carthag. 4. can 68. Leo epiſt. 92. &c.*

[f] *Arauſic. 2. Concil. can. 22.*

[g] *Concil. Carthag. 2. can. 4.*

De ritibus Pœnitentiæ ſolemnis.

CAP. XXII.

ANTIQVITVS Catechumeni diſtinguebantur in *Audientes, & competentes* ſiue electos. Fideles verò in clericos, [a] laïcos, & Pœnitẽtes. [b] *Habitus*, Pœnitentium erat certus & ab aliis diſtinctus, ſcilicet Pulla veſtis, cilicium, caput tonſum, [c] exceptis fœminis. [d] *Locus* erat diuerſus pro criminum varietate. Primus vocabatur *πρόσκλαυσις*, extra portas

[a] *qui communi vocabulo dicebantur Fideles. Aug. lib. 50. homil. hom. 49. Quod dico* (inquit) *Competentibus, & Fidelibus, audiāt Pœnitentes: quod dico Fidelibus dico, & Competentibus, & Pœnitentibus.*

[b] *Tertull. lib. de Pœnit. Pacian. Pareneſ. ad Pœnitent. Optatus 2. propè finem. Ambroſ. lib. ad Virgin. lapſam.*

[c] *vt colligitur ex Concil. Tolet. 3. can. 12.*

[d] *Gregor. Neocæſarien. epiſtolâ Canonicâ. qua ſolet adiungi canonibus Photij.*

Eccleſiæ, ſic dictus à fletu: nec enim permittebatur eo conſiſtentibus loco Eccleſiam ingredi, ſed flentes pro foribus orationes fidelium poſtulabãt.

Secundus, ἀκρόασις, ab audiendo, quod ibi iam intra portas eſſent, vnde valerent audire verbum Dei cum cathecumenis Audientibus: non tamen cum Competentibus orare.

Tertius, ὑπόπτωσις, quaſi contemplatio rerum ſupernarum, quo loco admittebantur, tùm ad audiendum, tùm orandum cum competentibus, non tamen poterant intereſſe ſacrificio Miſſæ.

Quartus, σύϛασις, à ſtando, quo manebant cum fidelibus, dum ſacrificium celebraretur, non tamen communicabant altari.

Quintus, μίϛωσις, quo expectabant Pœnitentiâ expletâ, reconciliationis tempus, nimirum [e]. feriam 5. in cœnâ Domini. Tempus verò imponendi Pœnitentiam erat feria 4. ante primam Quadrageſimæ Dominicam; cuius rei veſtigium extat conſecratio, & aſperſio cineris eo die.

Pœnæ Pœnitentium multiplices erant. [f] Prima, abſtinere à diuinorum participatione myſteriorum. 2. Non promoueri ad Clerum. 3. [g] abſtinere à nuptijs, vel coniugali debito. 4. [h] non accedere ad ſæcularem militiam. 5. [i] non eſſe in Baptiſmo, aut Confirmatione ſuſceptores, dum ſtarent in Pœnitentium ordine. 6. [k] vnctione infirmorum carere. 7. [l] ſingulis ieiuniorum diebus ad Eccleſiam venire & capita Sacerdotibus ſubmittere, vt eis manus imponerent, ac pro Pœnitentibus orarent. 8. [m] mortuos ſepelire. 9. [n] vt diebus Dominicis, & tempore Paſchali, cùm fideles ſtarent ad orandum, ipſi genua flecterent. 10. [o] non ire ad balnea & conuiuia, [p] ſed aſſiduè ieiunijs & orationibus incumbere: ſacco, & cineri incubantes.

[e] *Innocent. I. epiſt. ad decentium Epiſcop. Eugubinũ cap. 7. & Concil. Agath. apud Gratian. can. In Capite diſt. 50.*

[f] *apud Cypria. 3. epiſt. 8. ac ſerm. de lapſis.*

[g] *indulgebatur tamen adoleſcentibus vt patet ex Leone epiſt. 92. cap. 12.*

[h] *Leo ſup. cap. 11.*

[i] *Concil. Pariſienſ. tempore Ludouici, & Lotharij lib. 1. cap. vlt.*

[k] *Innocent. I. ſup. cap. 8.*

[l] *Cõcil. Carth. 4. can 80.*

[m] *ex eod. Cõcil can. 81.*

[n] *ibid. can 82.*

[o] *Pacian. ſup.*

[p] *Tertull ſup. & Ambroſ. ad Virginem corruptam cap. 8.*

LIBER SECVNDVS
DE POENITENTIA.

QVI EST
De Contritione.

Proponitur doctrina Catholica ex Concilio [a] Tridentino.

CAP. PRIMVM.

[a] *Seſſ.14. cap. 4. Contritio, quæ primum locum inter dictos Pœnitētiæ actus habet, animi dolor, ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autē quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Cōtritionis modus neceſſarius: & in homine poſt Baptiſmum lapſo ita demum præparat ad remiſsionem peccatorum ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, &*

PRIMÒ, Contritio eſt dolor animi, ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cętero.

Secundò, Cōtritio ſemper fuit neceſſaria lapſis ad obtinendā veniam. Tertiò, debet poſt Baptiſmum eſſe coniuncta cum diuinæ fiducia miſericordiæ, & voto cætera præſtandi, quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ requiruntur.

Quartò, Contritio charitate formata reconciliat hominem cum Deo, etiam antequam actu percipiatur Sacramentum.

Quintò, Contritio imperfecta, quæ attritio dicitur ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ coniuncta, non ſolum minimè facit hominem hypocritam, ſed eſt Spiritus ſancti donum ad iuſtificationem vtilem.

Sextò attritionem diſponere quidem ad percipiendam in Sacramento gratiam: verùm ſine Sacramento non ſufficere ad reconciliationem peccatoris cum Deo.

Septimò, Contritio non eſt coacta & extorta, ſed libera, & voluntaria.

voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiendū hoc Sacramentum requiruntur, &c. Docet præterea & ſi contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur: ipſam nihilominus reconciliationem ipſi Contritioni ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam. Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, &c. ſi voluntatem peccandi excludat: cum ſpe veniæ, declarat non ſolùm, non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum non quidem adhuc inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat, tamen ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandā diſponit, &c. *falſo docent (ſcilicet hæretici) contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.*

An Contritio ſit actio libera, bona, & ad Euangelium pertinens.

CAP. II.

PRIMA propoſitio: *Contritio non eſt terror ex minis legis conceptus* [a] vt rigidi Lutherani fingunt. Probatur.

Primò, quia aliud eſt tremere, aliud conteri: ea enim contremiſcunt quę integra manent, & commouentur: ea conteruntur, quæ diſſoluuntur.

Secundò, tremor, & terror poteſt eſſe in peccatoribus obſtinatis, vt de diabolo conſtat & Fælice Præſide Syriæ Actor. 24. At cor contritum, & humiliatum [b] non deſpicit Deus, & proinde excludit obſtinatum cor.

[a] *Luther. 1. diſput. contra Antinomos propoſ. 2. & in articulis Smalchaldicis tit. de Pœniten. & alijs in Colloquio Altēburgenſi collatione 4. Contra ſentiunt molles Lutherani vt patet ex eodem Colloquio & Caluinus. 3. Inſtit. 3. §. 20.*

[b] *Pſ. 33. v. 19. & Pſ. 50. v. 18.*

rony. At Ezech. [k] 11. pollicetur Dominus ſe daturum filijs Teſtamenti noui cor carneum pro lapideo corde.

Secundò, quia Chriſtus, Euangelij author, Pœnitentiam prædicauit ac prædicandam eſſe in omnes gentes aſſeruit Luc. vlti. ver. 47. quod quidem Apoſtolos præſtaſſe ex Actis & eorum conſtat Epiſtolis.

Tertiò lex vetus, vt diſtinguitur à noua [m] non habet promiſſionem gratiæ, nec [n] habet gloriam apud Deum, quin potius [o] occidere dicitur. At Contritio habet gratiæ, & vitæ promiſſionẽ Deuteron. 4. v. 29. Ezech. 18. [p] v. 21.

Quartò, volunt Contritionem ſpectare ad legem propter minas in lege intentas. At Euangelium minas etiam [q] habet.

[r] Quarta propoſitio: *Contritio non ſpoliat hominem operibus bonis repletque peccatis, ac maledictionibus, ſed eſt bona, à peccatis liberat, & benedictiones adducit.* Probatur.

Primò, eſt gratiſſima Deo vt demonſtratum eſt. Ergo non replet peccatis, ſed eſt bona actio, quæ benedictionem Dei introducat.

Secundò, ex PP. [s] Ephrem: *Compunctio ſanitas animæ eſt illuminatio mentis eſt: compunctio remiſſionẽ delictorum nobis acquirit: compunctio Ieſum vnigenitum facit in nobis habitare* [t] Chryſoſtom. *Pœnitentia eſt medicamentum, peccatum extinguens, donum cælitus datum, virtus admirabilis, gratia vim legum ſuperans.* [Item] [v] *O Pœnitentia, quæ peccatum miſerante Deo remittis & Paradiſum reſeras: quæ contritum ſanas hominem, & triſtem exhilaras: vitam de interitu reuocas, ſtatum reſtauras, honorem renouas, fiduciam das, & reformas vires, gratiamque abundantiorem refundis. O Pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas. O Pœnitentia rutilantior auro, ſplendidior ſole, quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperat, nec deſperatio delet.*

[k] *v. 19. Dabo eis cor nouum, & ſpiritum nouum tribuã in viſceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, idem cap. 36. v. 26.*
[l] *Math. 4. v. 17.*
[m] *Galat. 2. verſus finem.*
[n] *Rom. 4. v. 2.*
[o] *2. Cor. 3. v. 6.*
[p] *& Iſaia 66. v. 2.*
[q] *Math. 3. v. 12. & cap 5. v. 22. cap. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. & ac Rom. 1.*
[r] *contra eoſdem.*
[s] *libro de iudicio extremo cap. 5.*
[t] *homil. 5. de Pœnitent.*
[u] *Sermone de Pœnitentia.*

Pœnitentia reſpuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorem, calcat ſuperbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. O Pœnitentia miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum magna opera tua, quibus reos ſoluis, ac reficis delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. Per te nobis Chriſtus regnum cælorum appropriatum deſignat dicens: Pœnitentiam agite, &c. [x] Tertull. *Ergo Pœnitentia vita eſt cũ præponitur morti. Eam tu peccator*, &c. *Ita inuade, ita amplexare vt naufragium alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccatorum fluctibus merſum perleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit.* [y] Lactantius, *Magnum eſt Pœnitentiæ auxilium, magnum ſolatium. Illa eſt vulnerum, peccatorumque ſanatio, illa ſpes, illa portus ſalutis, quam qui tollit, viam vitæ ſibi amputat, quia nemo eſſe tã iuſtus poteſt, vt nunquam ſit ei pœnitentia neceſſaria.* [z] Hierony. *O fœlix Pœnitentia quæ ad ſe Dei trahit oculos* [a] Item: *Iuſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit.* [b] Iſidor. *Pœnitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis, per quam peccatores ſaluantur, per quam Deus ad miſericordiam prouocatur, quæ non tempore penſatur, ſed profunditate luctus, & lachrymarum.* Nec dubium eſſe poteſt, quin nomine Pœnitentiæ intelligatur præcipuè Contritio cum ſit potior pars eius?]

[x] *libro de Pœnitentia cap.* 4.
[y] *Epitom. diuinar. Inſtit. cap.* 6.
[z] *epiſt.* 30.
[a] *epiſt.* 46.
[b] *de diuinis officiis* 2. *c.* 16.

Obijcitur Primò, experientia docet Contritos homines ſeipſos contemnere, ac deteſtari vt vacuos omnium bonorum operum: At vnde niſi ex peccatorum fœditate?

Reſpondeo, ſeipſos cõtemnere ex diligenti peccatorum recordatione, quæ non ex Contritione naſcuntur, ſed Contritione delentur, neque hæc recordatio à Contritione, ſed potius Contritio ab ipſa procedit.

Secundo, terrores quibus Contritionis eſſentia conſtat, antequam certa de remiſſione peccati fiducia accedat nihil niſi fuga ſunt à Deo, via ad deſperationem, fremitus in Deum.

Reſpondeo hoc totum negari. Nam neque Cõ-

tritio eſt terror, neque requirit hanc [c] infallibilem fiduciam, neque eſt fuga à Deo, cum ſit opus Dei etiam ex aduerſariorum conſenſu.

[c] *vt ex Niniuitis conſtat Ion. 3.*

Contritionem ſine ſpeciali Dei auxilio haberi non poſſe.

Cap. III.

PRIMÒ, ex ſcripturis Pſal. 84. [a] *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter* [b] Hiere. 31. *Conuerte me Domine & conuertar.* Luc 22. Negauit tertiò Petrus Ieſum, *& reſpexit Ieſus, & ille amariſſimè fleuit. Negauit ſecundò, & non fleuit, quia adhuc non reſpexerat Dominus* inquit Ambroſius lib. 10. in Lucam.

Secundò, ex Conciliis, & PP. citandis lib. [c] 6. de gratia & libero arbitrio.

Tertiò, ex Concilio Tridentino ſeſſ. [d] 6. *Declarat* (Sancta Synodus) *ipſius iuſtificationis exordium in adultis, à Dei, per Chriſtum Ieſum, præueniente gratia ſumendum eſſe.* cap. 6. *Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, atque adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum,* & can. 3. *ſi quis dixerit ſine Spiritus ſancti inſpiratione atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut Pœnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, Anathema ſit.* Et ſeſſ. 14. cap. 4. ipſam etiam Attritionem docet eſſe Spiritus ſancti donum, & impulſum. Immerito ergo [e] Kemnitius dixit Conciliũ Tridentinum ſtatuiſſe Pœnitentiam, ſufficientem diſpoſitionem ad iuſtificationem, poſſe viribus humanis haberi, ſine ſpeciali Dei auxilio.

Quartò ex [f] Scholaſticis antiquis nec enim de

[a] *v 4. & Pſal. 79. v. 20.*
[b] *v. 18. item 19. Poſtquam conuertiſti me egi Pœnitentiã. Vide inquit (Hieronym. in hunc locum) quantum ſit auxilium Dei, & quam fragilis humana conditio, vt hoc ipſum quod Pœnitentiam agimus, niſi nos Dominus ante converterit, & niſi Dei nitamur auxilio, nequaquam implere valeamus.*
[c] *cap. 4. tom. 4.*
[d] *cap 5.*
[e] *2. par. Exam. ſeſſ. 14. cap. 4.*
[f] *D. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 6. & 7. Bon. in 2. diſt. 28. ar. 2. q. 1. Arimin. 2. diſtinct. 26. queſt. 1. Marſil. in eund. lib. queſt. 17.*

[g] *& 4. diſt. 14. q. 3. quo negat poſſe naturæ viribus cognoſci peccatũ eſſe deteſtandũ, vt offenſiuum Dei.*

recentioribus dubium eſt, imò & Scoto [g] 1. d. 44. q. vnica. Quomodo autem ſint intelligenda eius loca, quæ videntur contra pugnare demonſtrat Vega in opuſculo de iuſtificatione, q. 11.

In Contritione includi odium, ac deteſtationem peccati præteriti.

Cap. IIII.

NEgavit, [a] & [b] affirmauit Lutherus. Affirmant nunc Lutherani omnes cum [c] Caluino. Probatur noſtra ſententia.

Primò, Deus in ſcriptura tum per ſe, tum per Apoſtolos, & Prophetas peccata in memoriam peccatoribus reuocare ſtudet. [d] Geneſ. 4. [e] Iudicum 2. Iſaiæ 58. [f] *Annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Ad quid hoc niſi vt de peccatis commiſſis odium & dolor concipiatur? iuxta illud: [g] *Nullus eſt qui agat Pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens: Quid feci?*

Secundò, probatur exemplis ſcripturæ Iob. [h] *Vnum* (inquit) *verbum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem.* [i] *Inſipienter loquutus ſum.* [k] *Idcirco me reprehendo, & ago Pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Dauid Pſal. 50. [l] *Iniquitatem meam cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Ezechias apud Iſaiam: [m] *Recogitabo* (inquit) *tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Tertiò, ex PP. Cyprian. [o] *Vos fratres quorum timor in Deum pronus eſt & in ruina licet animus conſti-*

[a] *Serm. de Pœnitentia, Plus tibi diſcutiendum eſt Confeſſuro quãtum diligas iuſtitiã, quam quãtum odias peccatũ: multóque maiore, immo ſolo hoc labore tibi cogitandum eſt, quomodo futuram vitã agas bonam.*

[b] *in articulis Smalchaldaïcis.*

[c] *3. Inſtit. 4. §. 2.*

[d] *v. 10.*

[e] *v. 2.*

[f] *v. 1. Ezech. 16. verſ. 2. Matth. 23. Actor. 2. 3. & 7.*

[g] *Hierem. 8. verſ. 6.*

[h] *cap. 39. verſ. 38.*

[i] *cap. 42. verſ. 3.*

[k] *verſ. 6.*

[l] *verſ. 4.*

[m] *38. verſ. 15.*

[o] *ſermon. de lapſis non procul a fine.*

tutus, mali ſui memor eſt: pœnitentes ac dolentes, peccata veſtra perſpicite: grauiſſimum conſcientiæ crimen agnoſcite, ad intelligentiam delicti veſtri oculos cordis aperite. Nazianz. orat. in ſancta lumina. Ambroſius: [p] *Dum dolemus admiſſa, admittenda excludimus: & fit quædam de condemnatione culpæ, diſciplina innocentiæ.*

Chryſoſtom. [q] *Quid corporis viribus opus eſt cum cor conterere debeamus? hoc ſolùm eſt, quod à nobis expoſcitur, vt ſemper recordemur mala noſtra, & ad animum reuocemus, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, vt per hæc ſupplicemus Domino & Gehennam ponamus in conſpectibus.* Hierony. [r] *Dolentis, & plangentis & ſuper errore priſtino plorantis iudicium eſt, vt femur manu percutiat.* Auguſt. [s] *Pœnitentiam certam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei quando ſic pœnites vt tibi amarum ſapiat in animo, quod ante dulce fuit in vitâ, & quod te prius oblectabat in corpore, ipſum te cruciet in mente.*

Quartò, quomodo intelligi poteſt aliquem ſe ad meliorem transferre vitam niſi deſerendo priſtinam ei contrariam? At quare deſerit niſi quia diſplicet, quod antea placebat? *Nemo* [t] (inquit Auguſt.) *elegit vitam nouam niſi quem veteris pœnitet.*

[p] *2. de Pœnitentia.*

[q] *libro 1. de compunct. cordis.*

[r] *in illud 31. Hierem. Poſtquam cognoui, percuſſi femur meum.*

[s] *ſerm. 7. de tempore.*

[t] *homil. 27. libri 50. homil.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. V.

PRIMA, μετάνοια iuxta Lactantium eſt Reſipiſcentia: [a] Solutio ſupra.

Secunda, *Optima Pœnitentia noua vita*, vt prouerbium ait.

Reſpondeo ſenſum non eſſe, nihil niſi nouam vitam requiri ad Pœnitentiam: ſed vitam nouam eſſe veræ certum Pœnitentiæ [b] argumentum. Qui enim ita deflent peccata, vt mox ad eadem redeant, [c] nihil aut parum in Pœnitentia proficiunt.

[a] *lib. 1. cap. 7.*

[b] *& propoſitum vitæ emẽdandæ partem Pœnitẽtiæ eſſe. Hæc vera Pœnitentia eſt* (inquit *Ambroſ. in 2. Corint. 1.*) *iã ceſſare à peccato: ſic enim probat dolere ſe ſibi, ſi de cætero deſinat.*

[c] *Eccleſiaſtici 34. v. 31. qui ieiunat in pecca-*

tis ſuis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe.

[d] *v.* 15. ἐν χριστῷ ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις.

[e] 2. *Cor.* 7. *v.* 10.

Tertia, [d] *In Chriſto Ieſu, neque Circunciſio, neque Præputium aliquid valet, ſed noua creatura.* Galat. 6.

Reſpondeo 1. non opponere Paulum nouam creaturam Pœnitentiæ, ſed tantum Circuncisioni, & Præputio. 2. non agere Paulum de iuſtificatione à peccato, ſed de operibus quæ poſt iuſtificationem fiunt: quæ nihil refert ſi fiant in Præputio, vel Circunciſione carnis.

Quarta, [e] *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Videtur enim Paulus triſtitiam, id eſt Contritionem à Pœnitentia ſeparare.

Reſpondeo, hîc *Triſtitiam* non ſignificare Contritionem, ſed mærorem ex obiurgatione natum qui ad peccati deteſtationem inducit.

Quinta, ſtultum eſt nolle id eſſe factum, quod factum eſt. At pœnitere de peccato, eſt hoc ipſum.

Reſpondeo veram eſſe Maiorem de abſoluta voluntate, falſam de conditionatâ, id eſt, quæ ſub conditione, vellet non fuiſſe factum, nimirum ſi id fieri poſſet: ita enim reuera deteſtatur peccatum. Nec enim hoc magis abſurdum eſt, quam quod dicebat Dauid: [f] *Abſalon fili mi, quis mihi tribuat vt ego moriar pro te?* Nam nec id abſolutè fieri poterat. *Iam enim Abſalon mortuus erat.*

[f] 2. Reg. 18. *v.* 33.

In Contritione includi formaliter propoſitum rectè viuendi.

CAP. VI.

NEGANT [a] vllo modo includi hæretici qui contritionem faciunt fide priorẽ: hoc enim propoſitum volũt eſſe fidei fructũ. Negant includi formaliter [b] Ioan. Maior, Almaynus, & [c] Vega. Probatur tamen noſtra ſententia, eaque communis.

[a] *admittunt verò iſtud Propoſitum qui Contritionem, Fide poſteriorẽ conſtituunt vt Calu* 3 *Inſt.* 3.
[b] *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1.
[c] *lib.* 3. *in Cõcil. Trid. c.* 21.
[d] *v.* 15.

Primò

Primò, ex ſcripturis Amos. 5. [d] *Odite malum, & di-* [e] v. 16. 17. 18.
ligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi fortè miſe-
reatur Dominus. Iſaiæ. 1. [e] *Lauamini, mundi eſtote, au-*
ferte malum cogitationum veſtrarum quieſcite agere per-
uerſe, diſcite benefacere: ſi fuerint peccata veſtra, vt cocci- [f] v. 30.
num quaſi nix dealbabuntur. Ezech. 18. [f] *Conuertimini,*
& agite Pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, [g] v. 31.
& non erit vobis in ruïnam iniquitas. Deinde explicans quid ſit conuerti: [g] *Proijcite à vobis* (inquit) *omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum bonum.* Ecce quomodo propoſitum exprimit per, *cor nouum.*

Secundò, in humanis videmus Dominos à ſeruis, & parẽtes à filijs offenſos, non magis requirere propoſitum vitæ melioris, quam prioris diſplicentiam.

Tertiò, ex Concilio [h] Florent. & [i] Trident. quibus definitur, *Contritio, dolor de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.* Nec dicas intelligi de propoſito implicito: nam cum id à deteſtatione peccati non diſtinguatur, non erat cur adderetur clauſula illa: *cum propoſito de cætero.* Quare idem Tridentinum paulo poſt ſubiungit: *Declarat igitur ſancta ſynodus Contritionem non ſolum ceſſationem à peccatis, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed etiam veteris odium continere.*

[h] in Armen. inſtructione.
[i] ſeſſ. 14. c. 4.

Quartò, ſi implicitum ſufficit propoſitum. Ergo etiam implicita deteſtatio in formali propoſito. nec enim vlla ratio reddi poteſt: quare paria non ſint. At conſequens negat Vega. Ergo & antecedens.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VII.

PRIMA Dauid, Manaſſes, Niniuitæ, filius prodigus, Publicanus egerunt legitimam Pœnitentiam. At de huiuſmodi propoſito formali nulla fit in eis mentio.

Reſpond. non eſſe tam attendendum quid dixerunt, nam nec quidem Paulus in ſua conuerſione dixit ſe peccaſſe. Sed ſolum: [a] *Domine quid me vis facere?* quam ſit conſiderandum quid fecerint: cum autem conſtet Pœnitentiam exigiſſe veram, hinc etiam deducitur ſe omnia habuiſſe neceſſaria ad eam: aſſerimus autem propoſitum formale neceſſarium, eſſe contrariũ aduerſarij probent. Qua enim fronte ad Deum acceſſiſſent niſi formaliter, & cõſtanter propoſuiſſent amplius ſe non peccaturos.

Secunda, Contritio, ſeu Pœnitentia ſufficit ad veniam impetrandam. At illa proprie non includit propoſitum formale. 1. quia ex etymologia nominis tum Græci tum Latini reſpicit præteritum non futurum. 2. quia illud propoſitum eſt Charitatis actus non pœnitentiæ.

Negatur minor nam Concil. Florent. & Trident. [b] Gregor. 1. ac [c] D. Thomas ponunt in definitione Contritionis iſtud propoſitum.

Ad 1. probationem reſpondeo. 1. non eſſe attendendam nominum etymologiam, ſed vſum. 2. [d] Tertullianum contrarium docere, *in Græco ſono* (inquit) *Pœnitentia nomen non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt*, nam certe μετανοεῖν ſi etymologiam ſpectes idem eſt ac *poſt ſapere*.

Ad 2. probationem reſpond. 1. diſplicentiam de præteritis propter Deum eſſe etiam actum Charitatis: nec tamen propterea dicetur ad Pœnitẽtiam

[a] *Actor 9. v. 6.* κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι.

[b] *quem Theologi ſequuntur.*

[c] *3 par. q. 87. art. 1.*

[d] *2. in Marcionem.*

non ſpectare 2. poſſe actum chatitatis, vel obodiētiæ ad Pœnitentiam ſpectare quatenus aſſumitur ad delendum peccatum & amicitiam cum Deo reconciliandam: & ita tam dolorē de præteritis propter Deum, quam propoſitum non peccandi ad Pœnitentiam propriè pertinere.

Tertia, dolor de peccatis implicitè hoc propoſitum includit. Ergo formale ſuperfluum eſt.

Reſpondeo 1. propoſitum vitandi peccata includere etiam virtualiter ſaltem odiū de peccato præterito, ergo (ſi quid aduerſarij argumentum concludit) ſuperfluum erit odium formale de peccato, quod minimè aduerſarij admittunt. 2. Fieri non poſſe vt ſit verum de peccato odium propter Deū, quin oriatur ſtatim formale propoſitum non peccandi, nec huiuſmodi propoſitum eſſe poſſe, ſine formali odio de peccato. [3. Negatur conſequentia, alioquin fruſtra eſſent effectus omnes, cum virtute lateant in cauſis: fruſtra baptizaretur in nomine filij & Spiritusſancti, quia vtraque perſona in patre intelligitur ex parte rei, & ſimila multa. Voluit ergo Deus formale propoſitum eſſe, quia cum virtute tantum lateat in dolore, non eſt reuera actu & in ſe, ſed in potentia, ac proinde nec Contritio cuius eſt pars, ſuam perfectionem habet.]

Quarta, apud benignos homines ſola vehemens patratæ culpę deteſtatio nonnunquā impetrat veniam illius. Deus autem eſt omni benignior homine, confirmatur. Non eſt credibile Chriſtum voluiſſe expectare: vt Petrus decerneret nunquam ſe peccaturum amplius, ſed continuò peccatum dimiſit, cum eum vidit amarè plorantem.

Reſpondeo, id facere homines quod pro certo habeant veniam implorantes ſtatuiſſe non peccare de cætero amplius.

Ad confirmationem negatur: nec enim ſerio plorauit adeo Petrus ſine propoſito vitandi peccata. Id enim experiuntur, qui ſeriò compunctione mouentur.

Digitized by Google

Quinta, petitio veniæ cum diſplicentiâ peccati, abſque formali propoſito vitandi peccata ſufficit ad remiſſionem culpæ Iſaiæ 55. [e] *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum & miſerebitur eius.*

[e] *v. 7.*

Reſpondeo 1. ſæpè tribui alicui in ſcripturis vim iuſtificandi, quamuis ſe ſolo non ſufficiat, quia intelligitur, ſi cætera non deſint, ita enim [f] fidei, [g] timori, [h] ſpei, [i] eleemoſynæ, tribuitur iuſtificatio, quas tamen conſtat ſeorſim ſaluare non poſſe imo nec ſimul: ſi multa alia deſint. 2. per illud: *reuertatur ad Dominum*, ſatis exprimi propoſitum vitæ nouæ.

[f] *Rom. 3. v. 28.*
[g] *Eccleſiaſtici 1. v. 27.*
[h] *Rom. 8. v. 24.*
[i] *Tobiæ 12. v. 9.*

Sexta, fieri poteſt vt aliquis ſerio peccata deteſtetur, nec valeat concipere propoſitum vitæ melioris antequam moriatur. Num ergo ille damnabitur?

Negatur propoſitio, qui enim huiuſmodi odium habet, eadem facilitate, & ilicò poterit & hoc concipere propoſitum: nec enim periculum vt obliuiſcatur: nam ipſa ſuggerit natura, non poſſe cum Deo pacem componi, niſi iſtud propoſitum adſit.

Septima, latro in cruce non legitur hoc propoſitum habuiſſe.

Reſpondeo, nec legi deteſtaſſe peccata: verùm ex impetrata veniâ, vtrumque facilè colligitur.

Octaua in Sacramento Pœnitentiæ abſoluendus cenſetur, qui ſola deteſtationis exprimit ſigna.

Reſpondeo id verum, quia non temerè iudicantur habere propoſitum deinceps vitandi peccata.

Nona Patres, & ipſum Tridentinum Concilium cum Pœnitentiam appellarunt ſecundam poſt Baptiſmum tabulam, ad peccatorum deteſtationem, ſine dubio reſpexerunt. Fieri ergo poteſt vt aliquis interdum, ſine propoſito non peccandi iuſtificetur, per ſolam peccatorum deteſtationem.

Reſpondeo, nec PP. nec Concilium ad ſolam peccari deteſtationem retuliſſe ſimilitudinem tabulæ, ſed ad Pœnitentiam integram: imo Conci-

Digitized by Google

lium, non tam Pœnitentiam, quam Pœnitentiæ Sacramentum ſecundam appellauit tabulam.

An Contritio ad iuſtificationem ſit neceſſaria.

CAP. VIII.

PRIMA propoſitio: *Contritio ſaltem imperfecta eſt omnino neceſſaria neceſſitate medij in adultis ad remiſsionem peccatorum, & iuſtificationem.* Probatur.

Primò, Luc 13. [a] *Niſi Pœnitentiam habueritis omnes ſimul peribitis.* Actor. [b] 3. *Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.* Rom. 2. [c] *Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?*

Secundò ex [d] PP. qui Pœnitentiam vocarunt ſecundam poſt naufragium tabulam & Auguſt. [e] *Nec quemquam putes* (inquit) *ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno, ſeu paruo peccato, ad correctionem ſine pœnitentia poſſe tranſire.*

Tertiò, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. quo docet Contritionem omni tempore ad iuſtificationem neceſſariam fuiſſe: vbi de neceſſitate medij loquitur. Nam quæ ſolùm neceſſitate præcepta ſunt neceſſaria, non ita omni omnia tempora complecti ſolent.

Secunda propoſitio: *De contritione extat diuinum præceptum.*

Primò, quia quæcumque ſunt neceſſaria neceſſitate medij, ſunt etiam neceſſitate præcepti: tenemur enim facere quæ abſolutè ſunt neceſſaria ad ſalutem.

Secundò, ex ſcripturis Ioëlis 2. *Conuertimini ad me, & ſcindite corda veſtra.* Ezechielis 18. *Proijcite à vobis prauitates,* &c. Apocal. 2. [f] *age Pœnitentiam.*

Tertiò, impœnitentia, ſiue nolle pœnitere, eſt

[a] v. 3. ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.

[b] v. 19. μετανοήσατε καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας.

[c] v. 4. ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει.

[d] *Ambroſ ad Virginem lapſam cap.* 8 *Pacianus epiſt.* 1. *Hieronym. in* 3. *Iſaiæ.*

[e] *epiſt.* 48.

[f] v. 5.

grauiſſimum peccatum, nam impœnitentibus grauiſſimas Deus [g] comminatur pœnas. Ergo contrariatur alicui præcepto: Illud autem quod erit, niſi de contritione habenda?

g *Prouer.* 1. v. 24. & *ſeqq. Math.* 23. v. 37. 38. *Rom.* 2. v. 5.

Soluuntur obiectiones.

CAP. IX.

PRIMA, Baptiſmus vt etiam Sacramenta cætera, non ponenti obicem gratiam confert. Sed obicem non ponit, qui vitam nouam proponit, & nullius peccati complacentiam habet, etſi fortè non deteſtetur peccatum. Ergo per Baptiſmum poterit iuſtificari adultus ſine Contritione præuiâ.

Negatur Minor. Quia ille obicem ponit, qui ſine ſufficienti diſpoſitione ad Sacramentum accedit. Diſpoſitio autem ad Baptiſmum in adultis eſt [a] Pœnitentia, quæ ſine deteſtatione peccati eſſe nequit.

Secunda, charitas ſufficit ad iuſtificationẽ, etiamſi reperiatur ſine Contritione. Nam, [b] *qui diligit legem impleuit. Hæc eſt* [c] (inquit Auguſt.) *precioſa marguarita, ſine quâ nihil tibi prodeſt, quodcumque habueris: quam ſi ſolam habes ſufficit tibi.*

Reſpondeo, conſcium mortalis peccati Charitatem habere non poſſe, ſine Contritione. Propterea namque Charitas dicitur ſe ſola ad ſalutem ſufficere, quia abſque alijs virtutibus aut præuijs, aut comitantibus nequit inueniri.

a *Actor.* 2. v. 38. & *Concil. Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 6.

b *Rom.* 13. v. 8. ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

c *tractat.* 5. *in epiſtol. Ioan.*

Tertia, ita repente aliqui conuertuntur in Dei amorem, vel ad martyrium rapiuntur vt ocium nõ habeant cogitandi peccata, & quãuis haberent nulla tamen poſſe ſine miraculo occurrere peccata.

Reſpondeo, ſi tunc poſt diſcuſſionem non inueniantur peccata, ſufficere dilectionis actum in quo virtualiter odium peccati includatur: porro ſem-

per ſitis cuicumque temporis ſupereſſe ad hanc ſaltem virtualem habendam deteſtationem:ſi occurrant, debere deteſtari formaliter.

Quarta, non eſt impœnitentia ſpeciale aliquod peccatum, ſed omnium circunſtantia peccatorum, [d] teſte D. Thoma. [d] 2.2.q.14. ar.2.

Reſpondeo, impœnitentiam dupliciter conſiderari, primò cum occurrit tempus quo Pœnitere obligamur, ſecundo cum non occurrit. priori modo eſt ſpeciale peccatum impœnitentia, poſteriori non eſt, & de hac D. Thomas loquitur.

De quantitate Contritionis.

CAP. X. & XI.

PEMNITIVS, [a] pag. 963. & 964. Exami. & [b] Caluinus aſſerunt tantā eſſe debere Contritionem iuxta Catholicos vt adigat ad deſperationem homines, cum ex charitate ſiue dilectione Dei ſuper omnia procedere debeat. Et nullus hanc dilectionem habere queat. [a] CAP. 10. [b] 3 Inſtit. 4. §. 2.

Contra fatentur ipſimet [c] hæretici Contritionem veram vehementem eſſe debere, & [d] Scripturæ volunt eam ex toto corde procedentem. At iuxta aduerſarios diligere Deum ſuper omnia ſiue ex toto corde eſt impoſſibile, ergo & iuxta eos ſimiliter Contritio impoſſibilis erit. [c] *Kemnit. pag. 953. & 954. Caluin. ſupr.* [d] *Deuter. 4. v. 29. & cap. 30. v. 2. & 3. Reg. 8. v. 48.*

[e] Prima Aſſertio: *Non requiritur ad remiſſionem peccatorum Contritio æqualis magnitudini iræ diuinæ.* Probatur. [e] CAP. II.

Primò, quia hæc ira dinumerari nequit Pſal. [f] 89. nimirum quia infinita: At homo non poteſt Deo infinitum offerre precium. [f] *v. 13. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: aut præ timore tuo, iram tuam dinumerare?*

Secundò, nihil aliud exigit à nobis ad Conuerſionē Scriptura, quam ad Deum in toto corde cōuerti quod fruſtra exigeretur ſi præſtari nequiret

At dolorem æqualem diuinæ indignationi habere, eſt impoſſibile omnino.

Secunda Propoſitio. *Dolor de peccatis eſſe debet ſummus ſaltem appretiatiuè.* Duplex ſiquidē eſt ſummus dolor, vnus intenſiuus, nimirum quando voluntas ſummo conatu deteſtatur aliquid: aliter appretiatiuus, ſcilicet quando voluntas pluris facit abſolutè deteſtationem alicuius mali, quam cuiuſcumque boni cōſecutionem, aut alterius mali euitationem. Et quamuis ſi omnia habeantur paria ſemper ſummus intenſiuus, ſit appretiatiuus: tamen ſæpè fit vt quod minoris faciendum eſſe recta ratio iudicat, ſit propinquius, notius, naturæ conuenientius ac familiarius, quam quod pluris facit: & proinde magis afficiat.

Probatur Propoſitio, primo ex ſcripturis Deutero. 4. & 30. *Si ductus pœnitudine cordis, reuerſus fueris,*
ad dominum in toto corde tuo, & tota anima tua, miſere-
g v. 19. *bitur tui.* 2. Paralip. 30. [g] *Dominus bonus propitiabi-*
tur cunctis, qui in toto corde requirunt eum. Hierem. 29.
h v. 13. [h] *Quæretis & inuenietis me, cum quæſieritis me in toto*
i v. 14. *corde veſtro.* Ioelis. [i] 1.

Secundò, iubemur Deum ex toto diligere corde. Ergo & ex tōto corde deteſtari peccatum, eſt enim Deo oppoſitum omninò.

Tertiò, peccatum eſt ſuper omnia malum. Ergo ſuper omnia deteſtandum.

Tertia Propoſitio: *Non eſt neceſſe Contritionem ſiue dolorem eſſe ſummum intenſiuè.*

Primò, quia non magis tenemur ad ipſum dolorem, quam ad dilectionem Dei. At ſufficit ad dilectionem Deum ſincere diligere, & nihil ei præferre. Ergo & ad dolorem de peccato ſufficiet illud nihil eius ſincero odio præferre.

Secūdò experientia docet pios homines aliquādo intenſius dolere de amiſſione charorum, quam de peccato. Nec tamen ideo reprehenduntur.

Tertiò, conſtat alios minus, alios maius de peccatis dolere, nec enim tantoperè celebraretur con-

Digitized by Google

tritio Magdalenæ, ſi omnes æqualem contritionem haberent, quoad intentionem.

Quartò, alioquin [k] ſequeretur neminem poſſe magis de vno læthali quam de alio dolore: ſummo enim intenſiuè, nihil addi poteſt: atque tenerentur omnes ſummum habere dolorem in contritione quacumque.

Quintò, nuſquam probabiliter ſcire valeremus nos ſufficienter feciſſe quod in ſceleribus deteſtandis debemus. Quis enim non valeat, ſi ſtudium adhibere velit, ſe ad contritionem paulo maiorem excitare? Ergo pro medicina ſpirituali cruciatus continuus nobis donatus fuiſſet.

Quarta propoſitio: *Non requiritur certus gradus intenſionis, neque mora vlla temporis ad veram Contritionem. Non requiri certum gradum,* cõſtat. 1. quod neque à natura, neque à Deo, neque ab Eccleſia habemus qualis ſit huiuſmodi gradus. 2. in aliis virtutibus nullus talis aſſignatur gradus: quis enim vſquam dixit non eſſe fidem, aut charitatem niſi hunc vel illum habuerit gradum? Ergo neque talis erit in Contritione. [3. omnis qualitas in quolibet gradu totam ſuam eſſentiam habet. At Contritio eſt quædam ſpiritualis qualitas.] 4. nullus niſi caſu ad hunc gradum peruenire poſſet.

Non requiri temporis moram. Primò, ſi non requiritur certus gradus, multo minus temporis mora. Si enim mora requireretur, certè ob intentionis actus progreſſionem. At quilibet ſufficit gradus Contritionis, qui in inſtanti habetur.

Secundò, ſcriptura docet iuſtificationem fieri poſſe in inſtanti. [l] *Cum reuerſus ingemueris, ſaluus eris.* Item. [m] *facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem.*

Tertiò ex PP. Cypr. [n] *In iſto mũdo manenti, Pœnitentia nulla ſera eſt,* & infra: *Tu ſub ipſo licet exitu, & vitæ temporalis occaſu pro delictis roges, & Deum qui vnus, & verus eſt confeſſione, & fide agnitionis eius implores,*

[k] *quod eſt contra experientiã & rationẽ, experimur enim grauiora crimina acrius conſcientiam pungere: & ratio dicta, vt maioribus criminibus maior Pœnitentia adhibeatur.*

[l] *iuxta Septuaginta Iſaiæ 30. v. 15.*

[m] *Eccleſiaſtici 11. v. 23.*

[n] *tract. 1. ad Demetrianum Item ibidem: Nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, ſi vera Contritio, ſi pura fuerit voluptatum mutato excludit à veniã.*

venia confiſtenti datur.

Baſilius: [o] *Tantummodo voles, & ipſe Deus vltro occurret.* [p] Leo epiſtol. 91.

[q] Cæleſtinus. 1. papa: *Deſperat de miſericordia Dei, qui ei ad ſubueniendum morienti ſufficere, vel in momento non credit poſſe.*

Quinta propoſitio: *Neque exiguntur tot actus Contritionis quot peccata, modo de omnibus occurrentibus peccatis doleamus.* Probatur quia hæc reiteratio actuum nequit ſine mora temporis exerceri.

Sexta propoſitio: *Vtiliſſimum tamen eſt de ſingulis peccatis ſeorſim & longo tempore delere quanto intentius fieri poterit.*

Probatur primò exemplis ſcripturæ [r] Dauidis [s] Petri, [t] Magdalenæ, [u] Ezechiæ.

Secundò, ex PP. Cyprian. [x] *Orare oportet impenſius, & rogare: diem luctu tranſigere, vigiliis noctes, ac fletibus ducere tempus omne, lachrymoſis lamentationibus occupare.* [y] Ambroſ. libr. ad Virginem corruptam.

Auguſt. [z] *Vbi à fundo arcano alta conſideratio contraxit, & congeſſit totam miſeriam meam in conſpectu cordis mei, oborta eſt procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum.*

[o] *homil. de Pœnit. Chryſoſt. epiſtola priore ad Theodorum lapſum: Non* (inquit) *ad temporis rationem, ſed iuxta affectũ animæ, ſolet diiudicari pœnitentia, & infra loquens de bono Latrone: In eo momẽto, totius vitæ peccata ſimul abſterſit.*

[p] *vide infra* 13.

[q] *epiſtol. ad Gallos: & infra: vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum, mente potius æſtimanda eſt, quam tempore: Propheta hoc taliter aſſerente: Cum conuerſus ingemueris, &c.*

[r] *Pſalm. 6. v. 7. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.*

[s] *Luc. 22. verſ. 62.* [t] *Luc. 7. verſ. 38.*

[u] *Iſaiæ 38. verſ. 15.* [x] *ſerm. de lapſis.*

[y] *Defluant oculi lachrymas, qui maſculum ſimpliciter non aſpexerunt: palleſcat facies, quæ quondam viruit impudicè: cor verò ſit liqueſcens ſicut cera.*

[z] 8. *Confeſſ.* 12. *Et infra. Dicebam hæc, & flebam amariſſima contritione cordis mei.*

Contritionem eſſe cauſam remiſſionis peccatorum.

Cap. XII.

NEGANT [a] Lutherus, [b] Kemnitius, [c] Caluinus, affirmat [d] ſententia Catholica.

Primò, ex Ezechielis. 18. [e] *Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, ipſe animam ſuam viuificabit*, ibidem: [f] *facite vobis cor nouum. quomodo? Conuertimini, & agite Pœnitentiam*, &c.

Secundò, Lucæ. 7. [g] *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* nimirum dilectione contritionem operante, vt teſtabantur lachrymæ Pœnitentis.

Tertiò, ex PP. Tertull. [h] *video & Achab regem maritum Iezabel reum idolatriæ, & ſanguinis Nabuthæ, veniam meruiſſe pœnitentiæ nomine.*

Origen. [i] *Purgatio peccati, per Pœnitentiam conſtat quam vtrum quis dignè gerat, ita vt mereri pro ea veniam poßit, videto.*

Cyprian. [k] *Qui Pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti plus virtutis, & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus, & adiutus à Domino, quem contriſtauerat, lætam faciet Eccleſiam: nec iam ſolum Dei veniam merebitur, ſed coronam.*

Athanaſius [l] libro de virginit. Baſilius [m] *ſtatim* (inquit) *Dauid ad pharmacum properauit*: Et infra. *Tertio Dominus Petrum negauit: lachrymatus eſt, flexerunt lachrymæ eum, qui noſtri miſertus eſt.* Item: *Pœniten-*

[a] *aſſert. ar.* 12.

[b] 2. *par. Exa. pag.* 960.

[c] 3. *Inſtit.* 4. §. 3.

[d] *Contritio duobus modis dicitur cauſa remißionis peccatorum, nimirum diſponendo ad iuſtificationem, & impetrando peccatorum remißionē.*

[e] *v.* 27.

[f] *v.* 31.

[g] *v.* 47. ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ ὅτι ἠγάπησε πολύ.

[h] 4. *in Marcionem.*

[i] *homil.* 11. *in* 10. *Leuitic.*

[k] *ſerm. de lapſis.*

[l] *vltra mediū vide quale remedium in lachrymis: ſpecta quæſo quam iniquitatem deleuerint. Quid enim tetrius hoc vitio? quippe qui ter iureiurando Dominum abnegauerit: tantum tamen ſcelus per lachrymas deleuit.*

[m] *ſerm. de Pœnitentia.*

[n] *lib. de Virginit.*

tia certum eſt relaxari delicta.

Ambroſius [o] *lachryma veniam non poſtulant, ſed merentur.* Et infra: *Et tu ſi veniam vis mereri dilue culpam lachrymis tuam.*

Hierony. [p] Epitaphio Fabiolæ [q] Chryſoſtomus, Auguſt. [r] *Quoſdam à ſocietate remouemus altaris, vt pœnitendo placare poſſint, quem peccando contempſerant.*

Gregorius, [s] *Niniuitæ dum veluti pro difficili reconciliatione, graui Pœnitentia ſe deiiciunt, omnipotentis Dei miſericordiam facilè meruerunt.*

Quintò, oratio Pœnitentis erga Deum impetrat veniã, vt de [t] Publicano patet. Ergo multo magis conuerſio, ac Pœnitentia, quæ orationis eſt cauſa.

Sextò, actus Pœnitentis à Spiritu ſancto procedit, vt aduerſarij fatentur, & ad iuſtificationem diſponit. Ergo ſuo modo eſt iuſtificationis cauſa. Neque enim inanis erit huiuſmodi diſpoſitio.

Obiicitur. Ergo non iuſtificamur gratis. Negatur. 1. [v] quia, ipſa Contritio Dei donum eſt quod viribus naturæ comparari nequit. 2. Contritionem non mereri iuſtificationem ex condigno, in quo eſt vera meriti ratio, ſed ex congruo tantum: cui ex ſola Dei benignitate merces tribuitur.

[o] 10. *in Lucam in illud Reſpexit Dominus Petrum.*

[p] *Quæ peccata fletus iſte nõ purget? quas inueteratas, maculas hæc lamenta non abluant.*

[q] 2. *libro de compunctione cordis, ſola eſt cordis compunctio quæ ſicut ignis omne animæ vitium perurit, &c. vide plura ſup. cap.* 2.

[r] *epiſt.* 54. *& in Pſal* 50. *Niniuitæ Pœnitẽtiam egerunt, & certam miſericordiam meruerunt.*

[s] 3. *cap.* 4. *in* 1. *Reg.*

[t] *Luc.* 18.

[u] *ita Auguſt. epiſt.* 105.

[a] *ſupr. p.* 960.

Contritione perfecta cum voto ſuſcipiendi Sacramentum remitti peccata, ante Sacerdotis Abſolutionem.

CAP. XIII.

NEGAT [a] Kemnitius. Contra: contendit ipſe ſola fide iuſtificari hominem: requiri autem Abſolutionem, tantũ ad excitandã fidẽ. At multa ſunt prçter abſolutionẽ quibus fides excitari poteſt. Ergo ſine Abſolutione iuxta Kemni-

tium, cõtra Kemnitium, poterunt remitti peccata.

Negauit etiam noſtram ſententiam quidam [b] Catholicus doctor.

[b] *qui ante paucos annos librũ de Charitate conſcripſit.*

Contra, Primò, Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 4. declarat neminem nunc iuſtificari ſine Baptiſmo, aut eius voto. Ergo iuxta Concilium poteſt homo per veram Pœnitentiam cum voto Baptiſmi reconciliari Deo.

Secundò, ſeſſ. 14. cap. 4. docet Contritionem charitate perfectam homines Deo reconciliare, priuſquam Sacramentum Pœnitentiæ ſuſcipiatur actu.

Tertio ſeſſ. 13. cap. 7. requiri ad præparationem Euchariſtiæ Confeſſionem Sacramentalem conſciis peccati mortalis: eos tamen, qui celebrare tenentur, nec adeſt Sacerdotis copia celebrare poſſe, ſi contritionem habeant cum voto confitendi. At nullomodo fas eſt celebrare cum peccati cõſcientia mortalis.

Quartò, ſcriptura Pœnitentibus ſerio promittit ſine mora peccatorum veniam: cum dixiſſet Dauid: [c] *Peccaui Domino*, ilicò ſubiunxit Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.*

[c] 2. Reg. 12. v. 13.

Iſaiæ 30. [d] v. 15. vnde ita Leo. 1. quod volumus colligit. *Miſericordiæ Dei* (inquit) *nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuerſio, dicente Spiritu Dei per Prophetam Cum conuerſus ingemueris tunc ſaluus eris.*

[d] *vt ſup. cap.* 11.

Ezechiel. 33. [e] *Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſuâ.*

[e] *v.* 12.

[f] Filius prodigus antequam ſuam abſoluiſſet Confeſſionem recepit oſculum pacis. *Tam cito* [g] (inquit Ambroſius) *veniam meretur, vt venienti & adhuc longè poſito occurrat pater, & oſculum tribuat, quod inſigne eſt ſacræ pacis.*

[f] *Luc.* 15.

[g] 2. *de Pœnitent.* 3.

Quintò, charitas eſt [h] incompatibilis peccato:

[h] 1. Petri 4. v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* 1. *Ioan.* 3. *v.* 14. *Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Chryſoſt. homil.* 7. *in* 1. *Timoth. vbi Charitas eſt, omnia ſublata ſunt mala.*

[i] *vt demonſtr. Aug. libro de Gratiâ Chriſti cap. 21.*
[k] *quia plenitudo legis eſt dilectio Rom. 13. v. 10.*
[l] *Ioan. 15. verſ. 14. vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis v. 12. hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.*

[i] Efficit filios Dei: [k] implet legem: [l] facit amicos Dei. Hæc verò nequeunt eſſe, ſine iuſtificatione. Quomodo enim erit filius & amicus Dei, ac legem implebit, qui in peccato mortali fuerit? At vera, & perfecta contritio ſine charitate non eſt. Ergo peccato incompatibilis eſt.

Sextò, non cōceduntur indulgentię niſi exiſtentibus in gratia. At conceduntur aliquando contritis ſolùm, ſi habeant votum confitendi. Ergo vel errat Eccleſia, vel contritio cum voto ſufficit ad præſentem peccatorum remiſſionem.

Septimò, admittit aduerſarius in articulo mortis per ſolam contritionem remitti peccata. Ad id non fit vi articuli mortis, ſed contritionis. Quidni ergo eandem vim habebit extra mortis articulum.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIV.

[a] *Luc. 7. v. 49.*

PRIMA, tunc remiſit peccata Magdalenæ Chriſtus cum dixit: [a] *Remittuntur tibi peccata tua.* Sed antea Magdalena, charitate flagrabat. Ergo charitas poterit eſſe ſine remiſſione culpæ.

[b] *Marci 5. v. 34. ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου, à flagello tuo.*

Negatur Maior: ſolùm enim hæc verba partim exterius coram hominibus abſoluunt eam, quæ iam intus abſoluta erat coram Deo: partim confirmant abſolutionem, iam antea inuiſibiliter datam: Similiter enim Dominus mulieri, quam iam ſanauerat dixit: [b] *Eſto ſana à plagâ tuâ.*

[c] *Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Secunda, dilectio Dei in Magdalena [c] fuit cauſa remiſſionis peccatorum. Ergo prior dilectio remiſſione: nam cauſa eſt prior effectu.

Reſpondeo eſſe priorem natura, non tempore ſicut vltimam diſpoſitionem ad gratiam.

Tertia, qui diligit Deum ſermones eius obſer-

uat. At Catechumeni ante remiſſionem peccatorũ ſermonem Domini obſeruant. Ergo diligunt ante remiſſionem peccatorum.

Reſpondeo, vel Cathecumenos non obſeruare omnia: vel ſi obſeruant habere quoque remiſſionem peccatorum.

Quarta, in iuſtificatione eſt primò dilectio Dei. 2. obſeruatio mandatorum. 3. remiſſio peccatorum, per inhabitantem Deum in nobis: Ioan. 14. [d] *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.*

Reſpondeo, non loqui Ioannem de ordine iuſtificationis: ſed de gradibus ad gloriam æternam, vt [e] D. Auguſt. docet. primo enim diligimus Deum. 2. mandata ſeruamus. 3. venit ad nos per gloriam ſuam.

Quinta, Paulo iam plenè conuerſo dixit Ananias: [f] *Et nunc quid moraris? exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine illius.*

Reſpondeo 1. non fuiſſe notum Ananiæ Paulum habuiſſe remiſſionem peccatorum. 2. etſi nouiſſet, tamen hortari merito vt amplius [g] lauaretur, iuxta illud: [i] *Amplius laua me ab iniquitate mea.* 3 illud, *Ablue peccata*, idem eſſe ac, *Sacramentum Abſolutionis accipe.* quomodo de Cornelio Auguſtinus loquitur: [k] *Cornelius audiens & credens quod prædicauerat Petrus ita mundatus eſt, vt ante* viſibilem *Baptiſmũ, cum ſuis qui aderant, acciperet donum Spiritus ſancti:* veruntamen nec viſibile Sacramentum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinſecus, lauaret quodammodo veſtimenta ſua.

Sexta, [l] *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum anathema ſit.* At non ſunt Catechumeni, & Pœnitentes execrandi, ergo amant Chriſtum. Sed nondum habent remiſſionem peccatorum: Igitur dilectionem habent, ſine remiſſione.

Reſpondeo, tãtùm execrari Paulum eos qui nec perfectè, nec inchoatiuè diligunt Deum. At Catechumeni, & Pœnitentes, vel perfectè, vel inchoati-

[d] v.23. ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα.

[e] *tract. 75. in Ioan. & Cyrill. 10. in Ioan. cap. 1.*

[f] *Actor. 22. v. 16.* καὶ νῦν τί μέλλεις, ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου.

[g] *nimirum à vulneribus ex peccato relictis vt propenſionibus vitioſis.*

[i] *Pſal. 50.*

[k] *q. 33. in Numeros.*

[l] *1. Cor. 16. v. 22.* εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα.

uè ſaltem diligunt.

Septima, Catechumeni, & Pœnitentes ante remiſſionem peccatorum viuunt, cum peccata ſua confiteantur, [n] quod mortui facere nequeunt. Ergo diligunt ante remiſſionem, quia: [o] *qui non diligit manet in morte.*

[n] *Eccleſiaſtici* 17. *v.* 26. *A mortuo quaſi nihil perit confeſſio.*

[o] 1. *Ioan* 3. *v.* 14. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ.

Reſpondeo, dum diligere incipiunt ſimul incipere viuere, quando perfectè diligent perfectè viuere, quod ſine peccatorum remiſſione non fit Porrò Confeſſio non eſt propriè opus vitæ, ſed diſpoſitio ad vitam.

Octaua, ſine charitate nihil proſunt cætera opera. At non eſt veriſimile nihil prodeſſe Catechumenis & pœnitentibus opera bona ante remiſſionem. Ergo ſunt cum charitate.

Ad Maiorem, veram eſſe de opere meritorio æternæ vitæ, falſum de opere altero.

Ad Minorem, iſtorum opera præcedentia ad remiſſionem peccatorum prodeſſe quidem vt diſpotiones ad iuſtificationem, non tamen vt merita gloriæ.

Nona, fides qua Catechumeni, & Pœnitẽtes impetrant remiſſionem peccatorum multum valet. At ſola fides quæ per dilectionẽ operatur aliquid valet. Ergo hanc habent iſti ante remiſſionem peccatorum.

Diſtinguitur Minor, vt Maior præcedentis obiectionis.

Decima, [o] *Scientia inflat, Charitas ædificat.* Ergo ſcientia quę non inflat eſt cum charitate, ſed ſcientia Catechumenorum ante remiſſionem non inflat, quia perducit ad remiſſionem peccatorum.

[o] 1. *Corinth.* 8. *v.* 1. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.

Negatur conſequen. Nam quamuis ſcientia cum Charitate non inflet, tamen Scientia, quæ non inflat, poteſt eſſe ſine, & cum charitate, nimirum ſi timori iungatur.

Vndecima, Gratia dilectionis eſt neceſſaria ad nõ peccandum vt definit [p] Concilium Mileuitanum.

[p] Cap. 4.

Sed

Sed non peccare conuenit Catechumenis ante remiſſionem.

Ad Maiorem: loqui Concilium de gratia dilectionis qua homo poteſt omnia, & ſingula mortalia vitare, quæ cum remiſſione peccatorum infunditur. Ad Minorē poſſe Cathecumenos vitare ſingula, non tamen omnia: niſi cum affuerit gratia.

Duodecima iuſtificans *Deus* [q] (inquit Concil. Arauſicanum) *nullis præcedentibus meritis fidem, & amorem ſui inſpirat, vt Baptiſmi Sacramentum fideliter requiramus.* Et [r] Concilium Trident. docet ſe ad Iuſtitiam præparantes incipere diligere Deum tāquam Iuſtitiæ fontem.

Reſpōdeo, loqui Concilia de dilectione imperfecta Charitatem præcedente.

Duodecima, bona voluntas eſt Charitas, [s] iuxta Auguſtinum. Sed homo bonam habet voluntatem ante peccatorum remiſſionem.

Reſpondeo non agere Auguſtinum de quacumque bona voluntate, ſed de voluntate per Spiritū adoptionis collata, [t] qua efficimur filij Dei, [v] qua vitam aſſequimur æternam, [x] quæ ſit recte viuēdi, & ad ſummam perueniendi ſapientiam appetitus.

Decima tertia, per Charitatem adimpletur, quidquid diuinæ legis obſeruatur ([z] inquit Aug.) ſed Catechumeni ante remiſſionem peccatorum multum diuinæ legis implent.

Reſponſio vt ad octauam obiect.

Decima quarta, [a] *Boni cupiditas eſt Charitas*, nec initium ex nobis eſt, ſed tota charitas à Deo eſt. At initium bonę cupiditatis habetur ante remiſſionem peccatorum.

Reſpondeo aliud eſſe initium cupiditatis boni apud Aug. aliud perfectam boni cupiditatem, etſi vtrumque aſſerat infundi à Deo. 1. prius enim charitatem præcedit, & dicitur aliquid dilectionis ab [b] Auguſtino, poſterius eſt ipſamet Charitas.

Decima quinta [c] Leo, & B. [d] Bernardus docet

[q] *c.m. vlt.*
[r] *ſeſſ. 6. cap. 6.*
[s] *12. Ciuit. 9. & lib. 14. cap. 7. &c.*
[t] *lib. de gratia Chriſti, cap. 21.*
[u] *4. in Iulian. 3.*
[x] *l. de libero arbitrio. 11.*
[z] *epiſt. 143.*
[a] *Aug 2. contra duas epiſtolas Petil. cap. 9.*
[b] *lib. de gratia & liber. arbitr. cap. 18. ſine ſuo fructu* (inquit) *admoneretur liberum arbitrium quærere Dei donum, de quo Ioānes ait. Dilectio ex Deo eſt, niſi prius acciperet aliquid dilectionis.*
[c] *ſerm. 9. de Paſſione.*
[d] *libro de diligendo Deo.*

non fuiſſe Charitatem extinctam in Petro cum peccauit.

Reſpondeo, Leonem loqui de dilectione naturali, & humana. Bernardum verò ideò dixiſſe Petri Charitatem ſopitam non extinctam, quia ſtatim rediit, ac ſi ſopita fuiſſet tantùm.

Decima ſexta, multi Catechumeni charitate flagrant: at remiſſionem peccatorum non habent. 1. *Quantumcumque* [e] (inquit Aug.) *Catechumenus proficiat, adhuc ſarcinam ſuæ iniquitatis portat, nec illi dimittitur niſi cum venerit ad Baptiſmum.* 2. [f] idem: *ſicut bono Catechumeno Baptiſmus deeſt ad capeſſandum regnum cœlorum, ſic malo Baptizato vera conuerſio.* 3. [g] idem ait Cornelium Centurionem licet laudatum in ſcripturis, non tamen dignum fuiſſe ſaluari ante ſuſceptionem Baptiſmi. 4. [h] ipſemet Auguſt. aſſerit nuſquam apud ſe ante Baptiſmum ſecurum fuiſſe. 5. *Diuinæ bonitatis præſidijs ordinatum eſt*, [i] (inquit Leo) *vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri.* 6. quia [k] Richardus de ſancto Victore *apertè* docet hominem poſſe in Charitate verſari, & ſimul in reatu damnationis æternæ: ſimile [l] Thomas waldenſis aſſerit.

Negatur Minor. Ad primam probationem, loqui Auguſtinum de Catechumenis negligentibus Baptiſma, & proinde in quibus reuera [m] non ſit Charitas: præmittit enim: *Ad hoc viam præbuit Donus noſter, ne quis arrogans, eo quod habeat abundantiam alicuius gratiæ dedignaretur baptizari Baptiſmo Domini.* deinde ſubiungit *Quantūcunque Catechumenus*, &c.

Ad ſecundam, ideò requiri in Catechumeno Baptiſmum præter Charitatem, quia illum ſuſcipere tenetur, niſi neceſſitate impediatur aliqua. Ad 3. loqui de Cornelio, antequam quidquam de Baptiſmo audiuiſſet. Nam de alio tempore aliter Aug. [n] loquitur. Ad 4. ita ſe merito Auguſtinum geſſiſſe, quod minime pro comperto haberet ſe ſufficientem contritionem habuiſſe: hinc enim iuxta conſcientiæ ſuæ iudicium dicebat ad Deum;

[e] *tract. 13. in Ioan.*
[f] *4. de Baptiſmo contra Donatiſtas 21.*
[g] *epiſt. 57. & 1. de prædeſtin. SS. 7. &c.*
[h] *9. Cōfeſſ. 4.*
[i] *epiſt. 91.*
[k] *libro de poteſtate ligandi, atque ſoluendi cap. 19.*
[l] *tom. 2. de Sacramentis. 97.*
[m] *quia neque in re, neque in voto habent Baptiſma.*
[n] *vide ſup. in reſponſione ad quintam huius capitis.*

peccata mea nondum dimiſeras.

Ad 5. intelligendum eſſe de Abſolutione Sacerdotis in re, vel in voto. Nam & ibidem Leo ait veram conuerſionem nullam veniæ moram pati.

Ad 6. in ſenſu [o] Richardi, *remanere reatum æternæ mortis cum charitate*, nihil aliud eſſe: quam remanere obligationem ſuſcipiendi Sacramentũ, quod ſi per negligentiam obmittatur, æternæ mortis damnatio [p] ſequatur. waldenſ. [q] loquitur de Charitate quę nec in re, nec in voto Sacramentum reſpiceret, ſi talis dari poſſet.

Decima. 7. Si per contritionẽ peccata remittuntur. Ergo fruſtra Baptiſmum, & Abſolutio: igitur falſa Sacramẽti forma: *Ego te Baptizo: Ego te abſoluo.*

Negatur Prima conſequentia 1. quia Sacramenta augent gratiam. 2. quia nemo certus eſt ſe verã contritionem habere. 3. Quia votum ſuſcipiendi Sacramentum implere tenetur: Negatur item ſecunda. 1. quia per formam Sacramenti, ſignificatur Sacramentum impendi, quod, quantum eſt ex ſe, vim habeat reconciliandi [2. quia Abſolutio facta per Contritionem, habuit vim per reſpectum ad Abſolutionem Sacramentalem, quæ ſuo adhibetur tempore.]

[o] *cap. 4 docet remitti reatum pœnæ æternæ, ſiue mutari in reatum pœnæ temporalis ſtatim atque aliquis perfectè conuertitur ad Deum.*

[p] *non quia non habuerit remiſſionem peccatorum, ſed quia pactum non ſeruauit.*

[q] *Quamuis* (inquit) *bonus fuerit plena fide: dico tamen ſine viſibili Sacramento, vel reipſa, vel affectu grauido cõſecuto, ſine aquâ Saluus eſſe non poterat.*

Nullum eſſe peccatum quod vera non deleatur Pœnitentia.

CAP. XV.

PRIMÒ, Ezechiel 18. & 33. Deus ſine vlla exceptione veniam omnium pollicetur iniquitatum pœnitentiæ ſerio actæ, cum emendationis propoſito.

Secundò, [a] *Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.* At quiſquis ſerio pœnitentiã agit, [b] inuocat nomen Domini.

[a] *Ioelis. 2. v. 32.*

[b] *ibid. v. 12. & 17.*

Tertiò, omnes laborantes, ſine exceptione [c] inuitat Dominus ad ſe.

Quartò, [d] Petro, & [e] Apoſtolis dedit poteſtatem quæcumque remittendi peccata.

Quintò, ex Concil. Lateranenſi 4. *Si poſt ſuſceptionem Baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari.*

Sextò, ex PP. [f] Hilar. *Neque fas eſt nos ex præſcripto legis, dandæ veniæ numero concludi, cum per Euangelij gratiam ſine modo nobis à Deo fuerit indulta.* [g] Ambroſ. *Omnibus conuerſis pollicetur veniam: quia ſcriptũ eſt: Omnis quicumque innocauerit nomen Domini ſaluus erit.* Hierony. [h] *Fruſtra mortuus eſt Chriſtus, ſi aliquos viuificare non poteſt: mentitur Ioannes Baptiſta, & digito Chriſtum, & voce demonſtrans: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi: ſi ſunt adhuc in ſæculo, quorum Chriſtus peccata non tulerit.* [i] Auguſtinus: *de quocumque peſſimo in hac vita conſtituto: non eſt vtique deſperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur.*

Septimò, peſſimus certè fuit Manaſſes: Et tamẽ [k] veniam peccatorum impetrauit.

Octauò, [l] Stephanus pro perſecutoribus peſſimis orauit: Et [m] Petrus Simonem Magum ad Pœnitẽtiam hortatus eſt. At fruſtra ſi peſſimis remiſſio peccatorum non datur.

[c] *Math.* 28. *venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*
[d] *Math.* 16. *v.* 19.
[e] *Math.* 18. *v.* 18.
[f] *can.* 18. *in Matth.*
[g] 2. *de Pœnitent.* 4.
[h] *epiſt. ad Oceanum de Digamia.*
[i] 1. *Retract.* 19.
[k] 2. *Paralip.* 33. *v.* 13.
[l] *Actor.* 7. *v.* 59.
[m] *Actor.* 8. *v.* 22.

Soluuntur obiectiones: agiturque de Peccato in Spiritum ſanctum.

Cap. XVI.

PRIMA [a] *Si peccauerit* (inquit Heli) *vir in virum, placari ei poteſt, ſi autem in Deum peccauerit vir, quis pro eo orabit?*

Reſpondeo cum [b] Ambroſio ſenſum eſſe: *Si quis peccauerit in Deum,*

[a] 1. *Reg.* 2. *v.* 25.
[b] *lib.* 1. *de Pœnit.* 8.

Digitized by Google

quærendum eſſe virum inſignem ad diuinam maieſtatē placandam : quia peccata in Deum difficilius, quam in homines, expiantur.

Secunda, [c] *quia vocaui*(inquit ſapientia) *& renuiſtis*, &c. [d] *tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane conſurgent & non inuenient me*.

Reſpondeo. 1. vel agi de iudicio vniuerſali, quo [e] ſera aderit pœnitentia : proptèrea namque ibidem dicitur : [f] *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis quod timebatis aduenerit*. 2. vel loqui de inuocatione auxilij diuini, ad pœnas temporales arcendas.

Tertia [g] Eſau, & [h] Antiochus Pœnitentiam egerunt, nec remiſſionem impetrarunt.

Reſpondeo, Eſau non doluiſſe niſi de amiſſa hæreditate paterna, vnde non obſtantibus lachrymis ſuis: [i] *venient*(inquiebat) *dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Quare voluit Apoſtolus Hebræor. 12 monere fideles ne facile in peccata ruerent, quia multi gemunt qui tamen veram Pœnitentiam non agunt. Antiochus verò in liberationem à doloribus viſcerum orabat.

Quarta, peccatum in [k] Spiritum ſanctum irremiſſibile prædicatur in ſcriptura.

[c] *Prouerb.* 1. *v.*24.
[d] *v.* 28.
[e] *Sapient.*5.*&* *Luc.*13.*v.*25. 26.27.
[f] *v.* 26.
[g] *Hebr.* 12.*v.* 17.
[h] 2. *Machab.* 9.*v.*13.
[i] *Geneſ.*27. *v.*41.
[k] *Math.*12.*v.* 32. *Marc.* 3. *v.* 29. *Luc.* 12. *v.* 10. & 1. *Ioan.* 5.*v* 16. *iuxta Aug.* 1 *de ſerm. domini in monte cap.* 43.

De peccato in Spiritum ſanctum.

1. *Quid ſit.*

Prima opinio, [l] Origenis eſt, *omne peccatum poſt Baptiſma dici in Spiritum ſanctum* : quia Pater eſt in omnibus rebus, filius in ſolis rationalibus, Spiritus ſanctus in ſolis regeneratis. Peccatum ergo in Spiritum ſanctum illud erit, quod in perſonam patratur Spiritus ſancti inhabitantis in nobis.

Contra 1. [m] ſequeretur omnia Chriſtianorum

[l] *in* 12. *Math. Huius ſententiæ fuit etiam Nouatianus ideò enim negabat lapſis remiſſionem peccatorū, quod exiſtimaret omnes Chriſtianos peccaſſe in Spiritum ſanctum : teſte Aug. epiſt. ad Marcellam de blaſphemia in Spiritum ſanctum.*

[m] *Athanaſ. libello in illud : Qui dixerit verbum*, &c.

peccata eſſe in Spiritum ſanctum, [n] quod falſum eſt. 2. quia Dominus accuſat huius peccati Phariſæos, qui tamen baptizati non erant. 3. quia Spiritus ſanctus, & omnes aliæ perſonæ ſunt æquè in omnibus creaturis.

[n] *Nam aut nuſquam, aut vix remitteretur.*

Secunda [o] Auguſtini, *peccatum in Spiritum ſanctum eſſe ſolam impœnitentiam finalem.*

[o] *ſerm.* 11. *de verbis domini, & epiſtol.* 50.

Contra. quamuis finalis impœnitentia aliquod ſit peccatum in Spiritum ſanctum, non tamen illud propriè de quo Dominus agit in Euangelio. 1. quia peccatum in Spiritum ſanctum propriè blaſphemia eſt. At finalis impœnitentia non eſt ſpeciale peccatum, ſed tantum circunſtantia quædam poſſibilis reperiri in omni peccato. 2. quia impœnitentia finalis, non niſi committitur in morte. At peccatum in Spiritum ſanctum inuenitur etiam in hac vita: alioquin fruſtra dixiſſet Dominus, non remitti, neque in hoc ſæculo, neque in futuro: [nam finalis impœnitentia in hoc ſæculo, ſine dubio remitti nequit.] 3. quia Dominus notauit huius criminis Phariſæos qui tunc reuera non moriebantur. 4. cum ait Ioannes. [p] *Eſt peccatum ad mortem non pro eo dico, vt roget quis*, &c. loquitur de peccato in Spiritum ſanctum. At de viuorum agit peccato: [q] *Qui ſcit* (inquit) *fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei*: quibus præſupponit, ſciri poſſe an id peccatum ſit ad mortem, necne: At finalis impœnitentia nequit niſi poſt mortem cognoſci.

[p] *ſupr.* ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ.

[q] ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ.

Tertia ſententia, *peccatum in SS*tum *eſſe ſolum ex malitiâ peccatum.* Refellitur, quia peccatum ex malitia non eſt ſpecialis blaſphemia.

Quarta, eaque vera, *hoc peccatum eſſe oppugnationem, ſiue improbationem, ac deteſtationē veritatis agnitæ, à quibus malitioſè oppugnatur*: Quamuis enim in totam ſit Trinitatem, dicitur tamen in Spiritum ſanctum, quia Spiritui ſancto tribuitur miraculorum operatio, & illuſtratio animorum ad veritatem percipiendam.

Probatur hæc ſententia. Primò, ex PP. [r] Athanaſio, [s] Baſilio, [t] Hilario, [u] Ambroſio, [x] Hierony. [y] Anſelmo, [z] Richardo [a] Theophylacto.

Secundò, peccatum Phariſæorum aſſerentium Chriſtum in Beelzebuth eijcere dæmonia, vocat ipſe Chriſtus peccatum in Spiritum ſanctum. At id erat ſimpliciter oppugnatio veritatis agnitæ.

Tertiò, Dominus diſtinguit blaſphemiam in Filium à blaſphemia in Spiritum ſanctum. At blaſphemia in Filium eſt (iuxta Athanaſium, Hieron. & alios) calumniari opera Chriſti tanquam hominis puri. Ergo peccatum in Spiritum ſanctum erit, cum ſciuntur hæc opera eſſe ex virtute Dei, ea tamen attribui malitioſè ſpiritui immundo.

2. *Quare irremiſſibile dicatur.*

Prima ſententia, [b] Theophylact. & Abulienſis dici *irremiſſibile* quia ſine Pœnitentia non remittitur: peccatum in Filium remiſſibile dici, quia cum ex ignorantia procedat, non imputatur, & proinde pœnitentia non eget.

Contra. ſequeretur omne peccatum contra ignorantiam, eſſe in Spiritum ſanctum.

Secunda, [c] Richardi, dici *irremiſſibile*, ratione pœnæ: quia ſi homo moriatur cum eo, nihil ei relaxatur de pœna æterna: ſi culpa dimittatur: nihil remitti de temporali pœna.

Contra 1. omnes PP. intelligunt de irremiſſione culpæ 2. non dixit Dominus, *Nihil de hoc peccato remittetur*: ſed abſolutè, *non remittetur*. 3. ſine fundamento dicitur, non poſſe pœnitenti remitti de pœna huiuſmodi peccati.

Tertia, eſſe *irremiſſibile*, quia etſi remitti poſſit per Pœnitentiam, tamen iuſto Dei iudicio, Pœnitentia carere.

Contra 1. ſequeretur omnes veritatem impugnantes ſcienter, debere de ſua deſperare ſalute. 2. fruſtra Stephanus oraſſet pro lapidantibus, quos ſciebat peccare in Spiritum ſanctum.

Quarta, eaque vera, dici, *irremiſſibile*, quia vt plu-

[r] *ſup. & orat. 2. in Arianos.*
[s] *in Moralib. ſumma 35 ca. 1.*
[t] *in 5. & 12. Math. & Paciani epiſt. 3.*
[u] *1. de Spiritu ſancto cap. 3. & Chryſoſt. homil. 41. in Math.*
[x] *in 12. Math.*
[y] *in 12. Math.*
[z] *lib. de Spiritu Blaſphemiæ.*
[a] *& Beda in 12. Math.*
[b] *in hunc locū.*
[c] *libello de Spiritu blaſphemiæ.*

rimum nõ curatur. tum quia directè repugnat gratiæ qua curari poteſt: tum quòd ex malitia procedat, nihil habens vnde excuſari queat. Simili quadam locutione dixit Chriſtus. [d] facilius eſſe camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum Dei. videtur enim intercludere aditum regni diuitibus. Et Hieremias:[e] *ſi mutare poteſt Æthiops pellem ſuam* &c. *& vos poteritis benefacere.*

[d] *Math* 19. *v.* 24.
[e] *Hierem.* 13. *v.*23.

Obijcitur illud: *Eſt peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis.*

Reſpondeo ſenſum huius eſſe loci: Quamuis dixerim Deum audire nos, quidquid petierimus ab eo, & proinde orandum fidenter pro fratre nõ peccante ad mortem: tamen ſi peccatum ſit ad mortẽ ideſt in SS[tum], non quidem prohibeo vt oretur pro fratre: ſed neque dico, quia non audeo polliceri exauditionem: Sæpè namque in tali negotio preces Sanctorum Deus [f] non audit.

[f] *Hierem.* 7. *v.*15. *Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te.*

Contritionem imperfectam, ſiue attritionem ex timore pœnæ bonam, atque vtilem eſſe.

CAP. XVII.

TIMOR quadrupliciter dicitur Primo, *naturalis*, paſſio nimirum inferioris animæ partis: quæ per ſe nec bona, nec mala eſt moraliter. 2. *mundanus*, nimirum quo plus homines quam Deum timemus: Et hic malus eſt 3. *ſeruilis, quoad ſubſtantiam*, quia timet pœnas, [filialis tamen propriè] quia magis propter offenſam Dei dilecti, quam propter pœnam intentatã timet: qui timor proculdubio bonus eſt, neque de his tribus eſt controuerſia. 4. [a] *propriè ſeruilis*: qui Deum punientem timet ſolius pœnæ fugiendæ cauſa; de

[a] *Hic dupliciter procedit: aliquando enim ſolum retrahit ab opere peccati externo, aliquando ab interna mala voluntate, vnde concipiunt homines ſerio odium peccati, priori modo nõ gignit attritionem ſed poſteriori.*

quo [b] Auguſtinus, *Timor quo non amatur iuſtitia. ſed timetur pœna ſeruilis eſt, quia carnalis eſt, & ideo non crucifigit carnē.* Eſſe tamē bonū & vtilem, probatur.

Primò, Eccleſiaſtici [c] 1. *Timor Domini expellit peccatum, nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* Iſaiæ 26. [d] *à timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis.*

Secundò, quia Deus hunc à nobis exigit timorem. [e] Hierem. 5. *Me ergo non timebitis, & à facie mea non delebitis, dicit Dominus.* Malach. 1. [f] *Filius honorat patrem, & ſeruus Dominum: ſi ego pater vbi eſt honor meus? ſi Dominus vbi timor meus?* Nec enim negari poteſt hæc etiam ad peccatores ſpectare.

Tertiò, quia ſcripturæ iſtum incutiunt paſſim peccatoribus timorem, propoſitis pœnis. [g] Deut. 32. Math. [h] 3. *Genimina viperarum quis vobis demonſtrauit fugere à venturâ irâ?*

Quartò, ſcripturæ hunc docent inſpirari à Deo. Rom. 8. [i] *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis.* Per *ſpiritum* autem *ſeruitutis* intelligit ſpiritum in veteri Teſtamento datum.

Quintò, ex PP. Tertull. [k] *Si de exomologeſi retractas gehennam in corde conſidera, quā tibi exomologeſis extinguit: & pœnæ magnitudinem prius imaginare vt de remedij adoptione non dubites.* Clem. [l] *Fides eſt prima ad ſalutem inclinatio poſtquam timor & ſpes & pœnitentia.* Cyprian. [m] *Deus quantum pietate patris indulgens ſemper & bonus eſt: tantum iudicis maieſtate timendus eſt.* Baſil. *Timor ſalutaris qui ad ſanctitatem deducit & animæ diuinitus inſitus eſt, qualis exiſtat ſi cupis audire attende,* &c. Pacian. [n] *Timete dilectiſſimi iuſta iudi-*

[b] *concion.* 25. *in Pſal.* 118.

[c] *v.* 27.

[d] *v.* 17. *iuxta verſionem Septuag.*

[e] *v.* 22.

[f] *v.* 6. *Math.* 10. *v.* 28. *timete eum qui poteſt corpus & animam perdere in gehēnam.*

[g] *v.* 22. *Pſal.* 7. *v.* 13. *Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit, &c. Iſaiæ* 33. *v.* 14. *Ionæ.* 3. *v.* 4. *adhuc* 40. *dies, & Niniue ſubuertetur.*

[h] *v.* 7. γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς. *v.* 10. πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. *Omnis arbor qui non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur.*

[i] *v.* 15. οὐ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον ἀλλὰ ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας. [k] *lib. de Pœnitent.* [l] 2. *Stromat. ante medium.* [m] *ſerm. de lapſis.* [n] *Parœneſi ad Pœnitentiam. & Ambroſ. libell. ad Virg. corruptam cap.* 8.

cia omittite errorem, &c. [o] Hieron. *Vult Deus vt primum eius filij ſimus, & bonum voluntate faciamus, ſi hoc conſequi nolumus, vt ſaltem nos ſeruos habeat: à malis per ſuppliciorum formidinem recedamus, vt de timore ſeruorum ad gratiam filiorum transeamus.* [p] Auguſt. *Ille timor* (inquit) *nondum caſtus præſentiam Domini, & pœnas timet, timore facit quidquid boni facit*, &c. *Bonus eſt & iſte timor.* Item, [q] *Opus eſt, vt intret timor primò, per quem veniat charitas: timor medicamentum, charitas ſanitas.* [r] Caſſian. Gregor. [s] *Praua mens* (inquit) *ſi non prius per timorem euertitur, ab aſſuetis vitijs non emundatur.*

Sexto, quia conſentaneum eſt rationi timere malum ſummum, qualis eſt cruciatus gehennæ.

Septimò, quia timoris huius effectus, optimus eſt: aut enim coërcet voluntatem à peccato, aut ſaltem impedit opus, At *non poteſt arbor mala bonos facere fructus.*

Octauò, quia probabile eſt, [t] hunc timorem eſſe vnum ex ſeptem Spiritus ſancti donis. Nec refert Chriſtum hoc caruiſſe timore, qui tamen donatus fuit omnibus Spiritus ſancti donis: fuit enim repletus ſpiritu timoris Domini, non ſecundum omnes timoris ſpecies, ſed tantum filialis timoris, quatenus reſpicit reuerentiam patris, non autem in quantũ ob offenſam timet: ſciebat enim Chriſtus ſe impeccabilem eſſe.

Nonò, ex Concilio [v] Trident. quo damnatur ſententia contraria.

[o] *in 1. Malac. & Chryſoſt. lib. 1. de cõpunctione cordis.*
[p] *in Pſal. 127. ad illud: Beati omnes qui timent Dominũ.*
[q] *tract. 9. in epiſt. Ioan.*
[r] *4. Inſtitut. Renunciantiũ. 39.*
[s] *homil. 34. in Euang. & Bernard. ſerm. de Maria Magd.*
[t] *ita ſentit Alexander 3. par. ſumma q. 76. membro 2. Bonauent. 3. Sentent. diſt. 34. par 2. ar. 1. q. 1. Aug. tract. 9 in epiſt. Ioan. cum cap. 9. libri 1. de ſerm. domini in monte: & Gregor homil. 19. in Ezech.*
[v] *ſeſſ. 6. can. 8. & ſeſſ. 14. ca. 5.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. XVIII.

[a] PRIMA, contritio nata ab illo timore, extorta ac violēta eſt. Quia ſi minæ non adeſſent, reuera placeret, quod alias diſplicet, ſed ægrè. [a] *Luther. ſerm. de Pœnitentia.*

Negatur ſimpliciter propoſitio. Etſi enim cōtritio iſta non ſit adeo libera ſiue affectata, ac quæ ex amore iuſtitiæ: tamen eſt reuera libera. Ad probationem hoc minimè impedire, quin actus ex deliberato conſilio, & electione naſcatur.

Secunda, [b] nequit perfectè aliquid odio haberi, niſi prius diligatur contrarium eius. Amor namque eſt odio prior. Ergo non poſſumus odio habere peccatum, quin prius iuſtitiam amemus. [b] *eiuſd. ibidē.*

Reſpondeo 1. Antecedens negatur ſi aliquid habeatur odio non propter ſe, ſed propter aliud. Ita enim ægrotus ſuaues cibos deteſtatur, non propter ſe ſimpliciter, ſed propter morbum: non inſuauium ciborum, ſed ſanitatis amore. Sic etiam peccator poterit peccatū odio habere non propter ſe, ſed quia pœnam & dolorem habet: non iuſtitiæ ſed fœlicitatis amore. 2. admiſſo Antecedente, verum non erit conſequens, niſi de odio peccati perfecto, quale Attritio non eſt.

Tertia, [c] quod non fit ex charitate, non fit ex corde, & proinde hypocriticum eſt. At huiuſmodi timor non à charitate procedit. [c] *eiuſd. aſſer. ar. 6.*

Negatur Maior [alioquin ſequeretur nihil poſſe naturaliter hominem agere, niſi ficto corde, cumque Deus ſit author naturæ: ficti cordis conditorem eſſe :] quanto magis ergo ſincere fiet quod à Spiritu ſancti motione emanat.

Digitized by Google

[d] *eiuſd. ibid.*
[e] *1.Cor. 13.*

[d] Quarta, [e] teſte Apoſtolo quod ſit ſine Charitate,vanum eſt,ac nihil.

Reſpond. vanum eſſe reſpectu meriti vitæ æternæ:qua conſideratione loquitur Paulus.

Quinta, Amor ſeruilis, inordinatus videtur. Ergo malus.

[f] *ſicut nec æs malum erit ſi pro auro ſumatur.*

Negatur [f] antecedens tota enim deordinatio, dumtaxat. 1. eſt quod ipſum timorem qui per ſe bene ordinatus eſt : (ordo enim poſtulat reum timere à facie Dei punientis) præponatur iuſtitiæ: cuius inordinationis non eſt cauſa huiuſmodi timor.

Sexta, ergo pari ratione mundanus timor malus non erit.

Reſpondeo [timorem mundanum ſimpliciter conſideratum,vt timorem creaturarum malum mihi non videri niſi nullum eſſet ſubiectum timendi] in eo tamē malus eſt,quod dum imperat,eſt cauſa peccati,quia eius imperio malumus Deum offendere,quam creaturas. At timor ſeruilis in Deum non ſolum cum imperat , non cauſat peccatum, ſed etiam à peccato auertit : quomodo enim peccabit,qui timet ne Deum offendat , id eſt , ne pœnam incurrat?

Septima peccant qui diligunt Deum propter aliud. Ergo & qui propter aliud eum timent.

Negatur conſeq. quia Deus eſt per ſe ſummè bonus, & ideò ſummè diligendus , non propter aliud:per ſe autem non eſt malus, ſed tantum per effectus, ratione pœnarum, & ideo nequit timeri ſeruili timore, niſi propter aliud.

LIBER TERTIVS.

DE POENITENTIA.

QVI EST

De Confeſſione.

De erroribus circà confeſſionem.

CAP. PRIMVM.

PRimvs Montaniſtarum, & Nouatianorum qui cum poteſtatem abſoluendi ſuſtulerint Confeſſionem quoque inanem putarunt.

Secundus, [a] Audianorum, qui quod pœnitentibus mulctam non imponerent: per iocum Confeſſionem exigebant, & ideo grauia pœnitentes celabunt peccata.

Tertius, [b] wiclefi qui aperte Confeſſionem oppugnauit aſſerens ex ſola inſtitutione Papali introductam.

Quartus. [c] Petri Oxomenſis, Confeſſionem de peccatis in ſpecie non eſſe de iure diuino, ſed aliquo vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuto, in quo quidem errore noſtro ſæculo verſati ſunt [d] Eraſmus, & [e] Beatus Rhenanus.

Quintus, noſtrorum communis hæreticorum [f] 1. non poſſe Confeſſionem ex ſcripturis probari 2, non eſſe neceſſarium omnia ſacerdotibus confi-

[a] *apud Theodoret. 4. de Fabulis hæreticor.*

[b] *teſte waldenſi tom. 2. de Sacram. cap. 135.*

[c] *in Summa Concilior. decretis Sixti 4.*

[d] *Annot. in epiſt. Hierony. ad Oceanum de obitu Fabiolæ.*

[e] *Annot. in lib. de Pœnit. Tertulliani.*

[f] *Luther. lib. de captiuit. cap. de Pœnitentia.*

teri. 3. non eſſe circunſtantias peccatorum confitendas.

Probatur ex Euangelio Confeſſionis neceſſitas.

Cap. II.

QVI mortaliter peccarunt tenentur iure diuino Pœnitentiam agere, vt [a] ſupra conſtat. Sed remedium ad reconciliationem neceſſarium poſt Baptiſmum eſt, iuxta Euangelium, Confeſſio peccatorum Sacerdoti faciẽda. Quia Christus [b] inſtituit Sacerdotes iudices ſuper terram, hac in materia: iudicare autem nequeunt de peccatis ſibi incognitis. Inſtituiſſe probatur. 1. quia claues dedit Petro & Apoſtolis: per claues autem non [c] intelligitur ſimplex miniſterium ſignificandi oſtium eſſe clauſum, vel apertum, ſed poteſtas abſolutè aperiendi, vel claudendi quæ iudiciariam poteſtatem importat: nec enim aperient alicui cœlum, aut claudent, niſi de ipſius iudicent ſtatu. 2. dedit iiſdem ſolis ligandi poteſtatem, æquè ac ſoluendi in cauſis quæ non niſi in tribunali Chriſti componi poſſunt, & proinde ab alijs ligati, vel ſolui nequeant, quibus non ſit commiſſa poteſtas. At *ligare*, & *ſoluere* non ſignificant *declarare ſolutum*, vel ligatũ, ſed reipſa iniicere vincula, aut demere. 3. dedit expreſſe poteſtatem remittendi, & retinenti peccata: retinere autem, quid eſt, niſi remittere nolle? 4. ſi hæc ſit poteſtas tantum annunciandi pet Euangelium remiſſa eſſe peccata, vt hæretici volunt. Ergo omnibus quibus annunciatur Euangelium remittentur offenſæ. At Dominus non dixit *Omnibus*, ſed, *quorum*. 5. ex PP. Chriſoſt. [e] *Etenim* (inquit) *qui terram incolunt atque in ea verſantur ijs commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt diſpenſent: ijs datum eſt vt poteſtatem habeant quam Deus*

[a] *lib. 2. de Pœnitent. cap. 8.*

[b] *Math. 16. 18. & Ioan. 20.*

[c] *vt hæretici volunt.*

[d] *vnde Magiſtratibus ſolent Claues vrbium deferri in ſignũ poteſtatis.*

[e] *lib. 3. de Sacerdotio, & Nazianz. orat. ad Ciues timore perculſos, & præſidem iraſcentem, Ambroſ. 1. de Pœnit. 2. & ſeqq. Hierony. epiſt. ad Heliodor. de vita Solitaria.*

Digitized by Google

neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit: neque enim ad illos dictum eſt, quæcumque alligaueritis in terra &c. Item, *quorumcumque peccata retinueritis retenta ſunt, quænam quæſo poteſtas hâc vna maior eſſe queat?* [f] Auguſtinus explicans illud Apocalyp. *Et vidi ſedes & ſedentes ſuper eas. non hoc putandum eſt* (inquit) *de vltimo iudicio dici, ſed ſedes præpoſitorum & ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum eſt, quæ ligaueritis in terra ligata erunt in cœlo.* [g] Innocent. I. Gregor. [h] *principatum ſuperni iudicij ſortiuntur* (Apoſtoli) *vt vice Dei quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent* 6. Sequeretur ex aduerſariorum ſententia, *neminem perire poſſe ex ſolo defectu Sacerdotis.* At Auguſt. [i] docet aliquos reconciliari cupientes in æternum perire, defectu copiæ Sacerdotis. 7. ſequentur fruſtra abſolui ſurdos, quod nequeant per annunciationē Euangelij diuinas intelligere promiſſiones. 8. Temeraria, foret, vel ſuperflua peccatorum Abſolutio: Temeraria, ſi miniſter pronunciet abſolute, quia neſcit pœnitentis ſtatum: ſuperflua, quia melius nouit pœnitens an ſi fidem habeat, & ſimilia, quam Miniſter, ſolum annuncians eſſe remiſſa peccata. Si verò conditionalis ſit Abſolutio nimirum, ſi pœnitentiam congruam ſuſcipiens habeat, nihil magis reddet ſecurum pœnitentem, cum nec à Miniſtro nec à ſe ſuæ certitudinem remiſſionis colligat. 9. Non minus abſoluere poterit Laicus, Fœmina, immo Diabolus, vel Pſitacus, quam Sacerdos.

[f] 20. *Ciuit.* 9.

[g] *epiſt.* 1. *De pondere æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt iudicare.*

[h] *homil.* 26. *in Euangelia.*

[i] *epiſt.* 180.

Probatur ex figuris.

CAP. III.

PRIMA Geneſis 3. quo Deus ab Adam & Eua, item 4. quo à Cain delicti in ſpeciali Confeſſionem cordis & oris exigit non ſolum coram ſe, ſed etiam coram Angelo loquente in perſona Dei. *Atque ita Niobis* ([a] inquit) *Tertullianus conderentur exempla confitendorum potius delictorum, quam negandorum vt iam tunc initiaretur Euangelica doctrina: ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo damnaberis.* Similiter [b] Ambroſ. [c] Gregor. [d] Chryſoſt. hæc locà de Confeſſione intellexerunt.

Secunda, Leuitici 13. & 14. [e] Solis Sacerdotibus iudicium lepræ committitur, probaturque à Domino. Math. 8.

Tertia, Cōfeſſio indita Numer. [t] 5. *Vir, ſiue mulier cum fecerint, ex omnibus, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligētiam tranſgreſſi fuerint mandatū Domini, atque deliquerint* וְהִתְוַדּוּ אֶת־חַטָּאתָם אֲשֶׁר עָשׂוּ *vehithvaddu eth-chattatam aſcher gaſu: & confitebuntur peccatum ſuum quod fecerunt.* Item, Leuitici 5. v. 5. וְהָיָה כִי־יֶאְשַׁם לְאַחַת מֵאֵלֶּה וְהִתְוַדָּה *vehaiah chi-ieſcam leachath meelleh vehithuaddah. Et erit cum peccauerit in vno ex his, confitebitur.* אֲשֶׁר חָטָא *aſcher chata, quod peccauit* עָלֶיהָ *galeah, ſuper eo.* Agi de confeſſione peccati diſtincta, atque in ſpecie probatur 1. ex ipſo verbo *hithvaddu*, cum enim ſit in [g] *Hithpael* ſignificationem auger, idemque valet ac *confiteri expreſſè, & aperte.* 2. ex Rabbinorum vſu: teſtatur [h] waldenſis ſe ab Hebræis in Auſtria didiciſſe eorum conſuetudinem eſſe peccatum cōfiteri in ſpecie. [i] Antoninus, ſolere doctiores Iudæos ante mortem omnia confiteri peccata alicui Leuitæ,

[a] lib. 2. aduerſus Marcionem.

[b] lib. de Paradiſo cap. 14. & lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9.

[c] 22. Moral. 13.

[d] homil 18. in Geneſ.

[e] ad quorum imperium leproſi extra caſtra manebant, & poſt curationem in caſtra redibant.

[t] v. 6. & 7.

[g] [in Kal יָדָה Iada תּוֹרָה torah, Confeſſio.]

[h] tom. 2. de Sacr. cap. 137.

[i] 3. par. Sum. Theolog. tit. 14. cap. 6. §. 1.

Leuitæ, ſi haberi poſſet. Galatinus 10. cap. 3. multis Rabbinorum teſtimonijs probat neceſſe fuiſſe peccatum, in ſpecie cum ſuis circunſtantijs confiteri.

Quarta, [k] Confeſſio quæ Ioanni Baptiſtæ fiebat. Sicut enim Baptiſmus eius, Baptiſmum Chriſti figurabat: ſic illa Confeſſio noſtram.

[k] *Math. 3. v. 9. Marci 1. v. 5.*

Reſpondet [l] Caluin. homines tantum in genere ſe corã Ioãne agnouiſſe peccatores. Cõtra aliud eſt Confiteri peccata ſua, quod in Euangelio habetur, aliud ſe peccatorem agnoſcere.

[l] *3. Inſt. 4. §. 6. & Kemnit. 2. par. Exam. pag. 986.*

Quinta, [m] Lazari egreſſio è monumento, cui vincula ſoli illi ſoluerunt, quibus mãdauerat Chriſtus.

[m] *Ioan. 11. v. 44.*

Reſpondet Caluinus 1. [n] ex allegotico ſenſu non poſſe dogma fidei probari. Sed neque nos inde aliud quam probabile argumentum ducimus authoritate grauiſſimorũ PP. [o] Ambroſij, [p] Aug. [q] Gregor. 2. hâc ſolutione Lazari ſolum ſignificari, non eſſe exprobrandum peccatoribus peccata. Sed quis vſquam audiuit per *ſoluere*, ſignificari *non exprobare*, cum vnũ ſit affirmatiuum, actionem importans, aliud merè negatiuum, nihil efficiens. Quam melius PP. per *Lazarum mortuum*, ſignificari volunt *peccatorem*: per *excitationem*, *conuerſionem*: per *egreſſionem è monumento*, *Confeſſionem*: per *vinculorum ſolutionem*, Abſolutionem.

[n] *ſupr. §. 5.*
[o] *2. de Pœnit. 7.*
[p] *tract. 49. in Ioan.*
[q] *homil. 26.*

Probatur ex aliis locis noui Teſtamenti.

Cap. IIII.

PRimò, Actor. 19. [a] *Multi credentium veniebant*, *confitentes*, *& annunciantes*, non quidem in genere, vt [b] Kemnitius fingit: tum quia in Syriaco eſt, שגי *Scagei*: *numerantes* tùm quòd alioquin vnde potuiſſet co-

[a] *v. 18. πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξομολογούμενοι, καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.*
[b] *2. par. Exa. pag. 987.*

gnoſci illos fuiſſe curioſa ſectatos? *annunciantes* inquam, *actus ſuos* non miracula, vt [c] Lutherus ait: ſunt enim Dei, non noſtra opera, nec ſuos actus confiteri eſt miracula iactare: & editio Syriaca vertit *offenſas*, id eſt *peccata*: non aliqua tantum, vt [d] Kemnitius, explicat. Si enim cũ ſcriptura de peccatis abſolutè loquitur liceret explicare, *de quibuſdam*, abſurdiſſimæ reperirentur [e] ſententiæ. Sed confitebantur omnia ſua peccata. Et quoniam conſtat illo tempore nullam extaſſe legem Eccleſiaſticam de Confeſſione agenda: ſequitur eam fuiſſe inſtitutam à Chriſto.

Reſpondet [f] Caluinus: hos ſemel, *ſponte*, non omnes, ſed *aliquos* coram fidelium cætu fuiſſe confeſſos. Quod noſtræ Confeſſioni non quadrat, quę obligat omnes confiteri ſæpius.

Contra 1. quod ſponte fecerint, id, vel quia lex nondum vigebat de certo confitendi tempore, vel quia confitebantur extra tempus legis, vt nunc fit extra tempus Paſchale. 2. nuſquam probabitur non omnes, aut ſæpius fuiſſe confeſſos. 3. etſi probaretur *non omnes*, neque etiam nunc omnes confiteri, ſed qui ſuæ conſcientiæ ſollicitudinem gerunt: nec abſolute obligantur ad Confeſſionem de iure diuino, niſi qui læthali peccato grauantur.

Secundò, 2. Corinth. 5. [g] *Dedit nobis miniſterium reconciliationis*: [h] *& poſuit in nobis verbum reconciliationis: pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Quæ verba ad poteſtatem ſpectare Clauium Caluinus [i] fatetur. At qui mittuntur legati cum poteſtate reconciliandi regi, regis inimicos, nequeunt rectè ſuo fungi munere, niſi cognoſcant ex reis, quid ipſi egerint, & quam grauiter maieſtatem læſerint regiam.

[c] *in ſua verſione.*

[d] *ſupr.*

[e] *vt Daniel. 4. v. 24. Peccata tua eleemoſynis redime, id eſt, iuxta Kemnitium, Quadam peccata. Math. 1. v. 21. Ipſe ſaluum faciet populum à peccatis eorum, id eſt à quibuſdam.*

[f] *commentar. in Act.*

[g] *v. 18. τὰ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ, διὰ ἰησοῦ χριστοῦ. Omnia ex Deo qui reconciliauit nos ſibi ipſi per Ieſum Chriſtum, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς, dante nobis miniſterium reconciliationis.*

[h] *verſ. 19. θέμενος ἐν ὑμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. verſ. 20. ὑπὲρ χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν.*

[i] *4. Inſtit. 1. §. 22.*

Tertiò, Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata*[l] *veſtra, & orate pro inuicem.*

[m] Reſpondent illud *Alterutrum* intelligi de Confeſſione offenſæ parti facienda, vel alicui ſpirituali homini qui noſtræ cognito animæ morbo remedium conſulat: ideò enim ſubiungitur: *Orate pro inuicem, vt ſaluemini.*

Contra 1.[n] Origen. [o] Auguſt. & [p] Bernardus videntur hunc locum accepiſſe ſimpliciter de confeſſione Sacerdoti facienda. 2. illæ voces *Alterutrum*, &, *inuicem* accipiendæ ſunt prout exigit conſequentia verborum. *Quare Confitemini alterutrum*: nihil erit aliud: *Niſi confitemini homines*, Abſolutione indigentes, *hominibus*, qui habeant abſoluendi poteſtatem. Sicut dixit [r] Petrus: *Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione, vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes*, &c. Nec enim vult omnes hoſpitio recipiendos eſſe, ſed qui indigent tantum. Ita quando Iacobus dixit: *Orate pro inuicem*, ſignificare voluit debere presbyteros pro infirmis orare, non contra: reſpicit enim ad id quod dixerat: [s] *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum.*

Quartò, [t] *ſi confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra.* Hinc enim probabiliter colligitur ſacramentalis Confeſſio.

Reſpondent agi de Confeſſione quæ ſoli Deo fit. Contra 1. illa verba: *fidelis eſt, & iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra*, promiſſionem continent. At nulla extat promiſſio remiſſionis peccatorum, præter hanc: *Quorum remiſeritis*, &c. quæ ad Confeſſionem Sacerdotalem pertinet. 2. ſi promitteret Apoſtolus remiſſionem confitentibus peccata coram Deo fruſtra dictum eſſet *Quorum remiſeritis*, &c. quia multò facilius eſſet, Deum ipſum immediatè adire. 3. ſi quem iudicaret Sacerdos abſoluendum non eſſe, fruſtra retineret peccatum: quia Sacerdote inuito abſolueretur peccator, falſum ergo eſſet: *Quorum retinueritis retenta erunt.*

[l] v. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων.
[m] *Melancth. in Apolog. Confeſſ. Aug artic. de Confeſſ. & Satisfact. Caluin. 3. Inſtit. 4. §. 14.*
[n] *homil. 2. in Leuitic. & Chryſoſtom. 3. de Sacerdotio.*
[o] *homil. 12. ex lib. 50. hom.*
[p] *lib. Meditationũ cap. 9.*
[r] 1. *cap. 4. v. 9.* φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν. v. 10. ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες.
[s] *v. 14.*
[t] 1. *Ioan.* 1. *v.* 9. ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστιν καὶ δίκαιος ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας.

Probatur ex Conciliis.

Cap. V.

[a] *can.2. ante 1100. annos.*

PRIMÒ, Laodicen. [a] *His qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt & inſtant orationi, Confeſſioni, ac Pœnitentiæ, malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrantes, pro qualitate peccati, tempus Pœnitentiæ tribuendum eſt.*

[b] *ante annos circiter 900.*

Secundò [b] Can. 102. Synodi ſextæ: *Oportet eos qui ſoluendi, & ligandi poteſtatem à Deo accepere, peccati qualitatem conſiderare & eius qui peccauit, ad eam conuerſationem, promptum ſtudium & ſic morbo conuenientem adferre medicinam.*

Quare falſum eſt Græcos ſoli Deo confiteri peccata [c] ſolitos.

[c] *vt nonnulli putant, videtúrque in illum textum Gratiani de Pœnitentia diſt. 1. Can. Quidam: Quidam Deo ſolummodo debere confiteri peccata dicunt, vt Græci: irrepſiſſe ex margine, illud, vt Græci, tum quia neque in Theodor. habetur, vnde canon iſte deſcriptus eſt: neque in Cabilonenſi Concil. 2. can. 33. vnde Theodor. ſumpſit, neque apud Magiſtrum 4. diſt. 17. quo eandem ſententiam producit: tum quia in Concilio Florent. nullá fuit controuerſia cum Græcis hac de re: tum quod Nicolaus Cabaſilas in explicatione Liturgiæ ca. 29. Anaſtaſius Nicæn. in quæſtionib. ſuper ſcripturam q. 6. Et noſtra temporibus Hierem. dictus Conſtantin. Patriarch. Græci Confeſſionem Sacramentalem admittunt.*

Concil. Carthag. 3. [d] *Vt Pœnitentibus ſecundũ peccatorum differentiam, Epiſcopi arbitrio, Pœnitentiæ tempora decernantur.*

Cabilonenſ. 1. [e] *Vt pœnitentibus à Sacerdotibus facta Confeſſione, indicatur Pœnitentia, vniuerſitas Sacerdotum noſcitur conuenire.*

Cabilonen. 2. [f] *Sed & hoc emendatione indigere perſpeximus, quod quidam dum confitentur peccata ſua Sacerdotibus: non plenè id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, anima videlicet, & cor-*

[d] *can. 31. ante annos 1100.* [e] *can. 8. ante 1000. annos, aut circa.* [f] *ante annos 800. can. 32.*

pore: & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, vt ex vtriſque plena ſit confeſſio: ſcilicet vt ea confiteãtur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur.

[g] Turonic.3. *Epiſcopis, & presbyteris diligenti cautela, pertractandum eſt, qualiter hominibus ſibi ſua delicta confitentibus, tempus abſtinendi aſcribant.*

[h] Moguntin. *Ab infirmis in mortis periculo poſitis, per presbyteros pura inquirenda eſt Confeſſio, non tamen illis imponenda quantitas Pœnitentiæ, ſed innoteſcenda.*

[i] wormacienſ. an.868. cap 25. *Pænitentibus ſecundum differentiam peccatorum Sacerdotis arbitrio Pœnitentiæ decernuntur. Debet itaque Sacerdos in Pœnitentia danda ſingulorum cauſas ſingulatim conſiderare, originem quoque, modumque culparum, & affectus gemituſque delinquentium diligenter examinare, manifeſtéque cognoſcere, temporum etiam, & perſonarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inſpicere, vt pro conſideratione locorum, ætatum vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum, atque gemituum, vniuſcuiuſque delinquentis, à ſacris regulis oculos non deflectat.* Lateran. 4. cap. 21. Conſtant. ſeſſ. 8. Florent. Inſtruct. Armenor. Trident. ſeſſ. 14. can. 6. *Si quis negauerit Confeſſionem Sacramentalem vel inſtitutam vel ad ſalutem neceſſariam eſſe de iure diuino*, &c. *Anathema ſit.* & can. 7. *Si quis dixerit in Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri omnia, & ſingula mortalia quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur etiam occulta*, &c. Anathema ſit.

[g] *Circa idem tempus ca. 22. ſimilia habentur in Concilio Rhemenſi can. 12. & 16. Pariſienſ. can. 32. & 46.*
[h] *ſub Rabano cap. 26.*
[i] *ann. 868. ca. 25.*

Digitized by Google

Probatur ex PP. primæ Ætatis.

Cap. VI.

[a] 1. *cap.* 9.

IRENAEVS [a] de quibuſdam loquens mulieribus quas Marcus hæreticus circumuenerat. *Hæ* (inquit) *ſæpiſſimè conuerſæ, ad Eccleſiam Dei confeſſæ ſunt: & ſecundum corpus exterminatas ſe ab eo velut cupidine, & inflammatas, valde ſe illum dilexiſſe*, & infra. *Cum magno labore fratres eam conuertiſſent, omne tempus in Exomologeſi conſummauit, plangens, & lamentans, ob hanc, quam paſſa eſt ab hoc Mago corruptelam.* Item. [b] *Cerdon ſæpe in Eccleſiam veniens, & Exomologeſim faciens, ſic conſummauit, modo quidem latenter docens, modo verò Exomologeſim faciens.*

[b] 3 *cap.* 4.

Exomologeſis autem apud PP. [c] aliquando Contritionem Satisfactionem & Confeſſionem importat: [d] aliquando ſolam Confeſſionem, nuſquam ſine Confeſſione intelligenda eſt.

[c] *vt apud Tertull. lib. de Pœnitent. & Iren ſup.* 1. *cap.* 9.

[d] *vt apud Cyprian. ſerm. de lapſis.*

Reſpondet [f] Kemnitius Irenæum loqui de Pœnitentia publica.

[f] *pag.* 1000.

Contra. 1. loquitur de criminibus illarum occultis fœminarum, imò de occulta cupiditate, aperteque ait Cerdonem Exomologeſim feciſſe, poſtquam ſuam latenter docuiſſet hæreſim. At peccata occulta, confeſſione publica non aperiuntur.

Tertull. [g] *Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, Exomologeſis eſt, quâ delictum noſtrum Domino confitemur.* Non loqui de Confeſſione quæ ſoli fit Deo, ſed Deo mediante Sacerdote, ex conſequentibus conſtat: *Pleroſque hoc opus* (inquit) *videlicet, ſi quid humanæ notitiæ ſubduxerimus, proinde & Deum celabimus, &c. Item Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino exomologeſim, ſciens præteribit illam: quæ Babylonium regem in regna reſtituit.*

[g] *ſupr. Item Grande planè emolumentum verecundiæ: occultatio delicti pollicetur:*

vt publicationem ſui, aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo: pudoris magis memores quam ſalutis. At hæc ratio non habet locum in Confeſſione quæ ſoli Deo fit. Deinde ſubiungit *Velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contractâ vexatione, conſciẽtiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua, pereunt*. quibus verbis per morbum corporalem ſecretum, occulta ſignificat peccata, quæ non niſi ſecreta Confeſſione patefiunt.

Reſpondet [h] Kemnitius, Primo Tertullianum agere de peccatis occultis. 2. de Confeſſione etiam laicis facienda. *Ergo* (inquit Tertull.) *cum te ad fratrum genua protendis Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras.*

[h] *ſupr.*

Ad 1. fortaſſe loqui de publica: ſed poſt ſecretam facienda, quia de ſecretis etiam agit peccatis. Ad 2. vel nomine fratrum intelligi Sacerdotes: vel loqui non de Confeſſione, ſed Oratione. ſolebant enim pœnitentes fratrum pedibus aduoluti, ſe precibus eorum commendare. Vnde ipſemet Tertul. paulo ante apertius omnia diſtinguens: *Presbyteris* (inquit) *aduolui, aris Dei aggeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere.*

Ex PP. ætatis ſecundæ.

CAP. VII.

ORIGEN. [a] *Eſt adhuc* (inquit) *& ſeptima licet dura, & laborioſa per pœnitentiam remiſſio peccatorum, cum lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die, ac nocte: & cum non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum ſuum:* (Ecce loquitur in ſpeciali de peccato & quidem occulto, de hoc enim ſolent erubeſcere homines) *& quærere medicinam, ſecundum eum, qui ait: Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu*

[a] *homil. 2. in Leuitic. floruit initio ſæculi 2. Item homil. 17. in Leuitic. Si hoc fecerimus, & reuelauerimus peccata noſtra, non ſolũ Deo, ſed & his qui poſſunt mederi vulneribus noſtris, atque peccatis, delebuntur peccata noſtra ab eo, qui ait: Ecce deleo vt nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua.*

remiſiſti impietatem cordis mei: in quo impletur, & illud quod Apoſtolus dicit. Si quis infirmatur oret presbyteros, &c. Ecce iuxta Origenem, Confeſſio Sacramentalis fundamentum habet in ſcripturâ.

[b] *3. epiſt. 16.*

Cyprianus, [b] *Cum in minoribus delictis quæ non in Dominum committuntur, Pœnitentia agatur iuſto tempore, & Exomologeſis fiat, inſpectâ vitâ eius, qui agit Pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo, & Clero manus fuerit impoſita: quanto magis in his grauiſſimis, & extremis delictis cautè omnia & moderatè, ſecundum diſciplinam Domini, obſeruari oportet?*

Ex PP. tertiæ ætatis.

CAP. VIII.

[a] *4. diuinar. Inſtit. ad finem.*

LACTANTIVS, [a] *Quia ſinguli (inquit) quique cœtus hæreticorum, ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant, ſciendum eſt, illam eſſe veram in qua eſt Confeſſio, & Pœnitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat.*

[b] *ad finem ſer. in illa verba Profecti, in Pagum qui ex aduerſo eſt, &c.*

Athanaſius, [b] *Nos ipſos examinemus num ſoluta ſint noſtra vincula, vt in melius proficiamus. Quod ſi nondum ſoluta ſint vincula, tradas teipſum diſcipulis Ieſu: adſunt enim qui te ſoluant pro poteſtate ea, quam à Saluatore acceperunt. Quæcumque enim ligaueritis, inquit, in terra,* &c.

[c] *can. 18. in Matth.*

Hilarius, [c] *Ad terrorem autem metus maximi, quo in præſens omnes continerentur, immobile ſeueritatis Apoſtolicæ iudicium præmiſit: vt quos in terris ligauerint, id eſt peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos ſoluerint, Confeſſione videlicet veniæ receperint in ſalutem, hi Apoſtolicæ conditione ſententiæ, in cælis quoque, aut ſoluti ſint, aut ligati.*

[d] *in regulis breuioribus regula 229.*

Baſilius, [d] *Omnino in peccatorum confeſſione eadem*

ratio eſt quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Vt igitur vitia corporis nequaquam quibuſuis temerè homines aperiunt, ſed ijs tantummodo qui rationem, quâ ea curanda ſint, teneant: eodem modo etiam peccatorum Confeſſio fieri debet apud eos videlicet, qui ea poſſint curare. Item, [e] *Neceſſariò ijs peccata aperiri debent, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei.*

[e] *Regul.226.*

Reſpondet [f] Kemnitius. 1. vel loqui Baſilium de Confeſſione generali qua ſe Pœnitens peccatorem agnoſcit: vel de quorumdam Confeſſione peccatorum quæ magis conſcientiam grauant. 2. nec etiam velle neceſſariam eſſe Confeſſionem abſolutè quia illud *neceſſariò*, idem valet atque, *neceſſarium videtur*, vel, *Aptum eſt.*

[f] *pag. 988. & 1017.*

Ad primum reſp. 1. nequit curari morbus corporalis niſi patefiat medico morbus in ſpecie [cum circunſtantiis notabilibus.] Ergo ſi quid valet Baſilij comparatio idem iudicium erit de morbo animæ. 2. cur oporteat Sacerdoti detegere peccata ratio eſt, iuxta Baſilium, quoniam conuerſionis modus accommodatus eſſe debet ad rationem peccati, ſicut Kemnitius vertit. At quomodo poterit Sacerdos accommodare conuerſionis modum ad rationem peccati, id eſt, actionem Pœnitentiæ iniungere externam, quantam peccata requirant, niſi omnia nouerit in ſpecie Pœnitentis peccata?

Ad 2. eſſe in Græco, ἀναγκαῖον quod nequit verti vt vult Kemnitius, ſed ſimpliciter, *neceſſarium.*

Ambroſius: [g] *Si vis iuſtificari fatere delictum tuum, ſoluit enim criminum nexus verecunda Confeſſio peccatorum.* Item, [h] *Audacter oſtende Sacerdoti, quæ ſunt recondita animi arcana, tanquam occulta vulnera medico retege: ipſe & honoris, & valetudinis tuæ rationē habebit.*

[g] *2. de Pœnit. 6.*

[h] *orat. in mulierem Peccatricem.*

Pacianus: [i] *Nunc ad eos ſermo ſit, qui benè, ac ſapienter vulnera ſua, Pœnitentiæ nomine confitentes, nec quid ſit Pœnitentia, nec quæ vulnerum medicina nouerint: ſimileſque ſunt illis, qui plagas quidem aperiunt, ac tumores, mediciſque etiam aſſidentibus confitentur, ſed admoni-*

[i] *Parænet. ad Pœnitentiam.*

ti, quæ imponenda ſunt negligunt, & quæ bibenda faſtidiunt.

Ex PP. quartæ ætatis.

CAP. IX.

CHRYSOSTOM. [a] *Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei, nunc maximè, & ieiunium curſus intendendus, & magis continuandæ ſunt preces, faciendaque diligens, & pura Confeſſio peccatorum.*

Hierony. [b] *Quomodo ibi leproſum Sacerdos mundũ, vel immundum facit: ſic, & hìc alligat, vel ſoluit Epiſcopus, & Presbyter: non eos, qui inſontes ſunt, vel noxij, ſed pro officio ſuo, cùm peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quiqueſoluendus,*

Nec moueat comparatio illa cum Sacerdotibus Leuiticis, qui lepram non verè curabant, ſed declarabant. Nam ſimilitudo in eo conſiſtit, quod ſicut Leuitici Sacerdotes non poterant curare leproſos: ſine ipſorum cooperatione, ſed tantum indicabant leproſos: ita Chriſtiani Sacerdotes, minimè ſolâ ſuâ valent poteſtate iuſtificare peccatores, ni etiam ipſi per Pœnitentiam, & Confeſſionem cooperentur.

Innocent. I. [c] *De pondere æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad Confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem.*

Auguſt. [d] *Triſtis eſto antequam confitearis, confeſſus exulta: iam ſanaberis. Non confitentis conſcientia ſaniem collegerat: apoſtema tumuerat: cruciabat te, requieſcere non ſinebat: adhibet medicus fomenta verborũ.* [e] &c. *reptione tribulationis: Tu agnoſce medici manum, confitere, exeat in Confeſſione, & deſtuat omnis ſanies, iam exulta, iam lætare, quod reliquum eſt, facilè ſanabitur.*

[a] *homil. 30. in Geneſ. Item homil. 33. in Ioan. vos hortor dilectiſſimi, vt etſi nemo opera noſtra videat, vt ſinguli ſuam conſcientiam ingrediãtur, & iudicem ſibi rationem conſtituant, errata ſua in medium adducãt, niſi velint in die illa horrenda, vniuerſo orbi ea manifeſta patere.*

[b] *in 16. Mathæi & in 2. Hierem. ac in epiſt. ad Pammach. & Oceanum de erroribus Ioannis Hieroſol.*

[c] *epiſt. I. c. 7.*

[d] *in Pſal. 66.*

[e] *& aliquando ſecat, adhibet medicinale ferrum in cor-*

Leo, [f] *Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolum per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ: & qui regenerationis donum violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſsionem criminum peruenirent, ſic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei ſine ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, hanc Eccleſiæ præpoſitis tradidit poteſtatem, vt & confitentibus, actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.*

[f] *epiſt.* 91.

Ex alijs PP. ab anno 500. *ad* 1200.

CAP. X.

GREGORIVS, [a] *Lazaro dicitur veni foras, ac ſi apertè cuilibet mortuo in culpâ diceretur: cur reatum tuum intra conſcientiam abſcondis? foras iam per Confeſſionem egredere, qui apud te interiùs per negationem lates,* [b] &c.

Climacus: [c] *Ante omnia verò culpas noſtras præclaro iudici noſtro ſoli confiteamur: omnibuſque, ſi ille iuſſerit, confiteri ſimus parati.*

Cæſarius: [d] *vos frequenter admonui, fratres chariſſimi, iterum, atque iterum admoneo, & conteſtor: vt qui ſe cognoſcit de littore continentiæ, tempeſtate libidinis, in pelago luxuriæ fuiſſe iactatum, & caſtitatis incurriſſe naufragium peccatorum confeſſionem velut tabulam fractæ nauis velociter apprehendat.*

Beda, [e] in illud: *Confitemini alterutrum peccata veſtra: In hac ſententia illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana, leuiaque peccata, alterutrum coæqualibus confiteamur, eorúmque credamus oratione ſaluari: porrò grauioris lepræ immunditiam iuxta legem, Sacerdoti panda-*

[a] *homil.*26. *in Euangelia poſt annum* 500.

[b] *veniat itaque foras mortuus, id eſt, culpam cõfiteatur peccator: venientem verò foras, ſoluant diſcipuli, vt Paſtores Eccleſiæ ei pœnam debeant amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.*

[c] *Gradu* 4. *Climatis.*

[d] *hom.* 10. *de Pænit. poſt annum* 600.

[e] *in* 5. *Iacobi. poſt an.* 700.

mus: atque ad eius arbitrium qualiter, & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus.

f lib. 7. in Eccleſiaſt. 7. poſt annum 800.

Rabanus,[f] *Qui tranſgreditur menſuram in concupiſcentijs carnis, & aggrauatur eius delictis, neceſſe eſt, vt per confeſſionem peccatorum, fœditatem euomat: & ſic per ieiunium, & caſtigationem corporis, ad ſtatum priſtinæ ſanitatis redeat.*

g epiſtol. ad Theodoſium tom. 1. Bibliothec. PP.

Nicephorus Cartophylax:[g] *Olim omnes oportebat ad ipſos Pontifices accedere, ſuaque illis occulta prodere, & ſic vel reconciliationem, vel repudium ferre,*[h] &c.

[i] Radulphus Flauiacenſis lib. 3. in Leuitic. cap. 7.

Petrus Damianus:[k] *Quartus gradus eſt confeſſio oris: hæc purè facienda eſt,*[l] &c.

Bernard.[m] *Verbum in corde peccatoris, operatur ſalutiferam contritionem: verbum verò in ore noxiam tollit confuſionem, ne impediat neceſſariam Confeſſionem.* Et infra: *Non abſoluant* (Sacerdotes) *etiam compunctum, niſi viderint, & confeſſum.*

[n] Hugo & Richardus de Sancto Victore, ac[o] Petrus Cluniacenſis.

h Ignoro autem quô factum ſit, cur hæc minùs obſeruentur: quamuis exiſtimẽ Pontifices negotij tædio, frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id operæ ad Monachos tranſmiſiſſe, ad eos ſcilicet qui verè probati ſunt, aliiſque valeant eſſe vtiles.

i *poſt annum* 900.

k *ſerm. de S. Andrea poſt annum* 1000.

l *quia non eſt pars peccatorum dicenda, & altera retinenda, neque leuia confitenda, & grauia differenda, & infra: Videat* (Confeſſarius ſcilicet) *ne vnquam de his quæ ſub ſignaculo Confeſſionis accepit, aliquam faciat mentionem.*

m *ſermone ad Milites templi cap.* 12. *poſt annum* 1100.

n 2. *de Sacrament. par.* 14. *cap.* 1.

o *lib.* 1. *de miraculis.*

Refellitur ſolutio Kemnitij ad loca PP.

CAP. XI.

SOLVTIO [a] *Kemnitij.* loca PP. eſſe intelligenda, vel de confeſſione ſoli Deo facienda: vel parti offenſæ: vel miniſtro quidem Eccleſiæ, ſed generatim: vel cotam Eccleſiæ cœtu: vel Sacerdoti quidem priuatim, non tamen de iure diuino ad remiſſionem peccatorum obtinendam, ſed ad diſciplinam in Eccleſia conſeruandam.

[a] *initio Cenſuræ ſuæ ad cap. 5. Concilij Tridetini pag. 976.*

Contra: quamuis vtcumque hæc accommodari poſſent locis quibuſdam Patrum à Kemnitio productis, non tamen teſtimoniis à nobis inductis. Sicut autem libenter fatemur Confeſſionẽ ad diſciplinam Eccleſiæ vtilem eſſe: ita conſtanter negamus hincſequi non eſſe de iure diuino: Patres nãque quos duntaxat Kemnitius proponit (vno [b] Caſſiano excepto) ſolum docent confitendum eſſe Sacerdoti peccata eo modo quo morbi aperiuntur medico ab ægrotis. At certum eſt de iure naturæ teneri ægrotum, morbum patefacere medico: quia quiſque tenetur ſaluti corporis ſtudere ergo eadem erit ratio in animi morbis.

[b] *de quo infra cap. 20.*

Confeſſionem de iure diuino eſſe, rationibus probatur.

CAP. XII.

PRIMA, quæ sũt iuris humani [ad vniuerſam ſpectãtia Eccleſiam] inueniuntur habuiſſe initium ex decreto cuiuſdã Cõcil. Oecumenici, vel Papæ. At Cyprianus, Tertull. Irenæus, qui Confeſſionis meminerunt, præceſſerunt

mus: atque ad eius arbitrium qualiter, & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus.

Rabanus,[f] *Qui tranſgreditur menſuram in concupiſcentijs carnis, & aggrauatur eius delictu, neceſſe eſt, vt per confeſſionem peccatorum, fœditatem euomat: & ſic per ieiunium, & caſtigationem corporis, ad ſtatum priſtinæ ſanitatis redeat.*

Nicephorus Cartophylax:[g] *Olim omnes oportebat ad ipſos Pontifices accedere, ſuaque illis occulta prodere, & ſic vel reconciliationem, vel repudium ferre,*[h] &c.

[i] Radulphus Flauiacenſis lib. 3. in Leuitic. cap. 7.

Petrus Damianus:[k] *Quartus gradus eſt confeſſio oris: hæc purè facienda eſt,*[l] &c.

Bernard.[m] *Verbum in corde peccatoris, operatur ſalutiferam contritionem: verbum verò in ore noxiam tollit confuſionem, ne impediat neceſſariam Confeſſionem.* Et infra: *Non abſoluant* (Sacerdotes) *etiam compunctum, niſi viderint, & confeſſum.*

[n] Hugo & Richardus de Sancto Victore, ac [o] Petrus Cluniacenſis.

f *lib. 7. in Eccleſiaſt. 7. poſt annum* 800.

g *epiſtol. ad Theodoſium tom. 1. Bibliothec. PP.*

h *Ignoro autem quî factum ſit, cur hæc minùs obſeruentur: quamuis exiſtimẽ Pontifices negotij tædio, frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id opera ad Monachos tranſmiſiſſe, ad eos ſcilicet qui verè probati ſunt, aliiſque valeant eſſe vtiles.*

i *poſt annum* 900.

k *ſerm. de S. Andrea poſt annum* 1000.

l *quia non eſt pars peccatorum dicenda, & altera retinenda, neque leuia confitenda, & grauia differenda, & infra: Videat* (Confeſſarius ſcilicet) *ne vnquam de his quæ ſub ſignaculo Confeſſionis accepit, aliquam faciat mentionem.*

m *ſermone ad Milites templi cap. 12. poſt annum* 1100.

n *2. de Sacrament. par. 14. cap. 1.*

o *lib. 1. de miraculis.*

Refellitur ſolutio Kemnitij ad loca PP.

Cap. XI.

SOLVTIO [a] *Kemnitij.* loca PP. eſſe intelligenda, vel de confeſſione ſoli Deo facienda: vel parti offenſæ: vel miniſtro quidem Eccleſiæ, ſed generatim: vel coram Eccleſiæ cœtu: vel Sacerdoti quidem priuatim, non tamen de iure diuino ad remiſſionem peccatorum obtinendam, ſed ad diſciplinam in Eccleſia conſeruandam.

[a] *initio Cenſuræ ſuæ ad cap. 5. Concilij Tridētini pag. 976.*

Contra: quamuis vtcumque hæc accommodari poſſent locis quibuſdam Patrum à Kemnitio productis, non tamen teſtimoniis à nobis inductis. Sicut autem libenter fatemur Confeſſionē ad diſciplinam Eccleſiæ vtilem eſſe: ita conſtanter negamus hinc ſequi non eſſe de iure diuino: Patres nāque quos duntaxat Kemnitius proponit (vno [b] Caſſiano excepto) ſolum docent confitendum eſſe Sacerdoti peccata eo modo quo morbi aperiuntur medico ab ægrotis. At certum eſt de iure naturæ teneri ægrotum, morbum patefacere medico: quia quiſque tenetur ſaluti corporis ſtudere ergo eadem erit ratio in animi morbis.

[b] *de quo infra cap. 20.*

Confeſſionem de iure diuino eſſe, rationibus probatur.

Cap. XII.

PRIMA, quæ ſūt iuris humani [ad vniuerſam ſpectātia Eccleſiam] inueniuntur habuiſſe initium ex decreto cuiuſdā Cōcil. Oecumenici, vel Papæ. At Cyprianus, Tertull. Irenæus, qui Confeſſionis meminerunt, præceſſerunt

omnium Conciliorum, etiam Prouincialium ac Summorum Pontificum de Confeſſione Decreta. Ergo, &c.

Secunda, res eſt grauiſſima, atque difficillima Confeſſio. Ergo non eſt veriſſimile fuiſſe impoſitam fidelibus à ſolo iure humano.

Tertia, tot parit vtilitates Confeſſio vt plane diuino conſilio inſtituta videri poſſit. 1. non extorquet Deus more iudicis ſecularis Confeſſionem à reo vt damnet, ſed inſtar medici, vt curet: & tamen in eo iuſtitia diuina elucet, quòd Confeſſionis humilitate ſuperbiam deprimat peccatoris. 2. intelligunt paſtores ſuarũ ouium morbos, quibus remedia queant adhibere. 3. multa quæ à foro externo nuſquam emendari potuiſſent, facili negotio ſoluuntur in conſcientiæ foro per Sacerdotes. Siquidem remittuntur iniuriæ, conciliantur partes, diſſoluuntur iniuſti contractus, &c. 4. quies redditur animæ. 5. inſtruuntur ad meliorem vitam peccatores. 6. exigua illa pœnitentis confuſio ab ingenti confuſione coram Angelis Dei & hominibus in futuro iudicio liberat. 7. remittuntur peccata, confertur gratia.

[a] *apud Climach. grad.* 4.

Quarta ex miraculis. [a] Cum quidam inſignis latro Monachi ſuſcepturus habitum ſua confiteretur omnia peccata, apparuit cuidam ſpirituali viro procerus quidam, ac terribilis, qui conſcriptam chartam & calamum tenens, deleret ſingula quæ latro confitebatur peccata.

[b] *lib.* 1. *cap.* 9. *vita Bernardi.*

[b] Ioſbertus de Firmitate, Bernardi propinquus grauiter infirmatus, intellectum pariter & loquelam amiſit: abſens acceleratur Bernardus, qui contemplatus ægrotum, ſic triduo iacentem, aſtantibus amicis & parentibus promittit recuperaturum Ioſbertum loquelam, ſeque confeſſurum, ſi modo reſtitueretur quidquid iniuſtè ab eo ablatũ. Quidquid homo Dei præcipit, impletur: orat, offert ſacrificium pro ægroto Bernardus: Et ecce menti & loquelæ reſtituitur Ioſbertus, confitetur peccata,

Digitized by Google

recipit Sacramenta.

[c] Celanum prædicaturus Franciſcus obnixè ad prandium inuitatur à milite. Ante cibum Franciſcus orat, oratione completa militi ſuadet, vt ilicò confiteatur peccata, recepturus mercedem à Deo pro temporali hoſpitio ſeruis Dei exhibito: paret miles, incipientibus verò alijs manducare, hoſpes ſubito expirat in Christo.

[c] *Bonauentur. in vita S. Frãciſci, alia miracula vide apud Bedam 5. hiſt. 14. Antonin. par. 2. tit. 9. cap. 13. §. 5. Theolog. ſummæ, Petrum Damianum epiſt. ad Deſiderium, Petrum Cluniacenſ. 1. de miraculis cap. 3. 4 5.*

[d] *3. Inſtit. ca. 4. §. 7.*

Soluitur [d] *primum Caluini.*

CAP. XIII.

ANTE Innocentij tertij tempora nullum extitit de Confeſſione decretum, vt noſtri teſtantur Annales. Sed verborum decreti barbaries fidem legi abrogat, ad ſolos enim extenditur vtriuſque ſexus, & proinde ad ſolos hermaphroditas. Ergo neque Confeſſio eſt de iure diuino, neque obſeruanda.

Negatur Maior. 1. ex [a] ſuperioribus. 2. quia Innocentius tertius legem de Confeſſione non tulit, ſed determinauit tempus confitendi: ſicut neque Zepherinus dicetur Euchariſtiæ ſumendæ legem inueniſſe, [b] cum ſtatuit [c] tempus quo ſumi deberet. 3. quia ex PP. conſtat reis mortalis peccati non fuiſſe licitum ad Euchariſtiam antiquitùs accedere, [d] niſi Confeſſione præuia.

Ad Minorem, reſpõdeo. 1. nullam ibi barbatiem ineſſe. Nam ſimili phraſi vſus eſt [e] Hieronymus eloquentior Caluino ad ſignificandum tam ma-

[a] *quibus probatum eſt legẽ de Confeſſione latam eſſe à Chriſto.*

[b] *apud Platinam in Zepherino.*

[c] *nimirum in Paſchate.*

[d] *Vide Leonẽ ſupr. cap. 9.*

[e] *illud Deuter. 7. Non erit apud te vir ſterilis, neque mulier ſterilis, vertit Hieronym. Non erit apud te ſterilis vtriuſque Sexus, & Iudicum 16. vertit: Circiter tria millia vtriuſque Sexus ſpectantes ledentem Samſon: pro, Quaſi tria millia viri, & fœminæ.*

res,quam fœminas. 2. ſimpliciter negatur: neque enim imperitia ſermonis poteſt bonam abrogare legem. Paulus ſe imperitum ſermone dicebat, num propterea abroganda, quæ ipſe iubebat?

---

[a] [*Hæc vnum ſunt in Bellarmino: commoditatis autem gratia ea diſtinxi.*]

Soluitur [a] *2. 3. & 4. Caluini.*

CAP. XIIII.

SECVNDVM, Sozomenus refert fuiſſe conſtitutionem Occidentalium Epiſcoporum præcipue Romæ confitendi peccata. Igitur non erat vniuerſalis in Eccleſia conſuetudo, & proinde neque de iure diuino.

[b] *teſte Socrate 5. cap. 19.*

[c] *de Confeſſione ſcilicet.*

[d] *7. hiſtor. cap. 16. refertur à Bellarm. cap. 9.*

Ad Antecedens, loqui Sozomenum de Confeſſione publicorum peccatorum publicâ, introducta [b] ob Nouatianorum hæreſim: quam conſtitutionem vocat additionem [c] canonis Socrates. Nam alioquin ipſe Sozomenus neceſſitatem Confeſſionis abſolutè agnoſcit: [d] *Cum prorſus* (inquit) *non peccare naturæ ſit humanæ diuinioris: pœnitentibus quãuis frequenter deliquiſſent, veniam dare Deus iuſſit, & ad impetrandam veniam confiteri peccata neceſſarium eſt.*

Tertium, præfecerunt (eodem Sozom. teſte) pœnitentibus Epiſcopi vnum Sacerdotem certum. Ergo poteſtas Clauium non ſe extendit ad omnes.

Reſpondeo. 1. conceſſo antecedente, negatur conſequens de poteſtate ordinis, conceditur de poteſtate iuriſdictionis. 2. loqui Sozomenum de Pœnitentiario publicis Confeſſionibus audiendis præpoſito. 1. quia dum ſcribit hunc morem maximè Romæ viguiſſe, continuò explicat ritum pœnitentiæ publicæ obſeruatum Romæ. 2. vnus Preſbyter non valuiſſet Conſtantinopoli (qua vigebat etiam hic ritus) Pœnitentibus quibuſcumque generis ſatisfacere. 3. quia nomine Pœnitentium, apud veteres, intelligebantur pœnitentes publici.

Obiicies.

Obijcies, Quare ergo [d] dicitur electus Preſbyter ſecretorum tenax, atque taciturnus?

Reſpondeo, quia non ſolum publica, ſed etiam priuata audiebat publicorum pœnitentium peccata.

Quartum, [e] Nectarius vir ſanctus, & doctus abrogauit legem de Confeſſione: quod huiuſmodi prætextu matrona nobilis conſuetudinem cum Diacono habuiſſet. Ergo non erat lex de iure diuino: alioquin non potuiſſet abrogari.

Ad Antecedens 1. Nectarium pium quidē fuiſſe, [f] ſed non doctum, cum enim fuit ad Epiſcopatum aſſumptus, laicus necdum baptizatus, atque ſenex erat. 2. ſolum abrogaſſe legem Confeſſionis, & Pœnitentiæ publicæ: Quod [g] illa mulier iuſſa à Pœnitentiario diutius in Eccleſia manere, orationis gratiâ, flagitium cum Diacono patraſſet: quod cum publicè indiſcrete confeſſa fuiſſet grauē ſcandalum paſſus eſt Eccleſiaſticus ordo: quare exauthorauit Pœnitētiarium Nectarius, permiſſumque fuit vnicuique pro ſuâ conſcientiâ ad ſacram accedere menſam: id eſt nulli certum Sacerdotem adire, ſed cuicumque vellet quiſque confiteretur ſi ſe peccato mortali grauatum intelligeret, ſin minus, ſine Confeſſione præuia communicaret. 2. Nectarium non abrogaſſe Confeſſionem priuatam. 1. quia non ſuſtulit [h] niſi appendicem ad veteres canones, introductam [i] Nouatianæ hęreſis gratia. [k] Hæc autem appendix ad publicam tantum pœnitentiam ſpectabat. 2. non ſuſtulit niſi quod neceſſarium ad ſedandum populi tumultum natum ex detectione flagitij detecti ad

[d] *a Sozomeno.*

[e] *apud Sozo.*

[f] *quare Sozomen. 7. cap. 8. laudat quidem eum a canitie, & morum ſuauitate: eruditionis autem nullam facit mentionem.*

[g] *Vide Nicephorum lib. 12. cap. 28. & Socratem ſupr.*

[h] *vt conſtat ex Sozom. & Socrate.*

[i] *ne viderentur Catholici nimis facilè admittere lapſos ad cōmunionē.*

[k] *tum quia Chryſoſt. hom. 4. de Lazaro, & 8. de Pœnitent. alludens ad Nectarij factum & abrogationem priſcæ conſtitutionis repetit opus non eſſe iam quaſi in theatro peccata pandere: tum quod Socrates, & Sozomen ideo reprehendunt illud Nectarij factum, quod eo ritu ſublato non poſſumus inuicem arguere peccata: ſublatóque publicæ confuſionis fræno maiora committantur peccata.*

hoc autem ſatis ſuperque fuerat, tollere Confeſſionem, & Pœnitentiam publicam. 3. quia poſt Nectarium ſemper manſit in Eccleſia Græca vſus Cōfeſſionis priuatæ: vt perſpicuum eſt ex Chryſoſt. & Carthophylace ſupra. 4. Sozomenus qui Confeſſionem iuris diuini fatetur, non arguit Nectarium vt iuris violatorem diuini.

Soluitur 5. Caluini, & 6.

CAP. XV. & XVI.

[a] CAP. 15. [a] QVINTVM, Chryſoſtomus abrogationem Confeſſionis priuatæ teſtatur. Homil. 2. in Pſal. 50. *Peccata tua dicito vt deleas illa. Si confunderis alicui dicere, quæ peccaſti, dicito quotidie ea in animâ tua; non dico vt confitearis conſeruo tuo, qui exprobret, dicito Deo qui curet ea.* Homil. 5. de incomprehenſibilitate Dei. *Non te in theatrum conſeruorum tuorum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo.* Homil. 4. de Lazaro: *Caue homini dixeris ne tibi exprobret,* [b] &c.

[b] *item homil. de Pœnit. & non cogo te in medium prodire theatrum, multos adhibere teſtes. Mihi ſoli dic peccatū priuatim. Item homil. de Pœniten. & 31. in epiſt. ad Hebræos.*

Reſpondeo, loqui Chryſoſtom. de Confeſſione publica: tum quia ea ſola coram teſtibus, & in medio fit theatro, vnde exprobatio contingere ſolebat: ſiquidem in Confeſſione priuatâ exprobatio reformidari nequit. tum quod *Mihi* (inquit) *ſoli dic priuatim peccatum.*

Dices Chryſoſt. opponere Confeſſioni quæ fit hominibus, Confeſſionem quæ fit ſoli Deo in animâ. Ergo per priorem, intelligit etiam Confeſſionem Sacerdoti priuatim factam: nec enim priuata huiuſmodi Confeſſio, dici poteſt ſoli Deo facta.

Ad conſequens, negatur, admiſſa probatione. Quia Chryſoſtomus non opponit quamcumque Confeſſionem homini factam, Confeſſioni Deo factæ, ſed tantum publicam: quòd non agat de

Confeſſione homini facta vt ordinatur ad Sacramentalem Abſolutionem, ſed ſolum ad confuſionem, & erubeſcentiam, cuius intuitu inſtituta fuerat Confeſſio publica.

[b] Sextum, impoſſibile eſt omnia enumerari peccata. Ergo quæ id Confeſſio exigit, non eſt inſtituta à Deo. [b] CAP. 16.

Reſpondeo, hoc ſolum exigi in Confeſſione dumtaxat facienda homini, quod exigit Caluinus confeſſioni Deo faciendæ, nimirum non ſatis eſſe generatim ſe peccatoré fateri, ſed oportere quantum in nobis eſt, ſingula peccata accurratè confiteri: cuius rei gratia volunt Catholici eam eſſe diſcuſſionem adhibendam, quam ſolent homines in rebus grauioribus adhibere.

Soluitur [a] ſeptimum, 8. 9. ac 10.

[a] [*Hæc vnum ſunt in Bellarmino.*]

CAP. XVII.

SEPTIMVM, non eſt nunc alia remiſſio peccatorum quam quæ fuit ſemper. Sed non ſemper fuit auricularis Confeſſio. Ergo non eſt ea peccatorum remiſſio.

Ad Maiorem, ſi comprehendat omne tempus à condito æuo, negatur: quia pari ratione concluderet per Baptiſma non remitti peccata, cum non ſemper fuerit in vſu. Si agat tantum de legis Euangelicæ tempore poſt Sacramentorum inſtitutionem, admittitur. Sed negatur Minor.

Octauum, Chriſtus ſine Confeſſione auriculari remiſit peccata. Ergo & Eccleſia ſic facere debet.

Negatur conſeq. 1. quia Chriſtus nondum inſtituerat Sacramenta. 2. quia eſt ſummus princeps, qui pro ſuo beneplacito poteſt remittere offenſam: Sacerdotes autem ſunt miniſtri tantum, qui

modos à Principe diuino præſcriptos obſeruare debent.

Nonum, multis ſæculis poſt Chriſtum inaudita fuit Confeſſio. Contra 1. *Miror* (inquit [b] Caluinus) *quâ fronte auſint contendere Confeſſionem, de quâ loquuntur iuris eſſe diuini: cuius equidem vetuſtiſſimum eſſe vſum fatemur.* 2. quia eius meminerunt antiquiſſimi PP.

[b] *ſup.cap.*18. §.7.

Decimum, *quotieſcumque ingemuerit peccator dimittentur ei peccata.*

Reſpondeo tunc ſolum ritè ingemere cum paratus eſt ſeruare quæ præcepit Deus, quorum vnum eſt peccatorum Confeſſio.

Soluuntur obiectiones Kemnitij.

CAP. XVIII. XIX. & XX.

[a] CAP. 18.

PRIMA [a] Chriſtus miſit Apoſtolos ſicut miſſus eſt à patre, ſed miſſus eſt cum poteſtate remittendi peccata ſine Confeſſione. Ergo, &c.

Ad Maiorem, veram eſſe in quibuſdam, non omnibus: habēt enim poteſtatem remittendi peccata, ſed non eo modo quo Chriſtus: conferendi Sacramenta, ſed non inſtituendi: Eccleſiam regendi, vt miniſtri non vt principes ſummi, tolerandi paſſiones, ſed non redimendi homines.

[b] CAP. 19.

[b] Secunda, Confeſſio publica in priuatam mutata fuit tempore Decij. Epiſcoporum authoritate, priuata verò abrogata tempore Nectarij.

Negatur propoſitio quod enim Sozom. ſcripſit [c] apud Caſſiodorum, viſum eſſe Sacerdotibus ab initio, peccata tanquam in theatro pandi, non refertur ad tempora ante imperium Decij, vt vult Kemnitius, vt inde tempore Decij hæc publica Confeſſio abrogata dicatur: ſed ipſomet tempore

[c] 9. *hiſtor. Tripart.* 35.

Digitized by Google

Decij conſtitutio Confeſſionis publicæ introducta fuit ſub Nectario abrogata. 1. Quia conſtitutionem factam ſub Decio vocat Socrates, appendicem. At ſi abrogatio fuiſſet, non appendix ſed detractio dicenda eſſet. 2. Si tempore Decij abrogata fuiſſet Confeſſio publica, & non potius inſtituta, minimè ſcandalum accidiſſet poſtea Nectarij tempore, Confeſſionis occaſione publicæ. 3. Sozomen. teſtatur ab illis Epiſcopis conſtitutum fuiſſe preſbyterum pœnitentiarium ad publicas Confeſſiones. At huiuſmodi pœnitentiarium tempore Decij inſtitutum fuiſſe Socrates aſſerit. Ergo decretum de publicâ Confeſſione facienda editum fuit tempore Decij.

Dices quare ergo Sozom. vocat illos Epiſcopos eos qui ab initio fuerunt.

Reſpondeo quia próximi temporibus Apoſtolicis extiterunt, longè antiquiores Nectario. 4. Sozomen. ait horum decretum Epiſcoporum à Nectario abrogatum. At conſtat ex Socrate à Nectario abrogatum decretum Epiſcoporum tempore Decij Eccleſias gubernantium: Igitur ſunt ijdem Epiſcopi qui ab initio apud Sozomen. & qui tempore Decij apud Socratem. Quare appendix, de qua Socrates, eſt ipſa cõſtitutio cuius Sozom. meminit, non autem eius abrogatio, vt Kemnitius fingit.

Tertia, [d] Socrates ſcribit mulierem quandam confeſſam pœnitẽtiario κατὰ μέρος, id eſt, ex parte, ergo neceſſe non erat ſingula confiteri peccata. [d] 5. *cap.* 19.

Reſpondeo. κατὰ μέρος ſignificare particulatim, vt reddidit Ioan. Chriſtophorſonus, omnium iudicio Græcæ linguæ peritiſſimus, vnde cõtra Kemnit. apparet Mulierem illam confeſſam omnia ſigillatim peccata.

[e] Quarta, *Quod ſi verecundia detrahente*, (inquit Caſſian.) *reuelare coram hominibus erubeſcis, illi quem latere non poſſunt confiteri iugi ſupplicatione non deſinas qui & abſque vllius verecũdiæ publicatione curare & ſine* [e] CAP. 10.

improperio peccata donare conſueuit.

Reſpondeo, vt ad Chryſoſtomum ſupra, cuius fuit Caſſianus diſcipulus, hæc enim: *Si reuelare coram hominibus*, &c. ad publicam pertinent Confeſſionem, quam ſolam intendit excludere Caſſianus, cum ait, *Deo confitendum eſſe*, commode de Confeſſione facta Deo, per Sacerdotem intelligi poteſt, tunc enim confitemur Deo abſque vllius verecundiæ publicatione.

[f] *homil. 2. in Leuitic.* Quinta, [f] Origenes inter varios purgandi peccata modos Confeſſionem numerat Sacramentalem. Ergo non eſt abſolutè neceſſaria: cum poſſit remiſſio peccatorum per alia haberi media.

Reſpondeo Noluiſſe Origenem producere modos ſufficientes ſeorſim, ad remiſſionem peccatorum, ſed ſe inuicem iuuantes, nimirum Baptiſmum, martyrium, Eleemoſynam, iniuriarum condonationem, conuerſionem peccatorum, Charitatem, & Pœnitentiam, ſiue Confeſſionem [nam neque Baptiſmus adultis prodeſt ſine pœnitentia] neque cætera poſt Baptiſmum valent ſine Confeſſione ſaltē in voto, neque ante, ſine voto Baptiſmi.

[g] 10. *Confeſſ.* 3. Sexta: [g] *Quid mihi eſt* (inquit Auguſt.) *cum hominibus vt audiant Confeſſiones meas quaſi ipſi ſanaturi ſint languores meos, curioſum genus ad cognoſcendam alienam vitam, deſidioſum ad corrigendam ſuam.*

Reſpondeo loqui de ſuorum Confeſſione peccatorum iam remiſſorum per Baptiſmū: nec enim dices libros Confeſſionum Auguſtini ad Sacramentalem Confeſſionem pertinere.

[h] 10. *in Lucam* 96. Septima, *Petrus doluit & fleuit*, [h] (inquit Ambro.) *quia vt homo errauit, non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuit: lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego*: & infra: *Lauent lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri.*

Reſpondeo. 1. quando fleuit Petrus: nondum fuiſſe Confeſſionem inſtitutam Sacramentalem. 2. cum Ambroſio ipſo. [i] *ibidem.* 1. *Verecundæ lachrymæ ſine horrore culpam loquuntur: lachrymæ crimen ſine offenſione va-*

recundiæ fatentur. Etenim maluit Petrus ſuum accuſare peccatum, vt iuſtificaretur fatendo, quam grauaretur negando, iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui, & ideò fleuit.

Soluuntur alia Kemnitij.

CAP. XXI.

OCTAVA, Nec Chriſtus, nec Apoſtoli, aut præceptum aut exemplum Confeſſionis dederunt.

Nona, Confeſſio nullam habet promiſſionem. Reſponſio ſupra.

Decima, transformat Euangelium in legem, quia ſtatuit remiſſionem pendere ex enumeratione. Reſpond. 1. Negatur propoſitio cum ſua probatione. 2. etſi probatio vera eſſet, falſam tamen propoſitionem eſſe, nec enim Euangelium in legem conuertit, quicumque conditionem alicuius operis ad iuſtificationem exigit, nonne hæc ſunt Euangelij verba: *Niſi quis renatus fuerit*, &c. *Niſi Pœnitētiam habueritis: ſi vis ad vitam ingredi*, &c. & nonne exigit Kemnitius ipſe ad Confeſſionem Euangelicam enumerationem peccatorum coram Deo?

Vndecima, docent Scholaſtici Cō feſſionem ſubſtituere meritum enumerationis & ſatisfactionis gratuitæ condonationi, id eſt Confeſſionem meritoriam eſſe ad culpæ remiſſionem, & pœnæ diminutionem.

Reſpondeo Scholaſticos quidem docere multum conferre confeſsionem & ſatisfactionem, hanc ad pœnæ, illam ad culpæ remiſsionem. At mereri remiſsionem peccatorum, niſi forte ex congruo, nullus dixit.

Digitized by Google

LIBER QVARTVS.

DE POENITENTIA,

QVI EST

De Satisfactione.

PARTITIO SATISFACTIOnis, & quæſtionis ſtatus.

CAP. PRIMVM.

Digitized by Google

- Satisfactio eſt actio quaquis tātū facit, quātum ſatis eſt. Compenſandum quantū intulit offenſa.
  - Æqualitatis perfectæ qua tantum reparatur ex rigore quantum illatum eſt injuriæ. Quæ Satisfactio nequit à nobis exhiberi Deo.
    - circa amicitiam.
    - (∴)
    - circa Iuſtitiam
  - Æqualitatis imperfectæ qua minus reparatur, & cōdonatione opus eſt.
    - circa amicitiam: qua ſcilicet reſtauratur amicitia. Sed neque hanc Satisfactionē poterit homo Deo exhibere.
      - 1. Quia Satisfactio erga Deum acceptatione ipſius indiget. At acceptatio præſupponit amicitiam.
      - 2. quia Satisfactoria opera debent ab homine regenerato per gratiam fieri.
    - circa iuſtitiā de qua reparatur injuria, & de qua Satisfactione nobis eſt Controuerſia.
      - 1. An velit Deus remanere debitum pœnæ peccantibus poſt Baptiſmum.
      - 2. An Satisfacere homines poſſint pro huiuſmodi pœna.
      - 3. An id per opera ſponte aſſumpta, vel à Sacerdotibus injuncta.
      - 4. Per quæ opera in ſpeciali.
      - 5. An debeant dici propriè Satisfactoria.

[∴]

[∴]

Differt autem Satisfactio à Reſtitutione.

Primò, quia Satisfactio eſt actio compenſatiua iniuriæ illatæ. Reſtitutio verò, ceſſatio ab iniuria, ceſſatio autem compenſatio non eſt.

Secundò, Satisfactio reſpicit perſonam affectam iniuria, etſi nullum acceperit damnum. Reſtitutio, reſpicit damnum reipſa illatum.

Tertiò, Satisfactio Deo fieri poteſt, non reſtitutio: quia Deus nullum patitur damnum.

Quartò, Satisfactio circa actiones, Reſtitutio circa res verſatur.

Remiſſa culpa manere debitum pœnæ luendæ [a] *in hac vita.*

CAP. II.

PRIMÒ, ex 2. Regum 12. quo Dauid impetratâ de adulterio ac homicidio veniâ punitus eſt filij morte.

Secundò, ex 2. cap. 24. quo punitur peſte, ob numeratum populum.

Reſpondet [b] Caluinus has fuiſſe tãtum caſtigationes paternas in cautionem futuri. Quia, *propter hoc* (inquit [c] Chryſoſt.) *imponit nobis pœnam* (Deus) *non de peccatis ſumens ſupplicium, ſed ad futura nos corrigens.*

Contra 1. Scriptura referens cauſam mortis filij Dauid nõ ait: *Vt caueas in futurum*: ſed [d] *Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini: propter verbum hoc:* Filius qui natus eſt tibi, morte morietur. 2. lachrymis, ieiuniis, humi cubatione, conabatur Dauid huiuſmodi diuertere pœnam. [e] At quanam

[a] *Nam de pœna quæ luitur in altera vita, actum eſt tom. 2. libris de Purgatorio. Lutherus primò negabat omnes pœnas luendas, etiam in hac vita, poſt culpam remiſſam, quem dumtaxat ſequutus eſt Caluinus 3. Inſtit. 4. §. 31. & 32. Lutherus tamen poſtea agnouit aliquas hac in re pœnas temporales, vt conſtat ex aſſert. ar. 5.*

[b] *ſupr. & §. 35.*

[c] *homil. de Pœnitent. & Confeſſ.*

[d] *2. Reg. 12. v. 14.*

[e] *an iuſti medicinam animæ præſeruatricem recuſare debent?*

ratione ſi ad cauenda futura illi impoſita fuiſſet? [f] 3. quia [f] Gregorius aſſerit reuera punitum Dauidem propter præteritam culpam, quia Dominus delictum ſine vltione non deſerit.

Ad Chryſoſtomum aſſerere vtrumque, nimirum, & puniri homines [g] ob præteritam culpam, & ob cautionem futuri: quamuis velit Deum magis intendere duntaxat noſtram vtilitatem, quam peccati vindictam.

Secundò, Mors nequit eſſe remedium, vel cautionem peccati futuri. At [h] infligitur à Deo reſpectu peccati.

Quod ſi reſpondetur, infligi ad exercitationem virtutis teſte [i] Auguſtino.

Contra 1. id nequit habere locum in morte paruulorum poſt Baptiſmum. 2. neque in iuſtis qui ſubitâ morte rapiuntur.

Ad Auguſtinum: ſimul etiam agnoſcere mortem eſſe peccati pœnã. *Cum* [k] (inquit) *ex primi hominis perpetuata propagine proculdubio ſit mors pœna naſcentis, tamen ſi pro pietate, iuſtitiâque pendatur, ſit gloria renaſcentis: & cum ſit mors peccati retributio, aliquando impetrat, vt nihil retribuatur peccato.*

Tertiò, ex ipſa Caluini confeſſione: *Adde*[l] (inquit) *quod non modo infirmitatem noſtram præuenire, ſed præterita etiam delicta ſæpe corrigere habet clementiſſimus Pater: vt nos in legitima erga ſe obedientia contineat. Proinde quoties affligimur ſubire protinus in mentem debet anteactæ vitæ recordatio, ita proculdubio reperiemus, nos admiſiſſe, quod dignum eiuſmodi caſtigatione eſſet.*

[f] *9. Moral. 17.*

[g] *ibidem: Ne peccantes* (inquit) *& inulti manentes, nos efficeremur deteriores, non remiſit nobis ſupplicium, ſed vidit hoc manifeſte, quod peccatis ipſis non minus damnoſum ſit non puniri. propter hoc imponit pœnam.*

[h] *Geneſ. 2. v. 17. Quocumque die comederis ex eo morte morieris. Exod. 32. v. 27. 28. 29. Numeror. 14. v. 29. & cap. 20. v. 24. Deuteron. 32. v. 50. & 51. Rom. 5. v. 12. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.*

[i] *2. de peccat. meritis, & remiſſ. cap. 34.*

[k] *13. Ciuit. 6.*

[l] *ſupr. cap. 8. 5. 6.*

Aliquem reatum pœnæ temporalis, dimiſſa culpa, redimi poſſe bonis operibus.

CAP. III.

NEGAT [a] Caluinus, [b] Lutherus affirmat. propoſitio probatur Primò, ex Paralip. 2. cap. 7. [c] *Si clauſero cœlum* (inquit Dominus) *& pluuia non fluxerit, & mandauero, & præcepero locuſtæ vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum,* [d] &c.

Secundò, ex [e] Niniuitarum Pœnitentia.

Tertiò, Hierem. 18. [f] *Repente loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud.* [g] *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo: agam & pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei.*

Quartò, Daniel. 4. [h] *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.*

Reſpondet Caluinus, moneri à Daniele Nabuchodonoſor ad reſtitutionem iniuſtè ablatorum.

Contra. 1. peccatum cuius intuitu hanc meruerat pœnam non rapina, ſed [i] ſuperbia fuit. 2. Daniel loquitur de redemptione omnium iniquitatum Nabucodonoſor. At veriſimile non eſt ſolius rapinæ culpabilem fuiſſe.

[a] 3. *Inſtit.* 4. §. 30.
[b] *aſſert. ar.* 5. *Philippus in locis vltimò editis tit. de Satisfactione Kemnit.* 2 *par. Exa. pag.* 1078.
[c] *v.* 13.
[d] *v.* 14. *conuerſus autem populus meus, &c. deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit Pœnitētiam à viis ſuis peſſimis, & ego exaudiam illum de cælo, & propitius ero peccatis eorum.*
[e] *Ionæ.* 3.
[f] *verſ.* 7.
[g] *verſ.* 8.
[h] *v.* 24.
[i] *Daniel.* 4. *verſ.* 2. & 27.

Opera laborioſa quibus reatus pœna temporalis expiatur ſponte ſuſcipi poſſe.

CAP. IIII.

NEGANT [a] Philippus, atque [b] Kemnitius: propoſitio probatur.

Primo ex Iob vltimo: *Inſipienter loquutus ſum, idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.*

Secundò, Regum 2. cap. 12. quo Dauid ieiunat, humi cubat. Pſal. 68. [c] ponit veſtimentum ſuum cilicium. [d] Pſal. 101. panem ſuum ſicut cinerem manducat, & cum fletu ſuum miſcet potum.

Tertiò, Regum 3. cap. 21. [e] Achab cilicium induit, ieiunat & dormit in ſacco, Deum ita placat.

Quartò, [f] Niniuitarum Rex è ſolio ſurrexit, induitur ſacco, ſedet in cinere, ieiunium toti indicit populo, & placatur Deus. At nullus ad huiuſmodi pœnas coëgit Iob, Dauid, Achab, Niniuitas.

Quintò, ex PP. paſſim hortantibus homines ad opera pœnitentiæ ſponte ſuſcipienda. *In quantum* (inquit [g] Pacianus) *pœnæ veſtræ non peperceritis, in tantum Deus vobis parcet.* [h] Gregor. *Delinquenti Dominus nequaquam parcit: aut enim ipſe homo in ſe hoc pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit.*

Auguſt. [i] *In pœnitentia maiorem in ſe quiſque ſeueritatem debet exercere, vt à ſeipſo iudicatus, non iudicetur à Domino, ſicut idem Apoſtolus ait. Si enim nos iudicaremus, à Domino non iudicaremur.*

[a] *in locis tit. de Satisfactione propè finem.*
[b] *2. part. Exa. pag. 1079.*
[c] *v. 14.*
[d] *v. 10.*
[e] *v. 27. & 28.*
[f] *Ionæ. 3.*
[g] *Paræneſi de pœnitentia poſt Tertull.*
[h] *9. Moral. 29.*
[i] *apud Bedam in 11. prioris ad Corinthios Chryſoſt. hom. 42. in Matth. Audi Paulum dicentem: Si nos ipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Et quoniã modo* (inquies) *à me ipſo rationes viuendi, & ſupplicium exigã? lachrymarũ larges effunde fluuios, laboribus & vigiliis teipſum affiige.*

Huiuſmodi opera rectè à Sacerdotibus injungi.

Cap. V.

PRimò, claues Sacerdotibus datæ ſunt non ſolùm ad ſoluendum, ſed etiam ligandum. Math. 16. Ergo ſicut Sacerdotes abſoluunt pœnitentes à culpa, ita poſſunt, ac debent, eos ad certa pœnitentiæ opera obligare.

Reſpondet Lutherus peccata ligari & ſolui, non autem Confeſſionem, vel Satisfactionem.

Contra, neque volumus Satisfactionem aut peccata ligari, ſed homines peccatis, & Satisfactionis obligatione.

Secundò ex PP. Cyprianus ſermone de lapſis, dum contendit non oportere ad martyrum preces lapſis remittere peccata, niſi prius expleuerint mulctas, ad Euangelium [a] recurrit, quo poteſtas imponendi pœnas Sacerdotibus confertur. Gregor. [b] *Afflictio Pœnitentiæ, ad delenda peccata idonea eſt, cum Sacerdotis fuerit iudicio imperata, cum ab eo confitentium actibus diſcuſſis pro modo criminis, onus eis diſcernitur afflictionis.*

Tertiò, ex Conciliis quibus præſcribitur certum Pœnitentiæ tempus: & quamuis ante Abſolutionem impleretur, tamen in articulo mortis reddebatur Pœnitentibus Communio, [c] cum ea conditione, vt ſi forte ſuperuixiſſent, integrè pœnitentiā ſibi iniunctam explerent: vnde liquet non tam ad culpam, quam pœnam expiandam temporalem referri conſueuiſſe.

[Trident. ſeſſ. 14. can. 15. *Si quis dixerit Claues Eccleſiæ eſſe datas tantùm ad ſoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea Sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra fines clauium, & contra inſtitutionem Christi & fictionem eſſe, quod virtute clauium, ſu-*

[a] *Contra Euāgelij vigorem* (inquit) *contra Domini, ac Dei legem temeritate quorumdam laxatur incautis cōmunicatio. Irrita, & falſa Pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura.*

[b] *lib. 3. in 1. Regum, explicans cap. 7. & Leo epiſt. 91.*

[c] *Nicæn. 1. ca. 12. aliàs 13. Carth. 4. can. 76. Arauſic. 1. can. 3.*

blata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, Anathema ſit.]

Quartò, qui ante Baptiſmum peccant maiori digni ſunt miſericordia, peccantibus poſt Baptiſmum. Ergo par erat vt Deus ſuis mandaret miniſtris, ad remiſſionẽ minimè admittere, ſine mulcta iniuncta, Pœnitentes poſt Baptiſmum.

Quintò, par erat vt ſicut Deus ex miſericordia condonat peccata, ita ex iuſtitia exigeret aliquam à nobis Satisfactionem. Cum ſatisfactio pro æterna pœna, nobis per Satisfactionem Chriſti abſolutè fuerit remiſſa.

Sextò, Baptiſmus eſt regeneratio, Pœnitentia medicamentum. Ergo ſicut generatio non exigit laborem ab eo qui generatur, exigit Medicamentum ab eo qui curatur: ita Baptiſmus & Pœnitentia proportionaliter ſe habebunt.

Septimò, ab vtilitatibus 1. ne fiant homines occaſione lenitatis Dei, deteriores. 2. vt admoneantur grauitatis peccati. 3. eradicentur vitiorum, inſerantur virtutum habitus. 4. compatiantur homines Chriſto, participes guſtus crucis eius effecti. 5. ne ob [d] vnum impunitum peccatum furor Dei in vniuerſum ſæuiat populum. 6. ſi pœnitentia ſit publica, vt exemplo vnius multi corrigantur. 7. quia dignis Pœnitentiæ fructibus tota lætatur Eccleſia.

[d] *vt Ioſue 7.*

[a] *Melanchthon in locis titul. de Satisfactione damnat opera in quibus Catholici conſtituunt Satisfactionem. Kemnit. 2. par. Exa. pag.* 1094. *admittit quidem Orationem, Ieiuniũ, & eleemoſynam ad vitæ nouitatẽ: reiicit tamen certos dies ieiuniorum vel certas preces, ad expianda peccata.*

Opera Satisfactoria eſſe Orationem, Ieiunium, & Eleemoſynam.

CAP. VI.

HÆC [a] tria præcipuè ſtatuũtur à Theologis, 1. quia debemus quantum fieri poteſt ſatisfacere Deo. Damus ergo animi bona per orationem: corporis, per ieiunium: externa bona, per Elee-

moſynam. 2. quia ieiunium comprimit concupiſcentiam carnis: Eleemoſyna concupiſcentiam oculorum: Oratio ſuperbiam vitæ. 3. quia alia opera pia ſatisfactoria ad hæc reuocantur. Ad ieiunium omnes corporis afflictiones vt cilicia, cineres, &c.

Ad Eleemoſynam, quæcumque auaritiæ repugnant, aut certè in vtilitatem proximi cedunt, vt miſericordiæ opera omnia.

Ad orationem, quæcumque Deo exhibentur, vt laudes, gratiarum actiones, Contritionis, ac Confeſſionis actus in quantum pœnales. Nunc propopoſitio Probatur. *De Oratione.*

[b] *v.* 16. Primò, Pſal. 49. [b] *Inuoca me in die tribulationis, eruā te &c.* Vbi prçceptū & promiſſio ſimul habētur. Secundò, exemplo Dauidis qui tot cōpoſitis pſalmis peccata ſua coram Deo fleuit.

[c] 2. *Paral.* 33. *v.* 12. & 13. Tertiò, Manaſſæ: [c] *Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum, & egit Pœnitentiam valdè coram Deo patrum ſuorum, deprecatuſque eſt eum, & exorauit intente, & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Hieruſalem in regnum ſuum.*

De Ieiunio, probatur primò, exemplo Dauidis

[d] *v.* 16. [d] 2. Reg. 12.

[e] *v.* 11. Secundò, Ioelis 2. v. 12. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.*

[f] *v.* 12.

[g] *v.* 9. *De Eleemoſyna*, Primo Tobiæ exemplo cap. 1.

[h] *v.* 4. δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν. [Secundò ex cap. 4. [e] *Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* [f] *Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.*]

[i] 1. *Paral.* 21. *v.* 16. Tertiò, ex cap. 12. [g] *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere. Quoniā eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam.*

[k] *Ionæ* 3. *v.* 5. & 6. *in omnibus his locis eſt vox* שַׂק, *ſac, quæ Saccum ſignificat.* Quartò Lucæ 11. [h] *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.*

De Sacco, ſiue Cilicio. Primò exemplo [i] Dauidis, & [k] Niuiuitarum.

Secundò,

Secundò, Ioel. 1. [l] *Accingite vos & plangite Sacerdotes, vlulate miniſtri altaru: ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei veſtri Sacrificium & libatio.*

Tertiò, Matth. 11. [m] *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida. quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere Pœnitentiam egiſſent.*

Quartò, [n] *Saccus* (inquit Hierony.) *& ieiunium arma ſunt Pœnitentiæ.*

De corporis caſtigatione, ſeu percuſſione. Primò, Lucæ. 18. Exemplo Publicani Pœnitentis, pectus ſuum percutientis.

Secundò 1. Corinth. 9. [o] *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo.*

Tertiò, *Memini* (inquit Hierony.) *me clamentem, diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret, Domino increpante, trãquillitas.*

Denique, ſi Deo placent opera quæ ipſe neque in genere, neque in ſpecie imperauit, vt probatum eſt libro de Monachis: quando magis certum erit placere Deo, quæ ipſe ſaltem imperauit in genere, qualia ſunt oratio, ieiunium, Eleemoſyna, & quæ reuocantur ad iſta?

[l] v. 13.

[m] v. 21. οὐαί σοι χωραζὶν, οὐαί σοι βηθσαϊδὰ, ὅτι ἐν τύρῳ καὶ σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις, αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.

[n] in 3 Ionæ.

[o] v. 27. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ.

Poſſe hominem iuſtificatum, Deo verè Satisfacere pro reatu pœnæ temporalis, probatur ex ſcripturis.

CAP. VII. & VIII.

NEGANT [a] aduerſarij omnes quantumcumque admittere cogantur manere pœnæ reatum, remiſſa culpa: pœnis ſponte aſſumptis manum præueniri Dei, ac flagella auerti diui-

[a] CAP. 7.

na:& ieiunium, orationem, atque Eleemoſynam eſſe laborioſa,& Deo opera grata.

Agimus autem de Satisfactione quidem ex condigno,non tamen ex iuſtitiæ rigore:quia hæc requirit vt ſatisfiat ex proprijs, & ad æqualitatem,nulla præueniente aut intercedente gratia eius cui Satisfactio debetur. At quidquid habemus, Dei eſt, nec vllo honoris genere reſarciri poteſt ad æqualitatem ei iniuria illata: ſed accedit multiplex eius gratia:qua ſuppoſita, ex condigno ſatisfacere valemus:prima gratia eſt iuſtificationis, qua efficimur filij Dei, atque membra Chriſti,vnde opera noſtra quandam infinitatem habent, vt à Spiritu ſancto in nobis habitante producta. 2. qua nobis Deus multa reliquit libera opera,quibus tanquam propriis plus reddere poſſumus,quam fuerit imperatum.3.commutatio æternæ pœnæ in temporalem. Nunc propoſitio probatur.

[b] CAP. 8.

[b] Primò Daniel.4. [c] *Peccata tua Eleemoſynis redime*: Ecce vox redemptionis, æquiualens Satisfactioni.

Reſpondetur,non loqui Danielem de pœnæ,ſed culpæ remiſſione.

Contra.1.nomen peccati in ſcriptura ſæpe pro pœna ponitur Geneſ. [d] 43. Deuteron. [e] 5. & 3. Reg. 1. [f] *Erimus ego,& filius meus* (Solomon) *peccatores*. 2. quamuis de culpa loqueretur expreſſè Daniel, à fortiori,intelligi debere de redemptione pœnæ. Si enim Eleemoſynis homo mereri poteſt de congruo remiſſionem culpæ: quanto magis iuſtificatus merebitur de condigno remiſſione pœnæ:cum hæc remiſſio longe ſit illa minor ? Probabile autem eſt Danielem loqui tam de remiſſione culpæ,quam pœnæ.

Secundò Lucæ.11.ſupra. Tertiò, Luc. 3. [g] *facite fructus dignos Pœnitentiæ*.

Reſpondent hos fructus in vitæ nouitate, ac legis obſeruatione diuinæ conſiſtere.

Contra,facere fructus dignos Pœnitentiæ eſt eo

[c] *& Prouerb. 16. v. 6. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas.*
[d] *v. 9. niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.*
[e] *v. 9. reddens iniquitatem patrum in filios.*
[f] *v. 21.*
[g] *v. 8.* ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.

modo operari quo Pœnitentem decet: ad id, non ſufficit autem, futura cauere, ſed etiam damnum reſarciri debet, ſicut hunc interpretantur locum Chryſoſto.[l] *Quomodo fructificare poterimus? ſi vtique peccatis aduerſa faciamus. Verbi gratia, aliena rapuiſti:* incipe iam donare propria, &c. *neque enim vulnerato ſufficiet ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore euellere: ſed etiam remedia adhibere vulneribus. Delicijs antea, & temulentia diffluebas? ieiunio, & aquæ potu vtrumque compenſa.*

Gregor.[k] Homil. 20. in Euangelia. Beda in Pſal. 4. Ita dico vt iraſcamini præteritis peccatis, vt ſacrificetis ſacrificium, id eſt, mortificetis propria vitia veſtra,[l] &c. Petrus Damianus ſerm. 2. de Sancto Andræa.[m] Chriſtianus Druthmarus: *fructum dignum Pœnitentiæ facere, eſt præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere, & malè commiſſa Eleemoſynis redimere.*

Quartò, ex[n] 2. Corinth. 7. quo, inter alios fructus triſtitiæ operantis pœnitentiam in ſtabilem ſalutem, Paulus annumerat *vindictam*, quæ proculdubio præteritum reſpicit, & ad iuſtitiã pertinet, ac diſcrepat à Satisfactione: ideo enim ſumit vnuſquiſque de ſuis peccatis, pro amore Dei vindictam, vt iniuriam Deo factam ea ratione compenſet.

Quintò, Leuitici 4. 5. & 6. diuerſi Sacrificia pretij pro æſtimatione ac menſura delicti imperantur. At ea fuiſſe Satisfactoria, pro reatu pœnæ temporalis probabitur[o] infra.

Sextò, opera iuſtorum ſunt vitæ meritoria æternæ Matthæi[p] 20. &[q] 2. Timoth. 4. Ergo multo magis vim habent ad ſatisfaciendum pro reatu temporalis pœnæ.

[i] homil. 10. in Matthæum

Iſichius 4. in Leuit. 14. Pacianus epiſt. 3. vides in Sarmentis fructum requiri, id eſt, bona opera pœnitentiæ, ſicut Ioannes ait: Facite fructum dignum pœnitentiæ, vides ſarmenta purgari: quæ ſunt detrimenta carnis, damna lætitiæ, damna patrimonij, &c.

[k] & lib. 6. cap. 2. in 1. Reg.

[l] *faciendo dignos fructus pœnitẽtiæ: tantum ſcilicet pro ſingulis, vos affligẽtes, quãtum digna expetit Pœnitentia, quod erit Sacrificium iuſtitiæ.* [m] *in 3. Math.* [n] *verſ. 11.* [o] *cap. 15. in reſponſione ad 8.*

[p] *v. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem.* [q] *verſ. 8.*

Ex PP. probatur.

CAP. IX.

IVSTINVS ſiue author qq. apud Iuſtinum[a]: *Luctuoſum vitæ finem propterea Ioſias retulit, quod iuſsioni Hieremiæ non paruerit:* qui ei ex mandato Dei dixerat, [b] &c.

Irenæ. [c] *Per ſuccinctorium in facto oſtendit* (Adam) *ſuam Pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent: condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum.*

Tertullian. [d] *Quam porro ineptam Pœnitentiam, non adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere?* hoc eſt precium non exhibere ad mercedem manum emittere, [e] *&c.*

[f] Origenes: *Pœnitendo, flendo, ſatisfaciendo deleat* (peccator) *quod admiſſum eſt.* Item, [g] cum dixiſſet, poſſe in hac vita redimi peccata, ſubiunxit: *Si tamen inuenerit manus tua pretium quod reſtituat. Quale pretium? Pœnitentiæ ſine dubio lachrymis congregatum, & manibus, id eſt labore boni operis inuentum.*

Cyprian. [h] *Nec haberet quid fragilitatis humanæ infirmitas, atque imbecillitas faceret: niſi iterum pietas di-*

[a] *ætate* 1.

[b] *vt ne progrederetur ad obuiandum regi AEgypti in bellum, ſicut ait Hieremias. Quapropter vt eum purum à peccatis ex hac vita reciperet dominus Deus, ideò permiſit illum inobedientiæ eius ferro AEgypti pœnas ſoluere.*

[c] *3. cap. 37.*

[d] *lib. de Pœnitent.*

[e] *hoc enim precio Dominus veniam addicere inſtituit: hâc pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem.* Item: *offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes, habes cui Satisfacias, etiam volentem.* Et infra. *Satisfactio Confeſsione diſponitur.*

[f] *2. ætate homil. 6. in Exod.*

[g] *hom. 15. in Leuitic. Item hom. 3. in librum Iudicum Quanto tempore erraſſe te noſti, quanto tempore deliquiſti, tanto nihilominus tẽpore humilia teipſum Deo, & Satisfacito ei in Confeſsione Pœnitentiæ.*

[h] *ſerm. de opere, & eleemoſynis.*

uina ſubueniens, iuſtitiæ, & miſericordiæ operibus oſtenſis, viam quandam tuendæ ſalutis aperiret: vt ſordes poſt modum quaſcumque contrahimus, Eleemoſynis abluamus, loquitur in ſcripturis Spiritus ſanctus, & dicit Eleemoſynis, & fide delicta purgantur: non vtique illa delicta, quæ fuerant ante contracta: Nam illa Chriſti ſanguine, & Satisfactione purgantur

[i] Antonius Magnus epiſtol. 1. [k] Lactantius.

Hilarius: [l] *Hæc Pœnitentiæ vox eſt, lachrymis orare, lachrymis ingemiſcere, & per hanc confidentiam dicere: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Hæc venia peccati eſt, fonte fletuum flere, & largo lachrymarum imbre madefieri.* Item: [m] *Quia Charitas plurimum peccatorum tegit, & errorum noſtrorum ambitioſa ad Deum patrona eſt: nouiſsimum pœnæ quadrantem ſoluemus: niſi precio ipſius aliquantorum criminum culpa redimamur.*

Baſilius: [n] Attende tibi, vt pro delicti proportione, hinc quoque mutueris ex admota tibi medela, valetudinis inſtaurandæ ſubſidium, [o] &c.

Ambroſius: [p] *Quæ nobis ſalus eſſe poteſt, niſi ieiunio eluerimus peccata noſtra?* Item: [q] *Grandi plagæ, alta, & prolixa eſt medicina: grande ſcelus, grandem neceſſariam habet ſatisfactionem.*

Nazianz. [r] *Æquale eſt malum, & dimiſsio, abſque caſtigatione, & caſtigatio ſine veniâ: quandoquidem illa totas relaxat habenas, hæc verò nimium reſtringit.*

Pacianus: [s] *Obteſtor, & deprecor ne pudeat in hoc*

[i] *ætate 3.*

[k] *4. de verâ Sapientia 17. volens* (inquit) *vitæ, ac ſaluti noſtræ pro æterna ſua pietate conſulere, Pœnitentiam nobis in illa circunciſione propoſuit, vt ſi cor nudauerimus, id eſt, ſi peccata noſtra confeſſi ſatis Deo fecerimus, veniam conſequamur.*

[l] *in Pſal.* 118.

[m] *can.* 4. *in Mathæ.*

[n] *orat. ſuper illa: Attende tibi.*

[o] *Magnum eſt, & graue peccatum? multa opus habes Confeſsione, lachrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indiuulſo & continenti ieiunio. Leuis eſt, nec intoleranda offenſio? huic quoque exæquetur Pœnitentia.*

[p] *epiſtol.* 82.

[q] *ad Virginem lapſam, &* lib. de Helia, *& ieiunio: habemus plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus, Pecuniam habes? redime peccatum tuum. Non venalis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es: peccatis tuis venundatus es? redime te operibus tuis: redime te pecuniâ tua.*

[r] *orat. in Sancta lumina.* [s] *Parænesi ad Pœnitentiam.*

opere, ne pigeat opportuna quam primum remedia ſalutis inuadere, deijcere mœroribus animum, ſacco corpus inuoluere, cinere perfundere, macerare ieiunio, mœrore conficere, multorum precibus adiuuare. In quantum pœnæ veſtræ non pepercistis, in tantum vobis Deus parcet.

[t] Innocent. I. Leo I. [v] *Oratione propitiatio Deo quæritur, ieiunio concupiſcentia carnis extinguitur, eleemoſynis peccata redimuntur.*

Gelaſius I. [x] *Viduæ, quæ propria voluntate, profeſſam priſtini coniugij caſtitatem, mutabili mente, calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum Satisfactione placare debeant.*

Chryſoſtom. [y] A nobis vltionem ſumamus, ita placabimus iudicem.

Theophilus: [z] *Præterita peccata pœnitentiâ corrigamus, præſenti fletu redimamus futura gaudia, aculeoque conſcientiæ, in morem apum, noxios peccatorum fucos repellamus.*

Hierony. [a] *Qui peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia cilicio accingatur: & plangat, vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Eccleſiam, de qua propter peccata fuerat egreſſus, & cubet, vel dormiat in ſacco: vt præteritas delicias per quas offenderat Deum, vitæ auſteritate compenſet.*

Auguſtinus: [b] In melius eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus.

Maximus: [c] *Non reprehenditur ille qui dudum cor-*

[t] *ætate 4. epiſt. 1. cap. 7. Item epiſt. 11. cap. 4. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordines Sacrilegi, &c. nullus ſit Pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordo, quod longa Satisfactio præſtare conſueuit.*

[v] *ſerm. 1. de ieiunio ſeptimi menſis.*

[x] *epiſt. 1. c. 23.*

[y] *homil. 41. ad populum Antiochen. Item Homil. 2. de lapſu primi hominis. Oſtendit Dominus quibus officiis poſſint delicta purgari: oſtendit confeſſione, & deformitate cultus, veniam poſſe facillimè impetrari.*

[z] *1. Paſchali epiſt. extrema.* [a] *in 1. Ioëlis.*

[b] *cap. 70. Enchiridij & epiſt. 56. Nihil aliud agit quem veraciter pœnitet, niſi vt id quod malefecerit, impunitum eſſe non ſinat: eo quippe modo ſibi non parcenti ille parcit, cuius altum iuſtumque iudicium nullus contemptor euadit. Et cap. 15. homiliæ 50. ex homiliis quinquaginta:* Non *ſufficit* (inquit) *mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatisfiat Deo.*

[c] *homil. in die cinerum.*

de deuio, & lubricis greſsibus à tramite elapſus ſalutis, redintegrare ſe Deo mœſta Pœnitentiæ Satisfactione conatur.

Sulpitius: [d] *Fornicatio deputatur ad pœnam, niſi Satisfactione purgetur.*

Caſſianus: [e] *Dum agimus Pœnitentiam, & vitioſorum actuum recordatione mordemur, neceſſarium eſt vt ignem conſcientiæ noſtræ, obortus ex confeſsione culpæ lachrymarum imber extinguat: cùm verò cuiquam in hac humilitate cordis & ſpiritus contritione defixo, atque in labore, & gemitu perduranti, horum recordatio fuerit conſopita, & conſcientiæ ſpina de medullis animæ, gratiâ Dei miſerantis, euulſa, certum eſt eum ad Satisfactionis finem, atque indulgentiæ merita perueniſſe, & ab vniuerſorum crimine labe purgatum.*

Theodoret. [f] *Sunt medicabilia etiam quæ poſt Baptiſmum fiunt vulnera: medicabilia autem non vt olim, per ſolam fidem datâ remiſsione, ſed per multas lachrymas,* [g] &c.

Paulinus epiſt. 12. ad Seuerium, Saluianus: [h] *Si nonit quiſquam hominum peccatorum, quantum redimere delicta poſsit, vtatur ſcientia ad redemptionem: ſi verò neſcit, cur non offerat quantum poteſt?*

Caſſiodorus [i] in Pſal. 37.

Gregor. [k] *Corrigibilia equidem peccata portantur: quia poſtquam à delinquentis voluntate diſcedunt, purgari Satisfactione ſalubriter poſſunt.*

Iſichius: [l] *Carnes Pœnitentiæ intelligimus ieiunium, vigilias, cilicinum veſtimentum, cum lachrymis orationem, eleemoſynam, ex his enim conſiſtit pœnitentia, quæ qui tangit rectè ſanctificatur.*

Iſidorus: [m] *Ille Pœnitentiam dignè agit, qui reatum ſuum ſatisfactione legitima plangit.* ... *quæ meum poſsint abolere peccatum: ſcilicet fletus adhibebo, eleemoſynas faciam, & ab hoc quod deliqui, mandatorum tuorum me obſeruatione purgabis.*

d 2. Dialog. de miraculis S. Martini ca. 13.

e collat. 20. cap. 7.

f epitome diuinorum decretorum.

g & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem, facti peccati quantitati contemperatum.

h lib. 1. de miſericordia.

i poſt an. 500. Et cogitabo pro peccato meo, id eſt, talia te donante faciam,

k lib. 6. in 1. Regum explicans cap. 15.

l 2. in Leuitic. exponens cap. 6.

m poſt ann. 600. 2. de Summo bono 13.

ſuum Satiſfactione legitimâ plangit. Cæſarius Arelatenſis Homilia 6.

Beda: [n] *Delectatio ſeu voluntas peccandi, quando ad Satiſfactionem venitur, leuiter eleemoſynis, & aliys talibus purgatur,* [o] &c.

Rabanus: [p] *Quid eſt aliud pænitere niſi iraſci ſibi, vt horreat quod fecit, & cruciatus à ſe exigat, ne iudex iratus potius affligat?*

Radulphus: [q] *Ab vnoquoque noſtrum pænitentiæ Satiſfactione commiſſa culpa detergitur.*

Petrus Damianus ſerm. de S. Andræa. Bernardus: [r] *Humilis, & verecunda debet eſſe Satiſfactio, quâ emendatur ſuperba tranſgreſſio.*

Reſponſiones Hæreticorum.

Cap. X.

PRIMA, [a] loqui PP. de quadam actione publica, tum exempli cauſa, tum ad probandos hos, qui petebant recipi in Eccleſia.

Contra, [b] PP. apertè dicunt ad redimendas pœnas coram Deo, ſatisfactionē valere.

Secunda, [c] loqui de publica teſtificatione, *qua qui excommunicatione mulctati fuerant, cum in communione recipi vellent, Eccleſiam reddebant de ſua Pænitentiâ certiorem. Atque ita dicebantur non Deo, ſed Eccleſiæ ſatisfacere, quod etiam his ipſis verbis ab Auguſtino expreſſum eſt in Enchiridio cap. 65.*

Contra, PP. diſertè docent ſatisfieri etiam Deo per Satisfactionem, nec illo citato loco Auguſt. ſed Caluinus, addidit illam negationem: *Non Deo.* Porrò in ipſo Enchiridio cap. 70. *Per eleemoſynas* (inquit) *de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus.*

[n] *in Pſal. 1. poſt an. 700.*
[o] *conſenſus verò non niſi graui Pænitentiâ deletur: conſuetudo autem non niſi recta, & ponderoſa Satisfactione abſoluitur, & in Pſal. 4.*
[p] *poſt an 800. lib. 6. in Eccleſiaſt. cap. 7. & lib. 8. cap. 3.*
[q] *poſt an. 900. lib. 12. cap. 1. in Leuitic.*
[r] *poſt an. 1100. ſerm. 4. in Cantica.*

[a] *Philippi in Apologia Confeſſ. Auguſtanæ ar. de Confeſſ. & Satisfactione.*
[b] *Ad agendā Pænitentiam non ſufficit mores in melius commutare, & à malis factis recedere, niſi de his quæ facta ſunt Satisfiat Domino per Pænitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum. Aug. homil. 50.*
[c] *Caluini 3. Inſtit. 4. §. 38. & 39.*

Tertia, [d] PP. Hyperbolicè loqui. [d] *Kemnitij pag.* 1082. *par.* 2. *Examin.*

Contra. 1. Hyperbolica loquutio requirit vt verè aliquid ſubſit in re (licet non tam excellenter quam verba ſignificant) alioquin mendacium eſſet. Ergo reuera, iuxta ſententiam PP. per opera pia ſatisfactoria, expiantur pœnæ debitę peccatis. 2. nullomodo veriſimile eſt PP. hyperbolicè loquutos ſcribentes cōtra Hæreticos, vel ad cōſulta Epiſcoporum reſpondentes, vel commentarios, aut ſimiles libros, doctrinę ſolum explanandę gratia, cōponētes: hyperbole nāque cōcionibus propria eſt.

Soluuntur argumenta Lutheri.

CAP. XI.

PRIMVM [a] Ezech. 33. [b] *Impietas impij nō nocebit ei quacumque die conuerſus fuerit ab impietate.* At ſi pœna luenda manet: iniquitas remiſſa adhuc nocet. Ergo, *&c.* [a] *ſerm. de Indulgent. an.* 1518. [b] *v.*12.

Ad Maiorem, eſſe intelligendā de nocumento reſpectu gratiæ ſalutis [ſiue amoris Dei erga nos] non autem de pœnæ debito. Ad Minorem, luendam pænam nihil officere gratiæ.

[c] Secundum, Dominus Ioan. 8. adulteram abſoluit, nulla Satisfactione iniuncta. [c] *lib. de Capt edito an.* 1520.

Reſpondeo 1. non conſtare an abſoluerit à peccatis, vel à ſola lapidatione. 2. habuiſſe Adulteram fortaſſe ſufficientem pro ſatisfactione contritionē. 3. Chriſtum eſſe Dominum, nos autem Miniſtros.

[d] Tertium nullibi Scriptura, aut antiqui PP. meminerunt Pœnitentiæ ſeptem, aut ſimilis præſcriptionis dierum vel annorum, vel pro differentibus peccatis differētes pœnas fuiſſe luendas. Ergo hoc totum à nouo iure introductum humano. [d] *aſſertione omnium artic. ſuorum edita* 1521.

Reſpondeo. 1. totum argumētum conceſſum, nihil contra Satisfactionem inferre. Nec enim contendimus certarum determinationem pœnarum,

eſſe de iure diuino. 2. Negatur antecedens.

Nam 2. Reg. 24. dixit Gad ad Dauid: [e] *Aut ſeptẽ annis veniet fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur, aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua, nunc ergo delibera,* &c. Concilium [f] Ancyranum can. 8. ſeptem iniungit Pœnitentiam annorum iis qui coacti, bis, terue, ſacrificauerant Idolis: & ibidem pro variis delictis varia præſcribitur pœna, ſicut in Nicæno 1. can 11. Concilium verò Elibertinum, can 5. præſcripſit ſeptem annorum pœnitentiam mulieri, quæ ancillã verberando necauerat.

[e] *v. 13. Deut. 25. v. 2. pro mẽſura peccati erit & plagarum modus. Daniel 4. v. 22. Eiicient te ab hominibus & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, &c. ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur excelſus Apocal. 18. v. 7.*

[f] *ante annos* 1270.

Soluuntur obiectiones Melanchonis.

CAP. XII. & XIII.

PRIMA, [a] Satisfactio ſpectat ad ſolam politiam externam, exempli & diſciplinæ gratia.

Contra, hæc obiectio locum nõ habebit in Pœnitentia Dauid, Achab, Manaſſæ, acta priuatim, & ſpontè aſſumpta.

[a] CAP. 12. *habentur hæc argumenta in Locis tit. de Satisfactione.*

Secunda, decem producit cauſas ob quas Deus ſuam Eccleſiam affligit: ad quarum nullam poterit reuocari pæna Satisfactoria, aſſumpta in compenſationem pœnarum Purgatorij: Ergo huiuſmodi compenſatio fictitia eſt.

Reſp. 1. negatur conſequens, quia ſicut decem, numerauit Melanchon cauſas, ſic nos vndecim, vel plures poſſumus numerare: quarum vna erit, vt libenter ſuſceptis à Deo flagellis immiſſis, redimãtur Purgatorij pœnæ. 2. Negatur antecedens. Nã in prima & 8. ait Deum ſuos affligere vt eorum peccata puniat, mitigari autem afflictiones immiſſas per pœnitentiam noſtram. Ergo, ſuppoſito Purgatorio, ſimiliter mitigabitur Purgatorij pœna,

per Pœnitentiam noſtram. 3 Quamuis patienter tolerata flagella immiſſa valeant ad remiſſionem pœnæ, tamen nos Satisfactionem præcipuè ponere in pœnis ſponte aſſumptis, vel à Sacerdote iniunctis. Quare argumentum Philippi ad rem non erit.

Tertia, per Satisfactiones, lex obſcuratur, quia plus poſſe fieri dicitur, quam lex præſcribat.

Reſpondeo. 1. Negatur propoſitio cum ſua ratione. lex enim Satisfaciendum eſſe docet. 2. poſſe etiam plus fieri quam lex præſcribat, vt probatum eſt, tom. 2. lib. de Monachis.

Quarta, Euangelium obſcuratur, quia fingunt Scholaſtici mortem æternam noſtra compenſatione aboleri. Sed propoſitio eſt falſa, probatio verò, mendacium, teſte [b] ipſo Melancthone: *docent* (Scholaſtici) *Deum cum ſit miſericors* (inquit Melancthon) *remittere culpam, ſed cum ſit iuſtus, & vindex, mutare pœnam æternam in temporalem purgatorij. Deinde addunt, partem pœnarum remitti poteſtate clauium, partem redimendam eſſe Satisfactionibus.*

[b] *in locis tit. de Satisfact.*

Quinta, amplificatur doctrina traditionum humanarum.

Reſpondeo, quidquid ſit de hac amplificatione, non pugnare cum iure diuino, à quo Satisfactio emanat, & cui Eccleſiaſtica ſtatuta de Satisfactione, conformia ſunt.

[c] Sexta, ſcripturæ quæ pro Satisfactione adducuntur, præceptum diuinum ſonant. At Satisfactio quam Scholaſtici docent, continet, ipſorum opinione, indebita opera, id eſt, non diuinitus mandata. Ergo perperam ſcripturas pro Satisfactione allegant.

[c] CAP. 13. *ſequentes obiectiones habentur in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ.*

Reſpondeo, indebitum opus dupliciter dici. 1. quod nullo modo tenetur fieri. 2. quod tenetur quidem, ſed non ex natura ſubiecti. priori modo Satisfactio eſt debitum opus, quia poſito peccato, ſatisfacere tenemur: poſteriore eſt indebitum, quia

non tenemur ſatisfacere ratione conditionis humanæ ſed ratione peccati.

Septima, Satisfactionem, de qua Scholaſtici, poteſt pœnitens recuſare à Sacerdote iniunctam. At Satisfactio, de qua ſcripturæ, reijci nequit, ſed debet in hac tolerari vita.

Negatur Maior, quidquid dicant nõnulli [d] 1. quia Sacerdos eſt verè Iudex qui poſſit ligare ad pœnam, non ſolum ſoluere à culpa ex inſtitutione diuina. Ergo reijcere pœnam ab illo iniunctam, eſt reſiſtere iudicio diuinitus conſtituto, & proinde ipſi Deo. 2. quia PP. ſine Satisfactione nuſquam ad Euchariſtiam pœnitentes admittebant. [3. quia Sacramentum Pœnitentiæ non niſi ad præſentem extenditur vitam. Igitur neque partes eius. At ſi poſſit Satisfactio à Sacerdote impoſita reiici, ſoluenda in Purgatorio, vel Sacramentum pœnitentiæ vna ſuarum carebit partium, vel illa ſpectabit ad futurum ſæculum.]

[d] *hanc ſententiam tuetur etiam Gregor. à Valent. in 3. par. quæſt. 14. de Satisfactione, puncto 4.*

Octaua, Indulgentiæ ſoluunt Satisfactiones de quibus Scholaſtici tractant. At non ſoluunt Satisfactiones ſcripturæ, quia ſunt præceptæ.

Ad Minorem: non eſſe præceptas niſi ſub conditione, nimirum ſi non condonentur. Nec enim tenentur debitores ſoluere debita, ſi a creditoribus condonentur

Nona, Satisfactiones ſunt redemptiones pœnarum Purgatorij. Ergo in Purgatorio exercendæ.

Negatur conſeq. nec enim eſt redimere Purgatorij pœnas, eaſdem tolerare pœnas. Quare redemptio earum in hac vita fieri debebit.

Decima, Gratuita eſt peccati remiſſio. Ergo & Satisfactionis.

Reſpondeo 1. Satisfactionem eſſe gratuitam. 1. ratione commutationis æternæ pœnæ in temporalem. 2. quia tota Satisfactio noſtra nititur Satisfactione Christi. 2. negatur conſeq. quia omnino gratuito voluit culpam remittere Deus, non voluit autem pœnam poſt Baptiſmum.

Vndecima, Euangelium præcipit, non imponi pœnas cum remittuntur peccata. Negatur.

Soluuntur Caluini [a] *argumenta.*

[a] *Inſtit.* 3. *cap.* 4.

Cap. XIIII.

PRIMVM eſt ſimile decimo Philippi.

Secundum, docemus remiſſionem peccatorum fieri ſemel, nimirum in Baptiſmo, poſt Baptiſmum reſurgendum eſſe per Satisfactiones, & ſanguinem Chriſti non niſi applicari per claues. At contra ſcriptura: [b] *Si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Item: *Ecce agnus Dei*, &c. Ioan. 1. v. 29.

[b] 1. *Ioan.* 2. v. 1. ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν χριστὸν δίκαιον v. 2. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

Negatur Maior, quia docemus 1. poſt Baptiſmum fieri etiam peccatorum remiſſionem. 2. per Satisfactiones non excitari à peccatis homines, ſed ſatisfacere pro pœnâ debita peccatis. 3. ſanguinem Chriſti applicari per alia Sacramenta, quam per claues. [Et etiam per multa opera pia, quæ ſine Sacramentis fieri poſſunt. Quidquid enim facimus boni, aſſerimus fieri virtute meritorum Chriſti.]

Tertia, docemus gratiam Dei ſolam in primâ iuſtificatione operari, in ſecunda cooperari opera noſtra. At id facit iniuriam Chriſto, cui tribuitur in ſcripturis expiatio pro peccatis noſtris.

Ad Maiorem, ſi ſermo ſit de remiſſione culpæ, & pœnæ æternæ: neque in prima neque in ſecunda iuſtificatione nos quidquam operari. Si de diſpoſitione aliqua per modum impetrationis, nos in vtraque cooperari iuxta illud: [c] *Pœnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Nec ipſa remiſſio peccatorum* (inquit [d] Auguſt.) *ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat: neque enim vllum eſt meritum fidei; qua fide ille dicebat: Deus propitius eſto mihi pecca-*

[c] *Actor.* 2. v. 38. μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν.

[d] *epiſt.* 105.

tori. Ad Minorem, maximè potius ad gloriam ſpectare Chriſti, non ſolum ſatisfeciſſe pro peccatis noſtris, ſed etiam ſuis donaſſe membris, per gratiam eius ac meritum ſatisfacere poſſe: ſicut maximè commendat potentiam Dei, non ſolum poſſe operari, ſed etiam dediſſe creatis virtutem operādi per ſe. Ita autem tribuitur Chriſto expiatio pro noſtris peccatis, vt niſi eius applicetur meritũ, nihil proſit nobis: alioquin cur tum multi damnati?

Quarta, nulla erit conſcientiæ pacificatio: ſi intelligamus, culpâ remiſsâ, remanere pœnam. Nam cum aliquando innumerabilia ferè occurrant peccata, quis pro his tandem ſatisfacere in hac vitâ poterit?

Negatur propoſitio. Nam non eſt mediocris conſcientiæ pax, ſe intelligere ab æterna morte, & pœna liberum in amicitiam Dei tranſijſſe. Ad rationem 1. poſſe in hac vita ſatisfieri breui aliquā pœnâ, pro multis peccatis. [2. etſi non ſatisfiat: tamen tandem aliquando totam pœnam expiatam iri in Purgatorio, quia pœna ſoluenda, non eſt infinita.]

e CAP. 15. [e] Quinta, Deus in ſcripturis dicitur proijcere poſt tergum, delere inſtar nubis, demergere in profundum maris, non imputare tectumque habere peccatum. At ſi punit, hæc erunt omnia falſa. Nam vt, inquit Auguſt. *Si texit Deus peccata, noluit aduertere. Si noluit aduertere noluit animaduertere, ſi noluit animaduertere noluit punire*, &c.

Negatur Minor. Ad rationem: non velle Auguſt. Deum nullomodo punire peccata, ſed non punire in æternum, vel neque etiam temporaliter: ſi nos ea puniamus, iuxta illud eiuſdē Auguſtini in Pſal. 50. Non impunitum erit peccatum meum, ſed ideo nolo vt tu punias, quia ego peccatum meum punio.

f *Iſaiæ* 1. v. 18. Sexta, [f] *Si fuerint peccata veſtra* (inquit Dominus) *vt coccinum quaſi nix albeſcent, & ſi rubuerint vt vermiculus, velut lana alba erunt.*

Digitized by Google

Reſpondeo ibidem exprimi etiam pia Satisfa-
ctionis opera: præcedit enim: [g] *Lauamini, mundi* g v.16.17.
eſtote, &c. *quieſcite agere peruerſè, diſcite bene facere, quæ-*
rite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate puſillo, defen-
dite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus:
ſi fuerint peccata, &c.

Septima, Hierem. 50. [h] *In illa die requiretur ini-* h v.20.
quitas Iſrael & non erit, & peccatum Iudæ, & non in-
uenietur, &c.

Reſpondeo, loqui de Idololatriæ peccato, atque
ſenſum eſſe: illo expiato, per duriſſimam Babylo-
nicam captiuitatem, tandem flagellum in ipſum re-
gem Babylonis conuertendum, & reliquias Iſrael
ac Iuda liberandas.

Octaua, nullam conſtituit legem in Leuitico
Deus, qua Satisfactio præſcriberetur: ſed totam in
Sacrificiis compenſationem requirit.

Negatur 1. Quia diuerſa Sacrificiorum genera,
tot erant diuerſæ ſatisfactiones: nec enim Sacrifi-
cia expiabant proprie peccata, iuxta illud: [i] *Si vo-* i Pſal.50.
luiſſes Sacrificium dediſſem vtique, holocauſtis non delecta-
beris, &c. ſed tantum immunditiam quandam lega-
lem adferebant, & proinde in genere Satisfactio-
nis temporalis erant. 2. Quia pro omnibus pecca-
tis non erant Sacrificia, vt pro blaſphemia, idolola-
tria, homicidio, & grauioribus.

Nona Oſeę 14. [k] *Omnem tolles iniquitatem, ô Deus,* k v.3.
en peccatorum remiſſio: *Et vitulos labiorum perſoluę-*
mus: en Satisfactio.

Negatur eſſe Satisfactionem, cum ſit gratiarum
actio pro peccato dimiſſo, vel etiam forte pro pœ-
nâ: quæ quomodo remittatur non exprimitur ibi.

Decima Prophetæ cum veniam peccatorum pe-
tunt, ſimul & remiſſionem pœnæ deprecantur.

1. Negatur. [l] *Ego ſum qui peccaui* (inquit Dauid) *&*
ego iniquè egi iſti qui oues ſunt, quid fecerũt? vertatur obſe- l 2.Reg.24.
cro manus tua contra me & cõtra domũ patris mei. 2. ita ſit: v.17.
nũ propterea non obligabantur ad pœnã? quare er-

go remiſſionem pœnæ pręcabātur, ſufficeret enim orare pro remiſſione culpæ.

m 36. v. 25. 26. &c.

Vndecima, m apud Ezechielem Dominus promittit ſe impoſiturum, propter ſe, id eſt gratuito, finem Babylonicæ captiuitatis.

Reſpondeo 1. vaticinari, hoc in loco, Ezechiā de gratiâ noui Teſtamenti, quam gratuito dari admittimus. 2. quidquid ſit: non contendimus, pœnas omnes ſatisfactionibus expiari. 3. ſi gratuito Deus aliquando remiſit pœnam, non ſequi remiſſurum ſemper [certe cum hoc nonobſtante, tam grauem Iudæi ſint paſſi captiuitatē, ſatis aperte liquet, non ſemper Deum condonare pœnas.]

n Cap. 17.
o lib. 3. de Prouidentiâ.

n Duodecima, Scriptura teſtatur, atque o Chryſoſtomus Deum immittere pœnas, vt corrigamur à malo.

Reſpondeo, 1 loqui de pœnis, quæ conuerſionem pręcedunt, ſuntque reuera adhunc inſtitutę finem: non autem de pœnis quæ ſubſequuntur. [2. nos non tam loquimur de pœnis immiſſis à Deo, quam ſpōte aſſumptis vel iniunctis] 3. *Deum immittere pœnas vt ad Pœnitentiam reuocet*, ſicut Chryſoſto. loquitur, eſt non ſolum contritionem largiri, ſed etiam, caſtigare peccata.

p homil. 2. in Pſal. 50.
q Chryſoſt. ibidem *Miſeretur quidē Deus, ſed non paſſim miſeretur: prouocat nos, & dicit, Da, &/ tu aliquid, &/ infra Deus dicit da mihi Cōfeſſionem tuā, &/ lachrymas pœnitentiæ.*

Decima tertia, p *Vbi miſericordia flagitatur* (inquit Chryſoſtom) *interrogatio ceſſat: vbi miſericordia poſtulatur, iudicium non ſæuit : vbi miſericordia petitur, pœna locus non eſt.*

Reſpondeo, reuera cum petitur miſericordia, pœnam non expectari, & cum miſericordia indulgentiam largitur, non referre pœnam, ſed ſimul q conſtat Deum nō ſemper indulgere ex mera miſericordia, cum regulariter, ex iuſtitia Satisfactionem requirat.

r homil. 10. in Geneſim.

Decima quarta r idem Chryſoſto. docet ſolùm require Deum à nobis, vt peccata noſtra confiteamur, cum lachrymis.

Reſpondeo loqui de remiſſione culpæ.

Decima

Decima quinta [s] *Pœnitentiæ ſatisfactio eſt* (inquit Aug.) *cauſas peccatorum excindere, nec eorum ſuggeſtionibus aditum indulgere.* [s] *lib. de dogmatib. Eccleſiaſticis cap. 54.*

Reſpondeo, authorem huius ſententiæ (nec enim conſtat Auguſtinum eſſe) deſcribere Satisfactionem ab effectu. Nam alioquin [t] ibidem: *Quamuis quis peccato mordeatur: peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis, & orationibus.* [t] *cap. 53.*

Decima 6. *Caro Chriſti verum eſt* (inquit [u] idem) *& vnicum pro peccatis ſacrificium, non modo ijs, quæ vniuerſa in Baptiſmate delentur, ſed quæ poſtea ex infirmitate ſubrepunt,* &c. [u] *iuxta Caluinum, nec enim certum notauit locum.*

Reſpondeo, id verum: omnia enim peccata & pœnæ remittuntur virtute Sacrificij crucis: ſed non propterea excluduntur Satisfactiones: diuerſimode namque applicatur hæc virtus.

LIBER QVINTVS.

DE POENITENTIA.

In quo de natura indulgentiarum tractatur.

De nomine Indulgentiæ, & Iubilæi.

CAP. PRIMVM.

INDVLGENTIA tum in ſcripturis, tum ſcriptoribus ſacris dupliciter ſumitur, ſcilicet pro [a] *Remiſsione*, & pro [b] *facilitate*, ſiue, *condeſcentione*. veteres autem imperatores, ac Iureconſulti Indulgentiam appellant ſolemni, proprioque vocabulo, remiſſionem generalem criminum, quam aliquando principes ſæculi publicæ lætitiæ cauſa faciebant, & [c] in Cod. Theodoſiano deſcribitur *remiſsio criminum quoad ſolam debitam legibus pœnam.*

Hinc ergo Eccleſia, & Theologorum ſchola Indulgentias vocat: *Remiſsiones pœnarum luendarum poſt remiſsionem culparum à ſummis Pontificibus rationabili de cauſa fidelibus conceſſas ex paterna lenitate & condeſcentione.* Iubilæus dicitur à יוֹבֵל [d] *Iobel*, ſignificatque [e] *annum remiſsionis*, qui apud Hebræos quin-

[a] *Iſaiæ 61. v. 1. Prædicare captiuis* דְּרוֹר *deror indulgentiam, libertatē, id ſt, iuxta Lucam, 4. v. 19* κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν *remiſsionem.*

[b] *1. Corinth. 7. v. 6.* τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ᾽ ἐπιταγήν. *Hoc autem dico ſecundum Indulgentiam non ſecundum imperium.*

[c] *lib. 9. tit. 38. Leg 3. Ammianum Marcellinum lib. 16.*

[d] *vel Iouel.*

[e] *quinquageſimus apud Hebræos Leuitic. 25. verſ. 10. & ſeqq.*

quageſimus erat, quo remittebantur labores omnes agriculturæ: reſtituebantur agri ac domus venditæ prioribus Dominis, & ſerui libertati priſtinæ.

Rabbini volunt Iubilæum ſic nominari, à ſonitu cornu arietini quo indicebatur remiſſionis annus: verùm hoc non placet. Nam etſi [f] Exodi 19. videatur Iobel ſonum buccinæ, vel ipſam buccinam ſignificare: tamen [g] Leuit. 25. vbi agitur proprie de Iubilæo, ſonitus buccinæ non vocatur Iobel, ſed תְּרוּעָה *terugah*: qua etiam voce vtitur Dauid in Pſalmis, quoties Iubilum, vel Iubilationem nominat. Non ergo à Iubilatione *Iubileus*, ſed potius à יָבַל [h] *Iabal produxit*, ſiue *germinauit*, vnde nomen יְבוּל [i] *Iebul* quo fruges, & fructus omnes ſignificari ſolent. Quia Iubilæus erat annus germinans, vtilis & fructuoſus, cum ſine labore terræ fructus adduceret, & ſine ſumptibus reſtitueret agros & domos antiquis Dominis, libertatem ſeruis.

Fuit autem Hebræorum Iubilæus typus Euangelij, quo per Chriſtum acquirunt homines remiſſionem peccatorum, liberationem à Diaboli ſeruitute, poſſeſſionem Paradiſi, ac fructus bonorum operum.

Hinc Clemens 6. appellandum cenſuit *Iubileum*, illum celebrem annum, in quo Indulgentiæ maximæ, adeuntibus Apoſtolorum Baſilicas, antiquo de more conceduntur: præſertim cum ad ſimilitudinem Iubilæi veteris annum quinquageſimum pro centeſimo (antea in vſu) ipſe deſignaſſet. Inde Iubilæi nomen deriuatum eſt ad Indulgentias omnes quæ in ampliſſima forma concedi ſolent, etiam extra Iubilæi annum.

Scripſerunt pro indulgentijs [k] Gulielmus Altiſiodorenſis, [l] Alexander Alenſis, [m] Albertus magnus, S. Thomas, Bonauentura, & alij Scholaſtici, [n] Panormitanus, [o] Turrecremata, Felinus ſerm. ſiue tractatu de indulgentijs, Antoninus in ſumma par. 1. tit. 10 cap. 3. Syluester Prieras libello aduerſus

[f] *v.13.* בִּמְשֹׁךְ הַיֹּבֵל *Bimſcok haiiobel, vel, haiiovel cum prolixum ſonitum dederit buccina.*

[g] *v.9. Et tranſire facies* שׁוֹפַר תְּרוּעָה *ſcophar terugah tubam Iubilationis.*

[h] *vel, Iaual.*

[i] *vel, Ieuul.*

[k] *in Summa Theolog. lib. 4. tract. 6. cap. 9.*

[l] *in Summa Theolog. par. 4. q. 23.*

[m] *in 4. diſt. 19. aut 20. aut. 45.*

[n] *& alij Interpretes Iuris Canonici in varia capitula tituli de Pœnitentiis, & remiſſionibus: in epiſtolis decretalib. ac in Sexto, & extrauagantibus.*

[o] *in diſtinct. 1.*

Lutherũ, [p] Eckius, [q] Adrianus 6. [r] Caiet. [s] Roffēſis, Dominicus à Soto in 4.diſt.21. Petrus à Soto in Inſtit. Sacerdotum lect 1.2.& 3. de indulgentiis. Latomus in defenſione ſeptimi artic. Louanienſ. Ledeſmius.2.par.4.ſentent.q.27.28.& 29. Michael Medina diſputatione de indulgentiis, Corduben-ſis.qq.de Indulgentiis, Ioan. Baptiſt. Paulianus libris de Iubilæo,& Indulgentiis, Nauarrus in commentario eiuſdem materiæ, Turrianus. 4. de dogmatic.caracteribus, Gregor.à Valent. libro de Indulgentiis, Iacobus Nachantus tract. 1. Oppugnarunt Indulgentias [t] waldenſes, [v] wiclef. [x] Huſſitæ, Lutherus in Aſſertionib. articulor.& alibi paſſim, Melancth.art.12.Confeſſ.Auguſt. Illyric.Centuria.4.cap.15. col. 1529. Heſhuſius tit. 32. errorum Pontificior.Caluin.3.Inſtit.5.Kemnit.4.par. Exam.

can. Quis vidit aliquando §. Item in Leuitico.

[p] *in Enchirid. cap.24.*

[q] *in 4.Sententiar. tractatu de indulgentiis.*

[r] *1. tom. opuſculor. tract.8. 9.10.15.& 16.*

[s] *refutatione articul. Lutheri ar. 17. & ſeqq.*

[t] *ſiue Pauperes de Lugduno apud Antoninum 4. par. Sum. tit. 11. cap.7. § 2. dānati in Concilio 3. Lateranenſ.*

[v] *in Concil. Conſtantienſ. ar. 42. damnatorum.*

[y] *apud Cochlæum in hiſtoria Huſſitarum.*

An ſit in Eccleſia Theſaurus, fundamentum Indulgentiarum.

CAP. II.

NOMINE Theſauri intelligũtur paſſiones ſiue Satisfactiones Chriſti & SS. quibus non eguerunt ad propria expianda delicta.]

Dubitauit ex Catholicis aliquando Franciſcus Maironis [a] in 4.diſt.19.q.2. Durandus verò ambigit an ſpectent ad huiuſmodi theſaurum ſatisfactiones ſanctorum: Quamuis vterque ſe iudicio Eccleſiæ ſubmittat. Abſolutè hunc negant hæretici ſupra citati.

Propoſitio Prima: *In bonis actionibus hominum iuſtorum duplex valor, ſiue pretium aſſignari poteſt, meriti videlicet, & Satisfactionis.*

Probatur primò, ex *Eleemoſyna* Tobiæ 4. [b] *Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat*: Ecce ſatis-

[a] *in 4. diſt. 20. q. 3.*

[b] *v. 11. & Eccleſiaſtici. 3. v. 33.*

ſactorium opus. At eadem Eleemoſyna, quia eſt opus Deo gratum, meritoria eſt æternæ vitæ [c] Math.25. *Percipite regnum,* &c. *Eſuriui enim,* & *dediſtis mihi manducare,* &c.

Dices, aliam eſſe Eleemoſynam ſatisfactoriam, aliã meritoriam. Contra. Satisfactoria eſt, quia pœnalis: & meritoria, quia bona. At quod pœnalis ſit, non impedit quo minus ſit bona: & quod bona ſit, non impedit quo minus ſit pœnalis.

Secundò, ex *ieiunio.* Satisfactorium eſſe patet ex Niniuitis: meritorium: ex Math. 6. [c] *Cum ieiunas vnge caput meum,* & *pater tuus reddet tibi*: [d] Quid reddet niſi mercedem? ita enim paulo ante de Hypocritis dixerat cupientibus videri ab hominibus [e] ieiunantes: [e] *Amen dico vobis receperunt mercedem ſuã.*

Tertiò, ex Oratione. Nam cum petimus, *dimitte nobis debita noſtra* ſatisfacimus pro venialibus, [f] teſte Auguſtino. Et tamen de eadem oratione Dominus dixit: [g] *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*

Quartò, ex Cypriano: [h] *Qui ſic Deo* (inquit) *ſatisfecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti plus & virtutis & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus, & adiutus à Domino, quem contriſtauerat nuper, lætam faciet Eccleſiam, nec iam ſolam Dei veniam merebitur, ſed coronam.*

Quintò, opus bonum ex Charitate factum meritorium eſt æternæ vitæ. At nihil detrahitur de bonitate, & dignitate eius operis, ſi acceptetur â Deo in Satisfactionem pro pœna. Igitur idem opus meritorium, & Satisfactorium erit.

Sextò, qui orat pro aliis, eiſque remiſſionem peccatorum, vel quoduis aliud beneficium impetrat, bene operatur, ac Deo placet. Ergo oratio eſt ſimul impetratoria & meritoria. Igitur & ſatisfactoria poterit eſſe, nimirum, ſi fiat cum intentione ſatisfaciendi pro alio.

7. ſi duo æquali charitate præditi orent, & vni

[c] v.17.

[d] *Et faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito,* & *pater tuus qui eſt in abſcondito, reddet tibi.*

[e] v.16.

[f] *cap. 71. Enchiridij, De quotidianis, breuibus leuibúſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio ſatisfacit.*

[g] Math 6.v. 6. σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖον σοῦ, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδύσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

[h] *ſerm. de lapſis.*

remittatur pœna temporalis aliqua, alteri nulla: quia nullam ſoluendam habet: vel cui remittitur, amittit de præmio gloriæ, vel non, ſed eandem accipiet cum altero gloriam: ſi prius: illi fit iniuria quia non æqua eſt commutatio gradus æternæ gloriæ cum gradu remiſſionis pœnæ temporalis: plus enim amittitur, quam recipiatur ſi poſterius: Ergo opus idem, fuit ſimul meritorium & ſatisfactorium.

Octauo vni atque eidem operi duplex merces deberi poteſt, altera ex iuſtitia commutatiua, altera ex diſtributiua. Nam Euangelizanti [i] debetur ex iuſtitia commutatiua victus, & veſtitus: [k] gloria æterna ex diſtributiua. Atqui operi ſatisfactorio debetur remiſſio pœnæ ex iuſtitia commutatiua, operi meritorio, debetur præmium ex diſtributiua, ſecundum ſubſtantiam, quod Deus, vt iudex diſtribuat vnicuique ſecundum opera ſua: quamuis ſecundum modum debeatur, & reddatur ex commutatiua. Igitur poterit vnum, atque idem opus bonum ſimul ſatisfactorium, & meritorium eſſe.

[i] *Luca* 10. *v.* 7. *dignus eſt operarius mercede ſua.*

[k] 1. *Petri* 5. *v.* 2. *Paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontanee, ſecundū Deum, &c. v.* 4. *Et cum apparuerit princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.*

Secunda propoſitio: *Opus bonum vt meritorium nequit applicari alteri, poteſt vt ſatiſfactorium.* Prior pars probatur. 1. quia opere proprio vni nequit alter placere Deo. 2. quia nullus poteſt proprio ſpoliari merito.

Poſterior pars probatur. Primò, quia *Satisfacere eſt, ſoluere quantum requiritur ad ſolutionem debiti.* Sed hoc fieri poteſt ab alio quam à debitore: dummodo ille alius habeat quod ſoluat: habet autem quiſquis eſt in Charitate. Nam opera viua exercere poteſt, atque pœnalia, ergo, &c. 2. quia qui pro alio facit opus pœnale vt ſatisfaciat, nequit pro ſe, eodem ſatisfacere opere. Ergo reuera opus ſuum, vt ſatisfactorium communicat alteri.

Tertia Propoſitio: *Extat in Eccleſia theſaurus Satisfactionum ex Chriſti paſſionibus infinitus, qui numquā exhauriri poterit.*

Probatur 1 dignitas Satisfactionis menſuram accipit à dignitate perſonæ ſatisfacientis. Sed perſona Chriſti eſt dignitatis infinitæ. Ergo meritum & Satisfactio Chriſti, infiniti valoris.

Secundò, pro [l] omnibus mortuus eſt Chriſtus. Sed [m] conſtat non omnibus applicatum, aut applicari pretium paſſionis eius. Ergo quamuis infinitũ non eſſet, tamen ſemper multum ſupereſſet.

Quarta propoſitio: *Ad hunc theſaurum pertinent etiam paſſiones B. Virginis, & SS. omnium qui plus paſſi ſunt, quam meruerunt.*

Probatur Primò, B. virgo [n] nullum commiſit nec quidem veniale peccatum, & tamen graues ærumnas ac dolores pertulit. Ioannes Baptiſta innocétiſſime vixit. Item Prophetæ, & (poſt deſcẽſum Spiritusſancti) Apoſtoli, Martyres & Confeſſores plurimi, qui quod habuerunt ſoluendæ pœnæ, martyrio, vel facili pœna aboleri potuit.

At Ioannes adeo duxit vitam aſperam, Prophetæ atque Apoſtoli tot tantaque perpeſſi, Martyres ingentia tormenta, Confeſſores, Eremitæ præſertim, laborioſiſſimam vitam. Nec veriſimile eſt tot Satisfactiones euanuiſſe, aut in caſſum actæ. Ergo remanet in Eccleſia theſaurus Satisfactionum.

Secundò ex Clemente 6. [o] qui extrauag. *Vnigenitus* titulo de pænitentiis, & remiſſionibus declarauit extare in eccleſia ſpiritualem theſaurum ex paſſionibus Chriſti, & Sanctorum omnium conflatum.

l 1. *Ioan* 2 *v.* 2. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi.*

m *Math.* 7. *v.* 13 *ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.*

n *Concil. Trident ſeſſ* 6. *can.* 23. *Ambroſ. ſerm vltim. in Pſal* 118. *Aug. lib. de natura, & gratia. cap.* 36. *Bernard. epiſt* 174. *Liturgiæ Baſilij, & Chryſoſt.*

o *paulo poſt obitum Maironis, & Durandi.*

An Eccleſia poſſit huiuſmodi theſaurum applicare.

CAP. III.

PRIMA Propoſitio: *Hic theſaurus poteſt aliis applicari qui rei ſunt luendæ pœnæ temporalis.* Probatur.

Primò, credimus *Communionem Sanctorum*, ſunt enim fideles omnes inuicem membra, ſub vno capite Chriſto. At ſpectat ad huiuſmodi communionem, vt vnum membrum adiuuet aliud, ſi vnum poteſt, & alterum egeat. Ergo Satisfactio vnius poterit communicari alteri, cum fiat ſine iniuria ſatisfacientis.

Secundò, 2. Corinth. 12. [a] *Ego* (inquit Paulus) *libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro vobis.* Item: [b] *omnia ſuſtineo propter electos.* Item: [c] *Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia*, id eſt, quæ paſſurus erat Chriſtus in Sanctis ſuis pro Eccleſia, inſtruendo, confirmando, &c. Hæc autem etſi intelligi poſſint de periculis, atque laboribus ſubeundis in Euangelij prædicatione: tamen commode etiam poſſunt intelligi de communicatione ſatisfactionum. Optabat enim Apoſtolus prodeſſe fidelibus, tot, quibus poterat modis. Porrò quod optauit, optarunt etiam Apoſtoli cæteri, atque pij viri.

Secunda propoſitio: *Eccleſiæ paſtoribus authoritas diuinitus conceſſa eſt, hunc theſaurum diſpenſandi, ac per hoc indulgentias concedendi.*

Probatur primò: hæc verba Matth. 16. [d] *Quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis*, cum [e] ampliſſimam promiſſionem contineant, ſe ſe extendunt ad ſoluenda vincula omnia, quibus impe-

[a] v. 15. ἐγὼ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, *pro animabus veſtris.*

[b] 2. *Timoth.* 2. v. 10. πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς.

[c] *Coloſſ* 1. v. 24. χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία.

[d] v. 19. *huc pertinet illud Matth.* 18. *Quæcumque alligaueritis, &c.*

[e] *exhibitam Ioan.* 21. v. 17.

diuntur homines à conſecutione ſalutis æternæ. Sed inter huiuſmodi impedimenta eſt debitū pœnæ temporalis pro peccatis ſoluendæ. Ergo ſicut Pontifex poteſt applicare merita Chriſti ad remiſſionem culpæ, ſic poterit applicare ſatisfactiones ad remiſſionem pœnæ.

Et quidem ſine Sacramento: quia ad remiſſionem pœnæ, non requiritur infuſio gratiæ: quia verò requiritur in remiſſione culpę, propterea ſine Sacramēto, merita Chriſti applicare nequit ad remiſſionem culpæ.

Secundo ex Apoſtolo. Rogauerant Corinthij Paulum vt inceſtuoſo ſeriam pœnitentiam agenti condonaret, quod pœnitentiæ ſupererat. Annuit Paulus, & iuſſit, vt ipſi nomine ſuo indulgerent: [f] *Cui autem* (inquit) *aliquid donaſtis, & ego: nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti, vt non circumueniamur à Sathana.*

[f] *2. Corinth. 2. verſ. 10.* ᾧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ.

Tertio ex Tertulliano, & Cypriano. [g] Tertullianus loquens de remiſſione pœnæ quam Pontifices ad Martyrum petitionem facere ſolebant: *Quā pacem* (inquit) *quidam in Eccleſia non habentes à Martyribus in carcere orare conſueuerunt: & ideo ea etiam propterea in vobis habere, & fouere, & cuſtodire debetis vt ſi forte & aliis præſtare poſſitis.* Cyprian. [h] *Pœnitēti operanti roganti poteſt clementer ignoſcere, poteſt in acceptum referre, quidquid pro talibus, & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes.* Non eſt autem credibile pœnitentes ambiiſſe patrocinium martyrum, ſi voluiſſent integram peragere pœnitentiam: indulgētiæ pœnarum ergo petebant. Hanc autem conceſſiſſe Pontifices ex applicatione ſatisfactionū Martyrum cōſtat ex Tertulliano, qui hæreticus factus ideo [i] negauit hanc indulgentiam poſſe concedi, quod negaret ſupereſſe Martyribus ſatisfactiones, quas lapſis communicare valerent.

[g] *libro ad Martyres ca. 1.*
[h] *ſerm. de lapſis. Itē 3. epiſt. 15. ſcribens ad Martyres qui pacem dari lapſis petierant.*
[i] *lib. de pudicitia cap. 22.*

Quartò, ex Concilio Nicæno can. 11. aliàs 12. quo ſtatuitur, vt qui ſerio pœnitentiam agunt poſſint aliquam ab Epiſcopo Indulgentiam obtinere;

negligentiores verò, tempus definitum pœnitentiæ expleant. Similia Concilium [k] Ancyranum, & [l] Laodicenum habent.

Quintò, ex Pontificibus, Gregorio I. quem in diebus ſtationum conceſſiſſe indulgentias populo teſtantur [m] D Thomas & [n] Altiſiodorenſis, *Leone*.3. ante 800. annos qui vt ait [o] Sanctus Ludgerus: *Aquiſgrani in palatio dedicauit Eccleſiam perpetuæ Virginis Mariæ, donans eandem Eccleſiam multis indulgentiis. Sergio*.2. circa an. 844. qui conceſſit Indulgentiam trium annorum & trium quadragenarum [p] viſitantibus Eccleſiam Sancti Martini in montibus, die feſto eiuſdem Eccleſiæ. Nec eſt veriſimile hos Pontifices egiſſe aliquid dumtaxat, quod antea non eſſet in vſu.

Sextò, ex Concilijs in Claromontano, Vrbanus 2. Indulgentiam plenariam tribuit proficiſcentibus ad bellum ſacrum. [r] Lateranenſe ſub Paſchali. 2. Indulgentiam 40. dierum conceſſit accedentibus ad huiuſmodi Concilium. [s] Innocentius. 3. plenariam dedit pro auxilio terræ ſanctæ ſimulque indixit [t] Luteranenſe. 4 [y] in quo ac poſtea [x] in Lugdunenſi & [v] Viennenſi emendati ſunt abuſus circa Indulgentias. Concilium Conſtantienſe damnauit errores wiclefi contra Indulgentias plenariamque ibi Martinus. V. largitus eſt, denique Tridentinum ſeſſ. 25. iterum probat Indulgentiarum vſum & emendat abuſus. At hæc continua Eccleſiæ praxis concedendi Indulgentias probat rem à Deo eſſe.

Septimò, nequit aſſignari tempus quando cæperint in Eccleſia. [z] Kemnitius ait incæpiſſe circa annum. 1200: ſed Leo. 3. ſedit anno Domini 800. Aſſignatur verò tempus Originis oppugnantium Indulgentias. Nam waldenſes, (quorum author

[k] *can.* 5.
[l] *can.* 2.
[m] *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 1. *ar.* 3. *quæſtiuncul.* 2.
[n] *ante D. Thomam* 4. *Summæ Theol. tract.* 6 *cap* 9.
[o] *epiſtol. de Sancto Suuiberto apud Surium tom.* 2. *poſt vitam Sancti Suuiberti.*
[p] *vt extat in marmore inciſo literis antiquiſſimis in eadem Eccleſia.*
[q] *an.* 1096. *teſte Antonino* 2 *par. hiſtor. tit.* 16. *cap.* 1. §. 23.
[r] *apud Abbatem Vrſpergenſem in Chronico anni* 118.
[s] *an.* 1213. *teſte eodem Abbate.*
[t] *celebratum an.* 1215.
[v] *cap. Cum ex eo. de Pœnitentia, & remiſſione.*
[x] *in Sexto de Pœnit. & remiſſ. cap.* 1.
[y] *Clementina* 2. *eod. titul.* [z] 4. *part. Exam. pag.* 333.

waldeſius, [a] ciuis Lugdunenſis) apparere cœperũt [b] circa annum Domini 1170. At ſignum traditionis Apoſtolicæ eſt non inueniri tempus certum alicuius dogmatis in Eccleſia: ſicut ſignum hæreſis eſt aſſignari tempus cum primum incœperit, poſt Chriſtũ, oppugnare aliquod Eccleſiaſticũ dogma.

Octauò ex diuinis reuelationibus & miraculis [c] Bernardus prædicauit Indulgentias non ſolum verbis ſed miraculis. Sanctus Franciſcus diuina reuelatione Indulgentias à Chriſto & ab eius vicario Romano Pontifice obtinuit pro Eccleſia Sanctæ Mariæ de Angelis. [d] Sancta Brigitta non ſemel admonita fuit à Chriſto de Indulgentiis maximis quæ ſunt Romæ.

Nonò, in omni benè inſtituta Republicâ ad Principem, & Magiſtratus pertinet diſpenſatio communium bonorum, ac vnius Satisfactionem admittere pro alio, ſi iudicet ita expedire. At Romanus Pontifex eſt ſummus in Eccleſia Princeps, Epiſcopi quoque in ſuo genere principes. Ergo ad eos ſpectabit diſpenſare communem theſaurum ſatisfactionum.

Tertia propoſitio: *Prælati Eccleſiæ diſpenſare poſſunt Chriſti paſſionem, tum per Sacramenta, tum per Indulgentias: paſſiones verò ſanctorum non niſi per Indulgentias.*

Probatur prima pars quia merita Chriſti pro remiſſione culpæ non poſſunt diſpenſari niſi per Sacramenta. Nam extra Sacramenta ſolus Deus dare gratiam poteſt: Merita verò pro ſatisfactione applicantur vt conſtat, non ſolum per Indulgentias, ſed etiam per Sacramentum Baptiſmi.

Secunda probatur. 1. quia non fit remiſſio pœnæ per Sacramentum niſi fiat remiſſio culpæ. Ad remiſſionem autem culpæ ſatisfactiones ſanctorum nihil conferunt. 2. qui Sacramenta nullam vim habent à paſſionibus ſanctorum, ſed totam à paſſione Chriſti.

[a] *vnde dicti pauperes de Lugduno.*

[b] *teſte Claudio Cuſſordio, libro contra waldenſes.*

[c] *lib. 3. cap. 4. vitæ: & initio libri 2. de conſideratione.*

[d] *6. Reuelationum 102. & 105.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. IIII.

PRIMÒ, Chriſti meritis cumulatiſſimum reddidit præmium Deus: quia illi dedit nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Reſpondeo, datum fuiſſe meritis Chriſti, ex ea parte qua merita, præmium aliquod, non tamen integrum. Nam neque meruit gloriam animæ, hanc namque ab inſtanti conceptionis habuit: neque nominis exaltatio, & gloria corporis ſunt infiniti prœmij vt reſpõdeant infinito merito Chriſti. Ex parte autem qua ſatiſfactoria ſunt, nullum prœmium habuit: cum ipſe nullo peccato obſtrictus fuerit.

Secunda, culpa læthalis eſt infiniti cauſa damni, quoad ſe attinet: tota igitur Chriſti paſſio quamuis infiniti meriti fuit exhauſta, in expiatione læthalis culpæ.

Reſpondeo. 1. ſi quid concluderet etiam inferret non niſi pro vna læthali culpa Chriſtum ſatisfacere potuiſſe. 2. quemlibet actionem Chriſti fuiſſe infiniti pretij [non in certo genere Satisfactionis pro culpa, ſed in omni genere] & proinde potuiſſe ſatisfacere pro infinitis culpis mortalibus non ſolum in damno, ſed etiam in pœna. Quomodo ergo non ſatisfecerit, cum tot actiones pro noſtra Redemptione compleuit?

Tertia, Chriſti Satisfactio eſt infinita. Ergo ſuperfluæ Sanctorum Satisfactiones.

Reſpondeo, ſanctorum Satisfactiones non applicari, quaſi omnino neceſſariæ: ſed quia non eſt æquum eas eſſe inanes. Quia verò applicatio Satisfactionum Chriſti eſt finitæ menſuræ optimè

poteſt relinqui locus applicationi Satisfactionis Sanctorum.

Quarta ſancti ſuperfluentem mercedem laborum ſuorum acceperunt.

Reſpondeo, pro ratione meriti accepiſſe: non pro ratione Satisfactionis.

Quinta, nihil fecerunt aut pertulerunt ſancti propter Deum, quod facere vel perferre non tenerentur Luc. [a] 17. *Cum feceritis hæc omnia dicite ſerui inutiles ſumus quod debuimus facere, fecimus.*

[a] v. 10.

Reſpondeo 1. negando propoſitionem. Ad probationem, loqui Dominum de [b] præceptis. 2. opera etiam debita, ſatisfactoria eſſe: quare ſi Satisfactione non indigeat operans, aut plus ſatisfactionis ſuperſit quam requiratur, id totum in Eccleſiæ theſaurum referri oportet.

[b] *eſt enim manifeſte in textu, cum feceritis quæ præcepta ſunt vobis.*

Sexta. Ergo dici poterunt ſancti Redemptores noſtri.

Reſpondeo, ſi nomen Redemptoris propriæ & abſolute ſumatur: negatur conſequentia. Quia ille proprie eſt Redemptor qui à captiuitate redimit, non qui tantùm debitum ſoluit, ſi accipiatur largo modo, pro *quocumque liberante alium ab aliquo debito*: non magis eſſe abſurdum vocari ſanctos Redemptores noſtros quam quod dixit Daniel Nabucodonozori: *Peccata tua eleemoſynis* redime.

Quid propriè ſit Indulgentia.

Cap. V.

ALII [a] volunt eſſe ſolam ſolutionem ſeu compenſationem pœnarum ex theſauro ſupradicto applicatum Pontificis authoritate. Alij eſſe ſolam abſolutionẽ iudiciariam. [c] Alij eſſe vtrũque. Prima propoſitio: *Indulgentia proprie eſt abſolutio*

[a] *Durand. 4. diſt. 20. q. 3. Palud. ibid. q. 4. Antonin. par. 1. Sum. Theolog. tit. 10. cap. 3.*

[b] *Mairon. ſup.*

[c] *Caiet. tract. 15. ad Iulium Medicem cap.*

Digitized by Google

iudiciaria annexam habens ſolutionem ex theſauro.

Probatur Prima pars. 1. Indulgentias conferendi poteſtas fundatur in illis: *Quodcumque ſolueris*, &c. *Quodcumque ſolueritis*, &c. Sed hic continetur iudiciaria abſoluendi poteſtas. 2. [d] Alexander tertius docet neminem poſſe concedere Indulgentias, niſi propriis ſubditis: quia non poteſt niſi proprius iudex abſoluere, & ligare. Ergo iuxta Alexandrum requiritur iudiciaria abſolutio in Indulgentiis. 3. [e] Martinus. V. concedens indulgentiam plenariam dixit ſe abſolutionem plenariam concedere. Gregorius 7. in multis Epiſtolis, Indulgentias tribuẽs, vtitur, vt plurimum, Abſolutionis verbo. 4. quia nulla ratio reddi poteſt, quare defunctis nõ niſi per modum ſuffragij concedantur, niſi quia non ſubſunt defuncti foro iudiciali Eccleſiæ. 5. ſi non requireretur abſolutio, quiſquis cum ſuam alteri ſatisfactionem applicaret, dici poſſet Indulgentias impartiri: quod tamen falſum eſt.

6. *Dominic. à Soto 4. diſt. 21. q. 1. ar. 2. Petr. à Soto lect. 2. de Indulg. in inſtitutione Sacerdotum.*

[d] *epiſt. ad Epiſcopum Cantuarienſem cap. Quod autem conſuluiſti de Pœnitent. & remiſsione.*

[e] *in fine Concilij Conſtantienſis.*

[f] Secunda pars probatur. 1. quia id apertè docet Innocentius ſextus in Extrauag. *Vnigenitus.* 2. quia Prælati nequeunt pro libito, pœnam debitam in foro Dei, condonare: quia ſunt tantum Dei miniſtri. Ergo vt condonare valeant, debet ſatisfieri iuſtitiæ diuinæ per aliquam compenſationem.

[f] *Indulgentias annexam habere ſolutionem ex theſauro.*

Secunda propoſitio: *Poſſet tamen ſummus Pontifex per ſolam ſolutionem concedere Indulgentiam, non tamen per ſolam abſolutionem*

Prima pars probatur ex Indulgentijs quæ pro defunctis dantur: Nam ſimili modo poſſet Papa viuis Indulgentias applicare: quamuis hæc Indulgentia alterius eſſet rationis ab ea quæ ordinariè viuentibus datur.

Secunda pars probatur ex probatione ſecundæ partis primæ propoſitionis.

Digitized by Google

Soluuntur obiectiones.

Cap. VI.

PRima, ſi Papa poſſet abſoluere à pœna temporali, iudiciaria poteſtate. Ergo & à pœna quæ deberet ſolui in Purgatorio, ſi eum eius debito homo moreretur. Sed hoc eſt ſoluere à Purgatorij pœna, in quam tamen nullum ius habet Papa.

Admittitur conſeq. Ad Subſumptionem. 1. [negatur, Nam illa dicitur propriè Purgatorij pœna, quæ reuera luitur in Purgatorio: alioquin ferè omnis pœna huius mundi ſoluenda pro peccatis, dici poſſet Purgatorij pœna.] 2. quidquid ſit: ea ſolum ratione dici Papam habere ius in pœnam Purgatorij, in quantum, à pœna alioquin ſubeunda [quæ ſi Purgatorij pœna dicatur, ea erit in potentia, non actu.]

Secunda, per applicationem theſauri ſit integra compenſatio pro debito pœnæ. Ergo ſuperflua abſolutio.

Reſpondeo, hanc applicationem non fieri niſi Papa, ſiue iudex velit Satisfactionem acceptare, & ita reum ſiue debitorem abſoluere. Non enim acceptare [a] tenetur.

Tertia, abſolutio iudicialis dari etiam poteſt inuito. At indulgentia non poteſt.

Reſpondeo, veram eſſe Maiorem de abſolutione, quæ non exigit diſpoſitionem in ſubiecto vt abſolutio ab excommunicatione, falſam de abſolutione quæ diſpoſitionem requirit: At Indulgentia requirit gratiam in ſubiecto, & voluntatem ac executionem faciendi quod à Pontifice præſcribitur.

Quarta, Abſolutio requirit cognitionem cauſæ. Sed Indulgentiæ ſæpè dantur, in communi omni-

[a] *ſicut non tenetur iudex temporalis acceptare ſufficientem ſolutionem pro damnato ad triremus.*

bus qui hoc vel illud egerint, incognitâ eorum cauſa quibus conceduntur.

Reſpondeo, veram eſſe Maiorem, de Abſolutione particulari, ad quam reuocari poſſunt [b] Indulgentiæ ſingulis quibuſdam particulatim conceſſæ. falſam, de abſolutione [c] generali ſub conditione, hoc vel illud agendi: ad hanc enim ſufficit generalis cauſæ cognitio.

[b] antiquitus vſitatiſſima.
[c] ad quam reuocantur Indulgentiæ quarum eſt quæſtio.

Quinta, Archiepiſcopus poteſt dare Indulgẽtias toti Prouinciæ. Et proinde non ſubditis etiam. At iudicialis actus non niſi in ſubiectos exerceri valet.

Reſpondeo, Archiepiſcopum in quibuſdam caſibus, quorum vnus eſt Indulgentia, habere omnes Prouinciales etiam ſibi ſubditos.

Sexta, nequit Papa ſeipſum abſoluere: aut alteri ſe abſoluendum ſubmittere. Ergo neque particeps Indulgentiarum poterit eſſe: ſi indulgentia, ſit Abſolutio.

Reſpondeo. 1. ſeipſum abſoluere poſſe indirecte, inquantum vt priuatus, & vnus de grege rebus vtitur præſcriptis ex iuriſdictione ad Indulgẽtias acquirendas. [quæ non dantur hominibus in dignitatem, ſed neceſſitatem perſonæ priuatæ, atquæ peccatricis] 2. Sicut poteſt etiam ab alio Abſolui in Pœnitentio foro ratione peccati, ſic poſſe ratione pœnæ.

A quo

A quo vinculo per Indulgentias ſoluamur.

CAP. VII.

(∴)

Vinculum ſiue debitum reatus, eſt duplex, ſcilicet
- culpæ
  - mortalis.
  - venialis
- pœnæ
  - naturalis, quæ conſequitur peccatum originale
    - mors.
    - morbus.
    - concupiſcentia.
    - ignorantia.
    - &c.
  - perſonalis quæ conſequitur actuale peccatum, alia
    - ad forũ externum
      - iniungenda
    - ad internum
      - iniuncta.
    - vt ſatiſfiat
      - Deo & Eccleſiæ.
      - ſoli Eccleſiæ.

Prima propoſitio: *Per Indulgentias non abſoluimur, nec ſoluimur à reatu culpæ vllius, id eſt nec læthalis, nec venialis.*

De læthali conſtat. Quia ſine dubio ea non tollitur ſine infuſione gratiæ, quæ miniſterio humano non confertur, niſi per Sacramenta. De venaili cõtrarium ſentit [a] Paludanus. Sed noſtra ſententia

[a] 4. *diſt.* 20. *q.* 4.

& quidem communis, eſt probabilior 1. quia indulgentia non niſi ſupplet locum Satisfactionis pœnitentialis. 2. Quia Pontifices cum Indulgentias concedunt, ſæpè declarant ſe condonare pœnitentiam iniunctam, vel ſe largiri certum annorum numerum, aut dierũ Indulgentiæ: quæ nullo modo ad venialia peccata poſſunt adaptari.

Quare ſi quando in indulgentiis legamus abſolutionem dari à culpa, & pœnâ, intelligendum eſt ratione Sacramenti: quòd Indulgentia ordinariè iungatur Pœnitentiæ Sacramento: vt qui per Sacramentum abſoluitur à culpa, per Indulgentiam abſoluatur à Pœna.

Secunda Propoſitio, *Per indulgentias non liberamur à pœnis naturalibus.* Nam experientia conſtat rẽ ita ſe habere.

Tertia Propoſitio, *Nec liberamur à pœnis quæ ad forum contentioſum ſiue Eccleſiaſticum ſiue ſæculare pertinent.*

Probatur Primò, pœnæ fori contentioſi infliguntur ob Reipublicæ bonum, atque pacem. At Indulgentiæ non debent paci Reipublicæ obſtare.

Secundò, Indulgentiæ locum ſolùm obtinent pœnitentialis Satisfactionis. Hæc autem ad ſolum internum ſpectat forum.

[b] Quarta, *Indulgentiæ liberant à reatu pœnæ coram Eccleſia, & Deo.*

[b] *Negant non ſolum hæretici, qui Satisfactiones reiiciunt, ſed etiam Catholici quidam apud D. Thom. 4. diſt. 20. q. 1. art. 3.*

Probatur Primò, quia ſi ſolum deberet ſatisfieri Eccleſiæ, ſiue tolli præceptum agendæ pœnitentiæ ab Eccleſia poſitum, non eſſet opus theſauro meritorũ Chriſti, & ſanctorum.

Secũdò, noxia eſſet Indulgentia, & Eccleſia ſuos deciperet filios: nam liberaret eos à pœna temporali in hoc mundo (quam ſi ſoluerent, ſuam peragendo pœnitentiam liberarentur à Purgatorij pœna, ſaltem aliqua) vt eos atrociſſimæ Purgatorii pœnæ ſeruaret.

Tertiò, non poſſent concedi Indulgentiæ pro defunctis: quippe qui non ligantur iam Eccleſiæ

præceptis.

Quartò, multi fideles Indulgentias percepturi confitentur Sacerdotibus peccata, & ſatisfactionem iniunctam explent. interdum Pontifices in literis Indulgentiarum præſcribunt Sacerdotibus vt imponant ſalutares Pœnitentias, iis qui Indulgentias conſequi volunt. igitur, & populus & Pontifex teſtantur Indulgentias prodeſſe potiſſimum ad pœnam Purgatorij tollendam.

Quintò, quia verba illa, *de vera Indulgentia*: quæ dicuntur in promulgatione Indulgentiarum id indicare videntur: vera enim illa Indulgentia eſt quæ reatum coram Deo, & Eccleſia tollit.

Sextò, poteſtas concedẽdi Indulgentias fundatur in illis: *Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo*. Ad quid autem additur &, *in cœlo*, ſi Indulgentia tantum ſoluit vinculum humanum? [c]

Septimò, per iniunctas Pœnitentias ſatisfit Deo, vt probatur lib. 4. de Pœnitentia: At indulgentiæ ſæpè has remittunt pœnas.

Quinta propoſitio: *Cum in forma Indulgentiæ palam exprimitur concedi remiſſionem Pœnitentiæ iniunctæ, non intelligitur remiſſio niſi Pœnitentiæ à Sacerdote in Sacramento Confeſſionis iniunctæ*. [c] Thomas Elyſius arbitratur omnis pœnitentiæ remiſſionẽ concedi: quia quæcumque ſit pœna, vel eſt iniuncta à Sacerdote, vel à Canonibus, vel à Deo.

Probatur noſtra propoſitio, Primò authoritate, [d] Caietani, [e] Dominici à Soto, [f] Ledeſmij, [g] Nauarræ, [h] Cordubenſis, [i] Syluestri, [k] Gabrielis, Paludani, Hadriani 6. Petri à Soto, & aliorum infra.

Secundò, quia Pœnitentia non eſt propriè iniuncta niſi ea quæ à Sacerdote imponitur. Nam quæ à Canonibus præſcribitur non determinatur ad certam perſonam, nec particularium habet rationem circunſtantiarum, nec ad eam vllus renetur niſi à iudice iniungatur: Neque Deus propriè dici-

[c] *in Clypeo piorum Catholicorum q.44. ar.7.*

[d] *tract.15.c.7.*

[e] *4. diſt. 21.q. 2.ar. 2. concl.3.*

[f] *3 ſent. par. 2. q.27.ar. 2.*

[g] *tract. de Iubilæo & Indulgentiis, notabil. 11. Numer. 12.*

[h] *q.9.profeſ.3. de Indulgent.*

[i] *verbo, Indulgentia q.8. Numeror.12. & q. 10. Numer. 11.*

[k] *in Supplement. lib.4. ſententiarum diſt. 41.q. 3.ar.2. propoſ. 10.*

tur iniungere Pœnitentiam, ſed eam exigere quia ſequitur ex peccato de natura rei.

Tertiò, indulgentiæ conceſſio eſt res odioſa ſecundum iura: quippe quæ relaxet Pœnitentiæ rigorem. Ergo non extendi debent verba Pontificis ad Pœnitentias largo modo iniunctas.

[Quartò, ſi omnem pœnitentiam includit ad quid ergo non dicitur Pœnitentia ſimpliciter: ſed Pœnitentia iniungenda?]

Sexta Propoſitio: *Cum non ſit mentio iniunctarum pœnitentiarum, ſed abſolutè conceduntur Indulgentiæ: intelligendum eſt: condonari omnes pœnitentias, ſiue iniunctæ ſint: ſiue iniungi potuerint.* Contrariũ ſentiunt [l] Alexander Alenſis, [m] Durandus, Paludanus, [n] Hadrianus 6. [o] Petrus à Soto, [p] Caietanus. Nobiſcum ſentiunt [q] D. Thomas [r] Ioannes Maior, [s] Sylueſter, [t] Dominicus Soto, [u] Michael Medina, [x] Ledeſmius, [y] Cordubenſis, [z] Nauarrus, [a] Panormitanus, Ioannes Andræas, eſtque ſententia communis. quæ Probatur.

Primò Bonifacius 8. in Extrauag. *Antiquorum*, ait Indulgentiam datam eſſe plenam, largiorem [ſiue pleniorem] & pleniſſimam. At niſi comprehenderet omnes Pœnitentias etiam coram Deo, ſed tantum iniunctas, hæc repetitio ridiculà eſſet.

Secundò, author Gloſſæ huius extrauag. teſtatur Bonifacium hac de re interrogatum reſpondiſſe, per pleniſſimam Indulgentiam, ſe intellexiſſe omnem Indulgentiam, ad quam ſe claues Eccleſiæ extendere poſſunt. Se extendunt autem etiam ad pœnas in iudicio Dei debitas, etſi non iniunctas.

Tertiò, [b] Paludanus teſtatur eundem Bonifaciũ prohibuiſſe Pœnitentiarium confitentibus imponere pœnitentias, anno Iubilæi. Ergo non erant indulgentiæ pro iniunctis pœnitentiis, cum nullæ iniungerentur.

Quartò, [c] Bartholomæus ab Angelo tradit Pium V. priuatim duntaxat interrogatum, affirmaſſe indulgentias abſolutè pronuntiatas, non reſtringi ad

[l] *in Summa par. 4. q. 23. membro 2.*
[m] *in 4. diſt. 20. q. 4.*
[n] *in 4. qu. de Indulg. §. Sed ex hoc petes vlterius.*
[o] *lect. 2. de Indulg. propè finem.*
[p] *tract. 15. cap. 7.*
[q] *in 4. diſt. 20. q. 1. ar. 3.*
[r] *in 4. diſt. 20. q. 2. §. dubitatur.*
[s] *ſupr. q. 2. Numeror. 1.*
[t] *ſup q. 1. ar. 1.*
[u] *diſput. 4. de Indulgentiis.*
[x] *ſupr.*
[y] *ſupr.*
[z] *ſupr. Numer. 18.*
[a] *in caput. Quod autem de Pœnit. & remiſſione.*
[b] *ſupr.*
[c] *lib. 1. cap 4. pag. 13. Conſolatione de Pœnitent. Italicè ſcripto.*

pœnitentias iniunctas, ſed extendi etiam ad non iniunctas.

Quintò, non amplius iniunguntur pœnitentiæ ad longos annos, & tamen dantur indulgentię plurimorum annorum, imo & plenariæ. Ergo ſaltem illæ non ſunt pro iniunctis tantùm.

Sextò, iniunctæ Pœnitentiæ tempore Iubilæi ſæpè à Pœnitentibus executioni mandantur, & eas iniungi præcipit Pontifex. Ergo vel nullas percipiunt Indulgentias, & Pontifex Indulgentias ſimul concedit, & non concedit: vel Indulgentiæ ad alias ſe extendunt pœnas, quam iniunctas.

Diluuntur obiectiones.

CAP. VIII.

PRIMA, cum promulgantur Indulgentiæ in Sacello Pontificio dicuntur dari ſecundum formam Eccleſiæ conſuetam. At in iure canonico cum agitur de Indulgentijs, [a] additur particula *de iniunctis.* Ergo illa intelligitur, in quibuſcumque Indulgentijs.

Reſpondeo, ſæpè hanc particulam in iure canonico non addi, vt patet [a] in Extrauag, *Antiquorum, Vnigenitus, Quemadmodum*, in Bulla Innocentij 3. in epiſtola Gregorij ſeptimi ad Monachos Maſſilienſes. Quare, per formam Eccleſiæ conſuetam, non intelligitur, dari Indulgentiam pro *iniunctis*, ſed debere obſeruari, [c] quæ ſolent præſcribi.

Secunda, non dicuntur proprie remitti niſi debita. At nemo eſt debitor agendæ Pœnitentiæ plurium annorum, niſi iniungatur à Sacerdote. Ergo Indulgentiæ hāc iniunctionem præſupponunt.

Negatur Minor. Nam reuera tenetur coram Deo qui grauia commiſit peccata, grauem etiam & lon-

[a] *de Pœnitentia, & remiſſione.*

[b] *expeditionis pro terra Sācta recuperanda, qua habetur in tomis Conciliorum, poſt Lateranenſe Concilium 4.*

[c] *vt cor contritum habere, cum propoſito confitendi, preces pro Eccleſia fundere, &c.*

gam Pœnitentiam agere: quam ſi hic non ſoluat, ſoluet in futuro.

Tertia, Innocentius. 3. volens reſecare Indulgentias ſuperfluas reſtrinxit poteſtatem Epiſcoporum de Indulgentiis conferendis, ad condonationem vnius anni de iniunctis. At ſi Indulgentiæ ſe ſe extendunt ad non iniunctas etiam: inane decretum feciſſet Quia Epiſcopi interim Indulgentias concedere poſſent de non iniunctis, de quibus mentionem nullam Innocentius fecerat.

Reſpondeo, mentionem etiam de non iniunctis facere, Quia in eius decreto duæ reſtrictiones sũt. Vna *ne liceat Epiſcopu pluſquam vnum annum indulgentiarum concedere, altera, niſi de iniunctis pœnitentiis illas impartiri.*

Ex quibus omnibus hæc definitio Indulgentiarum habetur. *Indulgentia eſt abſolutio iudicialis a reatu pœnæ Deo debitæ in foro pœnitentiario extra Sacramentũ, data per applicationem ſatisfactionum, quæ theſauro Eccleſiæ continentur.*

De varietate Indulgentiarum.

Cap. IX.

Indulgentię pro pœnis taxatis.

- In foro Dei.
  - Alicui peccatorũ parti,
  - Omnib⁹ peccatis. Vocantur hæ, indulgentiæ plenæ, pleniores, pleniſſimę, iſta enim vocabula vnũ & idẽ importãt. Niſi velis plenam referri ad remiſſionẽ totius pœnæ [de facto] iniũctæ: pleniorũ ad remiſſionẽ etiam iniungẽdæ iuxta canones: pleniſſimã, ad remiſſionem omnis pœnæ in foro Dei luendæ.
  - Cõcedũtur
    - in articulo mortis.
      - Præſumptuoſo, quãdo ſcilicet in Bulla, ſimpliciter ponitur articulus mortis
        - Semel applicandæ
        - Iterabiles.
      - Vero
        - Semel applicãdę.
    - In vita
      - tẽporariæ
      - Perpetuę id eſt quæ quouis tẽpore acquiri poſſunt
        - Iterabiles, ideſt quę iterantur, & certo tẽpore debent applicari.
- In foro Eccleſiæ
  - Externo
    - Quadragenæ: ideſt remiſſiones pœnæ, aliàs luendæ per 40. dies, in ieiuniis, ac aliis operibus laborioſis: quæ quadragena quando imperabatur in ſolo pane & aqua, dicebatur Carena à carentia omniũ ferè ciborum, præmittique ſolebat ante ſeptennam pœnitentiam.
    - Aliquot dierum, annorũ, remiſſiones, ſcilicet pœnitẽtię peragendæ tot diebus velãnis, iuxta Eccleſiæ ritum.
  - Interno
    - Conceduntur, vt indulgentiæ pro pœnis taxatis in foro Dei.

[Applicatio ergo indulgentiarum viuentibus, menſuranda eſt ad proportionem pœnæ quæ lui deberet in hoc mundo. Quare ſi Indulgentia, ſit de iniunctis, quia intelligitur in foro Eccleſiæ, tantum remittitur pœnæ, quantum luendæ præſcribunt Canones, aut præſcripſiſſent Confeſſarij, pro diuerſo genere peccatorum. Si Indulgentia abſolutè efferatur, ſitque plenaria, non dubium eſt quin deleat omnes pœnas quoquomodo debitas in foro Dei. Si certorum ſit dierum, vel annorum: non ſatis cōſtat quæ ſit illa menſura pœnæ luendæ pro quocumque peccato in hac vita, regulariter loquendo, & fortaſſe hoc ſoli Deo cognitum. Tamē non videtur omnino improbabile eam commenſurari ad pœnas iam ab Eccleſia in Canonibus ſtatuas. Quicquid autē ſit, debet huiuſmodi menſura eſſe certa. Nec enim Indulgentia datur 40. dierum (verbi gratia) pro pœna quantum quiſque poſſet abſoluere per 40. dies, cum alij plus, alij minus abſoluere poſſint, ſed pro pœna à Deo determinata, quam quiſque lueret, ſi expreſſe Deus illam imponeret extendendam per 40. dies. Propterea qui vno die, vel altero hanc pœnam abſolueret, nec etiam Indulgentiam niſi vnius diei acquireret, ſed eandem, quoad rem, cum Indulgētia 40. dierum.]

Applicatio Indulgentiarum animabus in Purgatorio reſpondet pœnæ aliàs luendæ in hoc mundo, pro qua aliam, & quidem grauiorem in Purgatorio luunt. Vtrum autem tantum ſatisfiat vno, & eodem tempore (verbi gratia) die, in Purgatorio, quantum hîc, eſt controuerſia. [a] Sotus affirmat: [b] alij negant. [videtur mihi (& quidem iuxta ſenſum Bellarmini) diſtinguendum: Nimirum triplicis generis eſſe ſatisfactiones in hoc mundo: Aliæ namque ſunt intenſiſſimæ, & breuiſſimæ, ita vt vno, aut altero actu charitatis, omnis deleatur pœna: cuiuſmodi veriſimile eſt fuiſſe in Magdalena. Aliæ non adeo intenſæ, tamen frequentes, & egregiæ, cuiuſmodi fuerunt communiter in alijs

[a] *in 4. diſtinct. 21. q 2. ar. 1.*
[b] *Paludan. in 4. diſt. 20. q. 4. Adrian. tract. de Indulgentiis §. Petet fortaſſe. Nauarr. in Iubilæo Notab. 11. Numer. 22.*

ſanctis. Aliæ communes, & regulares iuxta præſcripta canonum, aut formas Indulgentiarum.

Primò ergo, Purgatorij ſatisfactiones, nequeunt prioris generis Satisfactionibus huius vitæ dumtaxat æquari. tum quia vna & eadem eſſet duratio, ſiue mora omnium animarum in Purgatorio: deberet enim pœna omnium eodem abſolui tempore, quo per vnum actum charitatis abſolui poteſt omnium peccatorum pœna, in hoc mundo. Tum quod fieri poſſet, non raró, vacuum remanere Purgatorium, vt ſi per horam nulla anima migraret in Purgatorium. Nam actui charitatis dolenti omnem pœnam, ſufficit hora vna.

Secundò, neque ſatisfactionibus ſecundi generis æquantur: quia in præſenti vita dilui poſſunt peccata, leui, ac breui pœnitentia, ſaltem veriſimile eſt ſanctos, quorumdam annorum vitæ ſpatijs, pœnam abſoluiſſe: quòd gratior ſit Deo pœnitentia voluntarie elicita dum tempus meriti & miſericordiæ viget: quam neceſſario ſuſcipienda. At animas per centurias annorum manere in Purgatorio, patet, tum ex reuelationibus, tum ex Miſſis anniuerſarijs.

Tertiò, Satisfactiones Purgatorij breuiori tempore abſoluuntur, quam ſatisfactiones tertij generis in hac vitâ. Nam pro ijs dantur indulgentiæ millium, aut duorum millium annorum, dicere autem id abuſum eſſe, nõ video: populus enim Chriſtianus eas credit Indulgentias, nec paſtores ignorant, qui tamen rem non arguunt. At non eſt veriſimile duraturum Purgatorium duobus millibus, vel pluribus annorum, aut ſaltem tandiu ibi manſuram aliquam animam.]

Vtiles eſſe Indulgentias omnium generi hominum.

CAP. X.

PRIMò, Omnibus vtile eſt liberari à vinculis, quæ retardare poſſunt à ſummi conſecutione boni, talis autem eſt reatus pœnæ temporalis.

[Secundò, quia indulgentiæ homines ad deuotionem prouocant: quatenus vnuſquiſque ſeipſum præparet atque diſcutiat, vt illi ſatisfactiones Chriſti, & SS. applicari queant.}

Tertio, quia ſæpè conceditur facultas eligendi Confeſſorem idoneum, commutandi vota, abſoluendi à grauiſſimis Cenſuris.

Obijcitur Primò, perfectorum hominum non eſt fugere pœnas, ſed potius quærere, vt fiãt Chriſto conformiores.

Reſpondeo, verum eſſe de pœnis quibus promeremur Deum, nec retardamur ab eius aſſecutione: falſum de pœnis quibus obligamur: quia illis retardamur à beatitudine. Vnde perfecti propterea ſeuerè pœnitentiam agunt, vt citius liberentur à pœnis obligantibus, & fruantur Deo.

Secundò, Indulgentia non eſt meritorium opus, ſed Satisfactorium. Igitur ea non egent perfecti.

Reſpondeo 1. poſſe meritoriam eſſe: tum ratione operis iniuncti ſi cum charitate fiat: tum ratione ſuſceptionis indulgentiæ: nimirum ſi quis eam ex amore Dei ſuſcipiat, vt ei citius in gloria placeat.

Tertiò, per Indulgentias, retardamur à multis operibus piis, ac meritoriis. Intuitu enim Indulgentiarum negligunt homines pœnitentiæ opera.

Reſpondeo, non prohiberi per Indulgētias, huiuſmodi opera: imo ſimul conſuluntur. Quod ſi inde homines fiant negligentiores, id vitio proprio, non Indulgentiis attribuendum eſt.

Quartò, vtilius eſt per ſe, quam per alium ſatisfacere. Reſpondeo vtilius, & tutius eſſe vtrumque præſtare.

Obſeruandum eſt autem Primò, ſi quis abſolutionem à reſeruatis in Iubilæo accipiat: Deinde negligat præſtare quæ per indulgentiam iubentur: nihilominus ratam eſſe abſolutionem.

Secundò, ſi quis ſpe futuri Iubilæi in peccatum reſeruatum incidat: [a] nōnullos quidem velle non poſſe in Iubilęo abſolui: [b] alios vero, poſſe: [quod verius puto. Illa enim voluntas peccandi ſpe futuræ veniæ non facit grauius peccatum, aut magis reſeruatum, quam peccare ſine ſpe veniæ]

[a] *vt Antonin.* 1. *par. tit.* 10. *cap.* 3.
[b] *Nauarr. tract. de Iubilæo, Notabili* 34. *Numer.* 4. *&* 6. *Cordubenſ. q.* 57. *de Indulgentiis propoſitione tertia.*

Qui poſſint Indulgentias concedere.

Cap. XI.

RESPONDEO Primò, id poſſe tantum Magiſtratum Eccleſiaſticum, quia ad eum ſolum pertinet bonorum Reipublicæ Eccleſiaſticæ diſtributio.

Secundò, hanc poteſtatem potiſſimum [& ſummè] reſidere in Papa, vnde plenarias Indulgentias concedit, ita definitur [a] Cap. *cum ex eo.*

[a] *de Pœnitentia, & remiſſione.*

Tertiò, Epiſcopos in ſua Diœceſi, Metropolitanos in ſua prouincia poſſe vnius anni, in dedicationis Eccleſiæ die: vel quadraginta dierum, aliis temporibus, de iniunctis pœnitentiis Indulgentias concedere: non tamen ampliores, vt ſtatuitur. Cap. *cum ex eo*, & Cap. *noſtro.*

Digitized by Google

Quartò, [b] non requiri poteſtatem Ordinis, ſed ſufficere iuriſdictionis.

Quintò, legatos poſſe ex commiſſione ſpeciali, vel generali Papæ, Indulgentias impartiri in omni loco legationis ſuæ. [c] Paludanus, & [d] Nauarra etiam autumant Pœnitentiarium ſummum poſſe 100. dierum Indulgentias dare, quod tamen magis conſuetudine, quam lege nititur. Atque in his conueniunt omnes.

Sextò, etſi [e] nonnulli putent Concilium generale poſſe Indulgentiam plenariam dare. Contrarium tamen verius eſt: tum quia nullum Cōcilium hoc fecit, niſi Baſileenſe Schiſmaticum: tum quia, qui primus aliam docuit opinionem fuit [f] Panormitanus in eodem Concilio, quod mirum non erat, cum aſſererent Baſileenſes Concilium eſſe ſupra Papam: tum quia nullo modo Poteſtas Papæ, ſiue ſumma Eccleſiæ poteſtas reſidet in Concilio, ſecluſo Papa vt probatum eſt, [g] libro. 2. de Eccleſia tom. 2.

Septimò, omnes Epiſcopos poteſtatem habere à Papa Indulgentias concedendi: tum quia iuriſdictionem accipiunt ab eo vt [h] alibi probauimus: tum quia extendit, vel reſtringit poteſtatem Epiſcoporum, circa Indulgentias, prout illi placet.

Octauò, Abbates & Parochi non poſſunt Indulgentias concedere niſi ex ſpeciali priuilegio Papæ 1. quia non ſunt Principes populi, ſed tātum veluti patresfamilias. At ſolis principibus Reipublicæ conuenit diſtributio communium bonorum 2. quia ita definitur [k] Cap. Accedentibus.

Obiicitur primò, Prælatos ordinum concedere aliquando communicationem Satisfactionum ſubditorum ſuorum. At id, genus aliquod Indulgentiarum eſt.

Negatur Minor. 1. quia non fit communicatio Satisfactionum præteritarum, ſed futurarum: ſi enim præteritæ ſuperfluæ ſint, reconduntur in Eccleſiæ theſauro, nec ſubſunt poteſtati Abbatis. 2.

[b] *D. Thom. 4. diſt. 20. q. 1. art. 4. queſtiuncul. 2.*
[c] *4. diſt. 20. q. 4 art. 2.*
[d] *ſup. Notabili. 31. Num. 17.*
[e] *Felinus ſer. de Indulgent. Num. 28. Dominic. Soto 4. diſt. 21. q. 1. ar. 4. Nauarr. ſup. Notab. 21. Numer. 2.*
[f] *ſermone habito in Concilio Baſileenſi vt teſtatur Felinus.*
[g] *cap. 16.*
[h] *to. 1. lib. 4. de Summo Pontifice cap. 24.*
[k] *de exceſſ. Prælatorum.*

quia non Satisfaciunt pro pœnitentia in Sacramento iniuncta. 3. quia magis ſe habent per modum impetrationis, quam Satisfactionis.

Obijcitur ſecundò, Innocentius in commentar.[l] capitis. *Cum ex eo.* & Panormitan.[l] in cap. *Sicut dignum.* qui contrarium dicere videntur.

[l] *de homicid. voluntar.*

Reſpondeo illos non agere de Indulgentijs, ſed ſolum velle, Parochum[m] poſſe, & alios Confeſſores, iniungere pœnitẽtiam minorem, quam quæ à Canonibus præſcribatur.

[m] *ſi id faciendum indicent, rationabili de cauſa.*

An requiratur cauſa iuſta, vt indulgentia ſit rata.

Cap. XII.

Primò, certum eſt ratam eſſe Indulgentiam ſine iuſtâ cauſâ, quoad poteſtatem eligendi confeſſarium, abſoluendi à peccatis, ac ea omnia, quæ à ſolo iure Eccleſiaſtico pendent.

Secundò, certum quoque, ſine iuſtâ cauſa, ratam non eſſe ad expiandum reatum pœnæ coram Deo, vel in hac, vel in alia vita. Non enim Summus Pontifex eſt ſupra ius diuinum, vt poſſit pro libito condonare, quod Deo debetur: neque eſt Dominus, ſed diſpenſator, ſpiritualis Eccleſiæ theſauri: diſpenſator autem debet eſſe fidelis, alioquin diſſipator erit.

Tertiò, certum eſt ad iuſtam cauſam non requiri opus Satisfactorium compenſans æquiualenter debitum pœnæ: iam enim Indulgentia, non eſſet remiſſio, ſed commutatio, vel Redemptio.

Quæſtio tota eſt, *an requiratur aliqua proportio inter cauſam & Indulgentiam, vt quo maior Indulgentia, eo maior cauſa.*

Prima[a] opinio nullam requiri proportionem putat. Sed ſufficere cauſam eſſe piam non inanem,

[a] *D. Thom. 4. diſt. 20. q. 1. ar. 3. quæſt. 2. Durand. & Paludan. ead. diſt. 20. q. 4. Anton. 1. par. tit. 10. cap. 3. §. 1. Turrecremen. in diſt. 1. de Pœnit. can. Quis aliquando §. Item in Leuitico q. 4. Gloſſ. in Extrauag. Bonifacij. 8. Antiquorum, de Pœnit. & remiſſ. Sylueſt. in Summ. verbo. Indulgentia. Numer. 19. Gregor. à Valent. tract. de Indulg. cap. 7.*

aut malam, aut ſolum temporalem.

Primò, quia videmus pro eadem cauſa nunc maximas, nunc minores Indulgentias dari.

Secundò, pro leuiſſima, dantur aliquando Indulgentiæ plenariæ, vt quæ conceduntur aſſiſtentibus ante fores Baſilicæ Sanctì Petri, dum Summus Pontifex in die Paſchæ ſolemniter benedicit. At nequeunt non eſſe ratæ: tum quia alioquin grauiter deciperentur Chriſtiani: tum quod Indulgentiæ non tantum valerent quantum ſonant.

Tertiò, indulgentiæ non nituntur iſtâ cauſâ operis iniuncti, ſed theſauro infinito ſatisfactionum Chriſti, & Sanctorum.

Secunda [b] opinio, requirit cauſam proportionatam cum Indulgentia.

Primò, ſi non eſt proportionata. Ergo non eſt iuſta cauſa: quia nullam habet proportionem cum effectu.

Secundò, non ſolum infidelis diſpenſator dicitur, qui nulla de cauſa donat bona Domini ſui, ſed etiam qui pro re minima profundit.

Tertiò, ſi vera eſſet prima ſententia: nullę indulgentiæ indiſcretæ, & inanes eſſent, cum ſemper poſſit aſſignari aliqua pia cauſa.

Quartò, quia poſſet alioquin ſummus Pontifex in momento omnes animas à Purgatorio liberare: pia enim erit cauſa tot animas euolare ad Deum.

Quintò, non eſt diſſimilis Indulgentiæ largitio diſpenſationi votorum. At non licet diſpenſare in votis, niſi pro maxima cauſa.

Hæc opinio, abſolutè loquendo, verior eſt. Conciliari tamen poſſunt. Obſeruando, primò.

Ad cauſam iuſtam, vt plurimum, requiri duo. 1. finem aliquem pium, cuius aſſecutio magis placeat Deo, quam Pœnitentialis Satisfactio relaxata per Indulgentiam. 2. opus quo finis probabiliter poſſit [c] obtineri.

Secundò, non requiri id opus eſſe valde Me-

[b] *Bonauent. 4. diſt. 20 par. 2. q. vlt. Richardi, ibid. q. vlt. Auguſtini de Anconâ, in Summ. de poteſta. Eccleſ. q. 30. ar. 4 & 5. Gerſonis tract. de Abſolut. Sacramentali, Gabrielis in Supplemẽto 4. diſt. 45. q. 3. ar. 1. & in Canon. Miſſæ lect. 57. Adr. in 4. tract. de Indulg. Caiet. tract. de cauſa Indulg. Maioris, in 4. diſt. 20. q. 2. Dominici à Soto in 4. diſt. 21. q. 2. ar. 2. Petri à Soto lect. 2. de Indulg. Nauarr. in Iubileo Not. 5. Num. 3. & 4. Cordubenſ. q. 20. de Indulgent.*

[c] *Nam Oratio Dominica,*

ritorium, vel Satisfactorium: ſed [d] ſufficit eſſe medium aptum ad conſequendum Indulgentiæ finem.

Tertiò, cum datur Indulgentia vni particulari, debere ſingulare opus illi iniunctum, proportionatum eſſe fini: cum vero datur Indulgentia in communi multis, [e] ſufficit vt opus omnium ſimul ſit fini proportionatum.

Quartò, aliquando non requiri in iuſta cauſa opus, ſed ſufficere finem. ita ad ſolam petitionem Martyrum, ſine vlla iniunctione operis concedebantur olim Indulgentiæ.

Quintò, non eſſe ſubiectorum diſcutere cauſam Indulgentiarum, ſed debere ſimpliciter æſtimare iuſtam eſſe.

Ad primum, primæ opinionis: vnam & eandem cauſam quoad ſubſtantiam, poſſe maiorem, vel Minorem eſſe ratione circunſtantiarum: ita tamen vt nuſquam Indulgentiæ magnitudo ſuperet magnitudinem cauſæ: verbi gratia namque plus confert ad ſubſidium pauperum eleemoſyna facta caritatis tempore, quam cum cibi abundant.

Ad 2. cauſam eam eſſe grauem quæ conducit maximè ad gloriam Dei, & opus non leue quod maxime ad eum finem intendit, cuiuſmodi eſt aſſiſtentia illa pro foribus B. Petri: maximè namque conducit ad honorem ſedis Apoſtolicæ.

Ad Minorem, negatur ſi deſit iuſta cauſa in Indulgentia.

Ad primam probationem. 1. Indulgentias à ſede Apoſtolica datas nuſquam ſine iuſta eſſe cauſa. 2. non eſſe abſurdum aliquando hac in re decipi populum, cum negari nequeat quin pariter decipi poſſit, ſi ei detur Indulgentia à non habente poteſtatem.

Ad ſecundam probationem, tantum valere Indulgentias, quantum ſonant, ſi debitæ circunſtantiæ adſint.

Ad 3. veram cauſam, cur Indulgentiæ concedi

verbi gratia, ſemel recitata nequit dici ſufficiens opus regulariter, pro hæreticorũ conuerſione quæ plurimarũ Indulgentiarum eſt finis.

[d] *vnde per opus ſatis leue, aliquando magna Indulgentia poterit acquiri: cuiuſmodi eſt opus, illa aſſiſtentia præ foribus S. Petri Romæ dum Pōtifex populo benedicit.*

[e] *vt ſi neceſſe ſit Baſilicam ædificare, cuius rei intuitu detur Indulgẽtia plenaria conferẽtibus ad ſtructuram, certam auri ſummam. Si reſpiciatur opus ſingulorũ videbitur cauſa iniuſta, tamen ſi tota ſumma ab omnibus collata conſideretur tã iuſta apparebit cauſa.*

valeant equidem eſſe theſaurum: ſed exigitur præterea cauſa quæ moueat Pontificem ad diſpenſandum theſaurum hoc tempore potius, quam illo, nunc magis, nunc minus.

De diſpoſitione ſuſcipientis Indulgentias.

Cap. XIII.

PRIMò, requiritur eum eſſe in ſtatu gratię. 1. quia Indulgẽtia ſolum remittit reatum pœnæ temporalis relictum poſt remiſſionem culpæ, non remittitur autem culpa niſi per infuſionem gratiæ 2. non eſt æquum ei remitti pœna qui adhuc inhæret culpæ. 3. Indulgentia ſonat paternam facilitatem in filios: hæc autem non debet eſſe communis cum ſeruis, & fugitiuis, quales ſunt peccatores.

Secundò, quando opus iniunctum in literis Pontificis, expreſſè iubetur in gratia fieri: vel, ſi non exprimatur, tamen eſt neceſſarium ita fieri ad aſſecutionem finis Indulgentiarum: non acquiruntur Indulgentiæ, niſi ſit homo in ſtatu gratiæ, quando tale peragit opus.

Tertiò, ſi opus iniunctum vtile, eſt ad finem Indulgentiæ, etſi in gratia non fiat, vt Baſilicæ ædificatio: nec præcipitur in literis in gratia fieri: non eſt neceſſe hominem in ſtatu gratię eſſe, dum opus Indulgentiarum perficit.

Quartò, ſi veniale peccatum [a] vitiet per ſe opus iniunctum, neceſſarium in gratia fieri, impedit indulgentiarum participationem.

Quintò, ſi vitiat quidem opus: ſed quod non ſit neceſſarium in gratia fieri: vel ſi ſit neceſſarium fieri, tamen veniale peccatum operi tãtum [b] coniungitur per accidens, ita vt ipſum opus in ſe, non ſit ve-

[a] *vt ſi quis ieiunet ex vana gloria.*

[b] *vt viſitando Eccleſiam loqui aliquando ocioſè.*

ſit veniale peccatum non impeditur Indulgentiarum communicatio.

Sextò, quando percipiuntur ſiue actu applicantur Indulgentiæ debet homo eſſe in ſtatu gratiæ, vt omnes concedunt.

Septimò eſſe tunc in ſtatu venialis peccati, vel aliquod veniale committere non impedit fructum Indulgentiarum quoad pœnam debitam alijs peccatis: impedit tamen, quoad pœnam debitam peccato veniali cui inhæreatur, quia non condonatur pœna, niſi remittatur culpa.

Octauò, quando in forma Indulgentiarum exprimitur diſertè debere confiteri intra tot dies, qui eas lucrari cupiunt tunc ſine dubio exigitur Confeſſio in re: quoniam ponitur in forma Indulgentiarum vt conditio quædam, ſiue vt pars operis iniuncti: non autem ſolùm, vt homo transferatur de ſtatu peccati, in ſtatum gratiæ.

Nonò, [c] quandò non iniungitur expreſſè opus Confeſſionis: ſed ſimpliciter dicitur, *Indulgentias concedi verè pœnitentibus, & confeſſis*: tunc non videtur requiri Confeſſio, vt pars operis iniuncti, ſed ſolum vt ſit homo in ſtatu gratiæ: & ideo ſi quis non habeat læthalia peccata, non neceſſario confiteri tenebitur, quod ſi læthalia habeat, [c] probabile eſt, ſolam ſufficere contritionem cum propoſito confitendi.

Decimò, communiter DD. docent non percipere Indulgentias qui non perficit omnia in Indulgentiis opera iniuncta niſi aliud in literis exprimatur.

Vndecimò non videtur verum, eſſe neceſſarium ad lucrandas Indulgentias, propoſitum ſatisfaciendi Deo laboribus propriis, vt vult [d] Caietanus tum quia nullus fortaſſe niſi [e] Bartholomæus Fumus ſequitur opinionem Caietani, tum quod deciperentur populi, ſi eis concederētur Indulgentiæ cum ea conditione, quæ nuſquam exprimeretur.

Obiicitur, qui non vult ſatisfacere Deo pro pec-

[c] *ita Paludan. ſupr. q. 4 ar. 2. Syluest. ſupr. Num. 20. Panormit: in cap. Omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ. Felinus, ſerm. de Indulg. Num. 12.*

[c] *probabilius tamen putat Bellarminus, requiri Confeſſionem in re quando exprimitur dari Indulgentias Pœnitent. & Cōfeſſis, vt ſentit Caiet. tract. 15. de Indulg. cap. 10. & Nauarr. de Iubil. Nota. 18. Num. 1.*

[d] *ſupr. tract. 10.*

[e] *in Armilla verbo, Indulgent. Num. 13.*

catis,cum poſſit,indignus eſt,cui aliena Satisfactio applicetur. 1. quia non decet ab amico petere, vt pro te ſatisfaciat, cum ipſe poſſis ſatisfacere per te. 2. quia in Republica benè inſtituta non ſunt diſpenſanda bona communia pro liberandis ciuibus, ære alieno,qui per ſe ſoluere poſſunt. 3. quia in forma Indulgentiæ addi ſolet, *verè pœnitentibus Indulgentias tribui*:non ſunt autem verè pœnitentes, qui recuſant facere dignos pœnitentiæ fructus 4. dantur Indulgentiæ de iniunctis Pœnitentiis à Sacerdote,vel ergo Pœnitens eas pœnitentias abſoluere proponit,vel non,ſi primum habemus intẽtum, ſi ſecundum,eſt indignus,cui Indulgentiæ applicẽtur:non enim ex fallacia ſua lucrum reportare debet. At Eccleſia non intendit Indulgentias indignis conferre.

Negatur Maior:quia ille non eſt indignus: ſed tantum non dignus.

Ad 1. probationem, non fieri iniuriam amico quia non petitur ex iuſtitia, ſed ex gratia, Satisfactio eius, illi non neceſſaria.

Ad ſecundam, id non poſſe fieri quolibet in caſu:ſed tamen aliquando contingere poſſe, vt Reipublicæ ſit vtile ſoluere ex ære publico debita ciuium qui ex ſuo etiam ſoluere valerent [non tamen tam æquè commode vel faciliter.]

Ad tertiam verè pœnitentes eos dici qui cõtritionem habent cum propoſito ſatisfaciendi, niſi aliunde pro eis ſatisfiat.

Ad quartam. 1. Indulgentias aliquando de non iniunctis dari. 2. etſi de ſolis iniunctis daretur: poſſe acceptari Pœnitentiam iniunctam, cum propoſito eam perficiendi,[non abſoluto] ſed niſi poſſit alia ratione ſolui.

De Indulgentijs pro defunctis.

CAP. XIIII.

PRIMÒ, certum eſt apud Catholicos Indulgentias prodeſſe defunctis. 1. quia ſuffragia viuorum illis prodeſſe poſſunt per modum impetrationis. At nulla ratio aſſignari poteſt cur non etiam proſint per modum Satisfactionis. Quod ſi ſuffragia noſtra illis vt ſatisfactoria proſunt. Quidni eis poterit applicare Papa Satisfactiones Chriſti & SS. 2. quia de facto [a] Pontifices eas defunctis largiuntur.

Secundò, Pontifices [b] nequeunt Indulgentias largiri defunctis per modum Abſolutionis quidquid dicat [b] Michael Medina. 1. ex communi ſententia fere omnium aliorum ſcriptorum. 2. [c] ex Leone: *De communione priuatis* (inquit) *& ita defunctis eorum cauſa iudicio Dei reſeruanda eſt.* 3. ex Gelaſio in [d] epiſtol. ad Fauſtum & altera ad Epiſcopos Dardaniæ. 4. quia nequit Eccleſia animas defunctorum citare, eorum cognoſcere cauſas, aut ad obediendum cogere. 5. Pontifex non habet authoritatem niſi in oues ſibi paſcendas commiſſas. At defuncti non poſſunt paſci à Papa, id eſt, inſtrui, dirigi, &c. 6. quia Pontifices cum extendunt Indulgentias ad defunctos addunt particulam: *per modum ſuffragij.*

Obiicitur primò, *Quodcumque ſolueris*, id eſt, quodcumque tu exiſtens in terra, ſolueris, *erit ſolutum, & in cœlis.* Ergo quidquid ſoluit Papa, ſoluitur reuera, vbicumque tandem illud ſit.

[a] *Paſchalis I. ante annos 700. conceſſit Indulgentiam pro defunctis, quæ habetur in Eccleſia S. Praxedis ad introitum capellæ S. Zenonis.*

[b] *diſput. 7. cap. 34. & diſput. 8. cap. 41. contra communem opinionem, quã defendunt Caietan. tract. 15. c. 5. Dominic. à Soto in 4. diſt. 21. q. 2. ar. 1. concluſ. 3. Petrus à Soto lect. 3. de Indulg. Nau. ſup. Notab. 22. Num. 6 Cordub. q. 15. de Indulgent. teſtaturque Maior ſupr. opinionem Medinæ damnatam ſuo tempore à Schola Pariſienſi.*

[c] *apud Grat. 24. q. 2. can. 1.*

[d] *apud Grat. ibid. can. Legati. & Can. Nec quiſquam.*

Digitized by Google

catis,cum poſſit,indignus eſt,cui aliena Satisfactio applicetur. 1. quia non decet ab amico petere, vt pro te ſatisfaciat,cum ipſe poſſis ſatisfacere per te. 2. quia in Republica benè inſtituta non ſunt diſpenſanda bona communia pro liberandis ciuibus, ære alieno,qui per ſe ſoluere poſſunt. 3.quia in forma Indulgentiæ addi ſolet, *verè pœnitentibus Indulgentias tribui*:non ſunt autem verè pœnitentes, qui recuſant facere dignos pœnitentiæ fructus 4. dantur Indulgentiæ de iniunctis Pœnitentiis à Sacerdote,vel ergo Pœnitens eas pœnitentias abſoluere proponit,vel non,ſi primum habemus intẽtum, ſi ſecundum,eſt indignus,cui Indulgentiæ applicẽtur:non enim ex fallacia ſua lucrum reportare debet. At Eccleſia non intendit Indulgentias indignis conferre.

Negatur Maior:quia ille non eſt indignus: ſed tantum non dignus.

Ad 1. probationem, non fieri iniuriam amico quia non petitur ex iuſtitia, ſed ex gratia, Satisfactio eius,illi non neceſſaria.

Ad ſecundam, id non poſſe fieri quolibet in caſu:ſed tamen aliquando contingere poſſe, vt Reipublicæ ſit vtile ſoluere ex ære publico debita ciuium qui ex ſuo etiam ſoluere valerent [non tamen tam æquè commode vel faciliter.]

Ad tertiam verè pœnitentes eos dici qui cõtritionem habent cum propoſito ſatisfaciendi, niſi aliunde pro eis ſatisfiat.

Ad quartam.1. Indulgentias aliquando de non iniunctis dari. 2. etſi de ſolis iniunctis daretur: poſſe acceptari Pœnitentiam iniunctam, cum propoſito eam perficiendi,[non abſoluto]·ſed niſi poſſit alia ratione ſolui.

De Indulgentijs pro defunctis.

CAP. XIIII.

PRIMÒ, certum eſt apud Catholicos Indulgentias prodeſſe defunctis. 1. quia ſuffragia viuorum illis prodeſſe poſſunt per modum impetrationis. At nulla ratio aſſignari poteſt cur non etiam proſint per modum Satisfactionis. Quod ſi ſuffragia noſtra illis vt ſatisfactoria proſunt. Quidni eis poterit applicare Papa Satisfactiones Chriſti & SS. 2. quia de facto [a] Pontifices eas defunctis largiuntur.

Secundò, Pontifices [b] nequeunt Indulgentias largiri defunctis per modum Abſolutionis quidquid dicat [b] Michael Medina. 1. ex communi ſententia fere omnium aliorum ſcriptorum. 2. [c] ex Leone: *De communione priuatis* (inquit) *& ita defunctis eorum cauſa iudicio Dei reſeruanda eſt*. 3. ex Gelaſio in [d] epiſtol. ad Fauſtum & altera ad Epiſcopos Dardaniæ. 4. quia nequit Eccleſia animas defunctorum citare, eorum cognoſcere cauſas, aut ad obediendum cogere. 5. Pontifex non habet authoritatem niſi in oues ſibi paſcendas commiſſas. At defuncti non poſſunt paſci à Papa, id eſt, inſtrui, dirigi, &c. 6. quia Pontifices cum extendunt Indulgentias ad defunctos addunt particulam: *per modum ſuffragij*.

Obiicitur primò, *Quodcumque ſolueris*, id eſt, quodcumque tu exiſtens in terra, ſolueris, *erit ſolutum, & in cælis*. Ergo quidquid ſoluit Papa, ſoluitur reuera, vbicumque tandem illud ſit.

[a] *Paſchalis 1. ante annos 700. conceſſit Indulgentiam pro defunctis, quæ habetur in Eccleſia S. Praxedis ad introitum capellæ S. Zenonis.*

[b] *diſput. 7. cap. 34. & diſput. 8. cap. 41. contra communem opinionem, quã defendunt Caiet. tract. 15. c. 5. Dominic. à Soto in 4. diſt. 21. q. 2. ar. 1. concluſ. 3. Petrus à Soto lect. 3. de Indulg. Nau. ſup. Notab. 22. Num. 6 Cordub. q. 15. de Indulgent. teſtaturque Maior ſupr. opinionem Medinæ damnatam ſuo tempore à Schola Pariſienſi.*

[c] *apud Grat. 24. q. 2. can. 1.*

[d] *apud Grat. ibid. can. Legati. & Can. Nec quiſquam.*

Secundò, B. Gregorius, vt oſtenderet, non eſſe mirum, potuiſſe S. Benedictum in carne mortali degentem, de ſpiritibus defunctorum iudicare, (dum excommunicauit quaſdam Moniales defunctas) allegat illud: *Quodcumque ſolueris*, &c. Ergo per hæc verba intelligit dari poteſtatem Papæ in defunctos.

Tertiò, defuncti in Purgatorio, ſunt adhuc viatores, & auxilio egent. Ergo Pontifici ſubiacent.

[e] *can. Sane. 24. q. 2.* Quartò, ſæpe ab Eccleſia [e] excomunicantur, & abſoluuntur defuncti.

[f] *ſupr.* Ad primum reſpondeo. 1. illud *Quodcunque*, referri ad ſubiectos, vt interpretatur [f] Gelaſius. Senſus enim eſt: *Quoſcumque ſubiectos ſolueris*, &c. 2. etſi referretur ad eum qui ſoluit, poneretur que indeterminatè: ſemper tamen intelligendum eſſet de ſolutione circa ſubiectos, alioquin Papa poſſet etiam ligare in cœlo, & ſoluere in inferno.

Ad ſecundum, ducere Gregorium argumentum à ſimili, nimirum, ſicut, diuinâ poteſtate ſibi collata, poſſunt Prælati, quamuis ſint homines mortales, iudicare de ſpiritualibus: ita S. Benedictum valuiſſe in carne mortali degens, ligatas ſoluere, ex ſpeciale ſibi priuilegio collato à Deo. Quamuis re-uera eas Sanctimoniales antea non excommunicauerit, ſed tantum excommunicationem minatus fuerit: neque propriæ per ſententiam ſed tantum per interceſſionem abſoluit, mittendo oblationem offerendam pro illis.

Ad tertium, negatur conſeq. Nec enim omnes viatores ſubiacent Papæ, ſed ſolum qui ſunt membra viſibilis eccleſiæ in terris.

Ad quartum, has excommunicationes, vel abſolutiones, in defunctos proprie non ferri: ſed tantum per eas declarari, quales eſſe debuiſſent in vita, eiſq; communicari, vel denegari Eccleſię ſuffragia.

[g] *differt Indulgentia per* Quintò, per *modum* [g] *ſuffragij prodeſſe Indulgentias defunctis*, nihil aliud eſt, *quam offerri Deo ſufficientem*

Digitized by Google

Satiſfactionem ex theſauro Eccleſiæ pro defunctis, vt eam acceptans, liberet defunctos à pœnis, quas luituri eſſent.

Sextò, an certa lege ex condigno indulgentiæ defunctis proſint: an ſolum ex Dei benignitate atque de congruo, non conueniunt DD.

[h] Dominicus à Soto, & [i] Nauarra arbitrantur ex condigno prodeſſe. Quia Satisfactiones viuentium, ideò vnius alteri ex condigno proſunt, quod ſint eiuſdem corporis membra, charitate vnita. At animæ in Purgatorio ſunt nobis hoc modo vnitæ. Quidni ergo eis poterunt applicari Satisfactiones noſtræ Chriſti, & ſanctorum?

[k] Caietanus, [l] Petrus à Soto, & Cordubenſis, contendunt ſolum ex congruo prodeſſe. Primò, quia non eſt certum viuentes pro viuentibus ex condigno ſatisfacere poſſe: vnio enim illa facit equidem, vt valeant ſe inuicem adiuuare membra: non tamen, vt in ratione Satisfactionis teneatur Deus vnius acceptare Satisfactionem pro alio. 2. etſi id verum eſſet: non tamen ſimile foret erga defunctos: quia alio genere pœnarum, quam in hoc mundo, tenentur. Sicut ergo non tenetur iudex remittere pœnam corporalem alicui reo, propter alterius mulctam pœcuniariam oblatam: ſic nec tenebitur Deus noſtras Satisfactiones pro Satisfactionibus defunctorum acceptare. 3. quia ex [n] reuelationibus conſtat, animas defunctorum teſtatas ſe ſuffragijs viuorum iuuari ex miſeratione diuina. Harum ſententiarum prior admodum pia videtur: poſterior valde rationabilis.

Septimò, vt Indulgentiæ defunctis proſint requiritur. 1. in concedente, authoritas Papalis: Nec enim eas Indulgentias Epiſcopi elargiri valent. 2. [m] cauſa iuſta aliqua particularis ſpectans ad honorem Dei, & Eccleſiæ vtilitatem. 3. vt qui pro defunctis ...

modum Suffragij, à Suffragio ſimplici 1. quod ad Suffragium non requiratur Iuriſdictio, requiratur ad Indulgentiam: ſolus enim qui habet Eccleſiæ Claues Theſaurum diſpenſare poteſt. 2. quod ſuffragia offerens neſciat an Sufficienter offerat. At Pontifex poteſt ſufficienter offerre. vnde confidenter Indulgentias plenarias defunctis largitur.

[h] 4. *diſt.* 21. *q.* 2. *ar.* 3.

[i] *ſupr. Notab.* 22. *Num.* 20.

[k] *tract.* 16. *q.* 5.

[l] *lect.* 3. *de Indulg.*

[m] *q.* 15. *de Indulgent.*

[n] *vide Petrum Damian. epiſt.* 5. *ad Dominicum, cap.* 4. *Petrum Cluniacenſ.* 1. *lib. miraculor.* 10.

functis Indulgentiam ſuſcipit, [o] adimpleat opus iniunctum. 4. defunctos eſſe in ſtatu gratiæ. [p] Caietanus requirit præterea, defunctos habuiſſe, dum viuerent, ſpecialem ad claues deuotionem. Sed hoc ab omnibus paſſim refellitur.

[q] Octauò, Indulgentiæ pro defunctis, proſunt omnibus in Purgatorio, quantum ad gaudium accidentarium, quo charitate præditi lætantur de alterius bonis: quoad Satisfactionem verò, non proſunt, niſi quibus ſpecialiter applicantur. 1. quia [r] Pontifices aliquando ſpecificant in conceſſione harum Indulgentiarum, animas patris, matris, vel alterius perſonæ particularis. 2. quia hic eſt ſenſus Eccleſiæ totius.

[o] *in ſtatu gratiæ ſi id requiratur, vt ſupr.*

[p] *tract. 16. q. 5 de Indulg.*

[q] *plura de hac materia vide tom. 2. lib. de Purgatorio.*

[r] *Paſchalis ſup. Alexand. 6. & Clemens 7. in cõſtitutionibus de indictione Iubilei.*

LIBER SEXTVS.

DE POENITENTIA,

Quo refelluntur argumenta hæreticorum contra Indulgentias.

Refutantur argumenta Lutheri.

CAP. PRIMVM.

LVTHERVS,[a] primò, ſolùm oppugnauit nimiam confidentiam in indulgentiis, qua aliqui putant ſibi omnia ſalua, ſi nummum argenteum in arcam proijciant, iuxta indulgentiarum præſcriptum cum nec ſcimus certi, an gratiam Dei habeamus. 2.[b] docuit Indulgentias eſſe pias Eccleſiæ fraudes qua excitat fideles ad opera bona: cum tamen reuera, neque remittant pœnam coram Deo, nec theſaurus meritorũ Chriſti ſit in poteſtate Pontificum, aut expendendus in re adeo vili[c] 3. eſſe meras Pontificum impoſturas. 4. nihil eſſe, & ſi quid ſint, fore pernicioſas, cũ liberent homines ab operibus bonis. 5. nullum eſſe Purgatorium, nullam requiri Satisfactionem poſt culpam remiſſam: ſed omnes, ſola fide liberari à culpâ, & pœna. Atque tandem illam nimiam

a *epiſt. ad Albertum Archiepiſc. Moguntinum.*

b *in Reſolutionibus de Indulgentiis.*

c *initiò libri de captiuit.*

confidentiam, quam primò oppugnarat, tandem acerrimè propugnauit. Suam ſententiam probat.

Primò, merita Chriſti ſunt res ſacræ, & viuæ cũ iuſtificent corda. Indulgentiæ autem non iuſtificant, ſed ſolum debitum remittunt pœnæ temporalis. Igitur nequeunt fundari in theſauro meritorum Chriſti.

Reſpondeo, merita Chriſti non ſolum iuſtificatoria, ſed etiam Satisfactoria eſſe pro reatu pœnæ.

Secunda, blaſphemum eſt rem ſacram, vt merita Chriſti, in ſordidum opus mortis ponere. At pœna temporalis eſt ſordidum opus mortis.

Reſpondeo, glorioſum eſſe merita Chriſti ponere in liberatione ab opere mortis quale eſt peccatum, & a pœna quæ ex peccato naſcitur.

Tertia, merita Chriſti ſunt omnibus neceſſaria ad ſalutem. At Indulgentiæ non ſunt huiuſmodi.

Reſpondeo, ratione iuſtificationis, & commutationis pœnæ æternæ in temporalem, vtque Satisfactiones noſtræ vim aliquam habeant, neceſſaria omnibus eſſe: ratione Satisfactionis quæ ita libere applicetur, vt ſoluat abſolute pro nobis, eſſe vtilia, ſed non neceſſaria.

Quarta, nullis ſcripturis theſaurus Indulgentiarum comprobari poteſt, ſed ſola conſtitutione [d] Innocentij 6.

Reſpondeo 1. negando propoſitionem. 2. ſufficere Eccleſiæ traditionem. 3. ſufficere ſolam Innocentij definitionem ex cathedra docentis.

Quinta, pœnæ, quæ peccatum ſequuntur, non poſſunt vllo modo remitti per Indulgentias. 1. quia huius generis eſt mors, & labor. 2. quia caſtigationes de quibus Pſalmiſta: [e] *ſi peccauerint* (inquit) *filij tui viſitabo in virga iniquitates eorum*, per Indulgentias non auertuntur.

Negatur propoſitio, de quibuſdam pœnis.

Ad primam probationem, Indulgentias non tollere pœnas [f] naturales, ſed tantum perſonales: ac eas, non omnes, ſed tantum in foro pœnitentiario,

[d] *quæ incipit, Vnigenitus.*

[e] *Pſal.* 88. *v.* 30.32. *& Paulus.* 1. *Cor.* 11. *ac Hebr.* 12.

[f] *id eſt quæ ſequuntur originale peccatum, ſuntque vniuerſo generi humano communes.*

ſiue conſcientiæ debitas. Ad 2. eas pœnas ſpectare ad forum externum. infliguntur enim à Deo tanquam iudice, in externo, ac iudiciali foro.

Sexta, Indulgentiæ dicuntur remittere pœnitentias iniunctas. At illæ ſunt opera bona. Ergo remittunt opera bona.

Reſpondeo, non remittere illa opera in quantum opera ſimpliciter: ſed in quantum ſunt obligationes, quibus ob debitum pœnæ, retardamur à gloria: vnde Eccleſia, & ſimul Indulgentias largitur, & hortatur ad Pœnitentiæ opera.

Soluuntur obiectiones Caluini & Heshuſij.

CAP. II. vſque ad VIII. incluſiuè.

PRIMA, [a] Indulgentiæ, tum ſponte ſua, tum argumentis Lutheri corruunt. Ergo non ſunt inſtituti diuini.

Negatur Maior, nunquam enim maior fuit Indulgētiarum frequentia, quam cum [b] incœperunt à Luthero oppugnari.

Secunda, immerſi aliquot ſæculis homines alta errorum nocte, non perceperunt Indulgentiarum fraudem. Contra: ab anno ſaltem 1506. ad 1500. celeberrima fuit doctrina de Indulgentijs. At ſæcula iſta [c] viris, doctrina, & ſanctitate clariſſimis, floruerunt.

Tertia, quæſtuariorum abuſus emanat à Papa.

Negatur. Nam ſemper fuere à Papis damnati. *Abuſionibus* (inquit [d] Clemens V.) *quas nonnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis præponunt prædicationibus, vt ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eiſdem, cum in anima-*

[a] CAP. II.

[b] *propterea enim tunc Cōcil. Tridentinum, de moderandis Indulgentiis decretū edidit, ſeſſ. 25.*

[c] *Bernardo, Dominico, Frāciſco, Antonio, Petro Martyre, Anſelmo, Hugone, Richardo D. Thoma, Bonauen. &c. ſuntque celebrata Concil. Lateranenſ. 4. & c. Lugdunenſ. Viennenſ. Conſtantienſ. Florentin.*

[d] *in Concilio Viennenſ.*

rum cedat periculum, & ſcandalum plurimorum: viam, prout nobis poßibile, precludere cupientes, iuxta ſtatuta Concilij generalis duximus prohibendum diſtincte, &c.

Quarta, cum orbis ſibi ſapere aliquid permiſit, Indulgentiæ paulatim frigere, & congelaſcere cœperunt.

Reſp. loqui Caluinum de tempore quo quiſque ſuum iudicium, paſtorum iudicio præpoſuit: verum neque tamen propterea venerationem Indulgentiarum defeciſſe, conſtat ipſa experientia: exceptis enim hæreticis quibuſdam Occidentalibus totus orbis Chriſtianus eas veneratur.

[e] CAP. III. [f] 1. *Ioan*. 1. *v*. 9. 1. *Cor*. 1. *v*. 12. 2. *Cor*. 5. *v*. 15. *Actor*. 20. *v*. 28. *Heb*. 10. *v*. 14. *Apocal*. 7. *v*. 14.

[e] Quinta, Indulgentiæ negant ſanguinem Chriſti ad remiſſionem peccatorum ſufficere, quia reponuntur in theſauro SS. ſatisfactiones. At [f] ſcripturæ docent in ſolo Chriſti ſanguine nos iuſtificatos. Ergo, *&c*.

Negatur Maior ad probationem 1. Non reponi Satisfactiones SS. in theſauro pro remiſſione culpæ. 2. non reponi quaſi non ſufficiat Satisfactio Chriſti: ſed quia non debent eſſe inanes. Ad Minorem loqui ſcripturas de remiſſione culpæ & collationis gratiæ, nos autem agimus per Indulgentias, de remiſſione pœnæ.

[g] CAP. IIII. [h] *& de fortitudine fideliũ, nata ſunt exẽpla patientiæ, non dona iuſtitiæ.* [i] *Cum vnus extiterit Dominus Chriſtus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiam reſuſcitati.*

Sexta, [g] *Preclare* (inquit Caluinus) *aduerſus hæc ſacrilegia, Leo Epiſcopus Romanus, in epiſtola.* 81. *ad Paleſtinos loquitur*: *Quamuis multorum SS. in cõſpectu Domini precioſa mors fuerit: nullius tamen inſontis occiſio, propitiatio fuit mundi. Accepere iuſti, non dedêre coronas,* [h] &c. *Singulares quippe illorũ mortes fuerunt, nec alterius quiſpiam debitum, ſuo fine perſoluit,* [i] &c. *Nec minus appoſitè S. Auguſtinus tract.* 84. *in Ioannem*: *Etſi fratres pro fratribus moriamur, nullius tamen ſanguis Martyris, in remißione peccatorum funditur, quod fecit Chriſtus pro nobis*, &c.

Reſponſio eadem. ſolùm aduertendum, illa Leonis: *Nec alterius quiſpiam debitum* &c. *Significare, nullum ſua morte ſoluere poſſe pro alio debitum mortis perpetuæ, niſi Chriſtum.*

[k] CAP. V.

Septima, falſum eſt Martyrum merita in alios

redundare. Nec enim ſibi plus meruerunt, quam par erāt. At Indulgentiarum defenſores aſſerunt merita Martyrum in alios redundare. Ergo, &c.

Ad Maiorem, ratione præmij gloriæ non redūdare: ratione Satisfactionis redundare: idque ſolùm Indulgentiarum cultores aſſerunt.

Octaua, ita coniungere Sanctos Chriſto, eſt Chriſtum Sanctulum, non Sanctum facere.

Negatur, cum Indulgentiarum vis principalis, & ſufficiens, tota profluat à Chriſto: nec magis fit minuere Chriſtum, illi coniungere Sanctos, quam [l] Paulum, ſe Chriſti cooperatorem dixiſſe.

[l] *1. Corint. 13. v. 9.* θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί. *Dei enim ſumus cooperatores: ſiue, vt vulgata habet, Adiutores.*

Nona, falſum eſt ſine fructu fore ſanguinem Martyrum effuſum, ſi non reponatur in Eccleſiæ theſauro. An nullus eſt fructus glorificare Deum per mortem?

Reſpondeo, nec nos aſſerere fore ſine fructu: ſed ſolùm fore inanes eorum ſuperabundantes Satisfactiones.

[m] Decima, teſtatur Paulus [n] 2. Corinth. 5. nobis Chriſtū, per Euangeliū offerri cum omni affluētia bonorum cæleſtium, omnibus ſuis meritis, omni ſua Iuſtitiâ, ſapientiâ, gratiâ. At Papa illam plumbo, & membranæ per Indulgentias includit.

[m] CAP. 6.

[n] *v. 18. 19.*

Reſpondeo, Paulum quidem [n] docere in prima reconciliatione quæ fit in Baptiſmo, dari nobis Chriſtum cum affluentia tanta bonorūm, vt culpa & pœna remittantur: in ſecunda verò cum tanta dari, nullibi dixit, Nec enim in loco à Caluino allegato vlla fit mentio totius affluentiæ bonorum Chriſti.

[n] *Titum 3. v. 5. Rom. 6. v. 4.*

Vndecima, Indulgentiæ ex abuſu irrepſerunt. Nam cum iniungerentur antiquitùs grauiores pœnitentiæ, quam ferre pœnitentes valerent, efflagitabant ab Epiſcopis ſibi fieri pœnarum relaxationem, quæ cum Indulgētiæ nomen obtinuiſſent, cæpit credi, pœnas Pœnitentium, eſſe coram Deo ſatisfactorias, tandemque irrepſit Indulgentiarum huius temporis vſus.

Negatur propoſitio,& probatio,tum quia [o] nec antiqui imponebant intolerabiles pœnitentias, tũ quod remittere indiſcretam pœnitentiam, non ſit Indulgentia,ſed iuſtitia.

[o] Concil. Ancyran.ca. 22. Modus pœnitẽtiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, vt ſecundũ conuerſationem pœnitentium, poßint, & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſè feſtinantibus.

[p] Prima obiectio [q] Heshuſij, Chriſtus ſatisfecit pro omnibus mundi peccatis, Ergo Indulgentiæ fruſtra.

[p] CAP. 7.

[q] *lib. de 600. erroribus Pontificior. tit. de Indulgentiis.*

Ad Antecedens,ſatisfeciſſe Chriſtum : ſed eius Satisfactionem applicari debere. Ad conſeq. negatur,potius enim deberet cõtrarium inferri. Quia namque Chriſtus pro omnibus ſatisfecit, propterea eſt in Eccleſia Indulgentiarum theſaurus.

Secunda, Indulgentiæ emuntur. Negatur. Eleemoſynæ namque per indulgentias iniunctæ, vt opera pia,tranſeunt in pauperum, vel quarumdam Eccleſiarum vtilitatem.

[r] Tertia,Indulgentiæ extenuant peccati magnitudinem,paruifaciunt iudicium Dei aduerſus peccatum,inſtillant animis hominum ſecuritatem, atque ita veræ contritionis fundamentum euertunt.

[r] CAP. 8.

Reſpondeo 1.multo magis ergo euerti contritionem per [s] fiduciam Lutheranorum. 2. negatur totum:neque enim dicimus Indulgentiis deleri peccatum,ſed ſolam pœnam peccato debitam: neque id niſi mediante paſſione Chriſti.

[s] qua credunt ſe ſola fide Iuſtificatos, & de ſalute ſecuros.

Quarta, blaſphemum eſt confidere in filium Dei Sanctorum meritis.

Negatur, quia merita Sanctorum vim habent à Chriſto.

a *Mendacia Kemnitij de Indulgentiis.*

a 4. par. Examin. pag. 218.

CAP. IX.

PRIMVM, Catholicos docere, temporalem pœnam luendam, remiſſa culpâ, maiorem eſſe, quã quæ exolui valeat ab homine in hac vita.

Secundum, eoſdem aſſerere etiãſi canonica pœnitentia in hac vita plenè exolueretur, diuinam tamen iuſtitiam adhuc maiores exigere pœnas, exoluendas in Purgatorio.

Tertium. pecuniis Indulgentias emi. Quartum nos velle, conſtare Eccleſiæ theſaurum meritis Sanctorum neceſſariis ad præmium ęternum, id eſt meritis, vt præmio reſpondent.

Quartum, in ſe quidem ſuſcepiſſe Chriſtum, iuxta nos, omnem culpam noſtram, ſed non totam pœnam. Nec enim aliquis Catholicorum aliquando aſſeruit iſta.

Refelluntur obiectiones Kemnitij.

CAP. X.

PRIMA, Scripturæ non dicunt noſtris operibus nos Deo ſatisfacere poſſe, aliquas eſſe Purgatorij pœnas, ſoli Petro datas claues, Sacerdotem debere imponere pœnitentias, ac Bullas Indulgentiarum fieri debere. ſed hæc paſſim refutata ſunt, in his controuerſiis.

Secunda, in humanis, qui dimitteret offenſam, & retineret vindictam, grauiter argueretur à

Chriſto iuxta illud: [a] *Omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me, nonne*, &c.

[a] *Matth.*18. *v.* 32. πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι.

Reſpondeo, qui retineret vindictam ex ira, peccaturum, qui animo iuſtitiæ, bene facturum. Ad probationem loqui Chriſtũ de remiſſione offenſæ, comparat enim ibi peccata cum pecuniario debito, vnde concludit: [b] *Sic, & Pater meus faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo, de cordibus veſtris*: id eſt, iuxta Hieron. *ſi tantum ſimulatoriè offenſas remiſeritis.*

[b] *v.*35. οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. *lapſus eorum.*

Tertia, Chriſtus dixit, *quidquid ſolueritis, erit ſolutum*. At Indulgentiæ dicunt, *quidquid ſoluit Chriſtus, Papa ligat*. Negatur Minor. probet Kemnitius.

Quarta, fides ita iuſtificat, vt excludat etiam opera. At Indulgentia tribuit operibus iuſtificationem. Maior vera eſt, de operibus naturalibus, falſa de operibus gratiæ. Minor eſt omnino falſa tum quod Indulgentiæ relaxent tantum pœnas, tum quia opera, per Indulgentias iniuncta non ſunt Indulgentiæ ipſæ, nec habent Indulgentiarum effectum.

Quinta nulla ſunt opera ſupererogationis, vide contrarium fuſe tom. 2. lib. [c] de Monachis.

[c] *cap.* 9. *& ſeqq.*

Refelluntur eiuſdem obiectiones, ſeu reſponſiones ad argumenta Catholicorum pro Indulgentiis.

CAP. XI. vſque ad XVI. incluſiuè.

PRIMA, *Soluere & ligare*, Mathæi. 18. nihil aliud eſt, niſi remittere, vel retinere peccata. Ioannis 20. Illa autem remiſſio exercetur in foro Pœnitentiæ, & Abſolutionis, vt Scholaſtici docent. Ergo malè ad Indulgentias retorquetur.

Reſpondeo 1. negatur Maior quia latius patet: *Quodcumque ſolueris*, &c. Math. 16. quam, Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata*, &c. 2. veram eſſe minorem: ſed Scholaſticos non reſtringere verba Ioannis ad ſolam remiſſionem in Abſolutionis foro: alij enim ad remiſſionem quæ fit in Baptiſmo, alij ad omnem, quæ fit virtutem clauium referunt illa.

Secunda, quod eſt ſolutum, nequit eſſe ligatum. At quod eſt ſolutum per Abſolutionem in Pœnitentiæ foro, ligatum manere Pontifices Romani docent Ergo, *&c.*

Ad Maiorem veram eſſe, de re, ſecundum vnam, & eandem rationem. Ad Minorem abſolui ſolum in Pœnitentiæ foro, pœnitentes à culpa, remanere ligatos à pœna.

Tertia, quod Chriſtus promiſit Petro. Math. 16. dicens: *Tibi dabo claues*, &c. Exhibuit Ioan. 20. *Quorum remiſeritis*, &c. Sed hæc dicta ſunt Apoſtolis, & omnibus, quibus datur abſoluendi poteſtas. Ergo & illa. Igitur non ſolus Papa poterit Indulgentias dare.

Negatur Maior. Nam [a] ſoli Petro dictum eſt: *Tibi dabo claues*, &c.

[a] *vide tom. 1. lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 10. & ſeqq.*

Quarta, Sicut miſſus eſt Chriſtus à Patre, ſic ipſe Apoſtolos miſit. Sed miſſus à Patre, ſimul debitum condonabat, & debitorē liberabat, nullâ impoſita pœnâ. Ergo & ſimiliter qui peccata remittunt, ſimul & pœnam ſoluunt.

Ad Maiorem, in quibuſdam veram eſſe, non in omnibus. Nec enim Apoſtoli Sacramenta inſtituere poterant. [Ad Minorem, ſi Chriſtus etiam dimiſit pœnam, id feciſſe, quod pro libito applicaret Satisfactiones ſuas Pœnitentibus. At eaſdem applicant Papæ Pœnitentibus per Indulgentias, quamuis non pro libito quia diſpenſatores ſunt. Ergo in hoc imitantur Chriſtum.]

Quinta, ligare, ſeu retinere peccata, eſt pœnitentiam agentibus, partem aliquam ligatam reſerua-

re, vel ad Satisfactiones, aut Indulgentias obligare. At impœnitentibus & incredulis ſunt peccata liganda iuxta Scripturas. Ergo pœnitentibus nihil ligatum manet.

Ad Maiorem, *ligare*, non eſſe idem quod, *retinere*. Nam *retinere*, eſt, *non remittere: ligare, vinculum addere*. Porrò in abſolutione nulla retinentur peccata, ſed remittuntur omnia, remanet tamen Satisfactio ſoluenda. Ad Minorem, peccata impœnitentibus non eſſe liganda, quia iam ſunt ligata, vel potius ſunt vincula ipſa. Ad concluſionem negatur, quia etſi pœnitentes ſoluantur, à culpa non tamen à pœna.

[b] Cap. 12. Sexta, [b] Pontificij dicunt pœnitentibus imponi Satisfactorias pœnas, poſt Abſolutionem, relaxandas per Indulgentias. Sed Corinthius inceſtuoſus. 2. Corinth. 2. non fuerat à peccato abſolutus, alioquin non fuiſſet traditus Sathanæ. Ergo ei indulgentias non dedit Paulus, vt Pontificij fingunt.

Ad Maiorem, 1. falſam eſſe. Nam communiter imponuntur Pœnitentiæ ante Abſolutionẽ, quãuis poſtea impleantur: quòd, vt vim habeant debeant in gratia adimpleri. 2. [tranſeat: nec enim vllum inde incommodum ſequitur.]

Ad Minorem, huiuſmodi Corinthium fuiſſe quidem primo impœnitentem, & ideo traditum Sathanæ: poſtea tamen reſipuiſſe vt conſtat ex eodem loco. Atque tunc Abſolutionem & Indulgentiam percepiſſe.

Septima, Paulus nullam impoſuit publicam Pœnitentiam huic inceſtuoſo. Ergo nullam indulgẽtiam dedit.

Reſpondeo, 1. negatur antecedens. Nam iuſſus fuit inceſtuoſus, ab aliis ſeparari, & pœnitentiam agere. 2. Negatur conſequens tum quia dixiſſet alioquin falſo Paulus, ſe cõdonare in perſona Chriſti. [tum quod Indulgentiæ non ſemper pro publicis pœnitentiis dantur.]

Octaua

Octaua, loquitur Paulus de condonatione afferente conſolationem firmam conſcientiis, vt non abſorbeantur à triſtitia. At hæc remiſſio eſt ſimul à culpa, & pœna. Igitur non loquitur de Indulgẽtiis, quæ poſt Abſolutionem à culpa conferuntur.

Reſpondeo 1. falſam eſſe Minorem. Nam loquitur de reconciliatione facienda poſt Contritionem, per Miniſterium Sacerdotum. inceſtuoſus namque ille iam grauem Cõtritionem egerat qua remittitur culpa: periculum tamen erat ne abſorberetur à triſtitia ob dilationem reconciliationis. [2. negatur concluſio, etiam admiſſa Minore. Quia poteſt ſimul tempore morali, dari remiſſio à culpa, & Indulgentia conferri, pro remiſſione pœnæ.]

Nona, certum Pœnitentiæ tempus non præſcripſit Paulus huic Corinthio. Ergo nihil relaxauit.

Tranſeat antecedens: [de præſcriptione expreſſa.] Negatur conſequẽs. ſufficit enim ex Paulo probare Corinthium illum ad agendam pœnitentiam adductum: qua ex parte impletam, reliquam condonauit Paulus.

Decima, quod Paulus condonauerat, condonauerant etiam Eccleſiæ Corinthiorum presbyteri. Ergo tantum poſſunt indulgentias cõcedere preſbyteri, quam Papa.

Reſpondeo, nihil condonaſſe Corinthios niſi ex authoritate Pauli vt patet ex illis: [c] *Nam ego ſi quid donaui, quod donaui propter vos in perſona Chriſti.*

[c] *2. Corinth.* 2. v. 11. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι᾽ ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ.

Vndecima, [d] Scripturæ loca quibus deducunt Pontificij poſſe redimi pœnas pijs operibus, nihil indulgentias iuuant. Sunt enim quinque genera pœnarum. 1. gehennæ. 2. afflictionum ad mortificationem carnis. 4. flagellorum diuinorum. 5. canonicarum pœnarum. primi generis pœnas Indulgentiæ non tollunt, neque ſecundi, & tertij tollere debent: ſunt enim exercitia virtutum: quarti, nequeunt, vt patet. quinti, non ſunt in vſu. Nulla igitur reſtat pœna per Indulgentias tollenda.

[d] CAP. 13.

Reſpondeo 1. pœnas ſponte ſuſceptas non de-

bere relaxari quatenus ſunt exercitia virtutum: poſſe tamen vtiliter remitti quatenus ſunt pœnæ peccatis debitæ. 2. præter has omnes pœnas eſſe, quæ imponuntur à Sacerdotibus in Sacramento Pœnitentiæ: quæque nec imponuntur, nec ſuſcipiuntur, ſed tamen debitæ ſunt peccatis: hiſque omnibus Indulgentias prodeſſe.

Duodecima, [e] Catholici dicunt aliquid defuiſſe paſſionibus Chriſti pro redemptione noſtra, vt Indulgentias aſtruant. 1. ex Coloſſ. 1. [f] *Adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in corpore meo.* 2. ex Bonauentura cum ait: *Satisfactiones Sanctorum applicari ad pretium aliquod ſolutionis pro peccatis: ideò quia pretio Chriſti aliquid defuerit.*

[e] CAP. 14.

[f] *v.* 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία.

Negatur hoc totum, neque Bonauentura hæc habet poſtrema verba: *Quia pretio Chriſti aliquid defuerit.*

Decimatertia, teſtatur [g] Dauid fratrem non poſſe redimere fratrem, quomodo ergo applicantur nobis ſatisfactiones ſanctorum?

[g] *Pſal.* 48. *v.* 8.

Reſpondeo, ſenſum eſſe poſſe. 1. frater non redimit à morte temporali. 2. [h] non redimit à peccato, & gehenna. quis ergo alius homo redimet? 3. [i] ſi frater qui eſt Chriſtus non redimat peccatorem, quis alius redimere poterit? At nos loquimur de Redemptione à pœnis: quam attribuere ſatisfactionibus SS. non magis eſt abſurdum quam quod Auguſtinus [k] ait: *Illi dant precium animæ ſuæ, qui non ceſſant eleemoſynas facere.*

[h] *Baſil. in hũc locum.*

[i] *Auguſt. in hunc locum.*

[k] *ibidem.*

Decimaquarta, [l] per abundãtiam Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. 2. [m] Corinth. 8. Intelligunt Pontificij abundantiam operum ſupererogationis. Sed debet intelligi, de abundantiâ prædicationis. Nam Rom. 15. Paulus de iiſdem eleemoſynis loquens: [n] *Si ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, de-*

[l] CAP. 15.

[m] *v.* 14. *In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.*

[n] *v.* 17. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησε τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι, καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

Digitized by Google

bent & ipſi in carnalibus miniſtrare illis. quid autem per ſpiritualia intelligi velit explicat. 1. Corinth. 9. [o] *ſi ſpiritualia vobis ſeminauimus, quid magni eſt ſi carnalia metamus?*

Ad Maiorem, nullum Catholicorum aſſerere, ibi Paulum agere de operibus ſupererogationis ratione meriti: ſed ſolum inde colligi communicationem bonorum inter fideles.

Ad Minorem negatur. 1. quia ſunt generalia verba, & proinde non reſtringenda ad prædicationem. 2. quia non egebant Corinthij prædicatoribus. [p] *Iam diuites facti eſtis* (inquit Paulus) *in omni verbo, & in omni ſcientia*, &c. 3. quia PP. hanc ſpiritualem abundantiam interpretantur de [q] meritis, [r] precibus, [s] ac ieiuniis.

Ad primum teſtimonium, loqui Paulum de bonis ſpiritualibus in genere. Ad 2. non agere de iſta communicatione bonorum, ſed de ſtipendio Euãgelizantibus debito.

Decima quinta, [t] Cõmunio Sanctorum in Apoſtolico ſymbolo, nequit pro Indulgentijs produci. Nam tria ſignificat. 1. ſocietatem fidelium in eodem ſpiritu Chriſti, & corpore myſtico. 2. communia eſſe fidelibus dona, cœlitus collata. 3. communia eſſe inter ipſos charitatis officia. Ad quod nullum Indulgentiæ reuocari queunt.

Reſpondeo, ſi verum ſit tertium, neceſſario inde deduci vnum membrum poſſe pro alio Satisfacere: propter eandem enim communionem dixit Apoſtolus: [u] *Alter alterius onera portate.*

[o] *v.* 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν.

[p] *v.* 5. ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει, *item* 2. *cap.* 8. *v.* 7.

[q] *Chryſoſt. in hunc locum Theod. Theophyl.*

[r] *D. Thom.*

[s] *Haymo.*

[t] CAP. 16.

[u] *Gal.* 6. *v.* 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε.

Refelluntur obiectiones quibus nititur Kemnitius probare Indulgentias ignotas veteri Eccleſia, per mille ducentos annos.

CAP. XVII. vſque ad XX. incluſiuè.

PRIMA, quia id Durandus, Antoninus, & Roffenſis fatentur.

Reſpondeo. 1. non ideo Indulgentias ſequi ignotas fuiſſe: quia duo, vel tres ex Catholicis eas in veteribus non legerũt. 2. loqui hos DD. tantùm de primis quingentis annis.

Secunda, quia nulla inuenitur Indulgentiarum mentio apud Anſelmum, Rupertum, Bernardum, & Gratianum, qui proximè præceſſerunt annum. 1200.

Reſpondeo, Alexandrum. 3. ſedere cœpiſſe an. 1159. meminit tamen Indulgentiarum, ſicut rei vſitatæ, atque receptæ cap. 1[a] *Quod autem,* Eugenius. 3. ſedit anno. 1145. qui Indulgentias pro bello Sacro publicandas iniunxit [b] S. Bernardo, cũque Petrus Lombardus, & Gratianus eodem floruerunt ſæculo fieri nequit Indulgentias eos ignoraſſe. [c] Paſchalis. 2. (quo tempore florebat Rupertus Tuitiẽſis Abbas) ſedere cœpit an. 1099. is Indulgentias conceſſit. 40. dierum Indulgentias in Concilio Lateranenſi, viſitantibus Apoſtolorum limina Petri & Pauli de Vrbano. 2. quo tempore vixit Anſelmus. Et Gregorio. 7. vide ſupra.

Tertia, quia veteres nondum Indulgentias natas confutarunt. 1. Nyſſenus, qui peregrinationes arguit. 2. [c] Chryſoſtom. [f] Auguſt. [g] Bernardus:

[a] *de Pœnit. & remiſſ.*
[b] *de Conſider. & lib. 3. vitæ cap. 4.*
[c] *Conrad. Abbas Vrſperg. in Chronico.*
[d] *lib. 1. cap. 3.*
[e] *homil. 1. in epiſt. ad Philemon.*
[f] *ſerm de Martyrib. Non dixit Deus* (inquit) *vade in Orientem, & quære Iuſtitiã, nauiga vſque in Occidentem, vt accipias Indulgentiam, dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi, &c.*
[g] *ſerm. 1. de Aduentu.*

qui ad impetrandam peccatatorum veniam, docent, non eſſe, vel pecunias impedendas, vel peregrinationes ſuſcipiendas. 3. Petrus Lombardus, qui 4. diſt. 18. tunc Deum ait tegere Pœnitentium peccata, quando ea minimè ad pœnam reſeruat.

Negatur propoſitio. Ad primam probationem: non [h] damnare Nyſſenum peregrinationes ſimpliciter, ſed quibuſdam perſonis, vt mulieribus.

Ad 2. reſpondeo. 1. loqui de Iuſtificatione, nos de liberatione à pœna. 2. ſolùm velle non eſſe neceſſarias abſolutè ad ſalutem peregrinationes & Eleemoſynas, ſed non ſequitur inde, inutiles eſſe: ſuo enim modo iuuant ad ſalutem.

Ad 3. loqui Lombardum [i] de pœna. Alioquin pœnas poſt culpam luendas, ingenuè agnoſcit. *Qui* (inquit) *ante* (inquit) *expletionem pœnitentiæ diſceſſerint: ignem Purgatorium ſentient & grauius punientur, quam ſi hic impleſſent Pœnitentiam.*

[k] Quarta, olim Indulgentiæ ſolùm erant relaxationes, ſiue moderationes mulctarum canonicarum, quæ in publica erant pœnitentia vſitatæ: ſicut ex Concilijs Ancyrano, Nicæno, & Agathenſi conſtat. At Indulgentiæ Pontificiæ ſunt, per omnia genera cauſarum, ab illis diuerſæ.

Negatur Minor. Nam Indulgentiarum cauſa, velut efficiens, *ſunt Epiſcopi*, & præcipuè *Romanus*, formalis, *ipſa liberatio*, ſiue *iudicialis abſolutio*. Materialis, vel *pœnitens*, vel *pœna relaxanda*, ſiue iniuncta ſit ab Eccleſia, ſiue non. nec enim iniungitur: niſi quia debetur peccato: debetur autem peccato ex natura peccati. cauſa finalis, eſt *gloria Dei*, & *vtilitas Eccleſiæ*. At huiuſmodi cauſas inueniri in veterum Indulgentijs, neque hæretici negabunt: niſi fortaſſe de principali cauſa efficiente, *Pontifice Romano*: ſed cuius primatum [l] tom. 1. ſufficienter probauimus. Eaſdem cauſas in Indulgentiis obſeruari noſtris aſſerimus, nec contrarium probare adhuc valuerunt hoſtes Eccleſiæ.

[h] *vide tom. 1. lib. 3. de cultu SS. cap. 8.*

[i] *ſicut interius* (inquit) *gratia ſua animam illuminat, ita, & ſimul debitũ æternæ mortis relaxat. ipſe enim per ſeipsũ peccata Pœnitentium tegit, & tunc tegit, quando ad pœnam non reſeruat. Et paulo infra. Ita ergo dicit à Deo tecta vt Deus nõ videat, id eſt, æternaliter puniat.*

[k] CAP. 18.

[l] *Controuerſia. 3.*

m CAP. 19. n *circa ann.* 1020.

m Quinta, n Burchardus ex Pœnitentiali Romano teſtatur potuiſſe olim ieiunaturum ex Pœnitentia iniuncta in pane, & aqua, redimere ieiunium recitando genibus flexis 50. Pſalmos, ac eodem paſcendo die, pauperem vnum, aliaſque Pœnitentias alijs ſimiliter mediis licuiſſe redimi. At inde nata eſt opinio, per opera iſta, ſatisfieri Deo pro peccatis, hincque Indulgentiarum abuſus.

Negatur Minor, tum quod Satisfactio corã Deo & Indulgentiæ, à Deo inſtitutionem deſumunt. tum quod ſi in antiqnis relaxationibus pœnarum abuſus non erat, quare nunc erit?

o *apud Burchardum.*

Sexta, o Concilium Cabilonenſe, ſub Carolo Magno, canonem edidit contra ex induſtria peccantes, & ſibi promittentes impunitatem peccandi, propter eleemoſynarum largitionem. Item, arbitrantes ſe à peccatis purgari omnibus, ſi ad loca ſancta, prætextu orationis, pergerent.

Reſpondeo, loqui Concilium aduerſus impœnitentes, qui ob eleemoſynas, vel peregrinationes, putabant ſibi omnia tuta.

p CAP. 20. q *Vnde Stationes dicantur vide tom. 4. lib. 2. de bonis operibus cap. 22.*

p Quinta, B. Gregorius nihil ſcripſit de Indulgentiis q ſtationum Romæ. Ergo falſum eſt, illum indulgentias huiuſmodi inſtituiſſe.

Negatur conſeq. Nam neque Leo. 3. quidquam ſcripſit de Indulgentiis à ſe conceſſis tot Germaniæ locis: de quibus tamen, dubium non eſt. Nam PP. non ſolebant ſcribere de rebus, quæ vſu communi verſabantur: niſi ab hæreticis, aut alia neceſſitate ſimili compulſi.

Sexta, in decreto Concilij Viennenſis, non admittuntur quæſtores ad Indulgentias, niſi literas ſedis Apoſtolicæ, vel proprij demonſtrauerint Epiſcopi. Ergo ſi monſtrent, poterunt, authoritate Apoſtolica, ſuos abuſus circa Indulgentias fouere: quos tamen ibidem Concilium damnat. ſcilicet niſi fiant authoritate Papæ.

Negatur conſeq. propterea enim Concilium voluit eos producere literas, vt deprehenderentur, & extirparentur abuſus.

Septima, de venditione Indulgentiarum ediderunt Extrauagantes Paulus. 2. & Sixtus. 4. mendacium. Nihil enim tale in eorũ inuenitur Extrauag.

Octaua, B. Franciſcum impetraſſe à Deo [r] Indulgentiam plenariam, concedendam tamen per Pontificem Romanum, eſt mera fabula.

Reſpondeo, fabulam equidem eſſe, quod Kemnitius addidit, videlicet Franciſcum dixiſſe, ſigilla Bullæ Indulgentiarum illarum ſtigmata eſſe Franciſci. At hiſtoriam illius impetrationis Indulgentiarum teſtantur liber 2. Chronicorum Ordinis S. Franciſci, [s] Bernardinus, atque [t] Antoninus.

[r] *adeuntibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Angelis, Kalendis Auguſti.*
[s] *to. 1 ſerm. 2.*
[t] *3. par. Sum. hiſtor. tit. 24. cap. 14. § 3.*

QVINTA

CONTROVERSIA

GENERALIS.

Quæ eſt

DE EXTREMA-VNCTIONE,

Ordine, & Matrimonio.

Digitized by Google

INDEX

LIBRORVM ET CAPITVM.

Liber primus.

Qui eſt

De Extrema Vnctione.

Cap. I. & II. PROBATVR *Extrema Vnctio, Sacramentum, ex ſcripturis.*
III. *Soluuntur obiectiones contra teſtimonium Iacobi.*
IV. *Probatur Extrema vnctio, ex traditione veterum.*
V. *Probatur ratione.*
VI. *Soluuntur obiectiones.*
VII. *De materia, & forma huius* Sacramenti.
VIII. *De effectu.*
IX. *De Miniſtro, & ſuſcipiente.*
X. *De Caremonijs.*

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt

De Ordine.

Cap. I. & II. ORDINATIONEM *eſſe Sacramentum ex ſcriptura probatur.*

Digitized by Google

III. *Ex traditione.*
IV. *Ratione.*
V. *Epiſcopalem Ordinationem Sacramentum eſſe.*
VI. *Diaconatum eſſe verè Sacramentum.*
VII. *Subdiaconatum eſſe quoque Sacramentum.*
VIII. *Minores Ordines Sacramenta eſſe.*
IX. *Manus impoſitionem ad eſſentiam Sacramenti pertinere.*
X. XI. *De Effectu, & miniſtro huius Sacramenti.*
XII. *De Cæremonijs.*

LIBER TERTIVS.

Qui eſt

De Matrimonio.

Cap. I. DE *ſtatu quæſtionis, & errores circa Matrimonium.*
II. *Probatur ex ſcripturis Matrimonium eſſe Sacramentum.*
III. *Ex PP.*
IV. *Rationibus.*
V. *Soluuntur obiectiones.*
VI. *De Materia, Forma, & Miniſtro Sacramenti Matrimonij.*
VII. *Omne legitimum Matrimonium inter Chriſtianos eſſe Sacramentum.*
VIII. *Soluuntur obiectiones Cani.*
IX. *De Polygamia multarum vxorum ſucceſſiuè.*
X. *De Polygamia multarum vxorum ſimul.*
XI. *Soluitur argumẽtum ex Patriarcharum exemplo.*
XII. *Matrimonium infidelium, ſolubile eſſe, etiam quoad vinculum.*
XIII. XIV. *De ſolutione Matrimonij fidelium.*
XV. *Sententia de vinculo Matrimonij conſummati fidelium.*

XVI. *Matrimonium fidelium, inſolubile eſſe, quoad vinculum.*

XVII. *Soluuntur obiectiones.*

XVIII. *De impedimentis Matrimonij.*

XIX. *An requiratur conſenſus parentum ad Matrimonium.*

XX. *Soluuntur obiectiones Kemnitij.*

XXI. *De voto, & ligamine.*

XXII. *De Impedimento criminis.*

XXIII. *De cultus diſparitate.*

XXIV. *Gradus cognationis.*

XXV. *Sententiæ de impedimento cognationis.*

XXVI. *Prima propoſitio. Ratio ſupputandi gradus cognationis, qua vtuntur ſacri canones, optima eſt.*

XXVII. *Secunda propoſitio. Non omnia Leuitici præcepta, de gradibus cognationis, ſunt de iure naturæ.*

XXVIII. *Tertia propoſitio. Primus gradus conſanguinitatis in recta, & tranſuerſa: & primus affinitatis in recta, ſunt de iure naturæ, ac indiſpenſabiles ab homine.*

XXIX. *Quarta. Rectè ab Eccleſia prohibentur connubia, vſque ad 4. vel 7. gradum.*

XXX. *Quinta. Cognatio ſpiritualis, & legalis: publica honeſtas, ſiue iuſtitia: & affinitas ex fornicatione, meritò ab Eccleſia, inter impedimenta Matrimonij referuntur.*

XXXI. *De vetito Eccleſiæ, & tempore feriato.*

XXXII. *De iudice cauſarum Matrimonialium.*

XXXIII. *De Cæremonijs Sacramenti Matrimonij.*

DE SACRAMENTO
EXTREMÆ VNCTIONIS.
Liber vnicus.

Probatur Extrema vnctio Sacramentum, ex ſcripturis.

CAP. I. & II.

EXTREMAM [a] oppugnarunt vnctionē [b] waldenſes, apud [c] Æneā Syluium: Albigenſes, [d] apud Antoninū: [e] wiclef, Lutherus, Caluinus [f] 4. inſtit. [g] Kemnitius [h] Melancthon, [i] Brentius, [k] Magdeburgenſes. Probatur tamen ex ſcripturis Sacramentum eſſe.

Primò, [a] inſinuatum ſiue adumbratū fuit Marci 6. [b] quo Apoſtoli vngebant oleo, & curabant infirmos.

[a] CAP. I.
[c] *lib. de Origine Bohemorum cap. 35. & apud Guidonē Carmelitam, in Summâ de hæreticis.*
[d] *par. 4. tit. 11. cap 7. §. 5 ſummæ Theolog.*
[e] *4. Trialogi 25. & apud waldenſ. tom. 2. de Sacram. cap. 163.*
[f] *cap. 19. §. 18. 19. 20 21.*
[g] *2. par. Exami. a pag. 1102. ad 1135.* [h] *in locis, titul. de Vnctione.*
[i] *Confeſſ. witemberg. cap. de Extrema Vnctione.*
[k] *Centur. 7. & ſeqq. cap. 6. de ritu viſitationis infirmorum.*
[a] *waldenſ. ſup. Alphon. à Caſtro lib. de hæreſib. verbo. Extrema Vnctio. arbitrantur in illo Marci loco, agi reuera, de Sacramento Vnctionis. Sed verior eſt Sententia Taperi explic. ar. 12. Ianſenij in 6. Marci, & aliorum, inſinuari quidem Sacramentum Vnctionis, non tamen ibi propriè Sacramentum eſſe.*
[b] *verſ. 13.*

Digitized by Google

Secundò, Iacobi 5. [c] *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ,* Ecce proprij miniſtri: *Et orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.* Ecce promiſſio gratiæ, cum diuina inſtitutione. Nec enim tam conſtanter, id aſſereret Iacobus, niſi Dominus inſtituiſſet, & mandaſſet. Hic ritus, eſt in Teſtamento nouo, vt patet, atque perpetuus. Nam Apoſtolus abſolutè, pro quocumque tempore, dixit: *Infirmatur quis.* Promiſſio eſt quaſi veſtita Symbolo, ita vt intelligatur gratia dari cùm Symbolum exhibetur. Ad eum enim planè modum dicitur: *Vngentes eum in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis,* &c. atque Marci vltimo: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit.*. Promiſſio non eſt cuiuſlibet gratiæ, ſed remiſſionis peccatorum: nec tantum generalis eſt ſed in particulari dicitur: *vngentes eum.* At præter has conditiones nulla reſtare poteſt, ad legitimam Sacramenti nouæ legis rationem. Ergo Extrema Vnctio tale Sacramentum eſt.

[c] v. 14. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσκαλεσάτω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. v. 15. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος. κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Soluuntur obiectiones contra teſtimonium Iacobi.

Cap. III.

Prima, epiſtolam Iacobi canonicam non eſſe. Reſponſio, tom. 1. lib. 1. de verbo Dei cap. 18.

Secunda, nullam habuiſſe Iacobũ authoritatem Sacramenta inſtituẽdi. Reſpondeo, nec etiam inſtituiſſe: ſed ſolùm promulgaſſe.

Tertia, loqui Iacobum de vnctione ad curandos corporales morbos, vel olei virtute, vel dono miraculorum vel vtroque ſimul 1. quia Iacobus ex Marci 6. accepit, qui vnctionis tantum meminit ad

corporales morbos. 2. quia vtitur Iacobus vocibus, ἐγείρω, & ἰάομαι, pertinentibus ad corporalem ſanitatem. 3. ſolis ſui temporis hominibus loquitur, tunc cum gratia ſanitatum vigebat: nullâ enim particulâ ſignificauit hunc ritum ad poſteros tranſire ſicut ſignificatur de Baptiſmo Math. vlt. *Ecce vobiſcum ſum*, &c.

Contra 1. nequit de curatione naturali loqui, tùm quòd oleum minimè valeat ad quoſuis infirmos curandos. tum quia ſibi fidem Apoſtoli abrogaſſent, ac Dei donum obſcuraſſent. 2. nec loquitur de miraculorum dono. tum quia, illud extenderet ad quoſlibet corpore miſeros, vt cæcos, ſurdos *&c.* tum quia, dixiſſet introducendos, non ſimpliciter Preſbyteros, ſiue Seniores, ſed quos [a] dono pollere miraculorum conſtaret. tum quod, veriſimile non eſt iuſſiſſe fidelibus Apoſtolum, miracula quærere. *ſigna* enim *infidelium ſunt, non fidelium*, tum quòd donum miraculorum, per ſolum oleum, non fit. [c] nulla ergo ratio erat, cur hæc præſcriberetur materia. tum quia, cum ait. *Et oratio fidei ſaluabit*, &c. ſi de curatione corporali, per donum miraculorum intelligatur, nulli Apoſtolorum tempore exceſſiſſent à viuis, niſi qui Iacobo non obediuiſſet. tum quia illud: *Et ſi in peccatis fuerit dimittentur ei.* nequit ad ſanitatem corporalem referri: tum denique, quod nihil præcedat, aut ſubſequatur in hac epiſtola, quin ad nos etiam pertineat, quidni quoque & illud de vnctione? At donum curationum iam raro habetur.

[a] *quod ad ſolos Presbyteros, ſiue Seniores nō reſtringitur.*

[c] *nec refert oleo ſignificari Spiritum ſanctum cuius virtute miracula fiunt.* 1. *quia ſi ideo adhibēdū oleū foret, deberet etiam adhiberi ad quæcumque miracula. At nullibi conſtat adhibitum fuiſſe, in ſuſcitatione mortuorum.* 2. *quia ſignificat etiam aqua* SS^tum. *Ergo non maior ratio erat cur oleum, quam aqua proponeretur*

Ad primam probationem. 1. negatur, niſi eo modo quo dicuntur idem figura, & figuratum. 2. etſi admitteretur, negaretur tamen Marcum, loqui de ſola curatione corporali: quamuis non expreſſerit omnia ad rationem Sacramenti ſpectantia, ſed ſint à Iacobo petenda.

Ad 2. reſpondeo 1. pro his duobus verbis, eſſe integram ſententiam ad curationem animæ ſpectantem, nimirum: *ſi in peccatis fuerit remittentur ei.*

2. ἐγείρειν per Metaphoram, ſcripturis familiarem, [d] ſignificare etiam, *pellere mærorem, negligentiam, ſoporem animi*, verbum autem, ἰάω, hîc non habetur, ſed infra, cum ait Iacobus: [e] *Orate pro inuicem vt ſaluemini.* quo loco dubitari non poteſt quin ad ſalutem referatur animi. Neque id nouum [f] in ſcriptura.

Ad 3. negatur. Ad rationem, non eſſe neceſſe poni in ſcriptura expreſſum verbum, denotans perpetuitatem. (Nam nec de Baptiſmo habetur: illud enim: *Ecce ego vobiſcum ſum*: neceſſario non refertur ad Baptiſmum) ſed ſufficit, id colligi ex ſcriptura, & Eccleſiæ vſu.

Quarta, quidquid ſit, alius fuit ritus inungendi, de quo Iacobus agit, a ritu vnctionis huiuſce tẽporis. 1. quia iubet inungi quoſlibet infirmos, nos vero non niſi ſemimortuis vnctionem damus. 2. iubet vocari Seniores Eccleſiæ, nos niſi vnum preſbyterum vocamus. 3. loquitur de ſimplici oleo, nos oleo vtimur benedicto. 4. non præcepit in qua parte debeat inungi ægrotus, nos certa membra deſignamus. 5. voluit dari ad ſalutem corporis, nos ad ſalutem animæ 6. quia effectum vnctionis tribuit Iacobus orationi, nos vnctioni, nec effectum volumus pendere à merito miniſtri. 7. quia Sigibertus ſcribit, vnctionem noſtram, fuiſſe ab Innocentio 1. inſtitutam.

Negatur Propoſitio. Ad primam probationem Reſpondeo 1. ἐγερεῖ κάμνοντα, proprie ſignificare, *excitabit, grauiter deficientem* nam κάμνειν ita deficere eſt, vt κάμνοντες, dicantur mortui. 2. non eſt veriſimile voluiſſe Iacobum Chriſtianos, ad remedia recurrere ſupernaturalia, niſi graui cum neceſſitate. 3. ſi ad quoſlibet ægrotos vult Iacobus vnctionem ſpectare, quare aduerſarij nec vnum inungunt?

Ad ſecundam, nomen Senioris, ſiue Presbyteri fere accipi vbique in Teſtamento nouo, pro Eccleſiaſtico miniſtro. Iacobus autem, non tam fuit

[d] Rom. 13. ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. *hora nos iã de ſomno excitari. Epheſ. 5. v. 14. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus* ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

[e] v. 16. εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε.

[f] *Pſal. 146. v. 3. & 1. Petri 2. v. 24.* οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε. *Cuius liuore ſanati eſtis.*

de numero, quam de qualitate perſonæ ſollicitus: Ita enim, cum dicimus confitendum eſſe Sacerdotibus: non ſignificamus, debere coram omnibus Sacerdotibus confeſſionem fieri, ſed coram vno de Sacerdotum numero.

Ad tertiam, & quartam, alloqui Iacobum ægrotos, quorum non intereſt ſcire, quale debeat oleum eſſe, aut qua parte vnctio fieri. Etſi autum hac de re nihil præſcripſerit Iacobus, ſufficit tamen Eccleſiæ conſuetudo. Ad 5. reſponſio [g] ſupra. Ad 6. orationem fidei non ſignificare orationem procedentem à fide Miniſtri, ſed quæ ſit per fidem credenda dictata à Deo, ita verò vnctioni tribuimus effectum, vt non excludamus verbum, quia vtrumque requiritur ad Sacramentum, & Sacramenti producendum effectum. Ad 7. ſolùm referre Sigibertum quæ ipſe Innocentius habet epiſtola 1. cap. 8. qua equidem ait: *Vnctionem infirmorum, cuius morem explicat Iacobus, eſſe Sacramentum*, à ſe autem inſtitutum, Innocentius [h] non dicit.

[g] *in reſponſ. ad tertiam.*

[h] *imo potius contrarium ait, cum Iacobi teſtimonium producat & Vnctionem Sacramentum dicat.*

Probatur ex traditione veterum.

CAP. IIII.

PRIMÒ, Innocent. [a] 1. & [b] 3. diſertè aſſerunt Extremam vnctionem Sacramentum eſſe.

Secundò, [c] Nicænum Concil. 1. mentionem olei infirmorum facit illudque à Chriſmate, & Catechumenorum oleo diſtinguit.

Cabilonenſe [d] 2. [*Secundum B. Apoſtoli Iacobi documentum, cui etiam decreta PP. conſonant, infirmi oleo, quod ab Epiſcopis benedicitur, à presbyteris vngi debent*, &c. *Non eſt itaque parui pendenda huiuſmodi medicina, quæ animæ, & corporis medetur languoribus.*] [e] Wormacienſe

[a] *ſupr.*
[b] *cap. cum veniſſet, de Sacra Vnctione.*
[c] *ex Arabico Latinum factũ can. 69.*
[d] *can. 48.*
[e] *can. 72.*

macienſe renouat decretum Innocentij. 1. [f] Meldenſe iubet feriâ 5. in cœna Domini parochos accipere ab Epiſcopo ampullam olei ſancti, pro infirmis inungendis, iuxta traditionem Apoſtolicam. Aquiſgranenſe [g] mouet, ne hoc Sacramentum negligatur, in quo ſaluatio continetur infirmorum. Idem Moguntinum ſub [i] Rabano. [Trident. ſeſſ. 14. can. 1. *Si quis dixerit Extremam vnctionem non eſſe verè propriè Sacramentum, à Christo Domino noſtro inſtitutum, & à beato Iacobo Apoſtolo promulgatum, ſed ritum tantum acceptum à PP. aut figmentum humanum, Anathema ſit.*]

Tertiò, [k] Origen. & [l] Chryſoſt. aſſerunt debere omni tempore presbyteros facere, quod ſcribit Iacobus. Auguſtinus in ſpeculo ſententias inſerés ſcripturæ, quæ nobis omni deſeruiunt tempore, etiam aſcripſit hanc Iacobi: *Infirmatur quis in vobis,* ſem. 215. de tempore mouet ægrotantes, [m] vt præceptum Iacobi ſeruent.

Quartò, [n] Alcuinus [o] Amalarius, [p] Petrus Damianus, [q] Bernardus, Petrus Lombardus cum Scholaſticis. 4. diſt. 23. vnctionem inter vera Sacramenta numerant.

Quintò, Eccleſia Græca, ſuos non accepit ritus à Romana & tamen 1. vnctionem inter Sacramenta ſine vlla cõtradictione recepit in Concil. Florẽt. decreto vnionis. 2. [r] Hieremias Patriarcha dictus Conſtantinopolitanus, [s] Simeon Theſſalonienſis, [t] Nicolaus Cabaſilas, & Ἐυλόγιον, ſiue liber ritualis Græcorum, vt verum Sacramentum admittunt.

[f] *apud Bochardum lib. 4. can. 75.*
[g] *can. 8.*
[i] *can. 26. Flor. decreto vnionis, inter Sacramẽta numerat.*
[k] *homil. 2. in Leuitic.*
[l] *lib. 3. de Sacerdotio.*
[m] *Idem Beda in 6. Marci, & 5. Iacobi, Theophyl. in 7. Mar. Oecum. in 5. Iacobi.*
[n] *lib. de officiis diuinis. cap. de infirmis.*
[o] *1. de offic. Eccleſ. 12.*
[p] *ſerm. 1. dedicatione templi.*
[q] *in vita Malach.*
[r] *in reſponſionẽ ad Confeſſionẽ Lutheranor.*
[s] *lib. de Septẽ Sacram.*
[t] *expoſitione Sacræ Liturgiæ cap. 26.*

Probatur ratione.

CAP. V.

DOMINVS [a] inſtituit Sacramenta quibus iuuaremur in Eccleſiæ ingreſſu,& progreſſu. Igitur credendum eſt inſtituiſſe aliquod, quo iuuaremur in egreſſu militantis Eccleſiæ, per temporalem mortem, cum tunc fortius impugnent hoſtes,nos ſimus imbecilliores,maiorique egeamus auxilio.

[a] *eſt Concilij Trident. ſeſſ. 14. doctrinâ de Sacramento Extremæ Vnctionis.*

Reſpondet [b] Kemnitius, ſufficere verbum Dei, & memoriam Baptiſmi,ac Euchariſtiæ: quæ quocumque tempore poteſt excitare fidem.

[b] *initio Cenſuræ ſuæ in decreta Concilij de Extrema Vnctione.*

Contra.1.nec etiam opus eſſet Euchariſtia, quia ſufficeret memoria Baptiſmi. 2. ſicut quia poſt Baptiſmum minuitur variis huius anfractibus vitæ feruor, initiò acceptus, inſtitutus eſt cibus ſpiritualis, nimirum Euchariſtia, ad reſarciendas vires: ita in exitu vitæ,conueniens fuit inſtituere ſpeciale auxilium ad ſuperandas, quæ tunc difficultates occurrunt: maximè cum nequeat ſemper Euchariſtia haberi.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VI.

PRIMA, Si Vnctio infirmorum Sacramentum eſſet,haberet infallibilem effectum.Sed non habet: quia pauciſſimi ſanantur morbo corporali.

Ad Minorem,effectum huius Sacramenti principalem eſſe ſanationem animæ,corporis enim ſanitas, non niſi conditionaliter includi-

tur, nimirum, ſi expediat ſaluti animæ.

Secunda, ſi, quia Apoſtoli vngebant oleo ægrotos, licet colligere Sacramentum vnctionis. Igitur & ex luto, ac ſputo, vel aqua Siloë, in Euangelio. 1. non [a] admittitur antecedens. 2. eo admiſſo, negatur conſequens, quia luti, ſputi, & ſimilium cæremoniæ nullam habent ſpiritualis gratiæ promiſſionem, nullum deſignatum miniſtrum, nec conſtat frequentandas eſſe. Quæ omnia tamen inueniuntur in illa Apoſtolorum vnctione. Quod enim omiſit Marcus, expreſſit Iacobus.

[a] *Nec enim dicimus exprimi Marci 6. Sacramentũ Vnctionis.*

Tertia, qui primi per modum Sacramenti ſunt vſi cæremonia vnctionis, fuerunt Valentiniani hæretici.

Reſpondeo [b] 1. Valentinianos non vnxiſſe infirmos, ſed reuera mortuos. 2. vngebant aqua, & oleo ſimul mixtis, vt eſſet loco Baptiſmi huiuſmodi vnctio. 3. negatur ſimpliciter propoſitio. Nam ante Valentinianos vſa eſt Eccleſia vnctione Sacramenti Iacobi 5. Nec à gentibus potuit hic mos emanare, tum quod potius imitata fuiſſet Eccleſia Iudæos Gẽtilibus antiquiores: tum quod Chriſtus, vnctionis author, abſolutè poſſit quidlibet, ſine vlla imitatione, inſtituere.

[b] *Epiph. hæreſi 36.*

Quarta, initio Apoſtoli vngebant, ſimplici oleo, ægrotos: deinde cœpit benedictio olei introduci, ad curandos morbos: cumque miraculorum donum ſiluiſſet, ne videretur inanis huiuſmodi cœremonia, Fœlix 4. ſtatuit vnguendos eſſe infirmos: id eſt, tranſiit hæc cæremonia in Sacramentum.

Negatur totum. 1. quia [c] Clemens, [d] Baſilius, [e] & Beda, tribuunt Apoſtolis benedictionem olei. 2. quia Fœlicem 4. non inſtituiſſe morem vnguendi infirmos conſtat ex vita, & [f] epiſtola eius. 3. quia vſus olei ad miracula, in Sacramenti rationem non tranſijt: ſed potius, [g] quia, ex Sacramento olei ſæpiſſimè contingebant miracula, propterea SS. PP. vſi ſunt oleo ad miracula poſtea patranda.

[c] *8. conſtit. 35.*
[d] *lib. de Spiritu ſancto cap. 27.*
[e] *in 5. Iacobi.*
[f] *1. quæ eſt de vnctione Altarium.*
[g] *ſicut, quod curarentur aliquando per Ba-*

ptiſmum homines ab ægritudine: teſte Aug. epiſt. 23. propterea multi cœperunt vti aqua benedicta ad curandos morbos.

Quinta, nulla extant exempla vnctionis ægrotantium Sanctorum.

Reſpondeo, non ſolere exempla rerum quotidianarum deſcribi.

De materia, & forma huius Sacramenti.

CAP. VII.

MATERIA, eſt *oleum oliuæ ab* [a] *Epiſcopo benedictum*, eſſentiali neceſſitate, non [b] accidentaria. Forma, ſunt illa verba: *Per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per viſum*, &c.

In qua forma explicantur omnia ad formam Sacramenti requiſita. *Miſericordia Dei*, vt principalis cauſa: *vnctio*, vt inſtrumentalis: *remiſsio peccati*, vt principalis effectus: & *ſanitas corporis*, quæ inde [aliquando] fluit.

Non ſunt autē numerãdæ ſyllabę, quaſi ſingulæ de eſſentia: ſolùm enim ad eſſentiã pertinet, ea ſententia, quæ formam habet deprecatoriam, cum Iacobus dicat: *Orent ſuper eum*, determinatque vnctionem ad proprium huius Sacramenti effectum.

Non tamen prætermittendæ ſunt, quia ab Eccleſia præſcriptæ.

Forma deprecatoria eſt. quia hoc Sacramētum, eſt Pœnitentiæ Sacramenti complementum, & quaſi Pœnitentia quædam infirmorum, qui cum per ſe opera Pœnitentiæ nequeant agere, ſola Dei miſericordia nituntur id quod optimè per formam deprecatoriam explicatur.

[a] *[Gregor. à Valēt. in 3 par. q. 1. de Sacram. vnct. punct. 2. arbitratur ſufficere poſſe ex cōmiſsione Pōtificis oleum benedictū à preſbytero, ſequutus Sotum, in 4. d. 23. q. 1. Victoriam q. 216. de Sacrament. & Palud. in 4. d. 23. q 1. ar. 1. in fine.]*

[b] *ſicut contigit in aqua Baptiſmi.*

De effectu huius Sacramenti.

CAP. VIII.

DVPLEX eſt. 1. [b] *Sanitas corporis.* 2. *Abſterſio reliquiarum peccatorum.* Quæ ſint autem non conſtat.

Quidam volunt eſſe venialia peccata. Contra. 1. poſſunt ſine Sacramento deleri. 2. ad ea delenda non requiritur noua infuſio gratiæ, quæ tamen eſt omnium Sacramentorum effectus. 3. nulla eſſet ratio, quare Iacobus dixiſſet, *ſi in peccatis fuerit*; omnes enim habent venialia. 4. vnde reſtringitur ad venialia, quod Iacobus generatim vocauit peccatum, quodque in forma diximus: *quidquid deliquiſti?*

Alij pronitatem, ſiue habitum ex peccato relictum intelligunt. Contra. 1. huiuſmodi habitus non eſt proprie peccatum. 2. non deletur per hoc Sacramentum. Sæpè enim qui conualeſcunt, æquè proni ſunt ad peccandum.

Reliquiæ ergo iſtæ ſunt. 1. [c] peccata omnia, ſiue mortalia ſiue venialia oblita, vel ignorata, quibus tamen re vera tenetur ægrotus: hæc enim ſoluuntur, niſi obex ponatur ex parte ſuſcipientis. tum quia Iacobus abſolutè dicit: *ſi in peccatis fuerit,* &c. tum quia Concil. Florent. docet huius Sacramenti effectum animæ ſanationem eſſe. tum quia Trident. Concil. ſeſſ. 14. cap. 2. *Si quæ delicta ſint* (inquit) *adhuc expianda abſtergit,* & forma Sacramẽti.

[a] [*tom. 1. lib. 2. de verbo Dei cap. 14. aliter diſtribuit effectus huius Sacramenti, tres enim aſsignat ex ſententia cõmuni 1. remittere peccata, quem effectum habet Vnctio Extrema communem cum aliis Sacram. 2. hominem mœſtitia oppreſſum exhilarare. 3. interdum corporaliter ſanare.*]

[b] *ſi expediat.* [*Concil. Florent. in decreto Vnionis: effectus* (inquit) *eſt mentis ſanatio: in quantum autem expedit, ipſius etiam corporis.*]

[c] *Concil. Trident. ſeſſ. 14. can. 2. de Extr. Vnctio. Si quis dixerit Sacram infirmorum Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, ſed iam ceſſaſſe, quaſi olim fuerit tantum gratia curationum, Anathema ſit. Hæc Concil. quod ſi non adſint peccata, augebitur gratia.*]

Digitized by Google

talis: *quidquid deliquiſti per viſum, tactum*, &c. tum quia inunguntur quinque ſenſus, quaſi quinque omnium oſtia peccatorum. 2. Nomine *Reliquiarum peccati*, intelligitur torpor, mœror & anxietas ex peccato relicta, & maximè homini, morti vicino inquieta.

Obijcitur: Omnia Sacramenta remittunt peccata oblita, vel ignorata non ponenti obicem. Ergo non eſt proprium huic Sacramento.

Negatur conſequens, quia hoc Sacramentum ea remittit peccata per ſe: ad hoc enim inſtitutum eſt in fine vitæ, non autem Sacramenta cætera.

De Miniſtro, & ſuſcipiente hoc Sacramentum.

CAP. IX.

MINISTER eſt quicumque Sacerdos, ita enim omnia [a] Concila & PP. citati.

Obijcitur Innocent. I. ſupra, docens oleo ſancto poſſe vti non ſolum Sacerdotes, ſed etiam Laicos.

Reſpondeo, ſenſum eſſe: *Non tantum Sacerdotes poſſe inungi oleo, ſed etiam Laicos.* Vult enim demonſtrare vnctionem, non tantum ad Ordinationem, ſed etiam ad aliud Sacramentum ſe extendere.

Suſcipiens debet eſſet Chriſtianus, infirmus grauiter, & adultus, nec amens: (Infantes enim & mente capti, reliquias peccatorum non habent,) non excommunicatus, confeſſus, & abſolutus, ſi conſtaret eum teneri peccato.

[a] [*Concil. Trident. ſupr. can.* 4. *Si quis dixerit presbyteros Eccleſiæ, quos B. Iacobus adducẽdos eſſe, ad infirmum vngendum hortatur, non eſſe Sacerdotes, ab epiſcopo ordinatos, ſed ætate ſeniores in quauis communitate, ob idque proprium extremæ Vnctionis miniſtrum, non eſſe ſolùm Sacerdotem, Anathema ſit. Porro Gregor. à Valent. ſup. punct.* 3. *hanc definitionẽ huius Sacram. ponit. Sacrum ſignum in Vnctionem infirmorum ſub præſcripta verborum formâ, ad ſanitatem mentis, & corporis diuinitus inſtitutum.*]

De Ceremoniis.

CAP. X.

PRIMA, recitatio litaniarum, & aliarũ precum, ante vnctionem.

Secunda. Vnctio ſeptem corporis partium: oculorum aurium, narium, oris, manuum, propter quinque ſenſus: Renum propter concupiſcentiam, & pedum, ob vim progreſſiuã, & executiuam. Ita Conc. Florentinum.

Quidam arbitrantur, nullam harum vnctionum eſſentialem eſſe, ſed ſufficere quouis loco inungi ægrotum. Hæc opinio ſingularis eſt, & ideo minus tuta.

Quidam exiſtimant omnes eſſentiales eſſe. Cõmunior opinio vult ad eſſentiam ſolum pertinere quinque vnctionem ſenſuum, ibi enim omnium origo peccatorum, ſiquidem vis appetitiua pendet à cognoſcitiuâ: progreſſiua vero ſiue executiua ab vtrâque. Concil. autem non mandat omnes illas inungi partes, ſed ſolum enumerat ſolitas inungi.

LIBER SECVNDVS.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

[a] *Ordinationem eſſe ſacramentum ex ſcriptura probatur.*

CAP. I. & II.

[b] NEGANT [c] Lutherus, [d] Illyricus, [e] Kemnitius. Admittit [f] Caluinus, [g] Melancton verò negat, ſi Ordo accipiatur pro Sacerdotio: ſi autem pro miniſtrorum Ordinatione, admittit. [h] Probatur noſtra propoſitio.

Actor. [i] 6. [k] 13. & [l] 1. Timoth. 4. habetur Ordinatio per manuum impoſitionem. Ecce ritus, externumque ſymbolum. 1. Timoth. 4. [m] *Noli negligere gratiam* (inquit Paulus) *quæ data eſt tibi, cum impoſitione manuum*, &c. & 2. Timoth. 1. [n] *Adhanc ita definit ſiue deſcribit Valent. ſup. q. 1. de Ordine punct. 1. eſt cæremonia quædam, ſeu ritus, quo poteſtas alicuius Eccleſiaſtici Miniſterij ſignificatur, & datur, vt ritè, ac reuerenter Sacramentum Corporis, & Sãguinis Chriſti celebrari poſſit*

[a] [*hanc ita definit ſiue deſcribit Valent. ſup. q. 1. de Ordine punct. 1. eſt cæremonia quædam, ſeu ritus, quo poteſtas alicuius Eccleſiaſtici Miniſterij ſignificatur, & datur, vt ritè, ac reuerenter Sacramentum Corporis, & Sãguinis Chriſti celebrari poſſit*]

[b] CAP. I.

[c] *lib. de Capt. cap. de Ordine.*

[d] *Confeſſ. Antuerpienſ. cap.* 11.

[e] 2. *par. Exam. diſput. de Sacrament. Ordinis.* [f] 4. *Inſtitut.* 14. §. 20. & *cap.* 19. §. 31. [g] *in locis anni* 36. 52. 58.

[h] CAP. II. [i] *verſ.* 6. *quo Diaconi ordinantur.*

[k] *verſ.* 3. *quo Paulus, & Barnabas ordinantur epiſcopi.*

[l] *verſ.* 14. [m] μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοὶ, διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

[n] *v.* 6. ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου.

moneo te vt reſuſcites gratiam,&c. Ecce gratiæ promiſſio. Actor. 13. *Segregate mihi Saulum & Barnabam*, &c. ait Spiritus ſanctus. & cap. 20. *In quo vos* (inquit Paulus) *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos*,&c. Ecce mandatum, & inſtitutio. hæc autem tria ſufficiunt ad nouæ legis cōſtituendum Sacramentum vt aduerſarij fatentur. Ergo,&c.

Reſpondet [o] Kemnitius, primò, *manuum impoſitionem*, fuiſſe cæremoniam tātum deprecatoriam, qua ſolerent Apoſtoli alios commendare Deo.

[o] *ſupr.*

Contra. 1. ſcriptura in Ordinatione. 1. Timoth. 4. & 5. ac 2. cap. 1. non meminit deprecationis. 2. diſtinguitur: Actor. 6. oratio ab impoſitione manuum: [p] *καὶ προσευξάμενοι, ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας*: *Et cum oraſſent, impoſuerunt eis manus*. 3. illa Pauli verba: [q] *Nemini cito manum impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis*: nequeunt exponi de oratione. Nec enim communicat alterius peccato, qui pro peccatore orat: ſed benè, qui indignum ordinat. 4. quamuis hic ritus eſſet deprecatorius, nō propterea tamen careret veritatione Sacramēti. Nam & paſſim verba Sacramentorum, à veteribus dicuntur myſticæ preces.

[p] *& cap. 13. v. 3. Ieiunantes, & orantes, imponentéſque illis manus dimiſerunt eos.*

[q] *1. Timoth. 5. v. 22.* χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

Reſpondet ſecundò, hanc promiſſionem, non eſſe iuſtificantis gratiæ.

Contra. vel Kemnitius contendit omne Sacramentum eſſe inſtitutum ad remiſſionem peccati, vel ſatis eſſe conferre gratiam gratum facientem. Si prius, inueniet Euchariſtiam Sacramentum non eſſe. Si poſterius, id in Ordinatione reperiet. 1. quia Dominus conferens poteſtatem remittendi peccata, quæ eſt Sacerdotij pars, dixit *Accipite Spiritum ſanctum*: non ſolet autē Spiritus ſanctus abſolute vocari donum gratiæ gratis datæ, quod cum peccato conſiſtere poteſt. 2. Paulus explicans gratiam in Ordinatione collatum: [r] *Non enim* (inquit) *dedit nobis* (Epiſcopis) *Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis*.

[r] *2. Timoth. 1. v. 7.* οὐ γὰρ ἔδωκεν ὑμῖν ὁ θεὸς πνεῦμα δειλίας,

Reſpondet tertiò, nullum haberi mandatum or-

ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ.

dinandi miniſtros,certo aliquo ritu. tum quia,ſine vlla cæremonia Apoſtolos ordinauit Dominus. tum quod, nuſquam Apoſtoli tradiderunt ſe huiuſmodi accepiſſe mandatum.

[a] *vt conſtat 1.Timoth. 4. & epiſt.2.ca.1.*

Contra. nemo poteſt ad certum aliquem ritum alligare gratiam, niſi Deus. [a] Eſt autem alligata manuum impoſitioni. Ergo huius cæremoniæ ſolus author eſt Deus.

Ad primam probationem. 1. Dominum potuiſſe, pro libito ſuo, Ordinare miniſtros. 2. etſi minimè ſcriptum ſit,impoſuiſſe manus, non ſequi tamen, reuera non impoſuiſſe.

Ad ſecundam,negatur: quia tradiderunt ore.

Probatur ex Traditione.

CAP. III.

[a] *epiſt.18. cap. vlt.*

[b] *ex illa collatione Ordinis cum Baptiſmo, vero Sacramẽto, ſatis oſtendit ſe Ordinationẽ, vt verũ agnoſcere Sacramentum.*

[c] *epiſt.81.epiſt. verò 87.de Ordinatione loquens: Qui diſſimulare audeat* (inquit) *quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam.*

INNOCENT. I. [b] conferendo Ordinationem cum Baptiſmo, docet baptizatos ab hæreticis recipi, ſed non Ordinatos (ſcilicet quoad executionem Ordinum) quia ſolum Baptiſma dare permittuntur hæretici.

[c] Leo 1. vocat Ordinationem Sacramentum & à ieiunis præcepit,tum dandum,tum accipiendum, in veſpera Sabbathi ſolùm, ſummâ cũ deuotione.

[d] Anaſtaſius. 2. *Nullum de his quos vel baptizauit Acacius,vel quos Sacerdotes,ſiue Leuitas,ſecundum canones ordinauit,vlla eos,ex nomine Acacij,portio læſionis attingit,quo forſitan per iniquum tradita Sacramenti gratia,minus firma videatur.*

[e] Gregorius 1.*qui promouetur, benè foris vngitur, ſi intus virtute Sacramenti roboretur.*

[d] *epiſtol. ad Anaſtaſium Imperatorem, cap. 7.*

[e] *lib. 4. in libros Reg. cap. 5.*

Concilium Chalced.can.2. [f] damnat accipientes pecunias pro Ordinatione, quia cenſentur gratiam Dei vendere. Florentinum, in decreto vnionis: [*Sextum Sacramentum eſt Ordinis* (inquit) *cuius materia, eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo. ſicut presbyteratus, traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem*, [g] &c. *Forma Sacerdotij talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti. Ordinarius miniſter huius Sacramenti, eſt Epiſcopus, effectus, augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter.*

Trident.ſeſſ.23.can.3. ſi quis dixerit Ordinem ſiue Sacram Ordinationem, [i] &c.]

Dionyſius 5. Eccleſ. hierarchiæ, de ritu Ordinandorum agit: ſatiſque oſtendit eo ritu conferri gratiam: & proinde Sacramentum eſſe.

Martyrius, [k] apud Sozomenum: *Tu* (alloquitur Nectarium) *ô beate, recens baptizatus, & purificatus, & mox inſuper Sacerdotio auctus es: vtraque autem hæc peccatorum expiatoria eſſe Deus conſtituit.*

[l] Chryſoſtom. *Sacerdotium in terra peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt*, [m] &c. [n] Tharaſius idem aſſerit quod Concil. Chalcedonenſe ſupra. [o] Theodoret, & [p] Theophyl. apertè dicunt conferri in Ordinatione gratiam Spiritus ſancti.

Author ſermonum de operibus Cardinalibus, apud Cyprianum: *Docemur* (inquit) *quæ ſit Baptiſmi, & aliorum Sacramentorum ſtabilitas*, & infra. *Nam Baptiſmum repeti Eccleſiaſticæ prohibent regulæ: & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere, nemo Sacros Ordines ſemel datos, iterum renouat.*

[f] *idem, Bracarenſe.2.can.3.*

[g] *Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui, cum patenâ vacuâ ſuperpoſitâ traditionem.*

[i] *non eſſe verè, ac propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum eligendi miniſtros Verbi Dei, & non Sacramentum, Anathema ſit.*

[k] 7. *hiſtor.*10.

[l] *lib.* 3. *de Sacerdotio.* [m] *Atque id per quam meritò: quippe non mortalis quiſpiam, non Angelus, non Archangelus, non alia quæuis creata potentia, ſed ipſe Paracletus Ordinem huiuſmodi diſpoſuit.* [n] *epiſtol. ad Adrianum Papam, quæ habetur* 1. *tom. Bibliothecæ PP.* [o] *in illud* 1.*Tim.*5.*Manus citò nemini, &c.* [p] *Et Oecum. in illud* 2. *Tim.*1. *Admoneo te, vt exſcites, &c.*

ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ.

dinandi miniſtros, certo aliquo ritu. tum quia, ſine vlla cæremonia Apoſtolos ordinauit Dominus. tum quod, nuſquam Apoſtoli tradiderunt ſe huiuſmodi accepiſſe mandatum.

[a] *vt conſtat 1. Timoth. 4. & epiſt. 2. ca. 1.*

Contra. nemo poteſt ad certum aliquem ritum alligare gratiam, niſi Deus. [a] Eſt autem alligata manuum impoſitioni. Ergo huius cæremoniæ ſolus author eſt Deus.

Ad primam probationem. 1. Dominum potuiſſe, pro libito ſuo, Ordinare miniſtros. 2. etſi minimè ſcriptum ſit, impoſuiſſe manus, non ſequi tamen, reuera non impoſuiſſe.

Ad ſecundam, negatur: quia tradiderunt ore.

Probatur ex Traditione.

Cap. III.

INNOCENT. 1. [a] [b] conferendo Ordinationem cum Baptiſmo, docet baptizatos ab hæreticis recipi, ſed non Ordinatos (ſcilicet quoad executionem Ordinum) quia ſolum Baptiſma dare permittuntur hæretici.

[c] Leo 1. vocat Ordinationem Sacramentum & à ieiunis præcepit, tum dandum, tum accipiendum, in veſpera Sabbathi ſolùm, ſummâ cũ deuotione.

[d] Anaſtaſius. 2. *Nullum de his quos vel baptizauit Acacius, vel quos Sacerdotes, ſiue Leuitas, ſecundum canones ordinauit, vlla eos, ex nomine Acacij, portio læſionis attingit, quo forſitan per iniquum tradita Sacramenti gratia, minus firma videatur.*

[e] Gregorius 1. *qui promouetur, benè foris vngitur, ſi intus virtute Sacramenti roboretur.*

[a] *epiſt. 18. cap. vlt.*

[b] *ex illa collatione Ordinis cum Baptiſmo, vero Sacramẽto, ſatis oſtendit ſe Ordinationẽ, vt verũ agnoſcere Sacramentum.*

[c] *epiſt. 81. epiſt. verò 87. de Ordinatione loquens: Qui diſſimulare audeat* (inquit) *quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam.*

[d] *epiſtol. ad Anaſtaſium Imperatorem, cap. 7.*

[e] *lib. 4. in libros Reg. cap. 5.*

Concilium Chalced.can.2. [f] damnat accipientes pecunias pro Ordinatione, quia cenſentur gratiam Dei vendere. Florentinum, in decreto vnionis: [*Sextum Sacramentum eſt Ordinis* (inquit) *cuius materia, eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo. ſicut presbyteratus, traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem,* [g] &c. *Forma Sacerdotij talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti. Ordinarius miniſter huius Sacramenti, eſt Epiſcopus, effectus, augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter.*

Trident. ſeſſ. 13. can. 3. ſi quis dixerit Ordinem ſiue Sacram. Ordinationem, [i] &c.]

Dionyſius 5. Eccleſi. hierarchiæ, de ritu Ordinandorum agit: ſatiſque oſtendit eo ritu conferri gratiam: & proinde Sacramentum eſſe.

Martyrius, [k] apud Sozomenum: *Tu* (alloquitur Nectarium) *ô beate, recens baptizatus, & purificatus, & mox inſuper Sacerdotio auctus es: vtraque autem hæc peccatorum expiatoria eſſe Deus conſtituit.*

[l] Chryſoſtom. *Sacerdotium in terra peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt*, [m] &c. [n] Tharaſius idem aſſerit quod Concil. Chalcedonenſe ſupra. [o] Theodoret, & [p] Theophyl. apertè dicunt conferri in Ordinatione gratiam Spiritus ſancti.

Author ſermonum de operibus Cardinalibus, apud Cyprianum: *Docemur* (inquit) *quæ ſit Baptiſmi, & aliorum Sacramentorum ſtabilitas*, & infra. *Nam Baptiſmum repeti Eccleſiaſticæ prohibent regulæ: & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere, nemo Sacros Ordines ſemel datos, iterum renouat.*

[f] *idem, Bracarenſe. 2. can. 3.*

[g] *Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui, cum patenâ vacuâ ſuperpoſitâ traditionem.*

[i] *non eſſe verè, ac propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum eligendi miniſtros Verbi Dei, & non Sacramentum, Anathema ſit.*

[k] *7. hiſtor. 10.*

[l] *lib. 3. de Sacerdotio.* [m] *Atque id per quam merito: quippe non mortalis quiſpiam, non Angelus, non Archangelus, non alia quæuis creata potentia, ſed ipſe Paracletus Ordinem huiuſmodi diſpoſuit.* [n] *epiſtol. ad Adrianum Papam, quæ habetur 1. tom. Bibliothecæ PP.* [o] *in illud 1. Tim. 5. Manus citò nemini, &c.* [p] *Et Oecum. in illud 2. Tim. 1. Admoneo te, vt excites, &c.*

q Ambroſ. *homo imponit manum, Deus largitur gratiam*: Hierony. Dialogo contra Luciferianos confert Ordinationem cum Baptiſmo, atque contendit, illam ab hæreticis collatam eſſe ratam, quia hic ab illis collatus eſt ratus.

r Auguſtinus: *Ipſi explicent, quomodo Sacramentum baptizati non poſſit amitti, & Sacramentum ordinati poſſit amitti*, s &c. His accedant Scholaſtici apud Magi. 4. diſt. 24.

[q] *libro de dignitate Sacerdotali cap. 5.*

[r] *2. cõtra Parmen. 13. Item ibid. vtrumque Sacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur. Illud cum baptizatur, iſtud cũ ordinatur. Ideoque in Eccleſia Catholica vtrũque non licet iterari.*

[s] *Si enim vtrumque, Sacramentum eſt, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? neutri Sacramento iniuria facienda eſt.*

Oſtenditur ratione.

Cap. IIII.

Datur Gratia per ritum Ordinandi. 1. quia, cum Deus aliquam confert poteſtatem, ſimul ea tribuit, quæ ad legitimum, & congruentẽ requiruntur vſum. In ordinatione autẽ datur poteſtas cõficiendi, & miniſtrandi Sacramenta, qua ſine gratia nequit ritè exerceri. 2. in Baptiſmo gratia confertur cum poteſtate ſuſcipiendi Sacramenta cætera. Ergo in Ordine dabitur etiam, cum poteſtate ea miniſtrandi: cum non ſit minus periculum, ſine gratia miniſtrare, quam ſuſcipere. At omnis cæremonia perpetua inſtituta ad ſanctificandum eſt propriè Sacramentum. Ergo, &c.

Epiſcopalem Ordinationem Sacramentum eſſe.

Cap. V.

Ordinationem Sacerdotalẽ Sacramentum eſſe, omnes Catholici fatentur, de Epiſcopali, negant nonnulli [a] veteres, & [b] recentiores. Affirmant

[a] [D. Thom. 3. *par. q.* 41. *ar.* 1. *Richar. Bonauent. Albert. in* 4. *diſt.* 14.

[b] *vt Sotus li.* 10. *de Iuſtitia, & iure q.* 1. *ar.*

antiqui PP. & [c] Scholaſtici non contemnendi: quorum ſententia probatur.

Primò, quia ſcripturæ teſtimonia, quibus probamus Ordinem eſſe Sacramentum loquuntur de [d] Ordinatione Epiſcopali.

Secundò, ſimiliter teſtimonia [e] PP. ſupra de Ordinatione Epiſcopali agunt: veteres enim, nomine Sacerdotis abſolutè, Epiſcopum intelligebant. vnde Ambroſius librum inſcripſit de dignitate Sacerdotali, & Chryſoſtomus, libros de Sacerdotio: cum vterque de ſolis agat Epiſcopis.

Tertiò, Epiſcopalis Ordinatio eſt cæremonia imprimens caracterem ſpiritualem, & conferens gratiam. Ergo eſt Sacramentum proprie dictum. *Imprimere Caracterem*, probatur. 1. quia Epiſcopalis Ordinatio non poteſt repeti. 2. poteſt Epiſcopus [f] duo Sacramenta conferre, quod nullus alius poteſt. Ergo habet ex ſua ordinatio ſpiritualem poteſtatem, & proinde caracterem nouum. dicent ſufficere extendi caracterem preſbyteralem.

Contra 1. eadem efficacia requiritur ad extenſionem caracteris, quam ad imprimẽdum nouum. ergo cæremonia quæ hunc habebit effectum, Sacramentum erit. 2. Vbi eſt ſpiritualis poteſtas, colligimus realem ineſſe caracterem. Ergo vbi noua talis poteſtas, & nouus erit caracter. 3. magis inter ſe diſtant poteſtas conferendi ordines ac conferendi Confirmationem, & conſecrandi Euchariſtiam, quam poteſtas legendi in Sacrificio Epiſtolam, & Euangelium. Sed propter poteſtatem legendi Euangelium, & Epiſtolam, conſtituuntur ab aduerſariis, duo caracteres, vnus Diaconatus, alter Subdiaconatus. Igitur & Presbyteratus, & Epiſcopatus duo caracteres erunt.

Conferre gratiam, probatur 1. quia Epiſcopi intereſt miniſtrare Sacramenta, quæ ſine gratia dignè nequeunt miniſtrari 2. confertur noua gratia in Subdiaconatu, & Diaconatu. Ergo multo magis in Epiſcopatu. longè enim excellentior eſt. In

2. & in 4. diſt. 24. q. 2. ar. 3.

[c] *Altiſiodor. 4. par. Summ. Maior, Scotus, Paludan. in 4. diſt. 24. Et omnes penè Canoniſtæ. in cap. Cleros. diſt. 21. & cap. Perlectis diſt. 25. Petrus à Soto in inſtitutione Sacerdot. lect. 4. de Sacramento Ordinis.*

[d] *Nam 1. Timot. 4. & epiſt. 2. cap. 1. agitur de Ordinatione epiſcopali Tim. Actor. 13. Ordinatione epiſcopali Pauli, & Barnabæ.*

[e] *Leonis, Gregorij Dionyſ. Martyrij, Chryſoſt. Ambroſ. Hierony. Theodoret.*

[f] *Confirmatione, & Ordines ſacros.*

nulla namque ordinatione, tanta adhibetur ſolennitas ac in Epiſcopali.

Quartò, probatur propoſitio. Si Epiſcopatus non ſit diſtinctum Sacramentũ à Presbyteratu vix poterit defendi eſſe maiorem Presbytero Epiſcopum, tam ordine, quam Iuriſdictione. Cum tam ẽ eſſe maiorem vtroque modo, debeant omnes fateri.

Obijcitur primò, Epiſcopatus non eſt Ordo nouus, alioquin plures ſeptem eſſent. Ergo neque Sacramentum nouum.

Reſpondeo, Epiſcopatum eſſe vnum Ordinem genere, ſed non ſpecie cum preſbyteratu. Quia namque ſumma circa Euchariſtiam poteſtas, eſt illam conficere poſſe, ideo primus, & ſummus Ordo, Sacerdotalis eſt. Cum autem hanc poteſtatem, vario participent modo, Preſbyteri, atque Epiſcopi, inde fiunt duæ Sacerdotum ſpecies. 1. quia Preſbyteri ſaltem quoad vſum pendent ab Epiſcopis, qui eis conſecrationem interdicere poſſunt. 2. ſuam nequeunt alijs cõmunicare poteſtatem Preſbyteri, poſſunt Epiſcopi. 3. Epiſcopatus continet eſſentialiter preſbyteratum, non contra.

Secundò, Epiſcopus ex ſuâ non habet ordinatione conſecrare, ſed confirmare, & ordinare. Ergo non conuenit genere cum Preſbyteratu. Igitur diuerſum genere [vltimo] Sacramentum conſtituit. Ergo plures ſeptem.

Reſpondeo, etſi non habeat Epiſcopus ex ſua ordinatione vltima, poſſe conſecrare, habere tamen ex alia præcedente, nimirum Sacerdotali, omninò Epiſcopatui intrinſeca.

Tertiò, ſequeretur ex ſententia noſtrâ poſſe aliquem non preſbyterum ordinari Epiſcopum, atque conſecrare 1. quia vnus ordo, ab alio non pendet. : vnde ſi quis non Diaconus ordinaretur Preſbyter, ſuſciperet reuera Ordinem. 2. quia poteſtas ſuperior ſemper inferiorem includit.

Negatur propoſitio. Ad primam probationem,

veram eſſe, quando vnus ordo non eſt eſſentialis alteri, vt in exemplo allato. At preſbyteratus, eſt eſſentialis Epiſcopatui. Ad 2. Epiſcopatum ſine Preſbyteratu non eſſe Preſbyteratu maiorem, imò nullum Ordinem eſſe.

Quartò, vel caracter Epiſcopalis eſt maior, vel minor caractere Preſbyterali. Si prius: ergo 1. aliquid maius poteſtate conſecrandi. 2. erit ordo altior Sacerdotali. ſi poſterius: ergo Epiſcopus, vt Epiſcopus, minor Preſbytero.

Reſpondeo, caracterem Epiſcopalem adæquate, & integranter, ex duobus conſtare, nimirum Preſbyterali, & eo quem accipit Epiſcopus, in ſua Ordinatione vltima, & ita reuera Epiſcopum eſſe Preſbytero maiorem, poteſtate Ordinis. ſi tamen comparetur ſeorſim Preſbyteralis caracter, cum illo alio, erit Preſbyteralis, maior intenſiuè (quia ſumma poteſtas, eſt conſecrare poſſe) minor extenſiuè (quia ad plura ſe ſe alter ille caracter extendit.)

Diaconatum eſſe verum Sacramentum.

CAP. VI.

PRIMÒ, ex [a] communi Theologorum ſententia, vno excepto Durando.

Secundò, quia 1. Timoth. 3. & Philipp. 1. ſemper iungit Paulus Diaconos cum Epiſcopis, ſub quibus Sacerdotes comprehendit. [vt facile colligitur ex Tit. [b] 1.]

Tertiò, quia Actor. 6. ordinantur Diaconi ſimili cæremoniâ, qua Epiſcopi, & Presbyteri: ſcilicet, impoſitione manuum.

Quartò, poſſunt in abſentia Epiſcoporum, [c] omnia fere munera Epiſcopi & Presbyteri exercere.

a *in 4. diſt. 24. q. 2. cum Caiet. tom. 2. opuſcul. tract. 11.*

b *v. 5. 6. 7.*

c *vt baptizare, Euchariſtiā dare, reconciliare Pœnitentes publicos, prædicare, &c.*

Ergo eorum ordinario ſpeciali indiget gratia, ac proinde Sacramentum erit.

Quintò, Diaconatus ſemel acceptus, nuſquam amittitur, aut reïteratur, Igitur caracterem imprimit.

Negant conſeq. quod ſufficere velint ad perpetuitatem Diaconatus, eſſe officium de iure diuino.

Contra. 1. ſequeretur nullam eſſe rationem, qua Theologi probant, quædam Sacramenta caracterem imprimere, quòd nequeant iterari. 2. eſſe de iure diuino, ſolùm infert, Eccleſiæ deberi perpetuo Diaconos, non tamen, hunc, vel illum debere perpetuo Diaconum eſſe: ſicut, eſt quidem de iure diuino Epiſcopalem iuriſdictionem in Eccleſia eſſe: non tamen hunc, vel illum, debere ſemper hac præditum eſſe poteſtate: cum poſſit auferri à Papà.

[d] 2. epiſt. 9. [e] epiſt. 3. Obiicitur primò, [d] Cyprianus, [e] Anacletus ac Damaſus epiſt. 4. volunt Diaconos ab Apoſtolis inſtitutos fuiſſe. Nam occaſione miniſtrationis menſarum deſcribuntur in Actis primo inſtituti.

Reſpondeo 1. fortaſſè Cyprianum in hac ſententia fuiſſe 2. fortaſſè etiam ſolum velle, Chriſtum non ordinaſſe Diaconos, ſicut ordinauit Epiſcopos, atque presbyteros. ſed non inde ſequitur non eſſe inſtitutos ex Chriſti mandato. Anacletus autem & Damaſus ſolum docent Chriſtum inſtituiſſe duos Sacerdotum ordines, Epiſcopos, atque presbyteros, vt inde probarent Chorepiſcopos non facere tertium aliquod genus Sacerdotum: de Diaconis verò, verba non faciunt. Ad probationem, occaſione menſarum, fuiſſe quidem primo ordinatos, ſed non inſtitutos. Neque tempore Apoſtolorum, hoc vnicum erat Diaconorum officium 1. quia [f] Philippis & [g] Epheſi, Diaconi erant, quibus tamen in locis non viuebant Chriſtiani in communi 2. quia, ad ſolam menſarum miniſtrationem, non videtur requiri tanta ſolemnitas

[f] Philip. 1. [g] 1. Timoth. 2.

inſtitutionis

inſtitutionis miniſtrorum, quæ legitur circa Diaconos 3. [h] Philippus vnus ex Diaconis primis, non dabat præcipuè operam menſis, ſed prædicationi 4 quia ab antiquiſſimis temporibus, Diaconi ſunt miniſtri altaris, & Sacramentorum, teſte Iuſtino in fine Apologiæ 2.

[h] *Actor.* 8.

Obiicitur ſecundò, Diaconus nullam habet poteſtatem operandi aliquid ſupernaturale, alioquin irritum, ſi fiat à non Diacono. Ergo proprium characterem non habet. Nam character datur ad operandũ ſimpliciter: non autem ad bene operandum.

Ad Antecedens, non eſſe de Sacramenti eſſentia aliquid ſupernaturale facere, verùm ſufficere, cæremoniam eſſe conferentem gratiam.

Ad conſequens, negatur cum ſua probatione, vniuerſaliter ſumptâ. Nam character Confirmationis datur, ad fidem profitendam, & tamen aliqui Catechumeni, aliquando optime fidem profitentur, cum multi Confirmati, profiteri non audent.

Tertiò, Diaconatus materia, eſt libri Euangeliorum porrectio. Sed cum primùm fuêre ordinati Diaconi nondum erat Euangelium ſcriptum.

Reſponſio infra cap. 9. in fine.

---

[a] *Subdiaconatum eſſe quoque Sacramẽtum.*

[a] *hac de re non eſt tanta certitudo, ac de Diaconatu*

CAP. VII.

PRIMÒ, quia characterem imprimere videtur, cum iterari nequeat. [b]

Secundò, quia annexum habet ſolemne continentiæ votum.

Tertiò, quia hæc eſt communis Theologorum opinio.

Obiicitur primò, Subdiaconatus non erat olim Sacer Ordo, teſte [c] Innocentio, 3. ac [d] Vrbano, 2.

Reſpondeo, aliud eſſe vocari Ordinem ſacrum, aliud Sacramentum. 1. quia multi aſſerunt Subdia-

[b] *Durando, & Caietanos exceptis.*

[c] *cap. A Multis de qualitate, & ordine præficiendorum.*

[d] *can. Nullus. diſt. 60.*

conatum eſſe Sacramentum, non tamen Ordinem ſacrum. 2. quia etſi reuera omnes Ordines ſunt ſacri: tamen per excellentiam, ſolùm ſacri dicuntur, qui proximè res contingunt ſacras. Quare cum antiquitùs, id [c] non liceret Subdiaconis, propterea tunc non dicebatur ſubdiaconatus ſacer Ordo: nunc verò, quia licet, ideò dicitur Ordo ſacer.

Secundò, [f] Magiſter ait Subdiaconatum, & Ordines minores ab Eccleſia introductos fuiſſe, poſt Apoſtolorum tempora.

Reſpondeo, ſolùm velle, non extitiſſe in vſu, Apoſtolorum tempore, quamuis neque id ſit verum, cum fere omnium Ordinum meminerit [g] Ignatius.

Tertiò, Subdiaconi [h] poterant à Chorepiſcopis ordinari, Chorepiſcopi autem erant Sacerdotes ſimplices, quibus & conferre Ordinem non licet.

[i] Reſpondeo, duo fuiſſe genera Chorepiſcorum, vnum verè Epiſcoporum, alterum vero, non.

[c] *Concil. Laodic. can.* 21. *Item can. Nullus diſt.* 24. *ex decretis Syluestri.*

[f] 4. *diſt.* 24.

[g] *epiſt. ad Heronem.*

[h] *ex Concil. Antioch. can.* 10.

[i] *vide tom.* 2. *lib.* 1. *de membris Eccleſiæ cap.* 17.

Minores Ordines Sacramenta eſſe.

Cap. VIII.

PRIMÒ, quia id aſſerunt omnes Scholaſtici antiqui, excepto Durando, ex recentioribus, grauiſſimi quique vt [a] Franciſcus Victoria, [b] Petrus à Soto, &c.

Secundò, quia Concil. Florentinum, cum dixiſſet Ordinis Sacramentum, eſſe ſextum, atque materiam eius, id quod in Ordinatione porrigitur, continuò exemplum de Ordine Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi ponit: ac addit idem de aliis Ordinibus intelligendum eſſe.

Tertiò, non iterantur. Ergo characterem imprimunt, ergo Sacramenta.

Obiicitur, erunt igitur quatuordecim Sacramẽta.

[a] *in ſumma de Sacram.*

[b] *lect.* 4. *de Sacramento Ordinis.*

Reſpondeo, licet ſinguli Ordines ſingula Sacramenta ſunt, tamen vnum Sacramentum cenſeri, quia vel vnum ſunt genere, vel ſaltem ad vnum finem referuntur.

Manus impoſitionem ad eſſentiam Sacramenti Ordinis pertinere.

CAP. IX.

CONSENTIVNT omnes huius materiam Sacramenti aliquod ſenſibile ſignum eſſe, formam autẽ verba, quæ dicuntur cum illud ſignum exhibetur. Quæ autem ſit illa materia non ſatis conſtat apud omnes.

Dominicus [a] à Soto arbitratur manus impoſitionem accidentariam eſſe, eſſentialem verò, porrectionem inſtrumentorum. Primò quia hanc ſolam materiam Concil. Florentinum aſſignauit. Secundò, quia [b] Innocent. 3. & [c] Greg. 9. docent nõ debere iterari Ordinationem factam, ſine manus impoſitione, ſed quod omiſſum, eſſe ſupplendum, imò Gregorius ait, manus impoſitionem, fuiſſe ab Apoſtolis introductam. Tertiò quia Sacerdotes fiunt, cum eis dicitur: *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium.* At tunc ſolum porrigitur calix cum vino, & patena cũ pane. [d] Petrus verò à Soto, vtramque eſſe eſſentialem materiam Ordinationis arbitratur.

Primò, quia, vbique in ſcripturis, pro ſymbolo Ordinationis, ponitur impoſitio manuum. At non eſt veriſimile Scripturam, quæ vix integras Sacramentorum eſſentiales partes exponit, meminiſſe quidem materiæ huius Sacramenti, ſed tantùm accidentariæ.

Secundò, [e] multi grauiſſimi PP. affirmant ma-

[a] *diſt.24.q.1. ar.4.*
[b] *cap. Paſtoralis. de Sacramentis non iterandis.*
[c] *cap. Presb. eodem titul.*
[d] *lect.5.de Sacramento Ordinis, Martinus Ledeſmius in 4.q.36.ar.4. ad 1. Hoſius ca. 50. Confeſſionis Polonicæ.*
[e] *Clem. 8.cõſtit.2. & ſeqq. Damaſ.epiſt.4. Innocen.1.epiſt. 22. Leo 1.epiſt. 87. Alexand.*

nus impoſitione conferri Ordines.

Tertiò, Concil Trident. ſeſſ. 23. can. 4. *Si quis dixerit* (inquit) *per ſacram Ordinationem non dari Spiritum ſanctum, ac proinde fruſtra Epiſcopum dicere: Accipe ſpiritum ſanctum, Anathema ſit. At id Epiſcopus dicit, cum manus imponit.*

Quartò, quia Græci PP. Ordinationem vocant, χειροτονίαν ideſt *manus impoſitionem.* & [f] Ambroſius: *Homo* (inquit) *manus imponit, & Deus largitur gratiam.* Hieronym. [g] *Ordinatio, non ſolum ad imprecationem vocis, ſed etiam ad impoſitionem impletur manuum.* At quis credat tot Concil. & PP. dum tractarent de Ordinatione, nec ſemel quidem attigiſſe eſſentialem huius Sacramenti materiam.

Quintò, quia hæc eſt [h] D. Thomæ, [i] Bonauent. Scoti, Paludani, & [k] Altiſiodorenſis opinio.

2. can. Ex multis. 1. q. 3. Vrban. 2. can. Daibertum. 1. q. 7. Concil. Nicen. 1. can. 9. Antioch. can. 10. Carth. 4. can. 2. 3. 4.

[f] lib. de dignitate Sacerdotali.

[g] in 58. Iſaiæ.

[h] in 4. diſt. 15. q. 1. ar. 1.

[i] diſt. 24.

[k] in Summa, par. 4.

Ad Primum, dari in Ordinatione presbyterorum duas poteſtates eſſentiales, vnam conſecrandi Euchariſtiam, quæ dicitur poteſtas, in corpus Chriſti verum: Alteram abſoluendi à peccatis, poteſtas nimirum in corpus myſticum Chriſti. Prior cõfertur, cum Epiſcopus porrigit futuro presbytero patenam cum hoſtia, & calicem cum vino: poſterior, cum imponit manus, ac dicit: *Accipe Spiritum ſanctum,* &c. PP. autem non conſueuerunt totum Sacramẽtorum explicare ritum, nec enim ſcribebant rituales libros: ſed ſatis illis fuit, vnam attingere partem.

Concil. Florentinum ergo, ſolius meminit porrectionis inſtrumentorum: tum quod vellet aſſignare rem aliquam ſubſiſtentem pro materia, vt in aliis Sacramentis fecerat: tum quia fortaſsè in hac ſola materiæ parte errabant Armeni.

Ad 2. ideo nolunt illas repeti cæremonias, ſed quod omiſſum, ſuppleri, vt oſtenderent eas ſeparari poſſe. Manus autem impoſitionẽ ab Apoſtolis introductam eſſe, nihil aliud eſt, quam ab eis primo in vſu poſitam.

Ad 3. fieri tunc Sacerdotes ratione tantum poteſtatis prioris.

Ad 3. argumẽtum capitis ſexti reſpondetur, Diaconos tunc non fuiſſe ad Euangelium legendum [l] inſtitutos, ſed ad aliquod aliud [m] miniſterium.

[l] *quia non erat opus.*

[m] *ad quod non requireretur libri porrectio. Credibile eſt autem, Dominum inſtituiſſe iſtas omnes Ordinũ materias: non quidem in particulari, ſed generatim, monendo Apoſtolos, vt Ordines conferrent, per ceremoniam inſtrumentorum, quibus ſignificaretur eorum poteſtas.*

De Effectu, & Miniſtro huius Sacramenti.

CAP. X. & XI.

EFFECTVS [a] eſt duplex. 1. Poteſtas ſpiritualis perpetua, in cuius ſignum imprimitur character. *Nemo* (inquit [b] Cyprianus) *ſacros Ordines iterum renouat.* 2. eſt gratia gratum faciens, quâ valeant ordinati ſuo ritè officio fungi.

[c] Miniſter, eſt Epiſcopus [d] ſolus. Primò, quia nuſquam Eccleſia alios agnouit Presbyteros, vel Diaconos quam ab Epiſcopo ordinatos.

Secundò, ex Concilio Ancyrano can. 13. [e] Epiph. [f] Damaſo, Hierony. epiſt. 85. Chryſoſt. & Theodoreto, ac alios: in 3. & 4. prioris ad Timoth.

[a] CAP. 10. [b] *ſermon. de ablutione pedum, vide etiam Auguſt. ſupr. cap. 3. ad Marginem. & ſerm. de geſtis cum Emerentiano, ac Gratianum. 1. q. 7. Et Concil. Trident. ſeſſ. 23. can. 4.*

[c] CAP. 11.

[d] [*quamuis ex Commiſsione Pontificis poſsint presbyteri Cardinales, & Abbates conferre Minores Ordines.*]

[e] *hæreſ. 75.* [f] *epiſt. 4.*

De Cæremonijs.

Cap. XII.

CÆremonia duplex eſt, ſcilicet Raſura, de qua [a] diximus alibi; & vnctio, vngitur enim caput Epiſcopis, & manus Presbyteris. Hanc [b] Kemnitius reprehendit, primò, quia nec Chriſtus, nec Apoſtoli ea ſunt vſi. 2. quia huius non meminit Eccleſiaſtica hiſtoria. 3. nec meminerunt antiqui PP. quibus diſplicuiſſe declarat [c] Innocent. *Non iudaïzat Eccleſia* (inquit) *ſicut antiqui mentiuntur, qui neque ſcripturas, neque Dei nouêre virtutem.* 4. quia non fuit recepta in Eccleſia Græca vſque ad 1200. annum 5. quia ritus Iudaïcus eſt.

Ad 1. negatur, quia [d] Dionyſ. ait Pontificem vti oleo ſacro, in omni ferè conſecratione Pontificali, idque traditum ab Apoſtolis eſſe. conſtat autem præcipuam ex Pontificalibus conſecrationibus, eſſe Ordinationem Sacerdotum.

Ad 2. Euſebium libro 10. hiſtor. 4. apertè meminiſſe vnctionis Sacerdotalis, [e] Metaphraſtes ait inunctum fuiſſe Chryſoſtomum in Epiſcopum: [f] Petrus Chryſologus idem refert de ſancti Seueri Ordinatione.

Ad 3. [g] Pacianum Ambroſij æqualem contrarium docere: *Plebi veſtræ* (inquit) *vnde ſpiritus, quam non conſignat vnctus Sacerdos?* Ad Innocentium, in textu eius pro, *antiqui*, ponendum eſſe, *aliqui*. Nec enim reprehendiſſet adeò audacter PP. maximè cum ex antiquis ſuam ſententiam probet.

Ad 4. patet falſum ex PP. citatis, in reſponſ. ad 2.

Ad 5. negatur. quia & alia forma, & alio ritu ac fine vtimur vnctione, quàm vſi ſint Iudæi.

[a] *tom 2. lib. de Monachis cap.* 40.
[b] *par. Exam. p.* 1171.
[c] *hoc nomine 3. cap Cum veniſſem. de Sacra. Vnctione.*
[d] 4. *Hierarch.*
[e] *in vita Chryſoſt.*
[f] *ſerm. de Sancto Seuero.*
[g] *epiſt. 3. ad Symphronium. Item Gregor. lib. 4. in libros Reg cap.* 5.

LIBER TERTIVS.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

De hoc ſacramento aduerſus hæreticos ſcripſerunt [a] *Vvaldenſis*, [b] *Roffenſis*, [c] *Alphonſus à Caſtro*, [d] *Ruardus Tapper*, [e] *Petrus*, *&* [f] *Dominicus à Soto*, *Hoſius in explicatione Symboli cap.* 55. 56. *Lindanus* 4. *Panopl.* 94. [g] *Ekius*, [h] *Tilmannus*, *Gropperus in Enchiridio Chriſtianæ inſtitutionis*, [i] *Frãciſcus à Victoria*, [k] *Iauellus*. [*& Gregorius de Valent. in* 3. *D. Thom. diſput. de Matrimonio.*]

1. *De ſtatu quæſtionis.*
2. *Qui errores circa Matrimonium.*

CAP. PRIMVM.

QVOAD *primum* ſtatus Quęſtionis eſt. *Vtrum coniugium fidelium præter ciuilem contractum viri, & fœminæ ad propagandam, & educandam prolem inſtitutum, ſit etiam ſymbolum Religionis externæ, cui ſit*

[a] *tom. 2. cap. 130. & ſeqq.*
[b] *in defenſione libri Henrici 8. Angliæ Regis.*
[c] *lib. 11. contra hæreſes. verbo, Nuptiæ.*
[d] *explicat. ar. 18. 19. & 20.*
[e] *lectionibus de Matrimon. in inſtit. Sacerdot.*
[f] *4. diſt. 26.*
[g] *in 4. tom. ſerm. a 69. vſque ad finem.*
[h] *libro de 7. Sacram. cap. 6.*
[i] *relect. de Matrimo.*
[k] *lib de Philoſoph. Chriſtiana par. 5.*
[*Hac de materia tractant Scholaſtici 4. d. 26. DD. iuris Pontificij 4. Decret. & in Decret. cauſa 27. ac ſeqq. Nauarr. in Sum. cap. 22. nupérque Thomas Sanchez Cordubenſis ſocietatis Ieſu diſp. de Matr.*]

annexa promiſsio gratiæ iuſtificantis idque ex diuina inſtitutione.

Quoad ſecundum. [a] Simon Magus, [b] Saturninus, [c] Manichæi, [d] Marcion, [e] Tatianus, [f] Adamiani, [g] Euſthatiani Priſcillianiſtæ, apud Leonem epiſt. 91. Apoſtolici apud Bernard. ſerm. 66. in Cantica. [h] & Albigenſes, Matrimonium à Deo nõ eſſe dixerunt: ac proinde nullum Sacramentum.

[i] Lutherus, [k] Caluinus, [l] Kemnitius, aliique huiuſce temporis hæretici, [m] ac Durandus ex Catholicis, Matrimonium quidem à Deo ac licitum eſſe affirmant, ſed negant, propriè noui Teſtamenti Sacramentum eſſe.

[a] *apud Aug. lib. de hæreſib. cap. 1.*
[b] *apud Irenæ. 1. cap. 22.*
[c] *in Hieron. 1. contra Iouinianum, & apud Auguſt. hæreſ. 46.*
[d] *in Hierony. ibid.*
[e] *apud Iren 1. cap. 30.*
[f] *apud Auguſt. hæreſ. 31.*
[g] *apud Socratem. 2. hiſt. 33.*
[h] *apud Antonin par 4. Summ. Theolog. titul. 11. cap. 2. §. 5.*
[i] *lib. de Captiuit. cap. de Matrimonio.*
[k] *4. Inſtit. 19. §. 34.*
[l] *2. par. Examin. à pag. 1204. vſque ad finem.*
[m] *4. diſtinct. 26. quæſt. 3.*

Probatur ex Scripturis Matrimonium eſſe Sacramentum.

Cap. II.

MATRIMONIVM [a] eſt. 1. a Deo inſtitutum, vt ſcripturæ docent. 2. rei ſacræ Symbolum. 3. habet promiſſionem gratiæ iuſtificantis. Ergo eſt propriè Sacramentum nouæ legis.

Prima pars antecedentis probatur. Primò Geneſ. 2. [b] *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus adiutorium ſimile ſibi.*

[a] *[Matrimonium ita deſcribit à Valēt. ſupr. q. 1. punct. 1. Eſt ſignum efficax gratiæ diuinæ ad Chriſtianā procreationem, & educationem liberorum in maritali, ac indiſſolubili contractu viri, & fœminæ diuinitus inſtitutum.]*

[b] *v. 18. Item v. 19. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hæc enim dicta ſunt ab Adamo dictante Spirituſancto. nam Math. 19. ea Chriſtus tribuit Deo.*

torium ſimile ſibi.

Secundò, Math. 19. [c] *Quod Deus coniunxit* (inquit Chriſtus) *homo non ſeparet.*

Tertiò, ſi nuptiæ non ſunt à Deo, quare nuptiis intereſſe voluit filius Dei, eaſque inſigniuit miraculo Ioan. 2?

Quartò [d] *Qui Matrimonio iũgit virginem ſuam benefacit.* Et *ſi nupſerit virgo, non peccauit.*

[Quintò, [f] *Propter fornicationem, vnuſquiſque propriam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro.* &c. Item Epheſior. 5. v. 21.]

Sextò, [g] 1. Timoth. 5. *volo iuniores nubere*, Hebræor. 13. v. 4. *Honorabile connubium.*

Septimò, Abrahã, Iſaac, & Iacob, aliique quamplurimi ſancti, coniugati fuerunt.

Octauò, damnantur à Paulo 1. Timoth. 4. v. 3. damnantes nuptias quos ſimiliter damnarũt Concil. Gangren. can. 11. Bracarenſ. 1. can. 1. &] PP. paſſim, Ignat. Epiſtol. ad Philippen. Irenæi. 1. cap. 30. [h] Clem. Alexand. *Si* (inquit) *peccatum eſt Matrimonium, quod eſt ex lege, neſcio, quomodo quis dicet ſe Deum noſſe, dicens Dei iuſſum eſſe peccatum.* Origen. lib. 8. in Epiſtol. ad Rom. Athanaſ. ſerm. contra omnes hæreticos. Cyrillus, catech. 4. Baſil. lib. de Vera virginitate. *Tunc* (inquit) *legitimum conſtat eſſe connubium, & ſecundum diuina iura inſtitutum, cum non voluptatis affectus legis ſcita præceſſerit: ſed adiumenti neceſſarij, proliſque cauſa, fuerit huiuſmodi facta coniunctio.* Amphilocius homil. in Purific. Virginis. *Nuptiæ honoratæ ſunt & quouis dono terreſtri ſuperiores, faciendæ arboris ſimilitudinem præ ſe ferentes*, Epiph. hæreſ. 67. Naziãz. orat. in Gorgoniam, *&c.* Ex latinis Tertull. lib. 2. ad vxorem 9. Cyprian. de Natiuitate Chriſti. Ambroſ. 1. de viduis Hierony. in 19. Mathæi, *&c.*]

Secunda pars probatur ex 5 Epheſiorum, [i] *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia.* hæretici reſpõdent vocem, *Myſterij*, ſeu, *Sacramenti* ad Chriſti, & Eccleſiæ coniunctionem re-

[c] v. 6. ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. *Marci 10. verſ. 11. Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & aliã duxerit adulterium committit ſuper eam.*

[d] 1 Cor. 7. v. 38. ὁ ἐκγαμίζων, καλῶς ποιεῖ.

[e] *ibid. v. 28.* ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε.

[f] *ibid. verſ. 2.* διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. v. 3. τῇ γυναικὶ, ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν *debitã beneuolentiam* ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.

[g] v. 14. βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν.

[h] 3. *ſtromat.*

[i] v. 32. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα

ferri. Contra: primo, omnes veteres, id de coniunctione viri & fœminæ interpretantur. [k] Ambroſ. *Myſterij Sacramentum*(inquit)*grande, in vnitate viri, ac fœminæ eſſe, ſignificat.* Hieron [l] *Idipſum per allegoriam in Chriſto interpretatur, & in Eccleſia, vt Adam Chriſtum, & Eua præfiguraret Eccleſiam.*

Chryſoſtom. [m] hunc locum exponens: *Et benedixit,*(inquit)*magnum eſt hoc myſterium: ac ſi dixiſſet, verumtamen allegoria iſta, dilectionem coniugalem non euertit. Reuera myſterium eſt, & magnum myſterium, relicto eo qui genuit, eo qui aluit, etiã ea quæ peperit, quæ miſerè, & cum labore parturiuit, adhærere virũ illi, quæ antea neque viſa ſit, atque hanc omnibus præferre. Vere myſteriũ eſt.* Aug. [n] *Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, vnde dicit Apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras,* &c. 2. illud pronomen, *Hoc*, referri debet ad quod proximè præceſſit, nimirum: [o] *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Senſus ergo Pauli eſt: *Sacramentum hoc*, ſcilicet quod relinquat homo patrem, & matrem, adhæreat vxori, & ſint duo in carne vnâ: *magnum eſt, quia Chriſti, & Eccleſiæ coniugium repræſentat.* 3. nulla ratio reddi poteſt, quorſum pertineat illa commemoratio coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, niſi, quia cum hortatus fuiſſet ad mutuam beneuolentiam coniuges Paulus, inter alia argumenta, hoc potiſſimum adducit, quod ipſotum coniugium magnum ſit myſterium, quia ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ.

Obiicitur primò, Paulum continuò ſubiunxiſſe. *Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia.*

Reſpondeo, cum Hieronymo & Nazianzeno ſenſum eſſe: *Ego interpretor hoc myſterium coniugij* [de ſignificatione] coniunctionis Chriſti cũ Eccleſia.

Secundò, nullum eſſe myſterium, in coniunctione viri cum fœmina.

Reſpondet ſupra Chriſoſtom.

Tertiò, Auguſtinus tractatu 9. in Ioannem: *Erunt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnum eſt. Et ne quis*

ςιν. ἐγὼ δὲ λέγω εἰς χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

[k] *in commentario, ſi tamen eius ſit.*

[l] *in commentar.*

[m] *homil.* 20. *in epiſt. ad Epheſ.*

[n] 1. *de nuptiis, & concupiſc. cap.* 10.

[o] *v.* 31. καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

iſtam magnitudinem Sacramenti in ſingulis quibuſque hominibus vxorem habentibus intelligeret. Ego autem (inquit) *dico in Chriſto, & Eccleſia.* Item [p] *Quod in Chriſto, & in Eccleſia eſt magnum Sacramentum, hoc eſt in ſingulis quibuſque viris, atque vxoribus minimum: ſed tamen coniunctionis inſeparabile ſacramentum.*

[p] *lib. de nuptiis; & concupiſc. cap. 21.*

Reſpondeo, nomen Sacramenti bifariam ab Auguſtino accipi, primò pro ſacro, & indiſſolubili vinculo, quod tamen [q] aliquando, non tam Sacramentum, quàm rem Sacramenti vocat. ſecundò, pro ſigno ſacræ coniunctionis. priori modo, loquitur citatis locis. quia etſi matrimonium fidelium ſit indiſſolubile, tamen reſpectu coniunctionis Chriſti, cum Eccleſiâ minimum eſt, poſteriori modo accepit [r] lib. de bono coniungali 18.

[q] *vt lib. de nupt. & concup. cap. 10.*

[r] *quo ait Sacramentum ſingularium nuptiarum ſignificare ſubiectionem vnius Eccleſia, ad vnum Deum.*

Quamuis autem Hieronymus ſupra videatur hoc Sacramentum referre ad Adami, & Euæ coniugium: tamē, ſine dubio, illud Paulus ad nuptias fidelium refert.

Primò, quia illa ex Geneſ. 1. adducta à Paulo: *relinquet homo patrem, & matrem,* &c. cum ſint futuri temporis, nec ipſe Adam habuerit quos relinqueret parentes, potius de aliorum coniugiis, quam Adami, ſunt intelligenda.

Secundò, Chriſtus ex eodem Geneſis loco, Matrimonium non poſſe diſſolui concludit: *Quia quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* At noluit Chriſtus dicere matrimonium Adami ſoluendum eſſe: cum iam ſolutum eſſet.

Tertiò, quia, his Paulus vtitur verbis, ad probādum generaliter, debere viros diligere vxores ſuas. Quamuis autem de omni coniugio intelligi valeant: tamen Apoſtolus rationem Sacramenti non ponit, niſi in coniugio fidelium. Nec enim dixit: *Sacramentum hoc magnum fuit,* ſed, *Eſt in Chriſto & in Eccleſia.*

Tertia pars probatur, primò, Matrimonium fidelium non ſolum ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia in naturæ conformitate, ſed etiam

in dilectione, quia ratione conformitatis naturæ non ſolum iungitur Chriſtus Eccleſiæ,ſed toto generi humano. At nequit coniugum id ſignificare, niſi præter ciuilem contractum, ſit vnio ſpiritualis animorum viri, & vxoris. Ergo Deus qui ad hunc finem matrimoniũ fidelium inſtituit, largitur gratiam, ad hanc vnionem animorum habendam.

Secundò, [s] *Saluabitur* (mulier)*per filiorum generationem* (id eſt in ſtatu coniugij, ſiue generandi filios) *ſi* [t] *permanſerit in fide* (contra adulterium) *& dilectione* (contra rixas matrimoniales) *& ſanctificatione* (contra immundiciam) & *cum ſobrietate* (cõtra intemperantiam.) At nequit in his permanere, niſi prius ea, in celebratione matrimonij acceperit.

Nam antea ad hanc fidem, & dilectionem non obligabatur. Ergo,&c.

Tertiò, [u] quia Paulus [x] vocat Matrimoniũ donum Dei. hortaturque coniuges vt ſuum poſſideãt vas in ſanctificatione ſcilicet, quam per Matrimonium acceperunt.

[s] 1. *Timoth.* 2. v. 15. σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν *ſi permanſerint*, ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

[t] *ita legit Aug. in Pſal.* 83.

[u] 1. *Cor.* 7. v. 7.

[x] 1. *Theſſal.* 4. *verſ.* 4.

Probatur ex PP.

CAP. III.

IRENAEVS 1. cap. 1. *Quapropter, & omni modo oportere eos Zyzygiæ* (id eſt coniugij *meditari myſterium.*]

Leo 1. [a] *Vnde* (inquit) *cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum: dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad Matrimonium in quâ docetur nuptiale non fuiſſe myſterium.*

Chryſoſtom. ſupra. Ambroſius: [b] *Qui ſic egerit* (id eſt alterius nuptam duxerit) *peccat in Deum, cuius legem violat, gratiam ſoluit, & ideo quia in Deum peccat, Sacramenti cæleſtis amittit conſortium.*

[a] *epiſt.* 92. c. 4.

[b] *lib.* 1. *de Abraham cap.* 7.

[e] Siricius, ſacrilegium eſſe ait, coniugem viuente coniuge, ad alterius coniugium tranſire. At quomodo Matrimonij violatio erit ſacrilegium, ſi Matrimonium non ſit Sacramentum?

[f] Innocentius 1. aſſerit diuinâ gratiâ matrimonium fundari, dum celebratur.

[g] Cyrillus, Chriſtum ſanctificaſſe coniugium: & gratiam nuptijs præparaſſe, vt aditus hominum in hanc vitam benediceretur.

Auguſt. [h] *In ciuitate Domini, in monte ſancto eius, hoc eſt, Eccleſia, nuptiarum non ſolum vinculum, ſed etiam Sacramentum commendatur.* [i] *In noſtrarum quippe nuptijs plus valet ſanctitas Sacramenti, quam fœcunditas vteri.*

At 1. Sacramentum largo modo ſumptum, ſe etiam ad Gentilium Matrimonium extendit, vt cōſtat ex [k] Innocentio 1. [l] idemque Kemnitius fatetur. Ergo cum hîc Auguſt. rationem Sacramenti ad fidelium Matrimonium reſtringit, loquitur de Sacramento propriè dicto. 2. Auguſt. non obiter dicit Matrimonium eſſe Sacramentum: [m] ſed id tanquam certum aſſumit ad probādum dogma Eccleſiaſticum, ſcilicet, Matrimonij vinculum inſolubile eſſe [n] 3. eodem modo de Matrimonio loquitur, atque de Baptiſmo, cùm de Sacramenti ratione diſputat. Ergo cenſet Matrimonium verè Sacramentum eſſe.

Obiicit [o] Kemnitius, [p] Aug. docentē, Polygamiam, Patriarcharū Sacramentum fuiſſe coniunctionis Chriſti, cum multitudine totius nationum mundi: Monogamiam verò Chriſtianorum, Sacramentum eſſe vnitatis Eccleſię Chriſto ſubiectę. At Polygamia Patriarcharum impropriè Sacramentum erat. Ergo & Monogamia fidelium.

Ad Maiorem, nomen *Sacramentum*, impropriè accipi in Polygamia Patriarcharum, propriè in Monogamia Chriſtianorum. Nam idem Auguſtinus [q] ait nuptias Chriſtianorum: tum quod Chriſti coniunctionem cum Eccleſia ſignificent, tum

[e] *epiſt. 1. c. 4.*
[f] *epiſt. 9.*
[g] *2. in Ioā. 22.*
[h] *lib. de fide & operib. c. 7.*
[i] *lib. de bono coniugali cap. 18. & cap. 24. Bonum Nuptiarū per omnes gentes atque homines, in cauſa generandi eſt, & in fide caſtitatis: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in Sanctitate Sacramenti.*
[k] *cap. Gaudemus, de Diuortiis.*
[l] *pag. 1217.*
[m] *vt patet toto libro de bono coniugali.*
[n] *li. 1. de nupt. & concupiſc. cap. 10.*
[o] *pag. 1225.*
[p] *lib. de bono coniugali, c. 18.*
[q] *teſte Kemnit. ibid. pag. 1224.*

quòd Sacramentum ſunt, nullo pati modo Polygamiam plurium vxorum ſimul. Ergo, quod nomen *Sacramenti*, tribuat Polygamiæ Patriarcharum, id nequit intelligi, niſi impropriè, quod ſi propriè: ergo impropriè Chriſtianorum nuptiis: quod 1. eſt contra Auguſtinum à nobis productum 2. contra rationem propriam Sacramenti, hac in materia. Nam multæ gentes conuerſæ ad Chriſtum, non ſunt propriè, multæ Eccleſiæ, ſed vna. Ergo nequit Eccleſiæ, & Chriſti coniugium propriè ſignificari, per Polygamiam Patriarcharum, ſed potius ſignificabitur, per Monogamiam Chriſtianorũ. [Cõcil. Florent. in literis vnionis. *Septimum, eſt Sacramentum Matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundum Apoſtolum dicentem, Sacramentum hoc magnum eſt.*

Tridentinum ſeſſ. 24. can. 1. *Si quis dixerit Matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre*: Anathema ſit]

Rationibus probatur.

Cap. IIII.

Prima, Matrimonium Chriſtianorum eſt vnius tantum cum vna, ac inſolubile omnino, ſed huius rei certiſſima ratio nequit aſſignari, niſi quia ſignum eſt coniunctionis Chriſti cum Eccleſia 1. quia neque ob ſterilitatem, hæc inſolubilitas facile introduceretur, cũ Matrimonium ſit officium naturæ ad propagandam ſobolem, neque ob remedium contra fornicationem, cur namque non poterit vxor perpetuo morbo laborans dimitti, & alia duci? 2. Quia Matrimonium ante Baptiſmum diſſolui poteſt, non

poteſt poſt Baptiſmum, quod ſi rationem Sacramenti eleues, huius rei nulla ratio aſſignari poterit, cum remoto Sacramento, paria ſint coniugia fidelium & infidelium. At inſolubile vinculum tolerare, neceſſariam exigit gratiam Dei. 1. quod hæc inſolubilitas ſit res difficilis 2. quia finis Matrimonij Chriſtiani eſt, non ſolum procreare liberos, ſed etiam in fide Chriſtiana educare, nuſquam autem committuntur à Deo officia naturam ſuperantia, niſi gratia ſimul conferatur, qua exerceantur. Ergo Matrimonium eſt Sacramentum conferens gratiam ac propriè dictum.

Secunda, quia ab exordio Eccleſiæ vſque nunc Matrimonium inter res ſacras habitum eſſe conſtat, ac inter ſacrorum ſolemnia, per Sacerdotis miniſterium, celebrari ſolitum. At, ſi tantum contractus eſſet humanus, fruſtra patres, cum rebus ſanctiſſimis, Matrimonium coniunxiſſent.

Tertia, quia ab annis ſaltem 500. [a] Eccleſia, tum Græca, tum Latina, Matrimonium inter Sacramenta propriè dicta, recenſuit.

[a] *Magiſter cum Scholaſt. in 4. diſt. 26. Lucius 3. ante annos 400. ca. ad Abolend. de Hæretic. in Cõcilio multorum Patriarcharũ, Archiepiſcoporum, & aliorũ Prælatorum ac Principum Veronæ habito, quo Anathema dicit ſentientibus aliter de Euchariſtia, Baptiſ. & Matrimonio, quam ſentiat Romana Eccleſia. Conc. Florent. ſup. & & nuper Hieremias dictus Patriarcha Cõſtantinop. in Cenſura ſua.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. V.

PRIMA, [a] nuſquam legitur aliquid gratię Dei accepturus, quiſquis vxorem duxerit.

Reſpondeo, 1. eſſe argumentũ negatiuum, ab authoritate, quod nihil concludit. 2. Negatur propoſitio vide [a] ſupra.

Secunda, [b] Nec ſignum diuinitus inſtitutum in Matrimonio habetur. Negatur.

Tertia, [c] Non omne ſignum ſacrum eſt Sacramentum. Ergo etſi Matrimonium eſſet ſignum ſacrum, non tamen propterea Sacramentum.

[a] *Caluin. 4. Inſtit. cap. 19. §. 34.*
[a] *cap. 2.*
[b] *eiuſdem.*
[c] *eiuſdem.*

Reſpondeo, non tantum propter hoc, eſſe Sacramentum: ſed propter alia de quibus [d] ſupra.

Quarta, [e] matrimonium fuit ab initio mundi, & permanet apud infideles, non minus ſanctum, quam apud nos: maxime cum inueniantur fideles coniuges, gentibus peiores. At apud infideles Matrimonium non eſt Sacramentum. Ergo nec apud fideles, vel ſi eſt apud infideles Sacramentum, non erit nouæ legis proprium.

Reſpondent [f] Alphonſus à Caſtro, & [g] Petrus à Soto, Matrimonium non eſſe Sacramentum proprium nouæ legis: ſed veteri legi etiam commune. 1. Quia Apoſtolus de coniugio Adami dixit, Sacramentum hoc magnum eſt. &c. 2. Deus [h] benedixit coniugio Adami, & Euæ: ex quo videtur, gratiam ſigno adiunxiſſe. 3. Quia Leo docet nuptias ſic ab initio inſtitutas fuiſſe vt haberent in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum.

Contra Primò, Florent. Concil. numerat Matrimonium inter nouæ Sacramenta legis, [i] quatenus diſtinguntur à legis veteris Sacramentis. Secundò, [k] Concilium Trident. aſſerit Sacramentum Matrimonij à Chriſto in nouâ lege inſtitutũ, ac Chriſtianorum Matrimonia præſtare gratiâ, connubiis veterum, vt etiam ſentiunt [l] Theologi antiqui. Tertiò, Non fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ, quia tunc nulla fuit neceſſitas gratiæ Sacramentalis: neque in ſtatu naturæ corruptæ ante Chriſtum. 1. quia in toto veteri Teſtamento, nulla Matrimonij inſtitutio repetitur: Sed tantum reſtrictio quædam, quoad perſonas contrahentes: 2. quia, Polygamia, & repudium tunc erant licita, quæ duo pugnant cum ratione ſigni in Sacramento.

Ad primam rationem, [m] Negatur.

Ad ſecundam, benedictionem illam, fuiſſe tantum corporalem: inde namque fœcunditas corporibus, non auxilium gratiæ ſpiritibus attributa eſt: ſicut probat [n] Auguſt. quod eadem benedictio

data

[d] *cap. 2.*

[e] *Lutheri, lib. de Captiu. cap. de Matrimonio.*

[f] *11. contra hæreſes verbo Nuptiæ hæreſ. 3.*

[g] *lect. 2. de Matrimonio.*

[h] *Geneſ. 1. v. 28.*

[i] *quod antiqua non conferant gratiam, conferant noua.*

[k] *ſeſſ. 24.*

[l] *Thom. in 4. diſt. 26. q. 2. ar. 2. & 3. Bonau. in 4. diſt. 26. ar. 2. q. 2. Scotus ead. diſt. q. vnica, concluſ. 4. ex recentioribus. Tapper explic. ar. 18. Louanienſ. Dominic. à Soto diſt. 26. q. 1. ar. 2.*

[m] *vide ſupra cap. 2.*

[n] *13. Confeſſ. 24.*

data legatur piſcibus, & auibus.

Ad tertiam, non dixiſſe Leonem, ab initio mundi nuptias habuiſſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum: ſed, *ab initio ſua inſtitutionis*, quod rectè intelligi poteſt, de noua inſtitutione per Chriſtum: & quamuis dixiſſet, *ab initio mundi*: id ſolum eſſet verum, in quadam ratione ſigni ſed non Sacramenti propriè dicti.

Ad Maiorem, ergo argumenti Lutheri. Reſpondeo, Matrimonium ab initio non fuiſſe Sacramentum: nec æquè ſanctum eſſe apud Gentes, ac inter Chriſtianos. quod enim ſint peſſimi quidam Chriſtiani coniuges, ſanctitati Sacramenti non officit, quæ non pendet à nobis.

[o] Quinta, ad Sacramenti rationem requiritur, eſſe à Deo cæremoniam poſitam, ad confirmandam promiſſionem. At nihil tale in Matrimonio.

Negatur [p] Maior, & Minor: Nec refert coniunctionem viri & fœminæ, rem eſſe naturalem; Nam res etiam naturales, ſi ad aliquid ſignificandum referantur, ceremoniæ dici poſſunt: vt patet de manducatione in cœnâ.

[q] Sexta, Pontificij Matrimonium pollutionem vocant, & carnales ſordes. At Sacramentum mundum eſt totum.

Negatur [r] Maior.

Septima, [ſ] Aliquod Sacramentum cum aliis pugnare non debet. At Pontificij docent non poſſe Ordinis Sacramentum cum Matrimonio ſimul conſiſtere.

Ad Minorem, non arceri Sacerdotes à Matrimonio, propter rationem Sacramenti: ſed impedimenta comitantia Matrimonium: Vnde, qui vxores duxerunt, & mutuo conſenſu continentiam perpetuam profitentur, ſacris ordinibus initiari poſſunt.

Octaua, coitus pars Sacramẽti eſt, ſine qua Matrimonium, Sacramentum non eſt. 1. quia ſignificat conformitatem Chriſti cum Eccleſia, in na-

[o] *Calu. ſup.*

[p] *Vide lib. 1. de Sacramentis in genere.*

[q] *einſd. ibid. §. 36. & Kẽnitij 2. par. Examinis, pag. 1207.*

[r] *quod enim Siricius producatur epiſtola ad Himmeriũ Taraconenſem, dicens: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: nihil officit. Nam loquitur, de Sacrilegis nuptiis, id eſt Monachorum, & Sacerdotum.*

[ſ] *eorumdem ibid.*

tura. 2. quia cum ſocietas nuptiarum (inquit Leo apud [s] Grat.) *ſic ab initio cõſtituta ſit, vt præter ſexuum commixtionem non haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum*, &c. Sed à Sacramento Matrimonij non arcentur Sacerdotes per nos. Ergo neque à coitu: vel ſi à coitu: ergo ab aliquo Sacramento: vel ſi à nullo Sacramento, igitur Matrimonium Sacramentum non erit.

[s] 27. q. 2. can. *Non cum Societas.*

Negatur Maior. quia coitus non eſt pars eſſentialis Matrimonij, ſed ad ſummum integralis.

Ad 1. probationem, ſine hac ſignificatione, poſſe Sacramentum ſaluari in ſignificatione coniunctonis ſpiritualis, Chriſti cum Eccleſia.

Ad 2. corrigendum eſſe Gratianũ, ex ipſo textu Leonis in quo affirmatiuè legitur *commixtionem haberet*. &c. Nam probare intendit, concubinam non eſſe coniugem veram: ad quod minimè opus eſt, oſtendere Matrimonium requirere ſexuum commixtionem, hæc enim cõcubinatui non deeſt: ſed, Matrimonium, non tam in copula carnali conſiſtere, quam in fœdere nuptiali.

Ad Minorem negatur, quia Sacerdotes ab ipſo Sacramento toto Matrimonij excluduntur, quamuis non ratione Sacramenti, ſed impedimentorum.

Nona, [t] in coïtu per nos non datur gratia Spiritus ſancti. Ergo non eſt Sacramentum proprie dictum vt aſſerimus.

[t] *Caluin. ibid.*

Antecedens negatur, quando ille actus, eſt iuſtitiæ, vel obedientiæ, aut charitatis. Neque Origenes, cum ait, in opere coniugali non adeſſe præſentiam Spiritus ſancti, ſignificat, nullo modo adeſſe: ſed, non eſſe opus ſpeciali auxilio ad actum ipſum carnalem, atque naturalem. Ad conſequens, nullum afferere, coïtum eſſe Sacramentum: cum alij velint tantum eſſe integrantem partẽ, alij nullã, ſed actum ſolum, ſiue officium Matrimonij. Quare ex Catholicorum ſententia, tunc gratia Sacramenti datur, cùm per verba de præſenti, coniuges Matrimonium contrahunt.

[u] Decima, Sacramenta proprie dicta, annexam habent promiſſionem remiſſionis peccatorum. At talis promiſſio non eſt in Matrimonio.

Negatur Maior, vt patet in Euchariſtiâ.

Vndecima, vetera Concilia, ante Conſtantienſe, & Florentinum, non tradiderunt, Matrimonium eſſe Sacramentum.

Reſpondeo, id explicaſſe ſolùm quod ſuo tempore vocabatur in controuerſiam: cuiuſmodi non erat Sacramẽti ratio, in Matrimonio.[x] Duodecima In Sacramentis cęteris, nequit naturaliter ſufficiens reddi cauſa, quare fiat exterior actio. Nec enim aliquis, niſi fide inſtructus, dicet lotionem externam Baptiſmi, ſignificare regenerationem animi. At in Matrimonio id non inuenitur. Nã naturali lumine, quiſquis intelligere poteſt, mutuum externum cõſenſum, ſignificare vnionem maris, & fœminæ. Id enim proximè, & principaliter ſignificat mutuus conſenſus, non autem vnionem Chriſti cum Eccleſia. Sacramenta namque quod ſignificant, faciunt. Ergo, &c.

Negatur Minor. 1. quia ex mutuo conſenſu externo, nequit naturaliter intelligi, [y] ſignificari indiſſolubilem omninò vnionem. 2. neque etiam cognoſci, vnionem maris, & fœminæ eſſe, non ſolum corporum, ſed etiam animorum, per charitatem diuinam.

Decima tertia, Sacramenta cætera, conſiſtunt in aliqua re ſacra, quæ applicatur extrinſecus à miniſtro externo. At nihil tale eſt in Matrimonio.

Reſpondeo, Maiorem non eſſe neceſſariam, ad rationem Sacramenti in genere. Satis enim eſt, eſſe *ſignum, & cauſam iuſtificantis gratiæ.* Nam alioquin, cùm in quocumque Sacramento, ſit aliquid [z] proprium ſibi, liceret inferre, Sacramentum non eſſe: quia in cæteris idem non habetur.

Decima quarta, alia Sacramenta non poſſunt in abſentes conferri: poteſt Matrimonium. Ergo non eſt Sacramentum, ſaltem cum alijs vniuocum.

[u] *Kemnit. 2. par. Examinis pag. 1120.*

[x] *hac obiectio & ſequentes ſunt Durandi.*

[y] *Aug. 4. in Iulianum 5. Quem non faciunt* (inquit) *intentum, quid ſibi velit tanta firmitas vinculi cõiugalis? quod nequaquam puto tantum valere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris, ex hâc infirmâ mortalitate hominum, quoddam Sacramentum adhiberetur.*

Negatur conſeq. eâdem ratione. Si quidem Deus Matrimonium in contractu quodam conſtituit, & ideò more contractuum ſeruari voluit. In contractibus autem nihil extrinſecus applicatur, ſed ipſi contrahentes, ſignificatione mutui conſenſus efficiunt contractum: nec vt contractus valeat, requiritur præſentia contrahentium realis, ſed ſufficit vtrinque conſenſum exprimi.

Decima quinta, Matrimonium non confert gratiam 1. quia ita ſentiunt aliqui Canoniſtæ, & [z] Petrus Lombardus. 2. quia licitum eſt contrahere, ſub conditione pecuniæ dandæ. At ſi gratia conferretur, res ſacra emeretur: quod eſt Simoniæ crimen. 3. non confert primam gratiam, quia id Pœnitentiæ proprium: neque ſecundam, quia maioris gratiæ eſſet Matrimonium, quam continentia: continens enim, per Matrimonium augeretur in gratia. At proprium eſt Sacramentorũ, conferre gratiam. Ergo Matrimonium non eſt Sacramentum, cæteris vniuocum.

[z] 4. *ſent. diſt.* 2.

Negatur Maior. Ad 1. probationem, non multum referre, quid pauci Canoniſtæ dixerint. tum quia, communis aliorum ſententia contrarium ſentit: tum quia, hæc quæſtio ad Theologos ſpectat, qui veri ſunt iuris diuini Conſulti. Quod autem Magiſter ait, quædam Sacramenta eſſe inſtituta, tum in remedium, tum vt gratiam adiutricem tribuerent, ſicut Baptiſma: quædam in remedium tantum, vt Matrimonium: quædam, vt gratiam tantum adiutricem darent, vt Euchariſtiam: intelligendum eſt, [a] de principali fine, & effectu Sacramentorum. Ad 2. reſpondeo 1. etſi Matrimonium gratiam non conferret, ſemper nihilominus, iuxta hos Canoniſtas, Sacramentum eſſet, ac proinde, pari ratione, quod emi non poſſet, quare pugnant in ſeipſos 2. conſiderari in Matrimonio non ſolùm Sacramentum, ſed etiam contractum ciuilem: cuius ratione pecunia numerari poteſt, ad onera Matrimonij toleranda. Ad 3. poſſe primam conferre gratiam ſicut

[a] *Etſi enim omnia Sacramenta, gratiam gratum facientem conferant: & omnis gratia gratum faciens vim habeat delendi peccata, tribuatque auxilium ad benè viuendum: ta-*

in aliis Sacramentis contigit. quamuis non ſit ad id principaliter inſtitutum: poſſe & ſecundam, ſi inueniat ſubiectum iam in gratia eſſe. Nec propterea erit Matrimonium maioris gratiæ quam Continentia. quia, etſi Continens augeatur per Matrimonium, in gratia: multo tamen magis augeretur, ſi propter Deum, Matrimonium reſpueret.

Tamen quædam Sacramenta inſtituta ſunt principaliter, adiuuandum in bono vt Euch. Confirm. Ordo: quædam, ad peccata delenda, vt Pœnitentia, & Extrema Vnctio: Matrimonium ad vitanda: Baptiſmus, ad delenda, & bene viuendum.

Decima ſexta, in Sacramentis cæteris, Eccleſia nequit, ſua ſimplici ordinatione, eſſētialia mutare. Nec enim, (verbi gratia,) nulla reali facta mutatione ſubiecti, poterit impedire quo minus vinum, ſit materia conſecrationis ſanguinis. At, ſola ſua ordinatione, mutat eſſentialia Matrimonij. Nam, qui hodie legitimè contrahere poteſt cum tali, cras, ſi Eccleſiæ placeat, nulla facta mutatione reali ſubiecti, non poterit contrahere amplius, cum tali.

Reſpondeo, 1. eſſentialem Matrimonij materiam, nō eſſe quaſcumque perſonas, ſed legitimas. Chriſtum autem ſuæ dediſſe Eccleſiæ poteſtatem determinandi hac de re, pro ſua bona ordinatione [nulla facta mutatione reali ſubiecti: quod, quamuis in materia, & forma Sacramentorum aliorum, non ſimiliter facilè deprehendi poſſit: tamen ad id ſufficit traditio Eccleſiæ, & vſus 2. circa materiam, & formam Matrimonij nihil Eccleſiam agere: ſed ſolum miniſtri (id eſt perſonæ contrahentis) poteſtatem reſtringere, vel extendere: vt qui antea poſſet ad aliquas extendere perſonas formam Sacramenti Matrimonij, iam non poſſit, vel è cōtra: cum tamen, tam forma, quam materia, ſit æquè legitima vt antea, dūmodo applicetur à legitimo miniſtro] ſicut ſimile quid in miniſtro Abſolutionis, contigit. Nam qui hodie poteſt Petrum abſoluere, non poterit craſtina, ſola Eccleſiæ ordinatione.

Decima ſeptima, Matrimonium, ante Baptiſmū contractum, non magis eſt Sacramentum poſt Baptiſmum, quam ante. quia poſt, nulla mutatio accedit. Sed ante, Sacramentum non erat. Ergo neque poſt.

Negatur Maior, quia ante Baptiſmum, non eſt Matrimonium [b] inſolubile omninò: poſtea vero eſt. Siue ergo coniuges, de nouo contrahant, vt ſentiunt [c] nonnulli: ſiue, [d] non contrahant, ſed maneat contractus antiquus: conſenſus mutuus, ſigno expreſſus aliquo, aut ſaltem copula [vim ſigni Sacramentalis habet, indiſſolubilis Matrimonij omninò.]

[b] *Paludan. & Capreol. 4. diſt. 26. q. vnic. ar. 3. ad 5. & Eckius homil. 73. de Sacramētis.*
[c] *etſi verum, & legitimum ſit, vt communiter docent Theolog. in 4. diſt. 39.*
[d] *ita Thom. & Argentina, in 4. diſt. 39. q. 1. ar. 1. ad 1.*

De Materia, forma & miniſtro Sacramenti Matrimonij.

CAP. VI.

PRIMA opinio, eſt Kemnitij, arbitrantis, *Materiam, & formam huius Sacramenti, facilè demonſtrari non poſſe.*

Secunda, [a] Cani, *verba coniugum exprimentia conſenſum in Matrimonio Chriſtianorum, eſſe quidem formam contractus ciuilis, non tamen Sacramenti Matrimonij: ſed potius eam eſſe verba Eccleſiaſtici Miniſtri*: ac proinde, non omne Chriſtianorum coniugium Sacramentum dicendum, ſed tantum, quod celebratur ab Eccleſiaſtico miniſtro.

[b] Tertia, *conſenſum coniugum, ſeu verba exprimentia conſenſum, eſſe materiam, & formam huius Sacramenti.*

[c] Quarta, *materiam, eſſe perſonas contrahentes, formam, verba exprimentia conſenſum.* Vtraque hæc opinio vera eſt. Nam, ſi conſideretur Matrimonium dum fit, tota eius eſſentia in ſignis conſiſtit, exprimentibus conſenſum. corpora enim coniugum, ſiue perſonæ, non concurrunt, niſi vt materia circa quam. Quare, in quantum hæc verba, ſe inuicem determinant, ſunt forma: in quantum determinantur, ſunt materia.

Si verò conſideretur Matrimonium iam factum

[a] *lib. 8. de locis cap. 5.*
[b] [*D. Thom. in 4. d. 26. q. 2. ar. 1. Franciſci à Victoria q. 245. de Sacrament. & Soti d. 26. q. 2. ar. 3.*
[c] *Palud. 4. d. 26. q. 4. Adriani in 4. q. 1. de Matrimonio, & Couarru. Epitome lib. 4. decret. 2. par. cap. 1.* [*Quartā opinionem quā Canoniſtarum eſſe communem*

negari nequit,ipſos coniuges, ſimul cohabitantes, eſſe materiale ſymbolum externum repræſentans Chriſti, & Eccleſię indiſſolubilem coniunctionem: ſicut in Euchariſtia, conſecratione peracta, remanenr ſpecies conſecratæ, ſymbolum ſenſibile alimenti ſpiritualis : *Forma* ergo huius Sacramenti [d] iuxta Theologos, ſunt verba, vel ſigna exprimentia conſenſum.

Obiicit [d] Kemnitius,Gropperum docuiſſe, formam huius Sacramenti eſſe, illa Domini verba: *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet.*

Mendacium. Nam etſi hæc verba [e] Gropperus producat, ad probandum Matrimonium Chriſtianorũ nõ eſſe merè contractum ciuilem:tamen,non dixit eſſe formam Sacramenti huius, ſed *ſupereſt* (inquit)*vt verbum, & elementum huius Sacramenti indicemus, & gratiam inſuper in eo conferri monſtremus. Verbum itaque huius Sacramenti, quo accedente ad elementum,fit Sacramentum,id nimirum eſt,quo ambo, mas, & fœmina,(cum pietatis reſpectu, qua in Deum eſt, ſibi mutuò fidem coniugalem dant,accipiuntque) non quouis modo,ſed in Dei nomine coniunguntur.Miniſter*, eſt ipſa perſona contrahens. Id enim exigit contractuum natura, vt in eandem concurrant perſonam, cauſa materialis,& efficiens:ſicut in eo,qui ſeipſum venderet. Quamuis iam ex Eccleſiæ decreto, requiratur præterea Eccleſiæ miniſter,qui conſenſum exquirat,prober,declaret,ac benedictione confirmet.

Porro obſeruandum eſt contra [g] Kemnitium. 1. in formâ Sacramenti huius omnes Scholaſticos conuenire,Cano excepto. 2. etſi nequiret diſcerni proprie, quid materia, quid forma:ſufficere tamen ad dignam huius Sacramenti adminiſtrationem, & vſum,adhiberi omnia neceſſaria,ad Sacramenti celebrationem. Nec enim, propterea reijciendus eſſet Baptiſmus, ſi nequiret ſciri, an aqua ſit dicenda materia, necne: dummodo adhibeatur,iuxta Eccleſiæ ritum.

ſuper caput, tua nos. Extra. de ſponſalibus quamque ſibi magis expeditã putat, refert à Valentia in 3. D. Thom. diſput. de Matrimonio punct.6. Nimirum conſenſum mutuũ, vt ſubeſt ſignis externis,materiam eſſe:formã verò, ipſa externa ſigna.]

[d] *pag.* 1221.

[e] *in Enchiridio.*

[g] *pag.* 1220. & 1221.

Omne legitimum Matrimonium inter Chriſtianos eſſe Sacramentum.

CAP. VII.

[a] *in his enim nulla formæ, à Cano introductæ mentio.*

PRimò, ſi vera eſt Cani opinio, nō poſſumus ex ſcripturis, ac Cōcilijs [a] oſtēdere, coniugium eſſe Sacramentum. Nam neque ex ſcripturis, neque Concilijs colligi poteſt ſententia Cani.

Secundò, Concilium Florentinum tractans de Matrimonio, vt Sacramento. *Septimum eſt Sacramētum Matrimonij* (inquit) *quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundum Apoſtolum. Cauſa efficiens Matrimonij, regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus.* At ſi cauſa efficiens eſt huiuſmodi conſenſus, certè miniſter erit vtraque perſona contrahens.

[b] *decreto ſiue doctrina Matrimonio, initio ſeſſ. 24.*

Tertiò, [b] Concilium Trident. nullam agnoſcit differentiam in ritu eſſentiali Matrimonij legis veteris, & nouæ: ſed in eo diſcrimen ponit, quòd Matrimonium nouæ legis gratiam conferat, non autem Matrimonium antiquæ. At Matrimonij antiquæ legis miniſter, erat perſona contrahens. Igitur & in lege gratiæ.

[c] *excepto Cano.*

Quartò, ex [c] communi Theologorum omnium conſenſu.

[d] *[Concil. Trident. ſupr. decreto de Reformatione Matrimonij, requirit quidem benedictionē Sa-*

Quintò, ante Concilium Tridentinum, ſemper Eccleſia habuit rata Sacramenta, Matrimonia clādeſtina. At ſi vera eſt opinio Cani, nulla erant. Igitur grauiter per tot ſæcula errauit Eccleſia, approbando pro Sacramento, quod tale non erat.

Sextò, fidelium Matrimonia clandeſtina, ſine illa benedictione Sacerdotali, aut erant, ante [d] Cōcilium Tridentinum, Sacramenta, aut non. ſi non. erant ergo ſolubilia. At I. inauditum eſt licuiſſe

aliquando Chriſtiano relinquere vxorem propriã, & aliam ducere. 2. fruſtra decreuiſſet Tridentinum clandeſtina Matrimonia nulla eſſe, cum ſine huiuſmodi decreto ſolui poſſent. ſi erant inſolubilia. Ergo Sacramenta: quia Sacramentum, inſolubilitatem omnimodam Matrimonij [e] facit.

cerdotalem: verum quando irritat Matrimonia clandeſtina, non expreſſe ait irritari, quia deſit benedictio, ſed quod deſit præſentia Parochi, vel eius vices gerẽtis: deſint & duo, vel tres teſtes.]

[e] ob defectum enim Sacramenti infideliũ matrimonia ſũt ſolubilia.

Soluuntur obiectiones Cani.

CAP. VIII.

PRIMA, nequit ex ſcriptura, vel traditione probari Matrimonium prophanè contractum, eſſe Sacramentum.

Reſpondeo, 1. neque etiam inde, probari poſſe, neceſſarium eſſe Eccleſiaſticum Miniſtrum. 2. ſufficere ſcripturam, PP. & Concilia, docere dum de Sacramento Matrimonij loquuntur, producere generaliter Matrimonialem contractum Chriſtianorum. nuſquam enim reſtringunt, ad Sacerdotalem benedictionẽ.

Secunda, definit Florentinum Concilium, omnia Sacramenta rebus, & verbis cõſtare. At in Matrimonio ſæpè nulla ſunt verba, ſed nutus tantum.

Reſpondeo, loqui Concil. non ſolum de verbis proprie dictis, ſed etiam ſignis vicem gerentibus verborum, Propterea namque non dixit, requiri abſolutè in Matrimonio verba, ſed, *Regulariter*.

Tertia, Sacramenta ſunt cæremoniæ ſacræ. At Matrimonium ſolis coniugum verbis cõtractum, nihil ſacri habet.

Negatur Minor, ex adiuncta enim ſignificatione, & efficientia gratiæ, iuxta inſtitutionem Chriſti, planè ſacrum eſt.

Quarta, requiritur in quocumque Sacramento, certus Miniſter, iuxta Concil. Florentinum.

Reſpondeo, non negare Concilium poſſe eun-

dem, & Miniſtri & ſuſcipientis Sacramentum, rationem habere.

Quinta, Fideles non ſe Sacrilegos putant ſi in peccato mortali contrahant ſine Eccleſiaſtico Miniſtro. Ergo credunt huiuſmodi matrimonium, Sacramentum non eſſe.

Negatur Antecedens. Nuſquam enim fideles, illam Cani diſtinctionem audierunt: ſed ſimpliciter, *eſſe ſeptem Sacramenta quorum Matrimonium ſit vnum.* Nec refert multos ſcientet contrahere in peccato mortali. Nam & multi ſacra vaſa diripiunt, ac multa ſimilia perpetrant, quæ ſacrilegia eſſe non dubitant.

Sexta, Matrimonium, ſine Eccleſiaſtico Miniſtro, nec ſanctificationis imaginem gerit, neque ad ſanctificandum exhibetur.

Negatur. Refert enim inter fideles, coniunctionem Chriſti cum Eccleſia: & etiam cum anima, per gratiam.

Septima, in Matrimonio huiuſmodi nulla ſunt verba ſacra, quæ formæ rationem habeant. 1. quia verba ſuſcipientis Sacramentum, materia quidem eſſe poſſunt, ſed non forma. quia forma ab agente, in paſſum recipi debet. 2. quia forma Sacramenti ſupernaturalis eſt. At verba coniugum, ſunt naturalia. 3. qui forma Sacramenti, ſignificat ſpirituale effectum: hæc verba, nihil ſimile ſignificant. 4. verba Sacramenti determinata ſunt à Deo, nec mutari poſſunt. At verba coniũgum ſunt indefinita. 5. quando verba ſunt Sacramenti forma, nequeunt ſuppleri nutibus, aut literis. At verba contrahentium poſſunt 6. nomen Sacramenti, pro materia accipi ſolet, non pro forma. At verba illa contrahentium: *Accipio te in meam,* &c. dicuntur mattimonium, ſiue matrimonij Sacramentum.

Negatur Propoſitio. Ad primam probationem, idem poſſe ſimul eſſe patiens, & agens, ſub ratione diuerſa.

Ad ſecundæ probationis Maiorem, formam, &

materiam phyſicè conſideratam, eſſe naturalem: ſupernaturalē verò, ſi Sacramentaliter cōſideretur.

Ad minorem, negatur: ſi illa verba, accipiantur ſacramentaliter.

Ad 3. negatur minor, ſignificant enim hæc verba ſpiritualem vnionem Chriſti cum Eccleſia, & anima.

Ad 4. Verba eſſe determinata à Deo quoad ſenſum, non quoad numerum ſyllabarum, vel ſonum vocis ad 5. quod nutus ſuppleant vicem verborū in matrimonio, & non in aliis Sacramētis: debet ſufficere, & Eccleſiæ praxis, & talem eſſe contractuū naturam, vt facilè poſſint nutibus, voluntates contrahentium exprimi.

Ad 6. reſpondeo 1. ſi materia Sacramenti, vocari poteſt Sacramentum, quanto magis, quod ſimul eſt materia & forma, nimirum contrahentium verba? 2. negatur Minor. Matrimonium enim definitur: [a] *Maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.*

Sexta, [b] Guilielmus Pariſienſis, & nonnulli Canoniſtæ docent Matrimonium Sacramentum non eſſe, niſi Sacerdotali miniſterio fuerit cōſecratum.

Reſpondeo, duplicem eſſe benedictionem Sacerdotalem in Matrimonio, vnam, in contractu de præſenti, cum ait Sacerdos: *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* hæcque fit communiter in domo priuatâ. alteram, in templo, tempore Miſſæ, cum adiunctis precibus varijs. Si de priori loquatur Canus (vt reuera videtur loqui) non habet pro ſe hos DD. quia de poſteriori loquuntur. Sed errant grauiſſimè. 1. quia hæc benedictio caret Sacramentali forma. 2. quia ſecundis nuptiis non datur, quæ tamen ſunt vera Sacramenta. 3. quia ſine peccato omitti [c] poteſt, ſi deſit contemptus. 4. quia iſti DD. friuolo nituntur fundamento, nimirum textu capitis: *In Eccleſiæ*: quo prohibentur Sacerdotes accipere pecunias, pro benedictione nubentium: quia Sacra-

[a] *ita definit Alexan. 3. cap. illud de Præſumptione, & ante eum Iuſtinianus de pat. poteſt. in princ. hanc definitionem Theologi, & Canoniſtæ referunt paſſim.*

[b] *lib. de Sacramētis, tract. de Matrimonio cap 9 q. 1.*

[c] *can. Noſtrates. 30. q. 5.*

mentum eſt. Nam hîc, Sacramentum largo vſurpatur modo: ſicut ibidem, Sacramenta vocantur exequiæ defunctorum, officium ſepulturæ, deductio Epiſcopi ad ſuam ſedem, *&c.*

Septima, [d] Paludanus ſcribit, non peccare contrahentes in mortali peccato. Ergo Sacramentum non eſt Matrimonium ciuiliter contractum: alioquin ſacrilegium committerent.

[d] *4. diſt. 5. q. 2.*

Reſpondeo, [e] Paludanum aperte docere, ipſos coniuges eſſe huius Sacramenti miniſtros, conſenſum ſuum inuicem exprimentes: cum in eo conſenſu, ſignis expreſſo, eſſentia Matrimonij conſiſtat. Quare in loco citato à Cano, non loquitur de coniugibus, vt recipientibus Matrimonij Sacramentum: ſed miniſtrantibus. Si quidem probare volebat, non ſemper miniſtrum peccare miniſtrās in peccato: vt accidit in caſu neceſſitatis.

[e] *ibid.*

Octaua, D. Thomas [f] 4. diſt. 1. docet in Matrimonio non requiri determinata verba quatenus eſt officium naturæ: ſed ſufficere nutus. requiri autem determinata, in diſpenſatione miniſtrorum Eccleſiæ conſtituta, quatenus Sacramentum eſt.

[f] *q. 1. ar. 3.*

Reſpondeo, in ſecundo ſcripto D. Thomam addidiſſe: *vel dicendum, quod in* [g] *his vt Sacramenta ſunt, requiruntur aliqua ſigna loco verborum.* Ex quo intelligitur S. Thomam non pro certo priorem opinionem propoſuiſſe. Quare [h] diſt. 26. diſertis verbis docet formam Sacramenti huius, eſſe coniugum verba: benedictionem autem Sacerdotis, non eſſe huic eſſentialem Sacramento.

[g] *ſcilicet Pænitentia, & Matrimonio.*

[h] *q. 2. ar. 1. ad 1.*

Nona, idem [i] 4. contra Gentes, ideò probat Matrimonium eſſe Sacramentum, quia per miniſtros Eccleſiæ diſpenſatur, & quædam benedictio nubentibus datur.

[i] *cap. 78.*

Reſpondeo, ibi probare Sacramentum Matrimonij, tantum ex ſigno, & coniecturis.

Decima, [k] Calixtus, [l] Siricius, & [m] Hormiſda, docent, debere adhiberi benedictionem Sacerdotalem in Matrimonio.

[k] *epiſt. ad Epiſcopos Galliæ.*

[l] *epiſt. ad Himmerium.*

[m] *apud Gratian. 30. q. 1. cā. Nullus. Nicolaus, apud*

Reſpondeo, quis hoc negat? Sed non dicunt hanc benedictionem eſſe eſſentialem.

Vndecima, [n] Euariſtus, videtur dicere, Matrimonia ſine Sacerdote contracta, eſſe adulteria vel ſtupra, aut fornicationes.

Reſpondeo, loqui per reſpectum ad forum exterius, talia enim Matrimonia præſumuntur, in foro exteriori, illegitimè contracta, id eſt, ſine mutuo conſenſu: quia Eccleſia non iudicat, in foro exteriori, matrimonium legitimum, niſi poſſit teſtibus probari.

De Polygamia multarum vxorum ſucceſſiuè.

CAP. IX.

[a] MONTANVS, [b] Tertullianus, & [c] Nouatiani, ſecundas nuptias damnabant: atque hunc errorem nobis [d] Kemnitius aſcribit.

Primò, quia non benedicuntur.

Secundò, quia [e] prohibentur Preſbyteri, à Cõcilio Neocæſarienſi apud Gratianum, ſecundis intereſſe nuptiis.

Tertiò, quia apud [f] eundem Chryſoſtomus ait, reuera ſecundas nuptias fornicationem eſſe.

Quartò, ibidem [g] Hieronym. adeo laudat virginitatem, & continentiam, vt videatur Polygamiam damnare, imò nuptias abſolutè.

Contra. nullus eſt Catholicorum, qui ſecundas nuptias non probet.

Primò, quia Paulus Romanor. [h] 7. docet mu-

eundem, can. 31. q. 2. can. Lotharius, Ambroſius. 9. epiſt. 70. Iſidorus 2. officior. Eccleſiaſt. 19. Cõc. Chartag. 4. can. 13. Lateranenſ. c. in Eccleſiæ corpore, extra. de Simonia. Viennenſe, Clementinâ, Religioſi, de priuilegiis, Lugdunẽſe 35. q. 3. can. Nulli. & Conſtantiẽſe in fine.

[n] *epiſt. 1. apud Gratian. 30. q. 5. can. Aliter.*

[a] *apud Aug. libro de hæreſibus cap. 26.*

[b] *libro de Monogamia.*

[c] *apud Theodoret. 3. de fabulis hæretic.*

[d] *2. par Exa. pag. 1226.*

[e] *31. q. 1. can. De his.*

[f] *ibid. can. Hac ratione.* [g] *can. Quomodo.* [h] *verſ. 3. & 1. Cor. 7. verſ. 39. ſi dormierit vir eius liberata eſt, cui vult nubat, tantum in Domino. ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ.*

lierem non fore adulteram, ſi mortuo viro ſuo, alteri nupſerit.

[l] *can. 8.*

Secundò, Concilium [l] Nicænum iubet, non recipi Nouatianos in Eccleſiam, ni polliceantur ſe communicaturos etiam cum polygamis ſucceſſiuè.

Tertiò, quia [k] Ambroſ. [l] Hierony. [m] Chryſ. & alij PP. ſecundas nuptias apertè probant, licet Continentiam præferant.

Quartò, quia [n] Concil. Florentinum declarauit, non ſolum ſecundas, ſed etiam tertias, quartas, & deinceps alias licitas eſſe.

[k] *libro de viduis.*
[l] *epiſtola ad Gratianum, & Auguſtinus, libro, de bono viduitatis.*
[m] *homil. 20. in epiſtolam ad Epheſios.*
[n] *in inſtructione Armenorũ.*
[o] *vide tom. 2. lib. 2. de Conciliis cap. 8.*

Ad primum, non benedici: quia hæc benedictio ad Sacramenti eſſentiam non pertinet, & data benedictio in primis nuptiis, non perit.

Ad ſecundum, ſi reprehendatur Gratianus, id erit ineptè, cum apertè ibidem aſſerat, licitas nuptias ſecundas. Si Concilium, reſpondeo [o] vel loqui Concilium de Polygamia, eodem tempore: vel de nuptiis ſecundis, quibus celebritas primarum nuptiarum adhibebatur.

Ad tertium, non eſſe Chryſoſtomi, ſed authoris operis imperfecti in Mathæum, qui vel hæreticus fuit, vel cuius opus deprauatum ab hęreticis.

Ad quartum, nihil minus voluiſſe Hierony. *Non damno bigamos* [p] (inquit) *immò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos.* [q] *Quid igitur? damnamus ſecunda Matrimonia? minime, ſed, prima laudamus: abiicimus de Eccleſia Digamos? abſit, ſed, Monogamos ad Continentiam prouocamus.* [r] Vnde refert, Damaſi tempore fuiſſe Romæ par coniugum, quorum alter viginti vxores ſepelierat, alter maritos viginti, & vnum.

[p] *Apolog. pro libris ſuis aduerſus Iouinian.*
[q] *epiſt. ad Gerõtiam de Monogamia.*
[r] *ibidem.*

De Polygamia multarum vxorum ſimul.

CAP. X.

PRIMVS, [a] inter Chriſtianos qui huic Polygamiæ aditum patefecit, videtur fuiſſe [b] Valentinianus Imperator, qui [c] Iuſtinam quandam, volens in vxorem ducere, retenta priore coniuge [d] Seuera, legem promulgauit quâ liceret vnicuique, duas ſimul coniuges habere.

Luthero hæc polygamia placuit, [e] in explicatione Geneſeos anni 1525. ad cap. 16. cuius ſententiam Anabaptiſtæ ſequuntur, [f] teſte Kemnitio. Sed hanc polygamiam prohibitam eſſe, probatur. Primò, Mathæi 19. Chriſtus reuocat Matrimonium ad primam inſtitutionem, ac vult eam deinceps valere. Nam interrogantibus Phariſæis an liceret, vxorem repudiare, reſpondit non licere: [g] *Quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo*, &c. cumque inſtarent Phariſæi, Moſem dediſſe repudij libellum, Dominus, iterum reuocans Matrimonium ad primam inſtitutionem, ſubiunxit: *Ad* [h] *duritiam cordis veſtri*, &c.

At illa inſtitutio prima excludit polygamiam iſtam 1. quia ſcriptura ſemper loquitur dumtaxat in ſingulari numero: *Maſculum, & fœminam fecit eos, & adhærebit vxori ſuæ*, &c. 2. quia Dominus ita explicauit cum ait: [i] *itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.* ſi enim vnus multis coniungatur non erit vna caro, ſed multæ, nec tam fiet vnio, quam diuiſio. 3. quia Adamo vnicam dedit vxorem Deus. 4. quia

[a] [*Irenæus. 1. cap. 32. hanc Polygamiam, Baſilidi, & Carpocratij aſcribit.*]

[b] *apud Socratem. 4. hiſtor.* 27.

[c] [*ex qua ſuſcepit Valentinianum Iuniorem.*

[d] *quæ apud maritum Valẽtinianum, laudauerat imprudenter, Iuſtinæ pulchritudinẽ.*]

[e] *Et in propoſitionibus de Bigamia epiſcoporum.*

[f] *ſup. pag.* 1229.

[g] *v.* 4. ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν, καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. *v.* 5. καὶ εἶπεν, ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται δύο εἰς σάρκα μίαν.

[h] *v.* 8.

[i] *v.* 6. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία.

ita ſentiunt [k] Hierony. Chryſoſtom. Beda, Theophylact. Anſelmus, [l] Ambroſius, [m] Auguſtinus.

Secundò, [o] *Qui dimiſſa vxore, aliam duxerit, mœchatur*, ait Dominus. Quare, niſi quia dimiſſa ſemper remanet vxor? alioquin non eſſet crimen aliam ducere. Sed multo magis remanet vxor illa, quæ non eſt dimiſſa. Ergo illa viuente non licebit aliam ducere.

Reſpondet [p] Caietanus, Dominum non dixiſſe apud Marcum, *mœchatur*, ſimpliciter, ſed, *mœchatur ſuper eam*, id eſt, non mœchatur reuera, ſed, ſolùm iniuriam alteri dimiſſæ facit: vel *mœchatur quidem*, ſed, quia alteram ducit, ſine dimiſſę conſenſu.

Contra 1. Mathæus, & [q] Lucas ſcribunt ſimpliciter eum mœchari: quod, niſi verum ſit, certè qui carerent Euangel. Marci facilè deciperentur. 2. quia nobiſcum ſentiunt [r] Innocent. 1. [s] Auguſt. Beda, [t] Innocent. tertius, & omnes alij PP. infra. 3. quia propriè loquendo, Mœchari ſuper eam, eſt reuera mœchari & quidem grauiter, id eſt, cum iniuria dimiſſæ vxoris, 4. ad Polygamiam licitam reddēdam, non eſt neceſſarius alterius vxoris conſenſus (quare ſi non eſt licita ex ſe, nec conſenſus alterius vxoris licitam faciet,) tum quia antiqui Patriarchæ nō expectabant conſenſum alterius cōiugis, vt aliam ducerent. tum quia, quantumcumque inter Chriſtianos conſentiret vxor, ſuum virum aliam ducere, non tamen liceret.

Tertiò, quia [u] vbicumque Apoſtolus loquitur de Matrimonio, ſemper loquitur de vxore in ſingulari numero.

Quartò mulier nequit iuxta Paulum plures ſimul habere viros. 1. Corinth. 7. Sed iuxta eundem, pares ſunt vir, & mulier hac in re, [x] ibidem. Non igitur poteſt, iuxta Apoſtolum, vnius vir plures vxores habere.

Quartò, quia Polygamia, tum ex parte viri, tum ex parte vxoris, iuri naturæ, & rationi Matrimonij repugnat, *Ex parte vxoris*, omnes concedunt, quia repugnat

[k] *in 19. Mathæi.*
[l] *libro de viduis.*
[m] *1. de nuptiis, & concupiſcentia, cap. 9.*
[o] *Math. 5. v. 32, cap. 19. v. 9. Marci 10. verſ. 11.* ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν.
[p] *in 19. Math. & 10. Marci.*
[q] *16. v. 18.*
[r] *epiſt. 3 cap. 6.*
[s] *1. de Adult. coniugiis. 11.*
[t] *cap. Gaudemus de diuortiis.*
[v] *vt 1. Cor. 7. & Rom. 7.*
[x] *v. 3. vxori vir debitū reddat, & vxor viro. v. 4. Mulier ſui corporis non habet poteſtatem ſed vir. Similiter autē mulier ſui corporis non habet poteſtatem, ſed vir.*

repugnat quatuor Matrimonij finibus ſcilicet. [y] 1. ſuſceptioni,& educationi prolis. Nam mulieres pluribus viris addictæ, inſtat meretricum pariunt rarò: & quamuis parerent, nullus virorum ſciret quiſnam ſuus filius eſſet, quod non parum educationi officit. 2. ſocietati domeſticæ, & communicationi operum ad vitam neceſſariorum. Nam tūc eſſent vnius corporis capita multa, quæ non facilè conuenirent inter ſe, nec ſciret mulier cui magis parendum foret: ſicut nec ſeruus, qui multis Dominus æqualibus inſeruit. 3. remedio contra concupiſcentiam, nam & rixa inter corriuales fouetetur, [nec tot viris, vni' fœminæ gratus amor eſſet] 4. ſignificationi vnionis Chriſti cum Eccleſiâ & anima: vnus eſt enim Deus, Eccleſiæ & animæ ſponſus.

Ex parte viri, [z] non omnes concedunt: probatur tamen 1. quia repugnat ſecundo fini, plures namque mulieres in domo, tot ſunt diſſentionum principatus: nec enim mulier eſt ancilla, ſed, poſt virum [a] Domina: repugnat tertio fini: quia nequit vnus vir tot fœminis facilè ſatisfacere: & vna ſemper aliis præferretur. Repugnat etiam quarto fini: quia vna eſt tantum Eccleſia. 2. non videtur æquum, vt mulier ſe tota viro tradat, non autem vir mulieri 3. quia ſi polygamia [b] ex parte virorum licita eſſet, Deus proculdubio eam initio introduxiſſet: cum tunc maximè propagatio neceſſaria foret: quod tamen non fecit, ſed vni viro, vnam tantum mulierem dedit.

Quintò, nullum extat Chriſtianorum exemplum polygamiæ, de qua eſt controuerſia.

Sextò, noſtram ſententiam definierunt [c] Siricius, Innocent. [d] 1. & 3. ac Concil. Tridentinum: [f]

[y] *Vide Aug. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 12. & libro de bono coniugali cap. 17.*

[z] *Durand. in 4. diſt. 33. q. 1. Abulenſis in 19. Matth. q. 30.*

[a] *ideo enim ex latere formata. vide Chryſoſt. homil. 20. in epiſt. ad Epheſios, & D. Thom. 1. par. q. 92. ar. 3.*

[b] *ſcilicet qua vnus vir plurimis nubit vxoribus.*

[c] *epiſt. 1.*

[d] *epiſt. 9.*

[e] *cap. Gaudemus, de diuort. vide titul. de ſponſa duorum & Gratian. 24. q. 3. can. An non.*

[f] *ſeſſ. 24. can. 2. in Iure Ciuili. ff. de his qui notantur infamia leg. item C. de inceſtis nuptiis leg. Eum qui. conſtat ab imperatoribus Gentilibus infamia notatam fuiſſe Polygamiam: Et Ariſtoteles tum in Politicis, tum Oeconomicis monogamiam præcipit.*

Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum : Anathema ſit.

Soluitur argumentum ex Patriarcharum exemplo.

CAP. XI.

PATRIARCHAE plures habuerũt vxores. Ergo id iuri non repugnat naturæ.

Prima reſponſio, præter vnam alias fuiſſe merè concubinas. 1. quia, ideo dixerũt Phariſæi Chriſto : [a] *Nos ex fornicatione non ſumus nati*, quaſi dicerent, *non ſumus ex Agar*. 2. quia [b] ſcriptura paſſim eas vocat concubinas 3. quia, [c] Ambroſius volens defendere Abraham quòd ex Agar filium habuiſſet, non dixit: *quia vxor erat*, ſed, *nondum fuiſſe adulterium prohibitum*, vel, *amore ſolùm poſteritatis id feciſſe, ac tãdem facti pœnituiſſe*, vel denique, *id egiſſe, ad aliquid futurum ſignificandum*. 4. quia, idem Abrahæ factum à Manichæis obiectum, non aliter diluit [d] Auguſtinus, quam quod Abraham nulla libidinis, ſed prolis gratia, id egerit. 5. quia, [e] Leo probare volens concubinam non eſſe vxorem producit exemplum Agar.

Contra. 1. Lia, & Rachel erant veræ coniuges Patriarchæ Iacob. Item Anna, & Phennenna Helcanæ. 2. non eſt veriſimile Abraham, ſapientiſſimum, & ſanctiſſimum, adeò grauiter erraſſe. 3. ſequeretur Patriarchas, non ſemel, ſed fere perpetuò, & publicè, errorem fouiſſe. 4. [f] *Dedi* (inquit Deus ad Dauid) *vxores Domini tui in ſinum tuum.* At quomodo Deus, author Adulterij eſſet. 4. iuxta [g] Apoſtolum, Agar ſignificauit Synagogam. At

[a] *Ioan. 8. v. 41.* ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα.

[b] *vt Geneſ. 25. verſ. 6.*

[c] *lib. 1. de Abraham cap. 4.*

[d] *2. cõtra Aduerſar. legis, & prophetar. 9. & lib. 22. contra Fauſtum. 30. ac lib. 16. Ciuit. 25.*

[e] *epiſt. 98. cap. 4.*

[f] *2. Reg. 12. v. 8.*

[g] *Galat. 4.*

Synagoga non fuit adulterinâ coniunctione, Deo copulata, ſed legitima. Ergo & Agar Abrahæ, vt vera ſignificatio conſiſtat.

Ad primum, loqui Phariſæos de ſpirituali fornicatione, ac ſi dixiſſent: *Nos non ſumus ex gentibus idololatris, ſed ex patre Abraham fideli.*

Ad 2. aliquando legitimas vxores dici [h] concubinas in ſcriptura, aliquando vxores.

Erant enim duo vxorum genera: aliæ ſiquidem aſſumebantur ad ſocietatem thori, bonorum omnium, ac gubernationis totius domus: atque harũ filij hæredes manebant: Aliæ admittebantur tantum ad ſocietatem thori: nec earum filij hæreditati communicabant.

Ad Tertium, Ambroſium variis modis Abraham defendere conatum fuiſſe, optime tamen reſpondit, cum dixit, *id factum ad aliquid futurum ſignificandum.* Idem enim eſt ac ſi dixiſſet, *id ex diſpenſatione Dei contigiſſe.*

Ad quartum, ita reſpondiſſe Auguſtinum, quod Manichæi præcipuè Patriarchis obijcerent libidinem, ac petulantiam: At lib. 16. Ciuit. Dei A. 38. apertè ſcripſit Iacob Patriarcham quatuor vxores habuiſſe, quia tunc temporis hæc Polygamia nullâ lege prohibebatur.

Ad quintum, Leonem inſinuare duplicem diſtinctionem: vnam vxoris à vera concubinâ: Alteram liberæ ab Ancilla, exemplum ergo Agar ad poſteriorẽ diſtinctionem pertinet, quamuis enim Agar legitima coniux, ſemper tamen ancilla erat.

Secunda reſponſio, fœminas Patriarcharũ legitimas vxores fuiſſe, quia hæc Polygamia, non niſi poſitiuo iure Euangelico prohibetur.

Probatur ex [i] Hierony. & [k] Auguſt. aſſerentibus nullum fuiſſe peccatum, ante Euangelium plures vxores habere, quia nulla lege prohibebatur.

Contra 1. [n] Innocent. 3. & [o] Chryſoſtom. apertè docẽt, nuſquam licuiſſe plures habere vxores, ſine diſpenſatione diuinâ. 2. quia liceret alio-

[h] *Geneſ. 16. verſ. 3. vocatur Agar* אֵשֶׁת אַבְרָם *Eſcheth Abrã: ſiue Auram ca. 25. v. 1. vocatur Cethura eodem nomine* אִשָּׁה *Iſchſchah: quo & Sara vocatur. At filij earum vocantur ibidem. verſ. 5.* בְּנֵי הַפִּילַגְשִׁים *bene happilaggeſchim, filij concubinarum.*

[i] *epiſt. ad Oceanum, de Monogamia Clericorum.*

[k] *3. de doctrina Chriſt. 12. & 6. Ciuit. 38. ac 22. contra Fauſtum 47.*

[n] *cap. Gaudemus ſupr.*

[o] *homil. 56. in 30. Geneſ.*

qui etiam nunc infidelibus plures habere vxores: nec enim legibus euangelij obligantur. id autem eſt falſum, quia cum ad Eccleſiam veniunt, coguntur omnes alias, præter primam dimittere: quare, niſi [e] quod aliæ non erant propriè vxores?

[e] ſi enim veræ vxores eſſent. 1. remanere deberent quia etſi lex Euangelica polygamiã prohibeat: non tamen dirimit matrimonia. legitima [2. nulla eſſet ratio, quare magis prima retineri debeat quã vltima, aut alia quæque.]

Ad probationem Reſpondeo, loqui hos PP. ſuppoſitâ diſpenſatione diuinâ.

Tertia reſponſio, id licuiſſe Patriarchis ex diuinâ diſpenſatione.

Prima propoſitio. *Circa polygamiam, tam ex parte viri quam vxoris, nullus homo diſpenſare poteſt, maxime poſt Euangelium prædicatum.* Quia prohibita eſt iure diuino naturali, ac Euangelico. Nequit autem inferior in lege ſuperioris diſpenſare.

Secunda propoſitio: *poteſt Deus diſpenſare circa Polygamiam vnius viri cum plurimis vxoribus, non autem vnius vxoris cum multis viris.* Duo ſunt enim genera præceptorum naturę. Alia vniuerſalia, tanquã principia prima. Alia, concluſiones ex primis deductæ. At circa priora non diſpenſat Deus. Atque ad hoc genus, reuocatur Monogamia vxoris. quia plures habere viros repugnat primo fini matrimonij. Circa poſteriora auté, ad quæ reuocatur Monogamia viri, diſpenſat. quia non repugnant primario fini.

Obijcies, ſi vnica eſſet mulier in terris, eaque nupta ſterili viro, nonne oporteret diſpenſare, vt ſecundo nuberet, ne mundus interiret?

Reſpondeo 1. Hoc non eſſe timendum, quia Deus generis humani curam habet. 2. potius diſpenſandum vt ſoluatur vinculum cum priore marito, quam duos maritos habere.

Tertia propoſitio: *Vt Deus dicatur diſpenſare ad Polygamiam non requiritur externa aliqua loquutio, vel ſcriptura.* Quia qualis eſt lex, talis requiritur diſpenſatio. Lex autem prohibens polygamiam non erat ſcripta, patriarcharum tempore. *Nec ſufficit, quod recta ratio dictet, polygamiam licitam eſſe, ſed requiritur peculiaris inſpiratio Dei.* Lex enim Polygamiam prohibens non erat ſolum naturalis, quia conformis

rationi,ſed quia Deus ſpeciali inſpiratione docuerat Adamum naturã Matrimonij,à ſe inſtituti. Secundaria enim præcepta iuris naturæ vim coactiuã non habent, niſi ſpeciali inſpiratione ſancita fuerint à Deo,vel ab aliquo ſanciantur. Ergo ſicut ſpeciali inſpiratione ſancita fuerat à Deo lex monogamiæ: ita ſpeciali inſpiratione opus erat, in diſpenſatione.

Quarta propoſitio: *Hæc diſpenſatio indicata eſt Deo primis aliquot patribus: deinde illorum verbo, aut exem-* [f] *Geneſ. 16.*
plo ad cæteros peruenit. Probatur 1. quia tempore *v. 2.*
Abrahæ res erat iam omnibus nota,adeo vt [f] Sa- [g] *Geneſ. 29.*
ra Abraham induxerit ad ſecundam vxorem du- [h] *Geneſ. 30.*
cẽdam. 2. quia [g] Laban obtulit Iacob duas filias: illæ [h] obtulerunt eidem duas Ancillas in vxores: neque ipſe miratus eſt,aut dixit,non licere. 3. quia [i] *Deuter. 21.*
Moyſes de polygamia loquitur vt re notiſſimã, & *v. 15.*
paſſim licitã. [i] *Si fuerint* (inquit) *alicui duæ vxores vna dilecta, alia odioſa*, &c. At non eſt veriſimile ſingulis factam fuiſſe inſpirationem, ſed erat ſatis, ſi primis patribus facta fuiſſet. [k] *16. Ciu. 38.*

Quinta propoſitio: *Probabile eſt hanc diſpenſatio-* *& contra Fau-*
nem omnibus etiam gentibus conceſſam: Primo, quia [k] *ſtum ſupra.*
Auguſt. ſcribit in terrâ Laban, in qua Iacob plures duxerat vxores, viguiſſe hunc morem inculpabilem, quòd eo tempore polygamiam lex nulla [l] *Geneſ. 28.*
prohiberet. 2. quia Eſau ad populum Dei non ſpectabat: & tamen, ſine reprehenſione, [l] deſcribitur multas habuiſſe vxores.

Sexta propoſitio, 1. *Probabile eſt hanc diſpenſationem ante Chriſti aduentum ceſſaſſe.* 2. *quidquid ſit, vbique gentium iam à Chriſto* ſublata eſt: prior pars probatur: Primò, quia, cauſa diſpenſationis ceſſauerat,nimirum paucitas hominum. Secundò, quia tempore Chriſti non videtur fuiſſe in vſu polygamia. Tum quia in Euangelio, ſemper vxor in nu- [m] *Luc. 1.*
mero ſingulari nominatur. Tum quod Zacharias, [m] pater Ioannis, quamuis ſterilem haberet, non tamen aliam duxit.

Matrimonium infidelium, ſolubile eſſe, etiam quoad vinculum, ſi alter coniugum conuertatur ad fidem & alter nolit ei cohabitare ſine iniuria creatoris.

CAP. XII.

PROBATVR [a] primò, ex 1. Corinth. 7. [b] *Si infidelis diſcedit, diſcedat.* &c.

Secundò, ex Eccleſiæ definitione 28. q. 2. can. *Si infidelis*, &c. & c. *Quanto.* c. *Gaudemus.* [c] de Diuortijs.

Obiicitur primò, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Secundò, *qui dimiſerit vxorem exceptâ cauſa fornicationis*, &c.

Tertiò, non licet dimittere propter hæreſim. Ergo neque propter infidelitatem. quia hæreſis, eſt ſpecies infidelitatis.

Ad primum non dirimi infidelium matrimoniũ ab homine, ſed à Deo, cuius interpretem habemus Paulum.

Ad ſecundum loqui Dominum de Matrimonio inter fideles, Paulus verò inter infideles contracto. Nam cùm dixiſſet Paulus: [d] *Præcipio non ego ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere*: ſubiungit: [e] *Cæteris* (id eſt ijs qui contraxerunt ante fidem) *ego dico, non Dominus: ſi quis habet vxorem*, &c. Ad 3. negatur conſequen. quia Matrimonium hæreticorum eſt Sacramentum, non autem infidelium.

[a] [*Obſeruat à Valentia ſupra, puncto 7. huiuſmodi matrimonium, non diſſolui actu, donec fidelis cõiux contraxit actu cum alia parte, &c. Item ſi infidelis velit cohabitare cum infideli, ſine iniuria creatoris, nihilominus poſſe fidelem, ſe quoad thorum, & cohabitationem ſeparare: quamuis nequeat cũ alio matrimonium inire.*]

[b] *v.* 15. εἰ δὲ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω.

[c] *lib.* 4. *decretal. Tit.* 19.

[d] *verſ.* 10. παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι.

[e] *verſ.* 12.

De ſolutione Matrimonij fidelium.

Cap. XIII. & XIV.

Matrimonium [a] non conſummatum, poſſe ſolui per ingreſſum religionis probatum eſt [b] tom. 2.

[c] Conſummatum autem, poſſe ſolui quoad thorum, & cohabitationem. Probatur Primò, ex decretis Eccleſiæ titulo de Diuortiis.

Secundò, ex Concilio Tridentino: [d] *Si quis dixerit Eccleſiam errare, cùm ob multas cauſas, ſeparationem inter coniuges quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum, incertumue tempus fieri poſſe, decernit, Anathema ſit.* Obſeruandum autem.

Primò, quatuor de cauſis hanc ſolutionem fieri. 1. reſpectu altioris ſtatus: vt ſi vterque coniux perpetuam continentiam voueat. Math. 19. [e] *Omnis qui reliquerit domum, vel agrum, vel vxorem*, &c. 2. [f] ſi alter coniugum à fide Catholica recedat. 3. ſi alter coniugum ita impellat alium ad peccatum, vt nequeat alter conuerſare, ſine periculo peccandi. Math. 18. [g] *Si oculus tuus ſcandalizat te*, &c. id eſt, iuxta [h] Hieron. qui nobis ſunt coniunctiſſimi inſtar oculorum, vt parentes, filij, vxor, ſi cauſa ſint ruïnarum, ab eis eſt recedendum. 4. [i] ob fornicationem.

Secundò, libertatem diuortij huius ob crimen, parem eſſe omninò in vxore, ac viro. 1. quia Apoſtolus æqualiter dixit: *Præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere*: [k] *& vir vxorem non dimittere*. 2. id docent [l] Concil. Mileuitan. [m] Innocent. 1. [o] Hierony. [p] Auguſt.

a Cap. 13.
b *lib. de Monachis cap.* 38.
c Cap. 14.
d *ſeſſ.* 24. *can.* 8.
e *v.* 29.
f *ad Titum* 3. *v.* 10. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν νουθεσίαν, παραιτοῦ. *hæreticum hominẽ, poſt vnam, & ſecundam correptionem, deuita.*
g *v.* 9.
h *in hunc locũ.*
i *Matth.* 5. *v.* 32.
k 1. *Cor.* 7. *v.* 11. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

l *can.* 17. m *epiſt.* 3. o *epiſt. ad Oceanum de obitu Fabiola.* p *de Adulterinis coniugiis lib.* 2. *cap.* 8.

Tertiò, diuortium quoad thorum tãtum, propria authoritate fieri poſſe: modo nouerit coniux coniugis adulterium. Diuortium autem, ratione cohabitationis, quia eſt publica res, iudicium efflagitare Eccleſiæ.

Quartò, diuortium in cauſa fornicationis, quatuor de cauſis poſſe illicitum fieri. 1. ſi fornicatio ſine crimine fuerit: vt ſi mulier vim ſit paſſa. 2. ſi vterque coniux eodem teneatur crimine. 3. ſi cognito crimine ab altero coniuge, rem habeant inter ſe. 4. ſi alter coniux fuit author fornicationis coniugis.

[q] *2. part. Examin. pag. 1268. & ſeqq.*

Obiicit primò [q] Kemnitius, iſtud diuortium ex verbis Pauli malè intellectis introductum eſt. Cum enim ait: *Præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere*, &c. non loquitur de iuſto diuortio, quod in cauſa fornicationis contingit: quia non præciperet, vt non diſcederet, cum recedere poſſit. Sed loquitur de iniuſto diuortio, nato ex leuibus rebus, quæ nonnunquam inter coniuges oriuntur. Ergo malè ex hoc Pauli loco, iuſtum diuortium introducitur.

[r] *v. 11. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. aut viro reconcilietur.*

Negatur propoſitio, cum ſua probatione. Nam cum ait Paulus: *præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere*: intelligendum eſt, *ſi nulla ſubſit iuſta cauſa.* Deinde verò ſubiungit: [r] *Quod ſi diſceſſerit*: (ſcilicet, iuſta de cauſa) *maneat innupta.* At non daret illi optionem manere ſeparatam à viro ob leuem cauſam, ſed potius iuberet ilicò reconciliari.

[s] *Math. 19.*

Secundò, [s] Dominus pronunciat illicitum diuortium, extra cauſam fornicationis. Ergo non eſt ad alios caſus extendendum.

[t] *v. 29.* [v] *1. Cor. 7. ſupr.*

Negatur Maior. 1. quia [t] ibidem promittit centuplum, & vitam æternam relinquentibus vxores propter regnum cœlorum 2. quia ex [v] Apoſtolo habemus, fugiendam eſſe conuerſationem, quæ haberi nequit ſine iniuria creatoris. Voluit tamen Dominus ſolam exprimere fornicationem 1. quia ſola fornicatio eſt propria ratio ſolutionis Matri-

monij, cæteræ ſunt communes Matrimonio, cum aliis confœderationibus. 2. quia Dominus loquebatur de dimiſſione perpetua. At fornicatio perpetuum diuortium introducit: quantumuis alter coniugum reſipiſcat: cætera crimina, non niſi ad tempus, nimirum quandiu durant. Si enim qui inducebat coniugem ad peccandum, deſiſtat, tenetur coniux redire.

Tertiò, [x] *ſeparationem, quæ 1. Corinth. 7. extra cauſam fornicationis deſcribitur, Paulus nec ſuadet, nec decernit: ſed docet eam pugnare cum præcepto Domini, qui præcipit non diſcedere: quando vero coniuges contra illam Apoſtoli doctrinam, priuata contumacia ſe ſeparant, tunc Paulus ſuadet reconciliationem, aut ſi hoc nolint, pronunciat ipſos debere ſine coniugio manere.* Sed octauus [y] hic canon. *dicit ipſam Eccleſiam ob multas cauſas, præter fornicationem, decernere poſſe ſeparationem.*

[x] *ſunt ipſa Kemnitij verba.*

[y] *ſcilicet Concilij Trident. ſeſſ.* 24.

Reſpōdeo, falſum eſſe, docere Paulum hanc diſceſſionem pugnare cum præcepto diuino: loquitur enim [k] de licita ſeparatione.

[k] *vide Aug. 1. de adulterinis coniugiis cap.* 1. 2. 3 4.

Quartò, ideo prohibet Chriſtus dimittere vxorem niſi ob fornicationem, ne exponatur periculis vſtionis, fornicationis & Adulterij. Sed de his periculis non ſunt ſolliciti Pontificij: cum tot cauſas ſeparationis introducant.

Reſpondeo. Ad maiorem, cauſam huius dimiſſionis eſſe, ius alterius coniugis aliam dimittendi: quod ſi inde ſequatur periculum fornicationis, imputādum erit danti ſeparationis cauſam. Ad minorem, negatur cum ſua probatione. ſolum enim prouidet Eccleſia, nec parti innocenti iniuria fiat, quæ certe fieret, ſi teneretur manere cum altero in detrimentum animæ.

Quintò, vinculum matrimonij conſiſtit in cohabitatione, & ſocietate thori viri, & mulieris, iuxta illud: *Adhærebit vxori ſuæ.* Item: [l] *Faciamus ei adiutorium, quod ſit coram ipſo.* [m] *Mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir.* At diuortium introductum à Pontificiis hæc vincula ſoluit. Ergo ſeparant quod

[l] *Geneſ. 2. v.* 18.

[m] 1. *Cor. 7. v.* 4. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλὰ ὁ ἀνήρ.

Deus coniunxit.

Negatur Maior. nam hæc omnia, non vinculum ipſum efficiunt, ſed ex illo ſequũtur. alioquin quotieſcunque vir, & vxor, etiam iuſta de cauſa, in diuerſas regiones abirent, vinculum coniugij ſolueretur. Ad concluſionem negatur, quia vinculum quo coniunxit Deus mulierem cum viro, in eo cõſiſtit, quod ſiue ſint ſimul, ſiue non, ſemper vir vxoris eſt, & vxor viri.

Sententiæ de vinculo matrimonij conſummati fidelium.

Cap. XV.

PRIMA, Græcorum,[a] *in cauſa fornicationis huiuſmodi coniugium ſolui quoad vinculum.*

Secunda [b] Lutheri, *ſolui quoad vinculum: ſi falſus Chriſtianus Chriſtianam coniugem deſerat: ſi coniux cõiugem ad furtum aut aliud peccatum inducat: ſi ob frequẽtes rixas, cohabitatio ſit moleſta: ſi diu abſit alter coniunx: ſi pauper cum diuite matrimonium contraxerit & conſumet, deinde pauper diuitem coniugem retinere nequeat.*

Tertia, [d] *licere fidelibus coniugibus toties aliud Matrimonium inire, quoties vxor non eſt commoda viro, & è contra.*

Quarta, [e] Melancthonis, *ſi alter coniugum fornicetur, vel ſi iniuſtè coniugem deſerat, licere parti innocenti aliud celebrare coniugium*: quamuis id etiam alicubi [f] conceſſerit Melancthon parti nocenti.

Quinta, [g] Caluini, *id ſolùm licere in cauſa fornicationis*, quam ſententiam ex Catholicis ſequuntur [h] Caietanus, & [i] Catharinus, ex Semichriſtianis [k] Eraſmus.

[a] *apud Guidonem Carmelitam, in ſumma de hæreticis: & Cõcilium Florent. ſeſſ. vlt. conſtátque ex praxi inter Græcos.*
[b] *in 7. prioris ad Corinth.*
[c] *libro de cauſis Matrimonialibus.*
[d] *in 19. Mathæi.*
[e] *in locis titulo de Coniugio.*
[f] *in 5. Math.*
[g] *4. Inſtit. 19. §. vlt. & 19. Math.*
[h] *in 19. Math.*
[i] *lib. 5. Annot. in Comment. Caietani.*
[k] *in 7. prioris ad Corinth.*

Matrimonium fidelium, inſolubile eſſe quoad vinculum probatur.

CAP. XVI.

PRIMÒ, Mathæi 5. [a] *Omnis qui dimiſerit uxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit adulterat.* vel his verbis condemnantur quicumque aliam ducunt, quacumque de cauſa, priori coniuge dimiſſa: vel excipitur fornicationis cauſa. Si prius: habemus intentum, ſi poſterius. Ergo melior erit conditio fornicariæ dimiſſæ, quam innocentis dimiſſæ. quia hæc nulli nubere, neque cum viro habitare poteſt: illa libera eſt, & nubere poteſt.

Reſpondent, fornicariam nubere nequire, non ob vinculi impedimentum, ſed in pœnam peccati. Contra etſi peccaret nubendo, ac fortè irritum Matrimonium eſſet, tamen non poſſet dici adulterare.

Secundò, Marci 10. [b] *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit adulterium committit ſuper eam: & ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.* Item Lucæ 16. [c] *Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & alteram ducit mœchatur, & qui dimiſſam à viro, ducit, mœchatur.* Quæ verba vniuerſaliter pronunciantur.

Reſpondent, intelligi debere, per Mathæum capite 19. quo excipitur fornicationis cauſa. Primò, alioquin pugnabunt Marcus, & Mathæus. Hæc enim ſunt contradicentes: *Omnis qui dimiſerit uxorem, & aliam ducit mœchatur.* & : *non omnis qui dimiſerit uxorem, & aliam ducit mœchatur.*

Contra 1. etſi interdum aliquis Euangeliſta omiſerit aliquid, nihil tamen dixit, quod verum non ſit, ſine aliorum explicatione. Nec enim remiſit

[a] v. 32. ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.

[b] v. 11. ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν. v. 12. καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ μοιχᾶται.

[c] v. 18. πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει.

lectores ſuos ad Mathæum, Marcus vt intelligeretur. Quod autem [d] Auguſt. ait, locum Mathæi obſcurum eſſe, ac de ipſo ambigendum, donec veniamus ad Euangeliſtas alios: non intelligitur de eo quod dixit Mathæus, ſed, quod non dixit, nimirum, [e] *an liceat ob fornicationem dimiſſa vxore, aliam ducere.* 2. quia [f] Auguſtinus apertè aſſerit Marcum, & Lucam eſſe vniuerſaliter intelligẽdos.

[d] *1. de Adulterinis coniugiis cap. 11.*

[e] *Marcus enim & Lucas abſolutè dicunt non licere.*

[f] *ſupr. cap. 9. Quiſumus (inquit) nos, vt dicamus, eſt qui mœchatur, vxore dimiſſa, alteram ducens, & eſt, qui hoc faciẽs nõ Mœchatur, cum Euãgelium dicat, omnẽ Mœchari, qui hoc facit.*

Ad probationem reſpondeo, verba Mathæi 19. *Quicumque dimiſerit vxorem,* &c. non reddere illam ſecundam contradicentem. Sed, vel hanc: *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem,* &c. [g] *facit eã mœchari,* quia eſt cauſa cur mœchetur [quod non faceret ſi ob fornicationem dimitteret.] *Et ſi præterea aliam duxerit: & ipſe mœchatur.* vel: *Quiſquis dimiſerit vxorem ſuam (quod non licet niſi ob fornicationem) & aliam duxerit mœchatur.* vel denique: *quicumque dimiſerit vxorem, non ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur.* Quid autem ſentiendum ſit, ſi dimittat ob fornicationem, ibi non expreſſit Dominus.

[g] *ita Aug. libro cõtra Adimantum c. 3. & Theophil. in 19. Math. explicant illud:* MOECHATVR.

Obijciunt, facilius potuiſſet dicere Chriſtus: *quicumque dimiſerit, quacumque de cauſa.*

Reſpondeo, id noluiſſe Dominum. quia ſatis illi fuerat reſpondere ad Phariſæorum illum tentantium interrogata, nimirum: *an liceret quacumque de cauſa dimittere vxorem:* reſpondit enim Dominus, non licere, quia vt patet, nefas eſt dimittere non fornicariam.

Tertiò, [h] *An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit? Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.*

[h] *Rom. 7. v. 1.* ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί. γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ.

Reſpondent, loqui Apoſtolum regulariter, id eſt, niſi interueniat aliquis ſoluendi Matrimonij caſus. Primò, quia ſcientibus legem loquebatur, at

lex permittebat libellum repudij, in quibuſdam caſibus. 2, quia non dicit, ſimpliciter: *vxor*: ſed, *quæ ſub viro eſt mulier*, vt intelligeremus, illum non agere, de illa quæ cum ſit repudiata, iam non eſt amplius ſub viro. 3. quia non tam intendit tractare de vinculo ante mortem, quam probare vinculum non durare poſt mortem alterius coniugis. 4. hæc per modum ſimilitudinis produci, non eſt autem neceſſe ſimilitudines in omnibus conuenire.

Contra. 1. *Hæc verba Apoſtoli* (inquit [i] Auguſt.) *toties repetita, toties inculcata, vera ſunt, viua ſunt, ſana ſunt, plana ſunt. Nullius viri poſterioris mulier eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſierit: eſſe autem deſinet vxor prioris, ſi moriatur vir eius, non fornicetur, licitè itaque dimittitur coniux ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis.* 2. quia ſimiliter interpretantur alij [k] PP. Ambroſ. Chryſoſto. Theodoret. Theophylact. Oecumen. Primaſ. Anſelmus, Origenes, [l] Hierony. 3. quia ſequeretur alioquin nullam eſſe ſimilitudinem, qua Paulus comparat vinculum viri, & mulieris, cum vinculo legis, & hominis: vt ſicut manet vinculum in illis quandiu viuunt, ſic maneat in his, quandiu lex viget, vel homo: & ſicut abrogata lege, aut mortuo homine, in his ſoluitur vinculum: ſic mortuo altero coniugum ſoluitur Matrimonij vinculum. At nullus eſt caſus, quo maneat homo liber à lege, quandiu lex viget. Ergo neque vllus erit, quo vnus maneat coniugum liber, quandiu viuit alter.

Ad primam probationem. Reſpondeo 1. loqui Paulum de lege natura, aut Euangelica. 2. in lege veteri vel repudium reuera ſoluebat vinculum, vel non, ſi ſoluebat. Ergo non loquitur de lege veteri, quia iuxta illam, falſum eſſe adulteram vocari, repudiatam, ſi alteri nuberet. ſi non ſoluebat, parum refert de qua lege Apoſtolus loquatur.

Ad ſecundam, per mulierem intelligi ſimpliciter coniugatam, tum quia Apoſtolus non dixit, *quandiu eſt ſub viro*, vel, *cum repudiatur*: ſed generaliter, *vi-*

v. 2. ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνει ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. *v.* 3. ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.

[i] *ſupr. cap.* 4.
[k] *in* 7. *ad Rom.* & 7. *prioris ad Corinthios.*
[l] *epiſtola ad Amandum.*

nente viro vocabitur adultera,[cuius vir,niſi eius quã mulierem vocauerat?] 2.quia ſimili phraſi dixit. 1. Corinth. 7. [m] *Mulier eſt alligata legi, quanto tempore vir eius viuit*, quo loco dubium non eſt, quin per,*mulierem*,intelligat coniugem.

[m] v. 39. γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

Ad tertiam,voluiſſe Paulum vtrumque oſtendere:nimirum, & manere vinculum inſolubile ante mortem, & non manere poſt mortem. Intendebat enim probare, non ſolum Chriſtianos minimè obligari ad legem veterem abrogatam, ſed etiam nullam poſſe recipere, præter Euangelicam: ſicut obligabantur Hebræi, toto tempore quo vixit lex Moſis,eam inſolubiliter obſeruare.

Ad quartam.1. debere ſimilitudines conuenire, in eo,cui vis ſimilitudinis inſidet, quod in hac materia,eſt inſolubilitas vinculi.2.prioris Corinth. 7. Apoſtolum abſolutè, nõ autem per ſimilitudinem pronunciare, *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit*, &c.

Quartò, [g] *His qui Matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.*

[g] 1.Cor.7.v. 10. τοῖς γεγαμηκόσι παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, &c.

Vel loquitur Apoſtolus de iniuſto,ſiue ſine cauſa diuortio : vel iuſto. non de priori:quia non poterat permittere vxorem, ſine cauſa diſcedere à viro. Ergo poſteriori. Igitur quacumque de cauſa diuortium fiat, vinculum coniugij manet.

Reſpondent loqui Apoſtolum de adultera eiecta à viro, quam ideò Paulus nubere non vult: quod culpa propria, non debeat ei in lucrum cedere. Nam id ſignificat verbum [i] *reconciliandi*, in textu poſitum.

[i] *illa enim pars ſe reconciliare tenetur, quæ alteram offendit.*

Contra 1. quod præcipitur, debet in noſtra poteſtate eſſe. Ergo loquitur Paulus de Muliere in cuius ſit poteſtate manere cum viro vel non manere: qualis non eſt adultera eiecta à viro. 2.quia poſtea dicit: *Et vir vxorem non dimittat*. At ſi *diſcedere à viro*, eſt, *reijci à viro*, fruſtra idem repeteret 3. quia alioquin valdè imperfectam traderet Apoſtolus do-

ctrinam. Vltra enim quæri iuſtè poſſet, quid faciendum de muliere, quę ſeparatur ob Adulterium viri?

Ad probationem, non ſolum qui læſit, ſed etiam læſum reconciliari dici vt 2. Mach. 1. [k] *Exaudiat Deus orationes veſtras & reconcilietur vobis.*

Quintò, ex PP. [l] Can. 48. Apoſtolor. *Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit communione priuetur.* [m] Iuſtin. & Athenagor. in Apologia pro Chriſtianis ad imperatorem Antoninum. Clemens 2. Stromat. *Adulterium* (inquit) *exiſtimat ſcriptura, coniungi Matrimonio, viuo altero ex ſeparatis.* paulo verò ante dixerat non poſſe fieri ſeparationem niſi ob fornicationem.

[n] Tertull obiicienti Marcioni, *Chriſtum eſſe contrarium Moyſi: quia quod is conceſſit, ille prohibuit*: reſpondit, Chriſtum non prohibuiſſe diuortium, ſi cauſa ſit iuſta, ſed ſolum prohibuiſſe alterum coniugium poſt diuortium.

[o] Origenes ait Epiſcopos contra ſcripturam feciſſe, qui permiſerant mulieri nubere viro priore viuente. [p] Concil. Elibertinum: Fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, [q] &c. [r] Ambroſ. & [s] Hierony.

Concilium [t] Mileuitanum: *Placuit, vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore neque dimiſſa à marito, alteri coniungatur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint ad pœnitentiam redigantur.* Innocēt. 1. epiſt. 3. D. [v] Auguſt. [x] Primaſius, [y] Iſidor. [z] Beda [a] Concilium Foroiulienſe, [b] Theophylact. Con-

[k] *v. 5.*

[l] *ſeculo primo.*

[m] *ſeculo ſecundo.*

[n] *ſeculo tertio, lib. 4. contra Marcionē.*

[o] *tract. 7. in Matthæum.*

[p] *ſeculo 4. can. 9.*

[q] *& alterum duxerit, prohibeatur, ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat Communionē, quam is, quem reliquit, de ſeculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.*

[r] *in 16. Lucæ, quo vocat paſſim Adulterium coniugium eorum, qui dimiſſâ vxore aliam ducunt.*

[s] *epiſtol. ad Oceanum de obitu Fabiolæ, qua tradit, egiſſe Fabiolam Pœnitentiam publicam quod dimiſſo adultero viro, alteri nupſerit.*

[t] *ſeculo, quinto, can. 17.* [v] *lib. de Adulter. coniug. & libro de bono coniugali.* [x] *ſeculo ſexto in 1. Cor. 7.*

[y] *ſeculo ſeptimo, 2. diuinor. offic. 19.* [z] *ſeculo octauo, in 10. Marci.*

[a] *ſeculo 9. can. 10.* [b] *in 19. Math. & 7. prioris ad Corinth.*

Digitized by Google

cilium Nannetenſe can. 12. ſæculo decimo. [c] Anſelm. [d] Alexander. 3. cap. *Ex parte.* Innocent. 3. cap. *Gaudemus.* D. [e] Thom. Bonauentur. Scotus, Durandus, *&c.* 4. diſt. 35. Concilium [f] Florentinum in Inſtruct. Armenorum: *Tria ſunt bona Matrimonij. Primum, proles ſuſcipienda, & educanda ad cultum Dei. Secundum, fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet. Tertium, indiuiſibilitas Matrimonij, propter hoc, quod ſignificat indiuiſibilem cõiunctionem Christi, & Eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud Matrimonium contrahere fas eſt: cum Matrimonij vinculum, legitimè contracti, perpetuum ſit.* Trident. ſeſſ. 24. can. 7. *Si quis dixerit Eccleſiam errare cum docuit, & docet (iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam) propter adulterium alterius coniugum, &c.*

[c] *ſæculo 11. in 5. & 19. Math.*
[d] *ſæculo 12.*
[e] *ſæculo 13.*
[f] *ſæculo 15.*

[g] *Vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam Adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud Matrimonium contrahere: Mœcharique eum, qui dimiſſa Adultera, aliã duxerit, & eam, quæ dimiſſo Adultero, alij nupſit: Anathema ſit.*

Sexto, Matrimonium eſt ſignum coniunctionis Chriſti cum Eccleſia. At illa vnio eſt indiſſolubilis. Et quamuis aliquæ fidelium partes interdum diuortium ſpiritualiter faciant, & fornicentur: tamen nuſquam eis licet mutare Deum: aut Deus, ita illas abijcit, quin ſemper ſit reconciliationi paratus: Ergo & Matrimonium fidelium erit ſimiliter inſolubile.

Septimò, ſi licitum eſſet Matrimonium aliud, filijs iam natis malè conſuleretur: qui pro patre, vitricum: pro matre, nouercam inciperent habere.

Octauò, aperiretur aditus infinitis repudiis iniuſtis. facillimè namque diuortia fierent quæſitis diffidiorum occaſionibus.

Nonò, vel liceret parti nocenti coniugium inire: vel non, ſi prius: reportaret lucrum ex culpa, & ſæpe vt ſolueretur vinculum, committeretur adulterium. ſi non: quare? cum nulla ſit lex magis prohibens nouum Matrimonium nocenti quam innocenti parti, & ſupponatur nullum remanere vinculum.

Decimò, videtur id etiam natura docere. Nam teſte [l] Tertulliano, Romæ, per annos fermè ſexcentos

[l] *6. cap. Apologetici.*

centos ab vrbe condita, nullum fuit ſcriptum repudium, nec aliter introductum, quam morum corruptione.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XVII.

[a] Prima, [b] *Lex Pontificis negans coniugi innocenti aliud coniugium in adulterij cauſa, priuat innocentem iure ſuo, abſque ſuâ culpâ, contra regulas iuris.*

Negatur. Nam hæc lex, non ſolùm eſt Papæ, ſed Chriſti: nec contra Regulas iuris, aliquis ſine ſua culpa, non tamen ſine cauſa, ſuo iure priuatur. Hæc eſt enim [c] Regula iuris: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* Nonne ob incurabilem coniugis morbum priuatur alter coniux, & debito coniugali, & prole, ſine ſuâ culpa?

[d] Secunda, ergo diuortium, à filio Dei conceſſum, eſt innocenti laqueus: ſi enim vrgeant vſtiones, nec propriâ, nec altera poterit coniuge vti. At ſi nullum eſſet diuortium, ſaltem poſſet propriâ vti.

Reſpondeo, ſi non expediat vxorem retinere, petat auxilium à Deo, & continentiam largietur. nonne coguntur ſæpè coniuges abſtinere, vel ob abſentiam, vel morbum? & tamen ad aliam tranſire non licet. Si poteſt honeſtè retinere, iniuriam condonet (ſicut Deus peccatoribus agentibus pœnitentiam condonat) & vtatur vxore.

[e] Tertia, Phariſæi Chriſtum [f] interrogantes, loquebantur de ſeparatione quoad vinculum: nec enim aliam nouerāt. Ergo Dominus, vt ſatisfaciat, de eadem loquitur: ſed loquens de ſeparatione coniugum, eam in cauſa fornicationis permittit. Igitur permittit quoad vinculum.

Reſpondeo 1. negando conſequens Antece-

[a] Kemnitij, pag. 1250.
[b] ſunt ipſa Kemnit. verba.
[c] Sexto de Regulis iuris. can. Sine culpa.
[d] eiuſdem pag. 1251.
[e] pag. 1252. 1253.
[f] Matth. 19.

dentis. Nam cum in dimiſſione perfecta duo contineantur, dimiſſio vnius, & poteſtas ducēdi aliam, Dominus hęc duo ſeparauit, ac vnum quidem conceſſit, dimiſſionem videlicet, cum reſtrictione ad cauſam fornicationis: alterum vero omninò ſuſtulit. Et hæc fuit cauſa cur ferè ſemper illa duo Dominus poſuerit diſtinctè: *Quicumque dimiſerit, & aliam duxerit*: nimirum, vt repudium explicaret in lege permiſſum: & partim approbaret, partim reprobaret. 2. admiſſo Antecedente, & conſequente, [g] negatur Subſumptio.

Quarta, *Qui dimittit vxorem, excepta cauſa fornicationis, & aliam ducit, mœchatur.* Ergo à contrario ſenſu qui propter cauſam fornicationis dimittit vxorem, & aliam ducit non mœchatur.

Negatur conſeq. Nam iuxta primam [h] interpretationem [i] ſupra: à cōtrario ſenſu ducetur, *Ergo qui propter fornicationem dimittit vxorem, & aliam ducit, non mœchatur bis, ſed tantum ſemel.*

Iuxta [k] ſecundam. *Ergo à contrario ſenſu, qui propter fornicationem dimittit vxorem, & aliam ducit, non peccat dimittendo: ſed ſolùm mœchatur, aliam ducendo.*

Iuxta [l] tertiam. *Ergo à contrario, qui dimittit ob fornicationem, & aliam ducit mœchatur quidem, ſed minus peccat: quia non facit iniuriam parti.* Nam qui ſine cauſa fornicationis, vxore dimiſſa, aliam ducit: non ideo mœchatur, quia ſine tali cauſa aliam ducit: ſed quia ſimpliciter, aliam ducit, & proinde qui propter fornicationem dimittit & aliam ducit ſemper peccat, ſed minus. Niſi enim rectè accipiantur contraria nihil inferri poteſt: ſicut ex illis: [m] *Scienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi*, non licet inferre: *Ergo ignoranti bonum, & non facienti, non eſt illi peccatum*, ſed *Ergo ignoranti bonum, & non facienti, minus peccatū eſt.*

Quinta, non potuit Auguſtinus exponere locum Mathæi 19. ad ſuum ſenſum, niſi miſerè torquendo textum, ſcilicet cauſam exceptionis illius: *niſi ob fornicationem*, eſſe, quò d grauius peccent, qui ſine cauſa fornicationis dimittunt, & ducunt aliam

[g] *vide ſupr. cap. 16. ad Reſponſionem ſecundi argumenti.*

[h] *Quicumque dimiſerit vxorem excepta fornicatione, Mœchatur, id eſt facit eam Mœchari: & ſi aliam inſuper duxerit, adhuc Mœchatur.*

[i] *cap. 16.*

[k] *Quicumque dimiſerit vxorem, quod non licet, niſi ob fornicationem, & aliam, &c.*

[l] *Qui dimittit vxorem, non propter fornicationem, & aliam ducit Mœchatur, quia & ſibi peccatum, & parti iniuriam facit.*

[m] *Iacobi. 4. v. 17.* εἰδότι καλὸν

quamuis & peccent, qui in cauſa fornicationis dimittunt, & alteri nubunt. At 1. id non habet textus 2. particulæ παρεκτὸς, &, εἰ μὴ illam interpretationem non admittunt: quia ſimpliciter accipiuntur in ſcriptura, exceptiuè. 1. Rex 20.[n] *Puer, hoc non ſciebat, niſi tantum Ionathas*, & Dauid ſciebant 3. Reg. 3.[o] *Nemo adſuit, niſi nos duæ.* Actor. 26. *optarim omnes fieri tales, qualis ego ſum exceptis his vinculis.*

Reſpondeo Auguſtinum non ita exponere textum: ſed ſimpliciter Dominum expreſſiſſe vnam Adulterij ſpeciem, eamque grauiſſimam, tacitis aliis. Hinc patet reſponſio ad primam probationē.

Ad. 2. reſpondeo, 1. voces illas non accipi interdum exceptiuè, ſed aliquando aduerſatiuè, vt [q] Apocalyp. 9. *Eſt præceptum illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, niſi tantum homines.* &c. 2. quamuis in loco Mathæi acciperetur exceptiuè, illam tamen exceptionem non eſſe affirmatiuam, ſed negatiuā: id eſt excludit ſimpliciter caſum fornicationis de quo nihil determinatur ibi.

Sexta, cum Apoſtolus ait: *Præcipio non ego, ſed Dominus uxorem à viro non diſcedere:* debet intelligi, niſi ob fornicationem. Ergo, & in illis: *Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam* intelligendum eſt, niſi diſceſſerit ob fornicationem. 1. quia alioquin eſſet æquiuocatio in verbo diſcedere, nimirum. *Non diſcedat ob leuem cauſam quòd ſi diſcedat ob fornicationem,* &c. cū *eſſet dicendum, quod ſi diſcedat ob leuem cauſam, & non ob fornicationem,* &c. 2. Quia concedit Paulus fideli derelicto ab infideli coniuge libertatem nubendi. Ergo oſtendit priorem illam ſententiam: *Non diſcedere, ſi diſceſſerit*, accipi debere cum exceptione 3. quia Chryſoſt. Ambroſ. Theophil. Oecum. hunc locum exponentes, excipiunt cauſam fornicationis. Igitur ſi diſceſſerit ob fornicationem poterit alteri nubere.

Negatur Antecedens, quia ſenſus Pauli eſt: *non diſcedat etiam ob grauem, & iuſtam cauſam.* Negatur

ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν. *hoc exemplum proponit Aug. lib. 1 de Adulter. coniug. cap. 9.*

[n] *v.* 18. וְהַנַּעַר לֹא־יָדַע מְאוּמָה, אַךְ יְהוֹנָתָן *vehannagar lo-iadag meumach, ech iehonathan, &c.*

[o] *v.* 18. אֵין־זָר אִתָּנוּ בַּבַּיִת זוּלָתִי שְׁתַּיִם־אֲנַחְנוּ *En-zar ittanu babbaiith zulathi ſchettaiim-anachnu: non alienus nobiſcum in domo, præter duas nos.*

[p] *v.* 29. Ἀξιῶ μὲν πάντας γενέσθαι τοιούτους, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.

[q] *v.* 4. ἐῤῥέθη αὐτοῖς, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον, εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους

item conſequens, quia ſenſus eſt. *Si diſcedat ob grauem cauſam puta fornicationem,* &c.

ſi enim (*&*) *ui. niſi, acciperetur exceptiuè, ſequeretur homines eſſe numerandos inter arbores. Vide etiam cap. 21. v. 27.*

Ad primam probationem non eſſe æquiuocationem, ſed ecclipſim Paulo familiarem iuxta [r] ſenſum proximè explicatum.

Ad 2. non eſſe ad rem quia in Antecedente loquitur Paulus de Matrimonio contracto ante Baptiſmum: nos de Matrimonio fidelium.

Ad 3. Chryſoſt. & Theophylact. ſolum docere, poſſe diuortium fieri ob continentiam, & alias cauſas, (inter quas quis prohibet fornicationem intelligere?) verum ſimul aſſerunt, nõ licere propterea ad alias tranſire nuptias.

[r] *id eſt, Non diſcedat ſine iuſta, & graui cauſa: quod ſi diſcedat iuſta de cauſa, Nihilominus maneat innupta.*

Commentarius qui Ambroſio tribuitur, loquitur de muliere recedente ob malam viri conuerſationem, quam paulo poſt ait, ideo debere innuptã manere. quia non licet ei alteri nubere ſi ob fornicationem, vel apoſtaſiam viri diſceſſerit ab eo. Quare hic commentarius nihil Kemnitio fauet.

Septima, [s] Origenes, Etſi dicat quoſdam Epiſcopos egiſſe contra ſcripturas, indulgendo ſecundas nuptias poſt diuortium, tamen id, ſine cauſa, non feciſſe, ait: comparatque hanc indulgentiam cum illâ Pauli: *Propter fornicationem, vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.* Ergo qui nupſerant, mortaliter non peccarant iuxta Origenem.

[s] *tract. 7. in Mathæum.*

Ad Antecedens, non comparare illas permiſſiones, niſi in quantum vtraque fuit ob infirmitatem hominis: quamuis vna cum peccato, altera ſine peccato extiterit.

Ad conſequens, negatur. quomodo enim ſine mortali peccato erit, quod Origenes putat contra ſcripturam eſſe dicentem: *Viuente viro vocabitur adultera,* &c.

Octaua, Concilium Neocæſarienſe, ſecundas nuptias poſt diuortium contractas, non dirimit: ſed ſolum Pœnitentiam iniungit.

Reſpondeo, non loqui de ſecundis nuptijs, poſt [t] diuortium: ſed poſt mortem alterius coniugis:

[t] *ſiquidẽ nulla ſit diuortij mentio.*

quas, in ſignum incontinentiæ, aliqua Pœnitentia notat.

Nona, [y] Hierony. ait Fabiolæ peccatum dumtaxat non fuiſſe mortale, ſed nupſiſſe poſt diuortium, non tantum iuxta Papiniani leges: ſed etiam iuxta illud Pauli: *Melius eſt nubere quam vri. Volo iuniores nubere.* Etſi publicam egerit Pœnitentiam. Nam & viro tenenti, ſine diuortio, adulteram vxorem, [x] iniungebatur trium pœnitentia annorum: quamuis certum ſit hac in re non peccaſſe, ſaltem mortaliter.

[u] *epiſt. ad Oceanum.*

[x] *33.q.1.can. Si quis.*

Reſpondeo, neque legem Papiniani, neque Pauli Fabiolam ſequutam fuiſſe. non illam: quia tantum pro viris erat. neque hanc: quia Paulum non benè intellexerat: quamuis enim hæc Pauli verba Hierony. producat, vt Fabiolam aliquomodo excuſet: tamen reuera peccaſſe mortaliter ſatis oſtédit. 1. quia egiſſe contra præceptum Domini ait. 2. quia deſcribit Pœnitentiam eius publicam, adeo grauem, vt ridiculum ſit dicere, impoſitam pro veniali peccato. Nec refert Pœnitentia illa trium annorum pro viris retinentibus adulteras: intelligitur enim de viris conſentientibus in adulterium vxorum.

Decima, Ambroſij commẽtarius obſeruat Apoſtolum non dixiſſe de viro, vt ſine vxore maneat: & proinde colligi, virum poſſe poſt diuortium nubere.

Reſpondeo, hunc commentarium, Ambroſij non eſſe. Paulus verò non expreſſius dixit de viro: quia id facilè intelligi poterat ex his, quæ de muliere dixerat dumtaxat.

Vndecima, Pollentius quidam contradixit apertè Auguſtini ſententiæ. Igitur non erat tunc temporis hac de re Catholicorum dogma.

Reſpondeo 1. non contradixiſſe, ſed tantum Auguſtinum hac in parte conſuluiſſe: ſicut in alijs dogmatibus fidei & illum conſuluit Voluſianus. 2. nihil tunc temporis fuiſſe dumtaxat definitum

in generali Concilio aliquo, & proinde facilius excuſatos contrarium ſentiens.

y can. 17.

Duodecima, [y] Concilium Mileuitanum, etſi prohibeat poſt diuortium, Matrimonium: non tamen aperte negat licere innocenti parti contrahere: ſed vult petendam eſſe hac in materia legem ab Imperatore.

z *vt etiam Kemnitius fatetur.*

Reſpondeo, Canones huius Concilij fuiſſe editos, [z] Auguſtino. præcipuo authore, qui libros integros pro noſtra ſententia ſcripſit. deſideratur autem lex Imperatoria, non propter dogma: ſed ad puniendos tranſgreſſores Eccleſiaſticæ conſtitutionis.

a *epiſt. 85. aliàs* 87.

Decimatertia, [a] Leo, ſacerdotem qui dimiſſa vxore aliam duxerit, tantum ab Ordinibus remouet, nec Matrimonium dirimit.

b 32. q. 7.
c *ſumpto ex epiſtol. Gregor. 3. ad Bonifaciũ.*
d *ex Concilio quodam innominato.*
e *ex Zacharia.*
f *Nam can. Hi verò. ibidem ſtatuitur, vt mortua coniuge adultera, vir eius ducat, quã voluerit: mulier vero adultera, ne marito quidem mortuo, nubere poſsit.*
g *Lutheri de Captiuit. cap. de Matrimonio.*

Reſpondeo, non egiſſe de Matrimonio, quia hac de re quæſtio non erat, ſed clauſulam addidiſſe ſufficientem, vnde id colligeretur, ſcilicet: *ſalua eſſe debere ſuorum decreta prædeceſſorum*, quorum vnum eſt huiuſmodi Matrimonium, nullum eſſe.

Decimaquarta, [b] Canonibus: *Quod propoſuiſti. Quædam. Concubuiſti. Si quis eum.* conceditur aliud Matrimonium poſt diuortium.

Reſpondeo, [c] canone primo concedi viro ob ægritudinem coniugis, ſcilicet, vt DD. explicant, coniugium dirimentem. [d] ſecundus, [e] & tertius exponuntur de coniugio poſt mortem prioris cõiugis conceſſo parti [f] innocenti.

[g] Decimaquinta, Chriſtus diuortium permiſit in cauſa fornicationis: nullumque cogit ad cœlibatum, ſed, *qui poteſt capere capiat.* Ergo diuortio facto, qui non poterit continere, poterit alteri nubere. Quia, *melius eſt nubere quam vri.*

Ad Minorem, cogere Chriſtum hominem ſtare promiſſis, & proinde ſi continentiam vouerit, aut coniugium contraxerit, cogere ad continentiam virginalem, aut coniugalem. Ad rationem concluſionis, non dixiſſe Paulum, *melius eſt nubere*

quam mœchari: quod debuiſſet dicere, ſi concluſio valeret.

[h] Decima ſexta, Iudæis permiſſum erat ducere vxorem poſt diuortium: ob duritiem cordis. Ergo & nobis. 1. quia eadem remanet cauſa. 2. quia Chriſtus non damnauit quod fecerat Pater ſuus. 3. quia adeò ſunt neceſſariæ nuptiæ, vt ſi quis ſine vxore ſit, illi prouidere de vxore debeat. *h Buceri in 19. Math.*

Negatur conſequens, quia perfectior eſt gratiæ ſtatus. Ad primam probationem 1. copioſiorem eſſe nunc gratiam, & proinde minorem obdurationis rationem. 2. ob malitiam hominum non eſſe Chriſti legem inuertendam.

Ad ſecundam, Chriſtum quidem abrogaſſe multa quæ ipſemet cum patre vſque ad certum præſcripſerat tempus: [non tamen damnaſſe, quia damnare aliquid, non eſt illud abrogare pro tempore ad quod minimè inſtitutum erat, vel, non expedit: ſed pro tempore, & loco quo inſtitutum fuit.]

Ad tertiam. negatur vide quæ dicta ſunt libro de Monachis.

[i] Sunt qui arbitrentur etiam Iudæis illicitum fuiſſe poſt diuortium, Matrimonium inire: permiſſum tamen impune fieri, cauſa maioris euitandi mali. *i Magiſt. Richard. Bonauentura, Dominic. à Soto 4. diſt. 33.*

Primò, quia Deuteron. [k] 24. vocatur polluta, & abominabilis coram Deo mulier contrahens poſt diuortium. *k v. 4.*

Secundò, Hierem. 3. [l] *vulgo dicitur ſi dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab ea duxerit virum alterum nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis*: quibus verbis, vt comparatio valeat, repudiata nubens debet fornicaria dici. *l initio capitis.*

Contraria opinio verior eſt: nimirum tunc licitum Matrimonium fuiſſe.

Primò quia illa permiſſio valde fuiſſet inæqualis. Nam repudiata vxore, licitum erat viris aliam ducere vi poligamiæ, cum & alias ducere poſſet ma-

nente vxore. At mulieri, nec licitum fuiſſet redire ad virum, nec alteri nubere.

Secundò, lex non puniebat nuptias mulierum poſt diuortium. Ergo adulteria non erant, quia lapidatione adulteria puniebantur.

[m] *Deuterom.* 24.

Tertiò, [m] lex prohibebat repudiatam redire ad priorem virum, mortuo ſecundo marito. At ſi ſolutum non eſſet vinculum, quare prohiberetur?

Quartò, mirum eſſet Moyſem, aut Prophetas nuſquam huiuſmodi nuptias arguiſſe.

[n] *Leuitici* 21. *v.*14.
[o] *v.* 13.

Quartò, [n] prohibetur Sacerdos ducere viduam, aut repudiatam, aut meretricem, ſed [o] virginem. At ſi non licebat vllo modo ducere repudiatam, quare numeratur inter eas, quæ ab aliis poterant duci?

[p] *Exod.* 21. *v.* 4.

Quintò, Abraham iubente Deo, repudiauit Agar. Item [p] ſtatutum erat in lege, ſi Dominus ſeruo dediſſet vxorem, eaque peperiſſet filios, anno ſeptimo poſſe liberum egredi ſeruum, ſed vxorem, & filios cum Domino manere. At non eſt veriſimile, aut Agar, aut illam ſerui vxorem coactas fuiſſe Continentiam perpetuam ſeruare: Ergo ſoluebatur vinculum.

[q] כִּי־תוֹעֵבָה הִוא לִפְנֵי יְהוָה *Ci-thogueuah hi liſne Adonai, ſiue Iehoua.*

Ad primum: iuxta codices Hebræos, & Græcos haberi: [q] *Quoniam abominatio eſt coram Deo*, atque ſenſum eſſe: *quando cum ſecundo viro rem habuit, abominationem eſſe, ad priorem redire, quaſi eſſet tantum cõmodata vxor:* iuxta Latinos vero. *Quoniam abominabilis eſt*, &c. ſenſus eſt: *qui publicè, & proinde corã Domino, [vt publico iudice] illam abominabilem iudicauit prior maritus, per libellum repudij, ideò non eſt æquum, poſſe denuò ad eum redire.*

Ad ſecundum, argumentari Dominum à Minori: videlicet. *Si prior maritus repudiatam non recipit, cum alteri nupſerit*: quanto magis deberem ego te non recipere: quæ fornicata es?

De Impedi-

quio
o-

e
o.
19.

ſa

o.

6. v.
18.

30.

Digitized by Google

m
24.

n
v.14
o

p
4.

q
גַּבִּי
יְהוּדָה
gue
Ad
Iehu

Digitized by Google

An requiratur conſenſus parentum ad Matrimonium.

Cap. XIX.

Erasmvs [a] abſolutè vult requiri. [b] Lutherus, ſi ex matrimonio ſit proles nata, non poſſe à Parentibus irritari, ſi nata non ſit, poſſe irritari. [c] Caluinus enumerans leges Pontificias, quas putat impias ponit illam. *Coniugia inter adoleſcentulos eſſe rata iniuſſu parentum.*

[a] *in Colloquio de Matrimonio.* [b] *ſerm. de Matrimonio.* [c] *4. Inſtit. 19. §. vlt.*

Prima propoſitio. *Solo conſenſu parentum Matrimoniũ celebrari nequit: quare non poſſunt cogere filios ad coniugium.*

Probatur Primo, Geneſ. 24. cum pater & frater Rebecæ de Matrimonio eius agerent: [d] *Vocemus* (inquiunt) *puellam & inquiramus eius voluntatem.*

Secundò, ex iure Canonico [e] can. *Sufficiat.* can. [f] *Vbi non eſt.* Cap. [g] *Tuas dudum.* & cap. [h] vnico, de deſponſatione impuberum.

[d] *v. 57.* [e] 27.q.2. [f] 30.q.2. [g] *de ſponſa duorum.* [h] *in Sexto.*

Tertiò, requiritur neceſſario conſenſus eorum qui matrimonij formam pronunciant. Alioquin eſſent falſa illa: *Ego te accipio in meam: Ego te accipio in meum.* At formam pronunciant ipſi contrahentes. Ergo, conſentire debent.

Secunda propoſitio: *Filiorum conſenſus, etiam ſi ſolus ſit, ratum & inſolubile facit Matrimonium.*

Primò [i] Eſau inuitis parentibus accepit vxores. Nec tamen Iſaac ea irritauit coniugia: & ſcriptura vocat eas ſimpliciter vxores.

Secundò, Iacob duxit [k] duas ancillas inſciis parentibus. At non eſt veriſimile voluiſſe contrahere illicitum, & minimè firmum Matrimonium.

Tertiò, [l] Tobias iunior duxit vxorem ignorantibus ſuis parentibus: nec tamen fuit ab Angelo re-

[i] *Geneſ. 26. v. 34. & cap. 28. v. 9.* [k] *Geneſ 30.* [l] *Tobiæ 7.*

prehenſus, ſed potius ad hoc Matrimonium inuitatus.

m *de Regularibus.*

n *Clemens 3.*

Quartò, ex iure Canonic. Cap. [m] *Cum virum.* Quia [n] (inquit) *liberum habet* (ſcilicet puella) *arbitrium, in electione propoſiti, parentum ſequi non cogitur voluntatem.* Concil. [o] Trident. *Sancta Synodus Anathemate damnat, qui falſo affirmant Matrimonia à filiis familias, ſine conſenſu parentum, contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe.*

Quintò, in hoc Matrimonio adeſt materia, nimirum *perſonæ contrahentes*: adeſt forma, ſcilicet *verba expreſſiua* conſenſus. adeſt & miniſter, nimirum, *vtraque pars contrahens*.. Quid ergo deeſt? Dices deeſſe plenum, conſenſum quia in re tum graui, non debent filij, ſine parentum conſenſu, aliquid conſtituere.

Contra. vel conſenſus requiritur parentum, quia deeſt in filiis vſus liberi arbitrij: vel conſilij maturitas: vel poteſtas circa proprium ſtatum. Non primum: quia, nec in iſto caſu cum parentum conſenſu contrahere poſſent. neque ſecundum. 1. quia nõ alia requiritur maturitas ad contrahendum, quam ad merendum, vel demerendum. alioquin pateret aditus innumerabilibus Matrimoniorum ſolutionibus 2. quia multi longè incapatiores ingenio filiis ſub cura parentum, propriis carent parentibus. Ergo nec illi contrahere poſſent. neque tertium. 1. quia ſi [p] ſeruus habet contrahendi poteſtatem, ſine conſenſu Domini, quanto magis filius? maior eſt enim ſubiectio ſerui, quam filij. 2. quia quando quis vſum liberi arbitrij habet, iam eſt ſui iuris, circa ſuam perſonam.

p *Cap. 1. de coniugio ſeruorum. 4. decretal. tit. 9.*

q [*Deinde, de re cuius poteſtas, & Dominium eſt ſolius filij, non patris, filius poteſt validè diſponere,*

[q] Sextò, iuxta Lutherum, & Melanchthonem Matrimonium huiuſmodi irritari nequit, ſi ſit ſubſecuta proles. Ergo vel legitimè fuit conſummatum: vel non, ſi prius. Ergo & legitimè contractũ, ſi poſterius. Ergo, quantumcumque ſubſecuta prole, irritari poterit: quia proles nihil habet eſſentiale, aut integrale ad rationẽ Matrimonij perfectam:

alioquin ſteriles nuſquam perfecto fruerētur Matrimonio.

Tertia propoſitio: *Peccant filij contrahentes, ſine iuſta cauſa, parentibus inuitis.*

Primò, quia communiter parentes ſunt filijs prudentiores, magiſque conſulunt filiorum vtilitati.

Secundò, præcipere poteſt pater filio, vt ducat talem, vel talem vxorem: &, ſi nulla ſit recuſandi cauſa, filius obedire tenetur: ſicut patet Geneſ. [r] 24. At inobediens filius Patri, ſine cauſa, ſine dubio peccat.

Tertiò, præceptum de Matrimonio filiorum ne coniungerentur Gentilibus. Exodi [s] 34. & Deuteron. [t] 7. potius parentibus datur, quam filijs.

Obijcies 1. ſi poteſt pater præcipere, poterit & hoc præcepto cogere filium timore cadente in cōſtantem virum. Quia poteſt præcipere, ſub comminatione mortis æternæ debita inobedientibus filijs. Ergo Matrimonium coactum, erit ratum. 2. poterit cogere non ducere. Ergo ſi ducat, Matrimonium erit nullum.

Reſpondeo, poſſe dici filium cogi. 1. abſolutè, ita vt reuera ipſa cogatur voluntas: & hoc fieri nō poteſt: quia voluntas iam non eſſet voluntas. 2. quod neceſſario determinetur ad vnum: ſed neque id fieri poterit: quia, excepto fine vltimo, ſemper voluntas eſt libera, ſaltem quoad exercitium. 3. quod timore cogatur cadente in conſtantem virum. Atque hæc coactio accidere poterit. Sed nullum Matrimonium erit. 4. cogatur reuerentia, & authoritate imperij paterni: hocque ſi contingat, validum Matrimonium habebitur.

[Ad 1. ergo, negatur ſimpliciter Antecedens. Quia communiter comminatiò mortis æternæ nō ingenerat timorem cadentem in conſtantem virum. Nam ille timor, non facile contemnitur. At hæc comminatio quotidie pro rebus leuibus ſpernitur, tranſgreſſione mandatorum Dei. Si tamen

ſine conſenſu Patris. Sed naturalis facultas generandi filij, eſt ſolius filij nō Patris. Nec enim pater poteſt facultates naturales filij mouere, aut prohibere. Ergo &c. ita à Valent. ſup. q. 3. puncto. 6.]

[r] *quo Iſaac accepit vxorem, quam ei pater dedit: & cap. 28. quo Iacob, in ducēda vxore ſequitur imperium Patris.*

[s] *v. 16. vxorē de filiabus eorū, non accipies filiis tuis.*

[t] *v. 3. Filiam tuam non dabis filio eius: nec filiam illius accipies filio tuo.*

hæc comminatio: vel ratione ſubiecti, vel alia conſideratione, haberet in filios vim puri timoris cadentis in conſtantem virum: Arbitror tunc nullum Matrimonium fore. Quare malè facere parentes comminationibus execratorijs, ac terribilibus plurimis imperando filijs connubia.

Ad ſecundi Antecedens, ſi per, *cogere*, intelligatur præcipere ſub pœna inobedientiæ: admittitur. Ad conſeq. negatur. Quia libertatem contrahendi non tollit hoc præceptum. Quod huiuſmodi libertas non ſit fundata in voluntate parentum, ſed filiorum.]

Soluuntur obiectiones Kemnitij.

Cap. XX.

Prima, ex [a] Groppero conſtat ſaniorum Pōtificiorum ſententiam eſſe, inuitis parentibus contracta Matrimonia filiorum, irrita reddi.

Reſpondeo 1. malè ex vno Groppero velle colligere ſaniorē Theologorum opinionem: cum poſſimus contra proferre [b] omnes Theologos antiquos. 2. Gropperum loqui de clandeſtinis Matrimonijs: quamuis non rectè arbitretur ea olim non fuiſſe Sacramenta.

Secunda, Matrimonium, cuius Deus non eſt author, id eſt quod pugnat contra verbum Dei, nihil valet. At tale eſt Matrimonium filiorum patentibus inuitis. 1. quia [c] ſcriptura tradit parentibus præcepta, de filiabus in Matrimonio collocandis. 2. quia [d] lex diuina relinquit in poteſtate patris dare vel non dare filiam ſtupratori. 3. Numerorū [e] 30. patris erat irritare vota puellæ, id eſt promiſſiones Deo factas: quidni & Matrimonia? cum vota ſint promiſſiones Deo, Matrimonia, verò ho-

[a] *In inſtitutione Colonienſi.*

[b] *& inter eos D. Thom. in 4. diſt. 28. q. 1. ar. 3. ex recentioribus Ruardum, Petrum, ac Dominicum à Soto, &c.*

[c] *Deut. 7. ſup. Hierem. 29. v. 6. & 1. Cor. 7. v 3. 6 37. 38.*

[d] *Exodi 22. v. 16. 17.*

[e] *v. 6.*

minibus factæ. 4. Deus coniungit virum cum vxore. Ergo per aliquod medium: quod ſit autem illud, ipſemet explicat, cum ait debere filios parentibus obedire.

Ad Maiorem, dupliciter Deum dici Matrimonij authorem. 1. quia inſtituit eſſentialia Matrimonij. 2. quia bonas voluntates, quibus dignè contrahatur Matrimonium facit. Matrimonium contractũ, contra verbum Dei, priori modo, nullum eſt. poſteriori, eſt ratum. Et ratione eſſentialium Matrimonij, Deum habet authorem: ratione malè voluntatis contrahentiũ, diabolũ pro authore ſumit.

Ad Minorem, poſteriori modo, veram eſſe: non priori.

Ad primam probationem, ſolum probare, parentum eſſe filiis prouidere: ſed non inde ſequitur, poſſe Matrimonia filiorum irritare.

Ad ſecundam, agi non de Matrimonio contracto, ſed de ſtupro illato: nec excluditur puellæ conſenſus, ſi eam pater velit ſtupratori dare.

Ad tertiam, agi de puella [f] impubere.

Ad quartam, media Matrimonij validi, eſſe coniugum liberum conſenſum exterius expreſſum: ſi dignè & vtiliter ſuſcepti, eſſe parentum & amicorum conſenſum, benedictionem Sacerdotis, ac ſimilia.

Tertia, ius ciuile definit debere præcedere conſenſum parentum, de iure naturæ.

Reſpõdeo, id verum, non vt ratum ſit Matrimonium, ſed vt congruentius fiat. debẽt enim filij, de iure naturæ, parentibus obedire.

Quarta, [h] lex Ciuilis hæc Matrimonia irrita [g] reddit.

Reſpondeo, quod lex Ciuilis dicat non multum obeſſe: cum lex Canonica præcedat.

Quinta, *Aliter legitimum non fit Matrimonium* [i] (inquit Euariſtus) *niſi ab his, qui ſuper ipſam fæminam dominationem habere videntur: & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus, & propinquis ſponſetur.*

[f] *qua quidem in ætate non ſunt filij ſuorũ actuum Domini. Puella* (inquit *ius Canonicum, can. Puella, 20. q. 2. c. 2.*) *ſi ante duodecimum ætatis annum ſponte ſua velamen ſibi ſacrum aſſumpſerit: poſſunt ſtatim parentes, vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint. Si verò in fortiori ætate Adoleſcẽtula, vel Adoleſcens ſeruire Deo elegerit: non eſt poteſtas parentibus prohibere.*

[g] *l. Nuptiæ ff. de ritu Nuptiarum & l. 1. ac 2. C. de Nuptiis.*

[h] *ſupra.*

[i] *epiſt. decretali.*

[k] 30.q.5.*can. Aliter.*

Reſpondeo, Euariſtum in [k] ipſo can. enumerare ſolùm velle multas conditiones neceſſarias, quibus matrimonium ſit vndique legitimum, in foro exteriori, id eſt, nullis careat ſolemnitatibus externis, quæ ita reddunt legitimum Matrimonium, vt ſi nulla earum adſit, nullum reuera ſit: At non propterea vult omnes eſſentiales: ſicut patet de cuſtodia vxoris à paranymphis, dotatione vxoris, *&c.* quæ autem ſint eſſentiales, quę non, minimè declarat: ſicut, nec fecit in ſimili enumeratione Nicolaus [l] can. *Noſtrates.* ad cuius finem adiungit, non eſſe peccatum ſi omnes haud obſeruentur.

[l] 30.q.5.c 3.

[m] 32.q.2.c.13. *habeturque in Ambroſio libro* 1.*de Abraham.*

Sexta, [m] can. *Honorantur.* Ambroſius hortatur puellas, vt exemplo Rebeccæ, parentibus permittant iudicium nuptiarum ſuarum.

Reſpondeo, ſi ſecus fiat, non haberi, quid inde ſequatur.

[n] 30.q.5.c.5. *ex Concilio* 4. *Carthag. can.* 13.

[o] 32.q.2.*ca.* 16. *ex Concil. Tolet.* 3. *can.* 10.

Septima, [n] can. *Sponſus.* debent offerri Eccleſiæ, ſponſus, & ſponſa à parentibus, & can. [o] *Hoc ſanctum.* præcipitur ne vlla virgo, extra voluntatem parentum, vel ſuam, cogatur accipere maritum.

Reſpondeo, quid in his canonibus contra nos?

[p] 36.q.1.c.3. *ex Concilio Aurelian.ca.*4.

[q] 36.q.2.*ex Gregorio.*

Octaua, [p] can. *de Raptoribus* iubetur reddi puella rapta patri, quamuis illa conſenſerit raptori. & [q] can. *Apud.* reſtituta patri poterit copulari raptori, ſi voluntas parentis vtriuſque conuenerit in vnum.

Reſpondeo, merito reddi debere: quia etſi conſenſerit raptori puella: non tamen vt marito, quia illam non duxit, ſed tantum vt violatori, & illatori iniuriæ patri puellæ.

Si autem parentes conſenſerint poterit copulari [quod fortaſsè requirebatur olim in eo caſu. nam ſicut Eccleſia reddit clandeſtina matrimonia irrita, ſic poſſet reddere, ſi deeſſet conſenſus parentum.]

[r] *ſeſſ.*24.*cap.* 6. *de Reformatione Matrimonij.*

Quidquid tamen olim fuerit: [r] *Decernit ſancta Synodus* (Tridentina) *inter raptorem, & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris fuerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libere conſtituta, illum virum habere conſenſe-*

Digitized by Google

rit, eam raptor in vxorem habeat: & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbẽtes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces.]

De voto & ligamine.

CAP. XXI.

PRIMA propoſitio: *votum ſimplex impedit Matrimonium contrahendum.*

Probatur Primò, votum continentiæ perpetuæ [a] licitum eſt, ac ſanctum. Ergo ſeruandum. Sed reddi non poteſt ab eo qui ducit vxorem. Igitur votum huiuſmodi matrimoniũ impedit.

Secundò, quia [b] Paulus damnat viduas quæ cõtra huiuſmodi votum, Matrimonium contraxerant.

Secunda propoſitio: *Votum ſimplex non dirimit matrimonium poſtea contractum,*

Probatur primò ex Auguſt. [c] libro de bono viduitatis.

Secundò, ex cap. [d] *Conſuluit.* cap. [e] *Rurſus quidam.* & in ſexto, lib. 3. titul. 15. cap. [f] vnico.

Tertiò, votum ſimplex, etſi obliget in conſcientia, tamen non transfert dominium rei promiſſæ in eum, cui promiſſa eſt. Ergo, ſi eam alteri donet, peccabit quidem, ſed donum valebit.

Tertia, [g] *Ligamen ſponſalium non ſoluit Matrimonium cum alio, vel alia contractum.*

Probatur primò, ex communi Theologorum conſenſu.

Secundò, [h] ex cap. *De illis.* [i] *Si inter virum.* [k] *Adoleſcens.*

Obijcit primò Lutherus, nemo poteſt dare quod non habet. At, qui ſponſalia contraxit, non eſt amplius ſui iuris. Ergo, &c.

[a] *vt probatum eſt lib. de Monachis à cap. 22. ad 28. incluſiue tom. 2.*

[b] *vide lib. de Monach. ſup. cap. 24.*

[c] *cap. 9. & 10.*

[d] *4. Decretalium Titul. VI. Qui clerici, vel vouentes, &c. ex Alexãdro 3.*

[e] *ibid. ex Cæleſtino 3.*

[f] *de Voto, & Redemptione: ex Bonifacio octauo.*

[g] *hæc eſt contra Lutherum, libro de Captiu. cap. de Matrimonio.*

[h] *lib. 4. decr. tit. 1. cap. 5. ex Alexandro. 3.*

[i] *cap. 31. ex Gregorio 9.*

[k] *cap. 32. ex eod. Gregor.*

Negatur Minor. Etſi enim promiſerit, ſe alterius futurum, non tamen, de præſenti, ſe alteri dedit.

Secundò, Deus prohibet ne quis fratrem circumueniat in aliquo negotio. Ergo qui alteri, poſt ſponſalia, nubit non verè contrahit.

Negatur conſeq. Quia etſi peccet ille, non tamē inde ſequitur matrimonium nullum eſſe.

Tertiò, votum religionis dirimit matrimonium Ergo fides alteri data.

Negatur conſeq. quia per votum Religionis, vouens fit alterius iuris de præſenti: non autem per ſponſalia.

Quartò, matrimonium conſummatum impedit Religionis votum. Ergo & ſponſalia, matrimonium cum altera.

Negatur conſeq. quia, per matrimonium coniux poſſidet iure corpus alterius coniugis, non autem per ſponſalia, niſi in ſpe, & promiſſione.

Quarta propoſitio: *votum ſolemne dirimit Matrimonium poſtea contractum.* Probatur.

Primò, ex Conciliis, [l] Toletano. 1. [m] can. 16. [n] Chalcedon. *Virginem, quæ ſe Domino conſecrauit, ſimiliter, & Monachum non licere nuptialia iura contrahere: quod ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur.* Nuſquam autem dubium fuit, quin huiuſmodi contrahentes, peccent. Quare ad id declarandum non opus erat Concilij decreto. Ergo voluit Concilium declarare aliud, nimirum, huiuſmodi Matrimonium irritum eſſe. Concil. [o] Foroiulienſi: *Si publicè nupſerint, dignis quidem mundano iudicio corporalibus coercitæ vindictis, ſegregentur ab inuicem, & agant cunctis diebus vitæ ſuæ Pœnitentiam.*

Toletan. 4. [p] Nonnulli Monachorū egredientes, [q] &c. Tolet. 8. can. 6.

Turonic. [r] 2. *Si qui in Monaſterio conuerſi ſunt, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec (quod abſit) vllus eorum coniugem ducere poſſit,* [s] &c.

Secundò, ex ſummis Pontificibus Siricio [t] epiſtol. 1. qua iubet Monachos, & Sanctimoniales contra-

[l] *circa annū* 400.

[m] *quo ſtatuitur non poſſe mulierem deuotam, ſi fortè nupſerit, ad Eccleſiam recipi niſi caſtè viuat.*

[n] *can.* 16. *ante annos* 1100.

[o] *ante annos* 800. *can.* 11.

[p] *can.* 51.

[q] *à Monaſterio, non ſolum ad ſeculum reuertuntur, ſed etiam vxores accipiunt. Igitur reuocati in eodem Monaſterio, vnde exierant, pœnitentiæ deputentur.*

[r] *ante annos* 1000. *can.* 16.

[s] *&, ſi vxorē duxerit, excōmunicetur: & de vxoris male ſocietatis conſortio, etiam iudicis auxilio ſeparetur. Item Triburieſi can.* 23.

[t] *cap.* 6.

contrahentes non ſolum excommunicari, ſed etiam in ergaſtulis vſque ad finem vitæ Pœnitentiam agere. Innocent. 1. epiſt. 2. [u] Gelaſio [x] Gregorio 1. [y] Alexandro. 3. Cæleſtino. 3. Innocent. 3.

[u] *epiſt. 1. cap. 22. & 23.*
[x] *1. epiſt. 40.*
[y] *4. Decretal. Titulo, Qui clerici, vel vouentes. Vide tom. 2. lib. de Monach. cap. 26.*

Tertiò, ex PP. [z] Baſilio: *Cum virginitatem Domino profeſſæ ſint, carnali poſt modum voluntate blanda delinitæ, ac deuictæ ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiunt. Non ignorant huiuſmodi, quamuis ignorantiam ſimulent: quæ ſponſi dexteram, & fœdera præuaricata ſit, eam nec illius vltra eſſe ſponſam, quam dereliquit: neque eius vxorem, per vllas leges dici poſſe, cui ſe deſerto ſponſo, libidine incitata coniunxit.*

[z] *lib. de Virginitate parum vltra medium.*

[a] Ambroſ. *Quæ ſe ſpopondit Chriſto, & Sacrum velamen accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro, & iam ſi voluerit nubere, communi lege connubij, adulterium perpetrat.* [b] Chryſoſtom.

[a] *lib. ad virginem lapſam.*
[b] *epiſt. 6. ad Theodorum.*

Hieronym. [c] *Certe conſteris, non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat: alioquin ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur.*

[c] *1. in Iouin. vide plura lib. de Monach. ſup. cap. 27.*

Quartò, potuit Eccleſia huiuſmodi Matrimonia irritare. Nam eius eſt tradere qui valeant contrahere, necne. Sed reipſa irritauit, & irritat huiuſmodi Matrimonia. Ergo reipſa nulla ſunt.

Quintò, quod ſemper docuit, & docet Eccleſia verum eſt. Sed ſemper docuti hæc Matrimonia nulla eſſe. Ergo nulla ſunt.

De impedimento criminis.

Cap. XXII.

QVID ſit, [a] ſupra declarauimus. Probatur primò, authoritate & teſtimonijs Pōtificū & Cōciliorum 31. quæſt. 1. can. [b] *Nullus.* can. [c] *Illud.* can. *Relatum.* can. *Super hoc.*

[a] *cap. 18.*
[b] *lib. de Captiuit cap. de Matrimonio, & Philippus in locis, tit. de cōiugio.*

Secundò, nihil atrocius fingi poteſt in Matrimonij iniuriam, quam alterum coniugum, non ſolum fidem violare, ſed vitæ coniugis inſidiari. Ergo merito tale crimen, Matrimonium cum adultero, vel homicida dirimit.

Obijcit Lutherus, exemplum Dauidis, qui non ſolum perpetrauit cum Betſabee adulterium, ſed etiam iuſſit Vriam occidi.

Reſpondeo, hoc impedimentum à ſolo iure Eccleſiaſtico introductum eſſe.

De cultus diſparitate.

Cap. XXIII.

PRIMA, propoſitio: *Non licet fidelibus, cum infidelibus Matrimonia iungere.*

[a] v. 4.

Primò, ex Deuteron. 7. quo id prohibetur: [a] *Quia* (inquit ſcriptura) *ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat dijs alienis.* Hæc autem ratio eſt moralis. Ergo etiam hæc prohibitio pettinet ad nos, ſaltem reſpectu cauſæ.

[b] *v. 39.*

[c] *v. 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις.*

Secundò, 1. Corinth. 7. loquens de fideli Paulus: [b] *Cui vult* (inquit) *nubat tantum in Domino.* id eſt, cum aliâ eiuſdem religionis perſona, vt interpretantur ferè omnes.

[d] *quo prohibentur coniugia cum hæreticis, Iudæis, paganis.*

Tertiò, 2. Corinth. 6. [c] *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* At certe maximè ducit cum illis iugum, contrahens cum eis Matrimonium.

[e] *quo prohibētur Iudæi Chriſtianam vxorē habere.*

[f] *can. 61.*

Quartò, ex Concilijs [d] Chalcedon. can. 13. Toletan. 3. [e] can. 14. Toletan. 4. [f] *Iudæi qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Epiſcopo ciuitatis illius, vt ſi cum eis permanere cupiunt Chriſtiani efficiantur. Quod ſi admoniti noluerint, ſeparentur.*

[g] *lib. 3. tit. 14.*

Quintò, ex lege ciuili C. *de Iudæis.* l. *ne quis Chriſtianam*, & in [g] C. Theodoſiano.

Digitized by Google

Sextò, ex PP. Tertull. [i] lib. 2. ad vxorem. Cyprian. [k] ſerm. de lapſis. [l] Ambroſ. *Caue Chriſtiane, Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue Gentilem, aut Iudæam, atque alienigenã, hoc eſt hæreticam & omnem alienam à fide tua, vxorem accerſas tibi.* [m] Hierony. *At nunc pleræque contemnentes Apoſtoli inſtitionem, iunguntur Gentilibus, & templa Chriſti, idolis proſtituunt.* Auguſt. etſi dumtaxat [n] dubitauerit: tamen, [o] *Omnimodo* (inquit) *conandum eſt, ne fiant tales coniunctiones, quid enim opus eſt in tantum diſcrimen ambiguitatis, caput mittere?*

Septimò, quia huiuſmodi Matrimonia inferunt incommoda plurima 1. periculum fideli, apoſtandi à fide. 2. non poterit facilè proles in vera educari religione. 3. quia maritus infidelis facilè impediet omnia pietatis exercitia mulieris fidelis.

Secunda propoſitio: *Non licet iungere Matrimonia cum hæreticis.*

Probatur primò, argumento 1. 2. & vltimo ſuperioris propoſitionis.

Secundò, ex Concil Chalced. ſupr. & Agath. [p] *Non oportet cum hominibus hæreticis miſcere connubia, & vel filios, vel filias illis dare.*

Tertia: *Matrimonium inter fidelem, & infidelem non eſt irritum.* iure diuino, naturali, vel poſitiuo, aut aliqua lege Eccleſiaſtica.

Non diuino naturali. Primò, quia huiuſmodi contractus nõ tollit omnino finem Matrimonij. Nam & ſuſcipi poterit proles, & in vera religione educari, quamuis difficilius.

Secundò, quia [q] Iacob duxit vxores filias Laban idololatræ: [r] Ioſeph filiam Phutipharis: [s] Moſes filiam Iethro: [t] Eſther nupſit Aſſuero: [u] Dauid filiæ Regis Geſſur: teſtanturque [x] Hieron. atque [y] Auguſt. fuiſſe olim in lege gratiæ frequentiſſima huiuſmodi connubia: quæ quamuis reprehenderentur à PP. non tamen dirimebantur. [z] Monica virum habuit paganum: [a] Clotildis nupſit Clodoueo Regi Francorum Ethnico.

[i] *quæ probat non oportere fideles Matrimonium cum infidelibus contrahere.*

[k] *quo inter Fidelium crimina, numerat coniugium, cum Infidelibus.*

[l] *lib. 1. de Abraham. 9.*

[m] *1. aduerſus Iouinianum.*

[n] *lib. 1. ad Pollentium 25. & 19.*

[o] *ibid. cap. 19.*

[p] *can. 67. & Ambroſ. ſupr.*

[q] *Geneſ. 29.*

[r] *Geneſ. 41. v. 45.*

[s] *Exod. 2. v. 21.*

[t] *Eſther 2.*

[u] *2. Reg. 3. v. 3.*

[x] *1. in Iouin.*

[y] *lib. de fide, & operibus, cap. 19.*

[z] *teſte Aug. 9. Confeſſ. 9.*

[a] *teſte Gregorio Turonico 2. hiſtor. 28.*

Non diuino poſitiuo. Probatur, quia in Teſtamento veteri nullum tale inuenitur Decretum. quod enim ſupra, produximus ex Paulo, probat quidem non licere contrahere: ſed non probat Matrimonia irritari. In Teſtamento veteri nihil etiam inuenitur, niſi quòd, [b] Eſdras legem Domini explicans irritauerit Matrimonia Iudæorum cum Gentilibus. Sed illud præceptum erat hac in parte, iudiciale, nec tranſijt ad nos. Nam prohibebat ſolùm connubia cum infidelibus Chananæis.

[b] *arg. 2. pro prima propoſitione.*
[d] *cap. 9. & 10.*

Non lege Eccleſiaſtica. Nam quidquid habetur in Canonico iure, aut PP. non probat hæc matrimonia irrita: ſed ſolum, non debere fieri. Nam Cōcil. Chalcedon. & Agathenſ. inter infideles ponunt hæreticos: cum quibus tamen Matrimonium non irritatur. Toletan. 4. iubet quidem ſeparare coniuges, ſed non loquitur niſi de Iudæis in Hiſpania, nec illud Concilium generale fuit.

Quarta: *huiuſmodi matrimonium irritum eſt, ex more populi Chriſtiani, vim legis obtinente.*

Probatur: Nam ab annis vt minimum. [c] 400. ſine vlla controuerſia ita credidit Eccleſia.

[c] *Nam Mag. 4. d. 39. & Grat. 28. q. 1. & deinceps omnes Theologi, & Canoniſtæ id docuerunt.*

Quinta: *Hic mos optimus eſt.* Primo quia ſi diſparitas cultus dirimebat in lege veteri: multo magis in noua. tum quia perfectior eſt. tum quia magis diſtat Chriſtianus à gentili, quam diſtaret Iudęus. ſi quidē extra Iudæos, poterat eſſe ſalus, non autem extra Chriſtianos.

Secundò, quia non eſt æquum illis Sacramentum matrimonij tribui, qui eius capaces non ſunt.

Sexta: *Poteſt Summus Pontifex diſpenſare in Matrimonio fidelis, cum infideli, ſi cauſa poſtulet.* quia poteſt diſpenſare in iure humano.

[Septima, Matrimonia cum hæreticis ſunt rata, & inſolubilia. Quia ſunt inter Baptizatos, vtrinque Sacramenti Matrimonij capaces.]

Cap. XXIIII.

Digitized by Google

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Digitized by Google

Biblioteca Nazionale V. E. III — NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Matrin

Conciliu

SAncta Synodus ſt
tuta: vel ad ſumm
ptizatum ipſum, & illi
Baptizatique Patrem,

Digitized by Google

Filia natura-
lis adoptan-
tis

Biblioteca Naz. V. E. III NAPOLI

Hac § apponatur poſt tabulam Cognationis ſpiritualis.

Biblioteca

Sententiæ de impedimento cognationis.

CAP. XXV.

PRIMA [a] wiclefi, *ſolùm in primo gradu Matrimonium dirimi.*

[b] Secunda, *ſolos gradus cognationis* [c] *in Leuitico prohibitos agnoſcit, idque indiſpenſabiliter.*

[d] Tertia, *non ſolùm gradus Leuitici obſeruandos eſſe: ſed etiam alios ab Eccleſia præſcriptos, ſeruata conſcientiæ libertate.*

[e] Quarta, 1. *in gradibus prohibitis, indiſpenſabiliter legē eſſe imperialē ſeruandā, quatenus concordat Moſaicæ dūtaxat:* Nā huiuſmodi gradus à natura prohibiti cenſentur. 2. ſeruandam etiam eſſe conſuetudinem locorum, & arbitrium prudentium virorum dumtaxat: quamuis hi gradus non niſi humana poteſtate prohibeantur.

Quinta, [f] Theodori Bezæ. 1. ſequendum eſſe, in ſupputatione graduum, Iureconſultos ciuiles. 2. gradus prohibitos in Leuitico, obſeruandos eſſe. 3. & eos qui à ſimili colliguntur, vt coniugium patrui cum nepte, filia fratris, aut ſororis: quia prohibetur nepotis cum amita. 4. leges etiam ciuiles dumtaxat obſeruandas: tamen eas Matrimonia non dirimere contracta.

[a] 4. *Trialogi* 20.

[b] *Lutheri de Captiuit. cap. de Matrimonio, & Buceri in* 19. *Math.*

[c] *cap.* 18.

[d] *Melāchthonis in locis tit. de coniugiis, Kemnit.* 2. *par. Examin. pag.* 1230.

[e] *Brent. confeſſ. witemberg. cap. de cōiugio, & in* 18. *Leuitici.*

[f] *lib. de repudiis, & diuortiis.*

PRIMA PROPOSITIO.

Ratio ſupputandi gradus cognationis, qua vtuntur ſacri Canones, optima eſt.

CAP. XXVI.

PRobatvr Primò, Cognatio, vinculum eſt eorum, qui propagantur ab vno. Ergo non poteſt fingi melior ratio ſupputandi gradus, quam penes diſtantiam ab illo. Igitur eo gradu inter ſe coniunguntur, & diſtant, quo ſtipiti coniunguntur, vel diſtant ab eo.

Secundo, etſi ſupputatio ciuilis bona ſit: quia tamen aliquo modo inconueniens videtur dari, ſecundum gradum ſine primo, proprerea melior erit canonica, quæ primum admittit gradum.

Obiicit primò Beza, natura oſtendit tot eſſe debere gradus, quot generationes: nec poſſe veniri ad fratrem, niſi tranſitu per patrem facto. Igitur fratres erunt in ſecundo gradu.

[Ad Antecedens, non multiplicari gradus propter multiplicationem generationis fratrum aut ſororum ab eodem patre: ſed ob multiplicationem generationis proceſſiuæ, vnius ab alio]. At frater non procedit ab alio fratre vllo modo: ſed immediatè vterque coniungitur in patre. Ergo ſi quis diſtantiam inter fratres intelligere velit, ſolùm attendere debet, quantum diſtet alter illorum à Patre.

Secundò, filius eſt propinquior Patri, quam fratri. At filius à Patre diſtat vno gradu. Ergo duobus à fratre.

Ad Maiorem, veram eſſe de propinquitate in-

Digitized by Google

tenſiua, non extenſiua. Maior ſiquidem eſt coniunctio inter patrem, quam inter fratrem, ſed non diſtantia. Nam coniunctio filij ad patrem eſt effectus ad cauſam, coniunctio fratrum, eſt effectuum inter ſe à communi cauſa.

Tertiò, videtur abſurdum, vnã perſonam æqualiter diſtare à multis inæqualiter diſtantibus: ſicut diſtant in ſubiecto [a] exemplo.

[a] Et patet in arbore canonico ſupr.

Thare.	
Abraham.	Nachor.
Iſaac.	Bathuel.
Iacob.	Laban.
Ioſeph.	

Ioſeph enim 4. gradu diſtat tam à Nachor & Bathuel quam à Laban.

Negatur propoſitio, Nam vnius lateris ſiue lineæ perſonæ habitudinem non habent ad perſonas alterius lateris, vel lineæ, niſi ratione ſtipitis in quo vniuntur. At Ioſeph Nachor, Batuel, Laban non vniuntur, niſi in Thare: & Ioſeph non niſi in quarto gradu. Ergo neque Nachor, Bathuel, & Laban poterunt vniri Ioſeph in Thare niſi in quarto gradu.

Quartò, ergo pari ratione debent æqualiter diſtare Nachor, Bathuel, Laban, ab Abraham. quia Abraham vnitur in Thare, in primo gradu. Quod tamen falſum eſt.

Negatur conſequens. Quia quando conſideramus perſonam remotiùs diſtantem, tunc attendimus diſtantiam eius à ſtipite: & in ſtipite intelliguntur omnes perſonæ alterius lateris: & ideò tantum diſtat perſona remotior à ſtipite, quantum ab alijs alterius lateris. At quando conſideramus perſonam propinquam, non attendimus diſtantiam eius à ſtipite, ſed ſtipitis ad perſonas alterius lateris: atque in ſtipite [b] intelligimus propinquiorem illam perſonã. Nam ſi conſideraremus diſtan-

[b] Et quia ſtipes diſtat inæqualiter à perſonis alterius lateris: ideo etiã perſona illa pro

pinquior inæqualiter diſtat ab omnibus perſonis alterius lateris.

tiam propinquioris à ſtipite, ſequeretur perſonas aliquas alterius lateris, eſſe propinquiores collaterali, quam ſtipiti: quod eſt impoſſibile, cum non coniungantur collaterales, niſi per ſtipitem. ſi verbi gratia, diſtet Abraham à Nachor, Bathuel, & Laban vno gradu tantum. Sed Laban diſtat à ſtipite tertio gradu. Ergo eſſet propinquior Abrahæ quam ſtipiti.

SECVNDA PROPOSITIO.

Non omnia Leuitici præcepta, de gradibus cognationis ſunt de iure naturæ.

CAP. XXVII.

PRAECEPTVM naturale prohibens aliquid tripliciter dicitur. 1. prohibens rem intrinſecè, & [a] inuariabiliter malam, vt odium Dei. 2. rem [b] malam omninò excepta neceſſitate extrema. 3. [c] rem malam nude ſumptam: ſed quæ, adhibitis circunſtantijs, fieri bona poſſit. De primo, & 2. præcepti modo, loquimur. Probatur.

[a] *id eſt, quæ nulla circunſtātia poteſt fieri bona.*
[b] *vt tollere alienum inuito domino.*
[c] *vt occidere.*

Propoſitio primò, Leuitic. 18. feruntur leges circa prohibitos Matrimonij gradus. At cap. 20. longe inæquales tranſgreſſoribus proponuntur pœnæ. Nam in primo gradu recto affinitatis [d] puniuntur morte: in primo gradu tranſuerſo [e] puniuntur tantum priuatione filiorum. Ergo non prohibetur gradus affinitatis in primo gradu tranſuerſo de iure naturæ, ſed iure aliquo Iudæorum poſitiuo. non enim communis ratio dictat apud omnes homines, iſtam eſſe iuſtam huius criminis pœnam.

[d] *v. 11. & 12.*
[e] *v. 21.*

Secundò, ſi eſſent naturalia, obligaſſent in lege naturæ. At [f] Iacob in lege naturæ duas duxit ger-

[f] *Geneſ. 29.*

manas vxores. Et Amram pater Moſis [g] duxit *Iochabed*, patruelem iuxta verſionem Hierony. id eſt, proprie patruam ſiue Amitam. 1. quia דֹּדָה *dodah* id ſignificat: ſicut דּוֹד *dod*, patruum. 2. quia Numeror. 26. dicitur [h] Amram filius Caath [i] filij Leui accepiſſe Iochabed filiam Leui. Ergo Iochabed erat ſoror Caath, & proinde amita Amram.

Reſpondent 1. hæc omnia contigiſſe myſterij cauſa per diſpenſationem diuinam.

Contra. [k] ſatis apparet tunc conſuetudinem fuiſſe duas ſorores coniungi vni viro. Nam cum Laban decepiſſet Iacob obtrudendo Liam pro Rachel, obtulit poſtea Rachel nec dubius hæſit Iacob, aut fuit dumtaxat aliquando à parentibus correptus.

[l] Reſpondent 2. Patriarchas peccaſſe. Contra etſi potuerint peccare interdum: non eſt tamen veriſimile, in continuo peccato, contra naturæ præceptum, manſiſſe.

Tertiò probatur propoſitio. ſi hæc præcepta eſſent naturalia: non magis prohiberetur vnum Matrimonium in aliquo gradu: quam cætera eiuſdem gradus: ſed omnia æqualiter. At prohibuit Moſes Matrimonium nepotis cum amita: non prohibuit neptis cum auunculo aut patruo: & tamen ſunt iſti omnes in eodem gradu Ergo, &c.

Reſpondet Beza, prohiberi etiam connubium neptis cum patruo: ac ſimilia, in eodem gradu, quo prohibentur alia.

Contra 1. argumentum à ſimili in legibus prohibentibus non ſolet valere. ſunt enim odioſæ huiuſmodi leges: & proinde reſtringendæ, non laxandæ. 2. fuit aliqua ratio quare prohiberetur vnum, & non aliud: non tamen tanta, quæ ſufficiat permittere Matrimonium in illicito gradu.

Si quidem turpius eſt Amitam, iungi nepoti, quam Auunculum nepti: nam Amita, ratione ſui gradus, habet in nepotem quaſi authoritatem patriam quæ non bene conuenit conditioni vxoris.

[g] *Exod. 6. v. 20.* וַיִּקַּח עַמְרָם אֶת־יוֹכֶבֶד דֹּדָתוֹ לוֹ לְאִשָּׁה *vaiikkach Gamram eth-Iocheued dodatho lo leiſchſchah: Et accepit Hamram Iochabed patruelem, (vel potius amitam) ſuam, ſibi in coniugem.*

[h] *v. 59.*

[i] *v. 57.*

[k] *Geneſ. 29.*

[l] *ita Philippus in locis titul. de Coniug. & Beza lib. de Repudiis, & diuortiis.*

Nam cum vxoris ſit ſubeſſe, non præeſſe, ſimul preeſſe & ſubeſſe deberet. At Auunculus ratione ſui gradus in Neptem habet authoritatẽ: quę optime congruit cum authoritate maritali. Verum hæc differentia inter Auunculum, & Amitam duntaxat non ſufficit ad conſtituendum Matrimonium licitum Auunculi cum Nepte: ſi in eodem gradu prohibetur de iure Naturę Matrimonium Amitæ cum Nepote. 3. Inter patrueles non eſt prohibitum Matrimonium de iure naturæ. Ergo neque inter Amitam & nepotem, ſunt enim in eodem gradu, quod attinet ad propinquitatem, & diſtantiam: quidquid ſit de ſupputatione ciuili. 4. Abraham & Nachor duas duxerunt filias fratris ſui Aram, & proinde neptes. Nec 1. dici poreſt Saram fuiſſe priuignam Thare ex matre Abrahæ. Nam non potuiſſet dicere Abraham (ſicut dixit) *Filia eſt Patris mei, non Matris meæ.* ſed potius: *Filia Matris meæ, non Patris mei.* 2. Fuiſſe Priuignam ex alia vxore quam Matre Abrahæ. Nam tunc nullo modo Sara fuiſſet affinis Abrahæ: quomodo ergo dixiſſet verè ſoror mea eſt. 3. Sororem fuiſſe germanam: tum quia manifeſte ſequeretur connubium inter germanos prohibitum non eſſe de iure naturæ: cuius contrarium probabitur infra. 4. male feciſſe Abraham. Nam hoc connubium placuiſſe Deo conſtat, Geneſ. 17.

[m] Quintò, Leuitici [n] prohibetur connubium cum vxore fratris, & tamen permittitur [o] Deuteronom. 25. non expectata vltima neceſſitate, ſed tantum pietate in frarrem mortuũ, nec debet mouere non eſſe אָח *ach* quæ vox ſignificat fratrem, ſed [p] יָבָם *Iauam.* Nam יבם proprie ſignificãt *Leuirum* ideſt fratrem defuncti mariti vt patet Geneſ. [q] 38. & Ruth. 1. v. 15. quamuis deriuetur etiam ad alios defunctos. Ergo gradus ille Leuitic. 18. non eſt prohibitus de lege Naturæ primò, aut ſecundo modo.

Quod ſi quæras quomodo hæ duæ leges con-

[m] *v.* 16.
[n] *v.* 16.
[o] *v.* 5.
[p] יְבָמָהּ יָבֹא עָלֶיהָ *Iemamaah Idyo galeah: Leuir eius ingredietur ſuper eam.*
[q] *v.* 8. *& dixit Iuda ad Onam. Ingredere ad vxorem fratris tui* וְיַבֵּם *veiabbem & ſociare illi, ſcilicet iure propinquitatis fratriæ.*

cordari poterunt.

Reſpondeo, in Leuitico non prohiberi tale cōnubium niſi nudè, & ſolitariè acceptum quemadmodum accipitur homicidium in Decalogo, cum dicitur non occides. Quæ lex non impedit, quo minus poſtea fiant leges particulares, quæ coniugium cum vxore fratris permittant, quibuſdā circunſtantiis adhibitis extra neceſſitatem extremam.

Obiicitur, Leuitic. 18. & 28. prædicat Deus ſe exterminaturum Gentes ob connubia contracta, illis capitibus prohibita. Ergo ad omnes ſpectant gentes, & proinde ſunt de iure naturæ, huiuſmodi prohibitiones.

Reſpondeo nude, & ſolitarie conſideratas eſſe de iure naturæ: nec enim vllo iure licet, ſine debitis circunſtantijs vti his coniunctionibus. Propterea enim grauiter Gentes peccauerunt: cumque his peccatis idololatriam & concubitus maſculorum, ac beſtiarum addiderint meritò certe exterminatæ ſunt.

Secundò, Paulus grauiter arguit Corinthium qui Nouercam duxerat. At is erat gradus in Leuitico prohibitus. Ergo Paulus volebat leges dumtaxat antiquas ſeruari.

Reſpondeo 1. gradum affinitatis in recta linea prohiberi de iure naturæ: nec tamen ſequitur eandem eſſe rationem omnium prohibitorum in Leuitico. 2. probabile eſſe loqui Paulum de priuigno qui Nouercam viuente patre in concubinam acceperat, id enim [r] videntur indicare illa: [s] *Scripſi vobis, non propter illum, qui fecit iniuriam, nec propter eū qui paſſus eſt*, &c. id eſt, *Viuens adhuc pater*. Nā mortuo marito non ei iniuria fit ſi eius ducatur vxor, quia mors vinculum ſoluit.

Tertio, [t] Ioannes Baptiſta reprehendit Herodem quod fratris ſui duxiſſet vxoré ſcilicet contra Leuiticam legem. At Ioannes finem impoſuit veteri legi. Ergo ad legem gratiæ ſpectāt prohibitio-

[r] *vt obſeruant* D. Thom. & *Anſel.*

[s] 2. Cor. 7. v. 12. ἔγραψα ὑμῖν οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν. *ſed ad manifeſtandam ſollicitudinem noſtram.*

[t] *Math.* 14. *v.* 4. *Mar.* 6. *v.* 18.

nes Leuiticæ: cum eas, poſt finem Moſaicæ legis, voluerit obſeruari Ioannes.

[u] *ex antiquis hiſtoriis refert Hieron. in 14. Math.*

Reſpondeo 1. Herodem duxiſſe vxorem fratris [v] ſui viuentis, quod nuſquam licuit. 2. negatur minor. Nam Chriſtus ipſe finem impoſuit legi: quare tenebatur Herodes ipſam legem ſeruare. At iuxta legem non licebat ei etiam mortui fratris vxorem ducere: quia Herodias ſuſceperat iam filiam ſaltatricem ex priore marito. Nam mors Ioannis [x] incidit in ipſum initium coniugij Herodis cum Herodiade, quo iam Herodiadis filia didicerat ſaltare, & proinde grandior erat.

[x] *1. apud Ioſephum 18. antiq. 10.*

Quartò, Deus graues pœnas transgredientibus prohibitiones iſtas Leuiticas impoſuit.

Reſpondeo, ſimiles præſcripſiſſe in transgreſſione iudicialium, & cæremonialium præceptorum, quæ tamen conſtat non fuiſſe de iure naturæ.

[y] *Brentij in 18. Leuitic.*

[y] Quintò, leges in quibus conueniunt Moyſes, & Cæſar ſunt morales, id eſt, de iure naturæ: quia ſunt approbatæ à Deo. Ergo ſeruandæ in gradibus prohibitis.

Negatur Antec. ſimpliciter ad probationem 1. non omnia quæ probantur à Deo, eſſe de iure naturæ. poſſunt enim eſſe de iure poſitiuo humano, vel diuino. 2. [1] lex Cæſaris prohibet coniugium cum ſorore vxoris mortuæ, quod lex Moſaica permittit. Ergo lex illa imperatoria non eſt (iuxta Brentium) de iure naturæ. Igitur neque etiam, quæ prohibet cõnubium cum vxore demortui fratris: quia vtraque verſatur circa eundem affinitatis gradum. Atqui in hac ſecunda lege prohibente conueniũt lex imperatoria, & Moſaica. Igitur non omnia in quibus conueniunt erunt de iure naturæ.

[1] *vt fatetur etiam Brentius.*

[z] *quæſt. 53. aliàs 65.*

Sextò, Auguſt. lib. [z] qq. ſemper Leuiticum videtur totam Leuiticam tabulam de prohibitis gradibus ad Decalogum reuocare.

[a] *18. cap.*

Reſpondeo, ſolum velle quia in Decalogo prohibetur adulterium, & iterum [a] in Leuitico, cæteras prohibitiones Leuitici, cum vxore patris,

fratris, patrui, &c. non eſſe intelligendas viuentibus maritis, alioquin ſuperuacaneæ eſſent, cum viuentibus maritis, hæ coniunctiones ſint Adulteria.

Septimò, [b] Innocent. 3. docet Matrimonium inter infideles contractum in 2. 3. ac vlterioribus gradibus eſſe ratum, nec debere ſolui, cum ad fidem conuertuntur, quia non tenebantur Eccleſiaſticis legibus. Ergo iuxta Innocẽtium primus gradus prohibitur de iure naturæ. At talis eſt gradus coniugij cum vxore fratris defuncti. Ergo & prohibitum tale coniugium de iure naturæ.

Reſpond. 1. Innocent. nihil expreſſiſſe de primo gradu. 2. etſi expreſſiſſet: non tamẽ intelligi poſſe, niſi vel in linea recta, vel in conſanguinitate. Nam ipſemet Innocentius [c] diſpenſauit, vt in Liuonia retinerentur vxores defunctorum fratrum. Quare iuxta Innocent. hic gradus non eſt prohibitus de lege naturæ.

[b] *cap. Gaudemus, de diuortiis.*

[c] *4. Decretal. tit. 19. de diuortiis cap. vltimo.*

TERTIA PROPOSITIO.

[a] *Primus gradus conſanguinitatis in recta, & tranſuerſa: & primus affinitatis in recta ſunt de iure naturæ, & indiſpenſabiles ab homine.*

Cap. XXVIII.

PROBATVR Primò, quia omnia, & ſola huiuſmodi coniungia puniuntur vltimo ſupplicio in [b] Leuitico, cætera leuioribus pœnis.

Secundò, nullum ſanctorum extat Matrimonium in huiuſmodi gradibus.

Tertiò, in his gradibus nuſquã diſpenſauit Eccleſia: quãuis [c] non defuerint, qui petierunt diſpẽſari. cum in [d] aliis gradibus tamen diſpenſauerit.

[a] *eadem eſt ratio de omnibus gradibus rectis deſcendentibus.*

[b] *cap. 20.*

[c] *Comes Armeniacus apud Paulũ Æmilium in Ludouico 11. quod non poſſet diploma extorquere à Papa, vt germanæ ſorori coniungeretur, falſum à corrupto quodam miniſtro procurauit.*

[d] *Innocent. 3.*

ſupr. Alexander 6. in 2. gradu conſanguinitatis, &c.

[e] *epiſt. 66.*

[f] *15. cap. 16. Ciuit.*

Quartò, quia omnes gentes aut naturaliter ab huiuſmodi Matrimoniis abhorrent: aut, ſi [e] quæ ſibi indulſerint hac in parte, ab aliis reprehenduntur.

Quintò, quia docet [e] Ambroſius, coniugium patris cum filia, pugnare cum iure naturæ. [f] Auguſtinus connubium cum ſorore, non niſi peruerſis legibus fuiſſe permiſſum.

Obiectio prima, Filij Adæ contraxerunt cum germanis ſororibus nuptias, ſine vlla diſpenſatione diuina. Nec enim eodem tempore legem condidiſſet Deus, atque diſpenſaſſet. Ergo huiuſmodi connubia non ſunt contra legem naturæ.

Reſpondeo 1. Deum diſpenſaſſe, idque conuenienter [eo ipſo tempore, quo lex condita eſt: quia rerum ſtatus ita poſtulabat.] 2. nulla opus diſpenſatione fuiſſe. quia licitum eſt de iure Naturæ iſtud connubium, in illa extrema neceſſitate genus propagandi humanum.

[g] *v. 12.*

[h] *ita enim Geneſ 26. v. 7. Rebeccam vocauit Iſaac ſororem ſuam: cum tamen eſſet neptis ex Patruele, id eſt filia Bathuelis filij Nachor fratris Abrahæ. & Loth. Geneſ. 11. v. 11. & Loth dicitur frater Abraham cum eſſet nepos ex Aram fratre Abrahæ. Geneſ. 11. v. 31. & cap. 12. v. 5.*

Secundò, Abraham duxit vterinam ſororem Geneſ. [g] 20. *Verè ſoror mea eſt filia patris mei, non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.*

Reſpondeo, Sarai dici ſororem, more ſcripturæ pro conſanguinea, ideſt nepta ex patre 1. quia ita ſentiunt [i] Hierony. [k] Aug. & [l] Ioſephus. 2. ex Geneſ. 11. [m] *Thare genuit Abram, Nachor, & Aram.* [n] *Duxerunt Abram., & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai, & nomen Nachor Melcha, filia Aran patris Melchæ. & Ieſcha*, id eſt, *Sarai*, quæ, *teſte Ioſepho*, binominis erat. nec enim credibile eſt, ſcripturam voluiſſe prodere patrem Melchę, & non Sarai, perſonæ longè dignioris. deinde quorſum alio-

[i] *in qq. Hebraïcis ad cap. 11. Geneſ. & lib. contra Heluidium.*

[k] *16. Ciuit. 12. & 19. ac 22. contra Fauſtum 31.*

[l] *1. Antiq. 14.*

[m] *verſ. 27.* [n] *verſ. 29.*

quin facta fuiſſet mentio Ieſchæ? 3. ibidem : [o] *tulit itaque Thare Abram filium ſuum, Et Loth filium Aran filij ſui, & Sarai nurum ſuam*, (non dixit filiam ſuam) *vxorem filij ſui.* 4. non licebat per mores Gentium ducere germanas ſorores alioquin ad tegendum cõiugium ſuum fruſtra dixiſſet Abram, *Soror mea eſt*. At non eſt veriſimile Abram feciſſe aliquid contra ius, & morem gentium.

[o] *v. 31.*

Contra. Primo, cum dixit Abraham : *filia patris mei*, loquitur de patre proprie dicto, non de auo, quia de proprie dicta matre ait : *Et non filia matris mea.* Ergo de ſorore loquitur, non de nepte.

Reſpondeo, improprietatem vocis non eſſe in voce Patris aut Matris, ſed in voce, *Filia*. Abraham ſiquidem de ſuis reuera Patre, & Matre loquitur: ſed non intendit Sarai fuiſſe propriã filiam Thare.

Secundò, ergo Abraham feſellit Regem cui dixit: *verè ſoror mea eſt.*

Reſpondeo, non feſelliſſe mendacio ſed ambiguitate vocis: quam tamen credibile eſt, poſtea Regi declaraſſe ne putaretur Abraham cum germana ſorore contraxiſſe.

Tertiò, Aran iunior erat Abrahamo ſaltem duobus annis. quia tertius [p] erat ab ipſo : & Sarai [q] iunior erat Abrahamo 10. annis. Ergo ſi Aran fuit Sarai Pater eam genuit ſeptimo ætatis ſuæ anno.

Reſpondeo, Aran fuiſſe ſeniorem Abrahamo. Nam Thare anno ſeptuageſimo cœpit tres habere filios. Geneſ. [r] 11. At illo anno natus eſt Abrahæ. Semper enim ſcriptura [s] indicat tempus natiuitatis eorum, quorum genealogiam texit, vt alijs prætermiſſis, intelligamus totius ætatem mundi. Ergo antea nati erant Aran & Nachor, quare fieri potuit Aran anno 27. aut 37. ætatis ſuæ genuiſſe Sarai.

Tertia obiectio, [t] *Noli frater mi, noli opprimere me* (inquit Thamar ad Ammon) *noli facere ſtultitiam hanc, quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi.*

[p] *tertius enim numeratur Geneſ. 11. v. 27.*

[q] *Geneſ. 17. v. 17. Putaſne cẽtenario filius? Et Sara nonagenaria pariet?*

[r] *v. 26.*

[s] *Geneſ. 5. v. 3. notatur annus quo ſit genitus Seth. v. 31. notatur annus generationis Sem.*

[t] *2. Reg. 13. v. 12.*

Reſpondeo, non poſſe firmum duci argumentum ab vnius opinione puellæ: maximè cum nihil ſimile factum vidiſſet, & abſolute ab hoc connubio abhorreret, quamuis exiſtimaret minus malũ eſſe connubio iungi fratri, quam ab eo ſtuprari.

u 3.Reg.2.v. 17.19. Quarta, [u] petiit Adonias in vxorem Abiſag Nouercam ſuam.

Reſpondeo 1. non conſtare Abiſag fuiſſe vxorẽ Dauidis, nuſquam enim vocatur vxor: aut [x] eam Dauid cognouit. 2. fuiſſe pœna capitis affectum Adoniam ob hanc petitionem: quod ſignum eſt, rem illicitam poſtulaſſe.

x 3.Reg.1.v. 4.

QVARTA PROPOSITIO.

Rectè ab Eccleſia prohiberi connubia vſque ad quartum, vel ſeptimum gradum.

CAP. XXIX.

PROBATVR [a] Primò, natura docet deberi Conſanguineis, & Affinibus peculiarem verecundiam quandam, & reuerentiam, quæ cum actu coniugali obſeruari nequit: tamdiuque durat, quandiu notitia cognationis habetur. Hæc autem notitia ſolet vſque ad quartam generationem [& aliquando ſeptimam] extendere ſe.

Secundò, ſolet intra iſtos gradus eſſe maxima familiaritas Conſanguineorum, & Affinium. At ſi intra gradus iſtos connubia permitterentur.] nulla habita ratione circunſtantiarũ] facilè, matrimoniorum

a *Concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 3. Si quis dixerit eos tantum conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur poſſe impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere cõtractum: nec poſſe Eccleſiam in nonnullis ipſorum diſpenſare, aut conſtituere vt plures impediant, & dirimant: Anathema ſit can. 3. Si quis dixerit Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendis erraſſe. Anathema ſit.*

niorum prætextu, & inceſtus committerentur, & tanta familiaritas in ſcandalum verteretur.

Tertiò, quia periret fructus ampliſſimus propagandæ vnionis inter homines.

Quartò, quia carnalis amor plus debito creſceret. duplici ſiquidem amore carnali mouerentur coniuges, ſcilicet conſanguinitatis, ſiue affinitatis, & coniugali.

Obiicitur [b] primò, non venit Chriſtus politicas ferre leges. Ergo multo minus debet eius vicarius eas ferre. [b] *Brent. ſupra.*

Reſpondeo, 1. potuiſſe ferre, ſi voluiſſet Chriſtus & conſequenter eius vicarium poſſe: maximè ſi ad æternam ſalutem conducãt. 2. leges Matrimonij non eſſe mere politicas, ſed etiam ſpirituales: cum matrimonium ſit Sacramentum.

[c] Secundò, Deus melius nouit aptas ad Matrimonium perſonas quam vllus Pontifex. At Deus ſolum prohibuit vſque ad ſecundum gradum in linea inæquali. [c] *Lutheri in ca. de Matrim.*

Ad Minorem reſpondeo, hanc prohibitionem fuiſſe ſolis peculiarem Iudæis. 1. quòd pauci eſſent, & propriæ familiæ propagandę. 2. quòd in eadem tribu deberent conſeruari propriæ opes. 3. quia cum valdè ad repudium proni eſſent, habitâ licentia contrahendi matrimonia cum conſanguineis, quibus ex natura maior debetur amor, minus repudiis ſtuderent. 4. ob infirmitatem propterea enim & polygamia permittebatur.

Tertiò, [d] Epannenſe, [e] Turonenſe. 2. [f] Pariſienſe. 1. Concilia non prohibent coniugia, niſi vſque ad ſecundum gradum. Ergo prohibitio ad quartũ, vel ſeptimum, incognita antiquitati fuit. [d] *can.* 30. [e] *can.* 12. [f] *cap.* 4.

Ad Antecedens. 1. numerari quidem in illis Cõciliis gradus præcipuos ſed non excludi à prohibitione alios. Nam Turonenſe ad ſuperiora ſe remittit, vt ad Epannenſe: iſtud verò adducit initiũ can 61. Concilij Agathenſis, quo poſt aliquorum prohibitionem graduum, prohibetur generaliter

matrimonium cum conſanguineis quibuſcumque 2. etſi reſtrinxiſſent ad 2. gradũ: quid inde ſequitur, niſi in his prohibitionibus mutationẽ fieri poſſe?

Ad conſeq negatur. Nam [g] Alexander. 2. qui ſedit poſt an. 160. affirmat ex antiquo more Eccleſiæ interdici connubia vſque ad ſeptimum gradum. [h] Gregorius. 1. an 600, apertè ſcribit, ſe cum ſolis Anglis, ob recentem conuerſionem ad fidẽ diſpenſaſſe in tertio, & quarto gradu: cum alioquin, vſque ad ſeptimum, communi lege interdicantur. Julius 1. 200. annis ſenior Gregorio [i] affirmat nulli permittẽdum matrimonium intra ſeptimum gradum. Concil. [k] Toletanum. 2. in Hiſpania prohibet matrimonia, quãdiu linea Affinitatis generis cognoſcitur. Idem [l] wormacienſe in Germania, [m] Lugdunenſe vero & [n] Cabilonenſe in Gallia, ad ſeptimum vſque gradum prohibent.

Quartò, Lateranenſe concilium ideò ad quartum reſtrinxit gradum, quod quatuor conſtet humoribus corpus, iuxta quatuor Elementa. Hæc autem ratio, puerilis eſt.

Reſpondeo 1. hanc non fuiſſe rationem præcipuam: ſed quia minuitur ætas, charitas refrixerit, concupiſcentia auxit, & rarò iam vltra. 4. gradum proximitas diſcernatur. 2. Negatur minor. [o] quia in permixtione ſanguinis à patre accepti cum extraneo alio in generatione, deperditur. 1. vis ignea. 2. aerea. 3. aquea. 4. terrea. Quare in quarta generatione totus ille ſanguis perire videtur.

QVINTA PROPOSITIO.

Cognatio ſpiritualis, & legalis: publica honeſtas ſiue iuſtitia: & Affinitas ex fornicatione, merito ab Eccleſia inter impediẽtia Matrim. referũtur.

Cap. XXX.

Cognatio [a] *ſpiritualis, & legalis.* Quia generat debitum peculiaris cuiuſdam reuerentiæ. quę inter perſonas contrahentes ritè ſeruari nequiret. *publica honeſtas,* Quia ſicut ſponſalia ſunt inchoatũ quoddam

[g] *can. Ad ſedem. 35. q. 5.*
[h] *12. epiſt. 31.*
[i] *can. nullum. 35. q. 2. apud Iuonem. lib. 7. Decreti.*
[k] *can. 5.*
[l] *apud Gratian. can. in copulatione. 35. q. 2. Item Agathenſe; poſt prohibitionẽ graduum aliquorum addit generalem prohibitionem, ne quis conſanguineam ſuam ducat in vxorem.*
[m] *apud Gratian. 35. q. 2. can. nulli.*
[n] *ibid. can. Cõtradicimus.*
[o] *D. Thom. in 4. diſt. 40. q. 1. ar. 4.*

[a] *vide Gratiã. 30 q. 1. & 3.*

matrimonium: ſic, *Publica honeſtas*: inchoata quædam affinitas: & proinde quæ in aliquo ſaltem gradu prohiberi debuit. *Affinitas ex fornicatione*, quia etſi imperfectior ſit contractâ ex Matrimonio vero: tamen reuera Affinitas quædam eſt, & proinde nulla erit cauſa cur non Matrimonium dirimat.

Obiicitur, omnes Chriſtianos, ſpirituales eſſe fratres. Ergo & inter illos omnino prohibita deberent eſſe connubia. Reſp. cognationem ſpiritualem in hac materia non eſſe quamcumque, ſed determinatam ab Eccleſia.

De vetito Eccleſiæ, & tempore feriato.
CAP. XXXI.

PER *vetitum Eccleſiæ*, intelligitur Matrimonium clandeſtinum de quo [a] ſupr. Obiicit Kemnit. male dici à [b] Concilio Trident. Matrimonia clãdeſtina fuiſſe ſemper deteſtanda, & tamẽ rata.

[a] *in tabula de impedimentis; & cap. 7.*
[b] *ſeſſ. 24.*

Reſp. ratione Sacramenti fuiſſe rata, & bona: ratione modi & ordinis mala. *Per feriatum tempus*, intelligũtur dies certi quibus nuptiæ fieri prohibentur: olim, *ab initio Aduentus ad Epiphaniam: à Septuageſima ad octauam Paſchæ, à die Rogationum ad octauam Pentecoſtes.* quia in Natali Domini, Reſurrectione, & Pentecoſte, tenebantur fideles communicare. Nunc [c] ſolum, *ab Aduentu ad Epiphaniam*, &, *à die cinerum ad octauam Paſchæ.* Obiicit Kemnitius, primò, cauſam prohibitionis ceſſiſſe in Natali Domini, nec enim amplius obligantur fideles communicare niſi in Paſchate. Ergo & prohibitio, *Aduentus ad Epiphaniam ceſſare debet.* Secundò, ex hac prohibitione aſſui cæpit opinio huiuſmodi temporibus ineſſe ſanctitatem incompatibilem copulæ carnali.

[c] *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 10.*

Ad 1. reſpondeo 1. etiam nunc ſolere fideles in die Natali quam frequentiſſimè communicare, quamuis ſine præcepto 2. non ſolum ob hanc cauſam: ſed etiam, ob venerationem illorum feſtorum factas fuiſſe huiuſmodi prohibitiones. Ad 2. negatur.

De Iudice Cauſarum Matrimonialium.

Cap. XXXII.

[a] *Melancthon locis tit. de Coniugio, Brent. in Apolog. Confeſſ. Vitemberg.*
[b] *Kemnit. 2. par. exam. pag. 1272.*

PRIMA,[a] opinio, reiicit illas ad Politicum magiſtratum.

Secunda,[b] ad Eccleſiam ſpectare iudicare de caſibus cōſcientiæ circa matrimonium, ex verbo Dei pendentibus: tamen ferre leges de matrimonio, ad principem politicum pertinere 1. quia lex prohibens connubia conſobrinorum eſt Theodoſii 2. quia Mileuitanum Concil. legem de Diuortio, ait petendam eſſe ab imperatore.

Catholici harum tria genera cauſarum diſtinguunt 1. merè politicarum, vt de dotibus, ſucceſſionibus &c. 2. merè ſpiritualium: vt de partibus ſacramenti, benedictione ſacerdotali &c. 3. mixtarum: vt de gradibus cognationis, Diuortiis, impedimentis &c. Quatenus enim contractus matrimonij, naturalis eſt, materia eſt politica: quatenus eſt fundamentum Sacramenti, & res conſcientiæ, ſpiritualis eſt.

Primum genus fatemur ad politicum iudicem pertinere, ſecundum nullus negat ad Eccleſiam ſpectare.

Tertium genus non negamus poſſe ad Politicum principem ſpectare cum ſubordinatione ad Eccleſiaſticum: ſimpliciter tamen ad Eccleſiaſticū pertinere probatur.

Primò, quia non ſeparatur apud Chriſtianos contractus matrimonij legitimus, à matrimonij Sacramento. Ergo iudicare, an aliquis contractus ſit legitimus, eſt iudicare an ille cōtractus ſit Sacramentum. Sed de Sacramentis iudicare, ad Eccleſiam ſpectat. Igitur & de tali contractu.

Secundò, Et ſi Sacramentum non eſſet, tamen quia res conſcientiæ eſt, ex diuinis legibus pendens, ad paſtores animarum ſine dubio pertineret, ſicut de cambiis, cenſibus, &c. quæſtiones.

Tertiò, ex praxi Eccleſiæ: [c] Chriſtus ipſe voluit iudicare cauſam Diuortij.[d] Paulus cauſam Coniugij inter fidelem, & infidelem: huncque ſemper habuiſſe vſum Eccleſiam, cognoſci poteſt ex decretalibus epiſtolis.

[Quartò, ex [e] Concil. Trident. *Si quis dixerit cauſas Matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos: Anathema ſit.*]

Ad 1. rationem ſecundæ opinionis: nos fateri id fieri poſſe [f] ſed Eccleſia approbante. Ad 2. reſponſio ſupra diſputatione de Diuortio.

[c] *Mat. 5. & 19.*
[d] *1. Corinth. 7.*
[e] *ſeſſ. 24. can. 12.*
[f] *Nam cum diu poſt legem illam Theodoſij abrogaſſent filij eius. l. celebrandis. C. de nup. eamque abrogationem renouaſſet Iuſtinianus. §. duorum inſtit. de Nup. 5. Gregorius legem Honorij, & Iuſtiniani dumtaxat irritauit in reſcripto ad Auguſtinum Anglorũ Epiſcopum, lexque Gregorij præualuit. 35. q. 2. can. Quædam lex.*

De Cæremoniis Sacramenti Matrimonij.

Cap. XXXIII.

DE his tractant Nicolaus, ante annos 700. can. [a] *Noſtrates* Et [b] Iſidorus, ante annos plus minus 900.

Prima, eſt *benedictio coniugum in Eccleſia à Sacerdote*, de qua [c] *Siricius* [d] Innocent. [e] Concil Carthag. 4. & [f] Ambroſ. Secunda, *Euchariſtiæ pro ſponſis nouis oblatio* de qua [g] Tertull. Tertia, *Velaminis obnubilatio*, de qua [h] Ambroſ. Quarta, *coniunctio coniugum, vittâ partim candida, purpureâ partim. Quinta, ſponſus ſponſæ annulum donat à Sacerdote benedictum* Sexta, *variis precibus, coniugium recens Deo commendatur* Septima, *cohortatione ſacerdotali monentur officij, coniuges.*

[De quibus Cæremoniis Cõcil Tridẽt *Si quis dixerit prohibitionẽ Solẽnitatis nuptiarũ certis anni tẽporibus, ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam: aut benedictiones, & alias cæremonias quibus Eccleſia in illis vtitur, damnauerit, Anathema ſit.*]

[a] 30. q. 5.
[b] 2. officior. 19.
[c] *epiſt. 1. cap. 4.*
[d] *epiſt. 2. cap. 6.*
[e] *cap. 13.*
[f] *cap. 70.*
[g] *lib. 2. ad vxorem.*
[h] *ſupra.*
[i] *ſupr. can. 12.*

Finis tomi 3.

Laus Deo & B. Virgini.

TOMI TERTII

INDEX.

A.

ABraham quare ex Agar ſuſcepit filium.392.
Accidentium triplex ad ſubſtantiam ordo. 175.
Adorandum eſt Euchariſtiæ Sacramentum latria.213.
Adulti quare tenentur communicare, & non infantes.115.
Agnus paſchalis ſacrificij Miſſæ figura. 224. Item corporis Chriſti.111.
Agrippini Epiſcopi Carthaginenſis de collatione Sacramentorum ſententia.26.
Anabaptiſtæ polygamiam recipiunt.390.
Antiochus quare veniam non obtinuit 305.
B. Antonij de Padua Miraculum. 162.
Athanaſius per iocum verum baptiſma contulit.30.
Albigenſes hæretici quo tempore. 108.
Apoſtoli ſine medio receperunt gratiā in die Pētecoſtes. 94.99.
Archontici Euchar. deteſtabantur.108.
Audiani pœnitentibus multam non imponebant.309.
Attritio S.ſancti impulſus eſt, ſed nondum inhabitantis. 191. bona atque vtilis eſt.306.

B.

BAlſamum verum an reperiatur.100.
Baptiſma Ioannis quid ſignificabat.87.
Baptiſmi varia nomina.68.
Baptiſmi definitio, ibid. Definitio Melanchoniana, Caluiniana,ibid.
Baptizare per ignem quid ſignificet,ibid.
Baptiſmus quando inſtitutus,72.
Baptiſma repetendum, in nomine vnius tantum perſonæ Trinitatis collatum.69.
Baptiſmi effectus quos eſſe velint hæretici 82.
B. Bernardi miraculum. 161.
Berengarius hæreticus quo tempore.108. quoties damnatus, à quibus. 161. quoties relapſus. ibid. Eiuſdem notæ & vitia. ibid. De Euchariſtia, eius hæreſes.163.
Bibite ex hoc omnes, exponitur.107.

Bohemis qua conditione conceſſus eſt calicis vſus. 209.
Buceri ſententia de verbis conſecrationis. 193.

C.

Caluiniana ſacramentorum definitio. 13.
Caluini de Miniſtro Confirmationis ſententia. 101. *De Miniſtro baptiſmi.* 75. *Eius de Euchariſtia doctrina.* 109.
Caluini expoſitio verborum. Hoc eſt corpus meum. 117. *Eiuſdem de verbis conſecrationis ſententia.* 192. *Item de præparatione ad Euchar. & effectu.* 196.
Caluini de vinculi matrimonialis ſolutione ſententia. 395.
Cantus in Miſſa approbatur. 258.
Caro in ſcripturis quid ſignificat. 129.
Carnem Chriſti quomodo infantes dici poſſunt manducare. 115.
Canonis Miſſæ nomen explicatur 264. *Quis eius author: antiquitas, ibid. & ſeqq.*
Canonis ſingulæ orationes defenduntur. 126. *& ſeqq.*
Cæremoniarum nomen quid eſt. 62.
Cæremoniæ ſacræ non poſſunt omitti ſine peccato ibid.
Cæremoniarum vtilitates. 64.
Cæremoniæ conſeruant religionem. 64. *Diſtingunt Catholicos ab hæreticis, ibid.*
Cæremoniæ baptiſmi quæ. 90.
Cæremoniæ Confirmationis quatuor. 103.
De Cæremoniis qui ſcripſerunt. 254.
Cæremoniæ miſſæ. 255. *& ſeqq.*
Cæremoniæ miſſæ quæ in actione ſunt defenduntur. 258. *& ſeqq.*
Cereorum in Eccleſia vſus defenditur. 256.
Chriſtus, an verè apparuerit Paulo Actor. 19 *fol.* 153.
Chriſtus, quas ob cauſas baptizatus. 90.
Chriſtus non ſuſtulit omnino quæ erant antiquæ legis. 237.
Chriſtus conſecrauit his verbis: Hoc eſt corpus meum. 190.
Cogi aliquis dicitur, quatuor modis. 404.
Communio ſub vna tantum ſpecie licita. 205. *Hanc Eccleſia merito præcipere potuit.* 213.
Communionis ſub vtráque ſpecie incommoda. 207.
Commemoratio duplex. 212.
Confirmare an poſſint Preſbyteri ex diſpenſatione. 102. *quare poſſunt. ibid.*
Conſecrationis vera forma. 194. *de verbis conſecrationis variæ ſententiæ* 190. *& ſeqq.*
Confeſſionis neceſſitas. 309. *& ſeqq. De ea ſententiæ hæreticorum. ibid.*
Confeſſio Sacerdoti cur faciē-

da.ibid.
Confeſſio de iure diuino eſt 317.
Conſecratione non ſolummodo transformatur Panis.164.
Conſecratio corporis Chriſti non pendet à bonitate Miniſtri. 164.
Contritionis doctrina Catholica proponitur.290.
Contritio quid eſt proprie. 291.in marg.
Contritio eſt libera, bona, ad Euangelium pertinens. 291.
Contritio non habetur ſine Dei ſpeciali auxilio. 293. in ea quid includitur.ibid. & ſeqq.
Contritio in adultis neceſſaria omnino ad iuſtificationem. 297.
Contritionis quantitas.298.
Contritione perfecta cum voto ſuſcipiendi pœnitentiæ Sacramentum remittuntur peccata. 300.
Contritione etſi remittantur peccata non tamen fruſtra baptiſmus & Abſolutio.304.
Corpus Chriſti qui primi negarunt. 107. Qui ſecundi, ibid.
Corpus eſſe in pluribus locis minus repugnat quã multa alia quæ tamen creduntur.154.
Corpus in pluribus locis conſtitutũ ſibi ipſi occurrere poſſe. &c. probatur.156.
Corpus in pluribus locis eſſe poſſe circumſcriptiue negãt Thomiſtæ.156.
Corporum datur penetratio. 157.
Corpus alicubi eſſe poſſe & locum non occupare.156.
Corpus Chriſti eſt in Euchar. cum tota ſua quantitate. 158.cũ propria figura, indiuiſibiliter, &c.ibid. De modo exiſtendi variæ ſententiæ. 163. quoad locum. 153. falſæ opiniones refelluntur. 164 & ſeqq.
Corpus Chriſti, quomodo videri, tangi, frangi dicitur. 174. De eius ſub ſpeciebus permanentia opiniones, 177.
Corpus Chriſti continetur ſub vtráque ſpecie. 200.
Corpus Chriſti miraculũ.206.
Corporis Chriſti feſtum quare inſtitutum. 214. de Euchariſtiæ veneratione opiniones.213.
Crucis ſignum miram vim habet. 63. Quid per illud intelligimus. 64.
Culpa remiſſa pœne luendæ remanet debitum, 323.
Crimen impedit matrimonium.407.
Cypriani cauſa quomodo ſuperata.27.

D.

Diaconatum verum eſſe ſacramentum probatur.374.
Diaconi ordinati primo fuerunt, ſed non inſtituti occaſione menſarum.ibid. An ad Euangelium legendum primi illi ordinati ſint.375.& 377.
Diaconi in abſentia Sacerdotum officio extraordinario baptizant.75.

Diuortium quatuor de cauſis illicitum eſt 394.

Diuortium quoad thorum propria poteſt fieri authoritate ſed non quoad habitationē 394.

Diuortium non eſt innocenti laqueus 399.

S. Dionyſij Areopagitæ inuocatio Euchar. 133.

Donatiſtarum de ſacramentis dogma: 17.

Donatiſtæ Chriſma contemnebant. 93.

Donatiſtæ Euchar. Canibus proiecerunt. 108.

Durandi falſa de Euchar. ſententia. 163.

Duritiès cordis non eſt tanta nunc, quanta erat olim. 401.

E

Ccleſiæ de S. Euchar. doctrina Catholica. 109.

Eleemoſyna viri iuſti duplicem habet valorem. 337.

Epiſcopatus vnus ordo eſt cum Presbyteratu genere, non ſpecie. 373.

Epiſcopalis character minor intenſiue, ſed maior extenſiue, presbyterali ibid. Confert gratiam. ibid.

Errores circa ſacramenta. 1.

Eraſmus quid ſentit dē baptiſmo 76. *de matrimonialis vinculi ſolutione.* 396. *de matrimonio ſine conſenſu parentum* 403 *de Pænitentiæ ſacramento* 309.

Eſaii quare veniam non obtinuit. 306.

Eſcam eandem nobiſcum quomodo Iudæi manducarunt. 130.

Euchariſtia omnibus ſacramētis præſtantior. 62. *ſpeciem vtramque non tenentur omnes percipere.* 116.

Euchariſtia non eſt tantum figura Corporis Chriſti. 125. *quomodo poſt conſecrationem etiam dicitur panis.* 131.

Euchariſtiæ miracula varia. 161. *Excitat fidem, charitatem. &c.* 162.

Euchariſtiæ & baptiſmi diſſimilitudo. 179.

Euchariſtiæ materia quæ. 183

Quomodo formandæ ſint de Euchar. enunciationes. 177.

Euchariſtia quomodo mortuis dare vitam poteſt. 199.

Extremam vnctionem qui oppugnarunt. 364.

Extrema vnctio probatur ex ſcripturis. ibid. quæ eius materia eſt, quæ forma. 368. *Eius qui ſunt effectus.* 369. *Quis Miniſter, quis ſuſcipiens. ibidem. quæ Cæremoniæ ſeruandæ ſint.* 370.

F

Abiola poſt diuortium nubens mortaliter peccauit, ſed pœnituit. 401.

Figura minus quid eſt refigurata. 111.

Flagellantiū author quo anno 108.

Florentinum Concil. ſynodicè & iudicialiter habitum eſt. 192.

Formam Confirmationis & baptiſmi PP. quare diſtinctè non expreſſerunt. 101.

B. Franciſcus indulgentiam plenariam impetrauit concedendam per Romanum Pontif. 362.

Frons quare inungitur in confirmatione. 99.

G

Geneſius Mimus quomodo conuerſus. 31.

Græcorum baptizandi forma. 69. Item & Gnoſticorum. ibid.

Græcorum ſententia de materia Euchar. 183

Græcorum de verbis conſecrationis opinio. 191. Item de ſolutione à vinculo matrimonij. 395.

Gnoſtici corpus Chriſti in Euchar. negant. 108.

Graduum cognationis ſupputatio canonica optima eſt. 409.

Gradus qui de iure naturæ ſunt indiſpenſabiles ab homine. 413.

Gratias agebat Chriſtus cum quid mirabile facturus erat 118.

Gregorij magni miraculum circa Euchar. 161.

H.

Habitus pœnitentium qualis olim. 289.

Hermaphroditæ non ſoli confiteri tenentur. 318.

His qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, &c. 1. Cor. 7. exponitur. 397.

Hoc eſt corpus meum. male hæreticos interpretari probatur. 119. Particulæ hoc expoſitio D. Thomæ. Item & Guitmundi. 122.

I.

Iacobitæ quomodo baptizabant. 68. 108.

Iconomachorum de Euchar. hæreſis. 108.

Idiomatum communicatio nō oritur niſi ex vnione hypoſtatica. 119.

Ieiunium viri iuſti duplicem habet valorem. 337.

Imperitia ſermonis nequit bonam abrogare legem. 318.

Incredulitas quid eſt 3.

Indulgentiæ nomē quid ſignificat. 335. & 341. De indulgentijs qui ſcripſerunt. 336. Qui oppugnarunt. ibid. Nomine Theſauri indulgentiarum quid intelligitur. ibid.

Indulgentiarum quis effectus. 343.

Indulgentia veniales culpas non ſoluit. ibid. nec liberat à pœnu fori contentioſi, ibid.

Indulgentia pœnitentiæ iniunctæ quid intelligatur. 344. cum pœnitētiarum iniunctarum non fit mentio quid intelligendum eſt. 345.

Indulgentiarum varietas 346. An omnibus vtiles ſint. 347. Qui eas poſſint concedere. 348. Quænam cauſa requiratur ad eas concedendas. 349.

Indulgentias ſuſcipientis qualis eſſe debeat diſpoſitio. 351.

Indulgentiæ an defunctis applicari poſſint. 352. an per modum

abſolutionis.ibid.

*Indulgentiæ per modum ſuffragij quid ſunt.*352. *An ex condigno,an ex congruo proſint defunctis.* 353. *vt proſint defunctis quid requiratur.ibid.*

Indulgẽtiæ omnibus qui ſunt in purgatorio proſunt accidẽtaliter, quæ vni applicantur ſpeciali.ibi.

Indulgentiarum applicatio viuentibus quomodo menſurãda. 146.*Item quomodo animabus in Purgatorio ibidem.*

*Infirmatur quis in vobis inducat,&c. Iac.*5. *defenditur.*363.

*Inhærentia non eſt de accidentium eſſentia.*175.

*Innocentes pro Chriſto interfecti, quare vt ſanctos Eccleſia colit.*74.

Innocentius 3. *tempus confitendi ſtatuit.*318.

Ioannis baptiſma,quare Ioannis dicitur. 87.*Quale erat.ibid.*

*Ioannis Scoti de Euchar. hæreſis.*108.

*Iubilæi nomen quid ſignificat, vnde dicitur.*335.

Iubilæus Euangelij typus ibid.

*Iudas offenſus eſt cum cæteris Iudæis Chriſto de Euchar.differente.*107.

K.

Kemnitij de verbis conſecrationis ſententia. 193.

*Kemnitij de forma Sacr. Euchar.calumniæ.*195.

Kemnitij ſententia de præparatione ad Communionem, & eius effectu. 196.

L.

*Liber paßionis Sancti Andreæ an recipiendus.*132.

Ligamen ſponſalium non ſoluit matrimonium cõtractum. 406.

Linguæ igneæ quid denotabant. 6.

*Litera occidens & viuificans quid ſunt.*50.

*Locus pœnitentium quotuplex.*290.

Lotio pedum Sacramentum non eſt. 59.

Lutherus Dæmones Sacramẽtorum mini ſtros facit. 24.

Luthers de præparatione ad Communionem, & effectu ſententia. 196. *Eius item de communione ſub vtraque ſpecie opiniones.*200.

*Lutherus negat pœnitentiam à baptiſmo diuerſam eſſe.*281.

*Lutherus impugnat indulgentias.*354.*Poligamiam multarum ſimul vxorum approbat.* 390. *Eius de ſolutione matrimonij quoad vinculum opinio.* 395.

*Lutherani quid ſentiunt de fide in baptiſmo.*80.

*Lutheranorum de Euchar hæreſis.*163.*Item de Miniſtro Euchar.*124.

Ludouicus Viues quid ſentiat de baptiſmo paruulorum. 76.

*Ludouicus pius quot dies ex Euchar.vixit.*161.

M.

*Marcoſiorum baptizandi formula.*2.

Magdalena quare Chriſtum

tangere prohibita.130.

Maiorem charitatem nemo habet,&c. quomodo intelligendum.74.

S. Malachiæ miraculum. 161.

Manichæi aquam in baptiſmo non admittebant.68.

Manna figura corporis Chriſti.111.

Manuum impoſitio non fuit tantùm oblatio baptizatorum Deo. 93.

Marcionis, Marci & diſcipulorum eius, Menandrianorum item Meſſalianorum & Manichæorum hæreſes.108.

B. Maria virgo ſemper inuiolata.157.

Matrimonium eſſe ſacramentum probatur ex ſcripturis.379. 387. Qui de matrimonio ſcripſerint.378. Errores multorum circa illud ibid.

Matrimonij ſacramentũ non fuit inſtitutum niſi in lege noua. 382.

Matrimonij quandonam gratia infunditur.383.

Matrimonium contractum ante baptiſmum non eſt inſolubile omnino 385.

Matrimonium quomodo eſt ſolubile etiam quoad vinculum 393.

Matrimonij quæ ſit forma, quæ materia & miniſter.388. in matrimonio duplex datur benedictio. ibid.

Matrimonium clandeſtinum quare Conc. Trid. irritat.387. in marg.

Matrimonij quatuor ſunt fines 391.

Matrimonium fidelium quomodo ſolubile, quoad thorum, & habitationem. 394. quas ob cauſas ibidem. quoad vinculum nullo modo 396. De hac ſolutione vinculi variæ ſententiæ. 395.

Matrimonium ſolo conſenſu parẽtum an celebrari poſſit.403. ſi filiorum ſolus ſit, an inſolubile. Ibidem.

Matrimonium quænam impediant.407. Crimen, diſparitas cultus, ibid. de Impedimento cognationis.409.

Meſſaliani ſacramenta virtute ſpoliant. 2. & 34.

Melanchthonis de vinculi matrimonialis ſolutione ſententia. 395.

Melchiſedech Chriſti figura. 120.

Merſiones in baptiſmo fiunt. 91.

Miracula corporis Domini. 161.

Miraculum cuiuſdam Monachi confitentis peccata. 317. Item Iosberti de Firmitate, ibid.

Miraculũ Militis qui B. Frãciſcum inuitarat.318.

Miſſæ nomen antiquum 215. Etymologia, & ſignificatio. ibid. Contra miſſam argumenta.237. & ſeqq.

Miſſa ſacrificium propitiato-

rium eſt. 241. 235. *Impetratorium.* 241. *Eius efficientia propria.* 243. *quibus prodeſt.* 245.

Miſſa pro hereticis poteſt celebrari ibid. Item pro animabus in purgatorio. ibid.

Miſſa priuata vnde dicitur. 248. *Antiquiſſima. ibid. oppugnatur miſſa priuata.* 250. *vulgari linguâ non eſt celebranda, Item quædã ſubmiſſâ voce pronuntiare vtile eſt.* 252. 253. *de die celebrandi, & an ieiunis ſolis celebrare liceat.* 257.

Miſſa cathecumenorum. 299.

Miſſæ partes ſingulæ defenduntur ibid. & ſeqq.

Miniſter Euchariſtiæ quis debeat eſſe 194.

Montaniſtæ confeſſionem inanem putant. 309.

Moraliter, non Phyſicè, ſacramenta conſideranda ſunt. 7.

Mortali peccato obnoxij indignè communicant 197.

Mos antiquus circa Euchar. 206.

Mutatio ad ſubſtantiam non eſt generatio 176.

Muſica in miſſa approbatur. 259.

O

OBiecta ſenſuum per ſe ſunt accidentia. 174.

Oleo quare SS. PP. ad miracula patranda ſæpe vtebantur. 368.

Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, &c. Math. 5. *exponitur.* 396. 399.

Opera bona iuſtorum hominum duplicem habent valorem. 336. *ſponte ſuſcipi poſſunt.* 325. *A Sacerdotibus rectè iniunguntur ibid.*

Opera bona, vt meritoria ſunt an poſſint applicari alteri. 337. *an vt ſatisfactoria ibid.*

Orare pro hæreticis publicè quomodo liceat. 245.

Oratio, ieiunium, & Eleemoſyna opera ſunt ſatisfactoria. 326

Ordo quis ſeruandus in eligendo baptiſmi miniſtro. 75.

Ordinis Sacramentum probatur. 371.

Ordinis quæ forma, quæ materia. 376.

Ordinis eſſentialis materia an ſit manuum impoſitio ibid.

Ordinatio Epiſcopalis ſacramentum eſt. 372.

Ord. Diaconatus & ſubdiaconatus ſacramenta ſunt. 375.

Ord. Minores quatuor Sacramenta ſunt ibid. nõ idcirco quatuordecim ſunt Sacramẽta. 376.

Ordinis effectus quis, quis Miniſter, quæ cæremoniæ ſeruandæ. 377.

P.

PAſcha Dominus quando celebrauit vltimo 183.

Patres noſtri in monte hoc adorauerunt. Ioan. 4. *exponitur.* 229.

Panis fermentatus non eſt materia Euchar. 183.

*Panis triplex.*116.
*Panis Euchariſticus an poſſit alterari, corrumpi.*175.
*Panis & vinum vt talia ſunt ante conſecrationẽ offerũtur.*139
*Panis & vini oblatio quomodo pertinet ad ſacrificij integritatem.*140.
Patriarchis cur licita polygamia. 391.
Peccatum in S. Sanctum quidnam ſit variæ ſententiæ. 305.
*Peccatum in ſp. ſanctum cur irremiſsibile.*306.
*Pepuritæ ordines fœminis conferebant.*2.
*Pelagianorum de baptiſmi neceſsitate ſententia.*70.
*Permanentia corporis Chriſti in Euchar. probatur.*178.
*Petri Lombardi errores circa baptiſmum Ioannis.*86.
Petri Oxomenſis de pœnitentiæ ſacram. ſententia. 309.
*Petrus Dreſdrenſis communionem ſub vtraque ſpecie ſuadere quando incepit.*200.
Petro-bruſianorum & Henricianorũ de Euch. hæreſis. 108.
Pœnitentiæ ſacramentum qui oppugnarint, qui propugnarint. 275 278. *De pœnitentiæ nomine.*276.
Pœnitentiam eſſe ſacramentum. 278. *Delet quæuis peccata* 304.
Pœnitentia à baptiſmo differt. 281.
*Pœnitentiæ ſacramentum non vanum eſt.*304.
Pœnitentiæ partes eſſentiales quæ. 283. *de partibus materialibus pœnitentiæ opiniones variæ* 287.
*Pœnitentia priuata, publica, ſolemnis.*289.
Pœnitẽtiæ ſolemnis ritus. 289.
*Pœnitentiæ iniunctæ remiſsione, quid intelligitur.*344.
Pœnæ pœnitentium olim. 290.
Pœnæ Diaconorum. 107.
Pœna temporalis redimitur bonis operibus. 324. 327. *an ex iuſtitiæ rigore. ibid.*
*Pœnarum an tantum quinque genera.*359.
Polygamia multarum ſucceſsiuè non improbanda. 389. *qui eam damnant. ibid.*
Polygamia multarum ſimul illicita. 391.
Polygamiam viri poteſt Deus diſpenſare, vxoris nullo modo 392.
Præceptum naturale prohibens tripliciter dicitur. 410.
*Propoſitio ſacramentalis quot modis dicitur.*123.
Propoſitum vitandi peccatum includit odium peccati præteriti. 296.

Q.

QVi crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Explicatur 85.

R.

*REgulæ de modo loquendi in S. Euchar.*100.

Regulæ cognoſcẽdi quid Deus poſſit ſecundum hæreticos. 152. ſecundum Catholicos 153.
Religio nulla eſt ſine ſacrificio. 235.
Reliquiæ peccatorum quæ extrema vnctio abſtergit, quæ ſint. 369.
Repræſentatio dupliciter ſumitur. 135. item. 216.
Ruperti ſententia de Euchar. 163.

S.

DE Sacramentis qui ſcripſerunt. 1.
Sacramentum Euchariſt. quid ſit propriè. 182.
Sacramentorũ variæ definitiones. 7. Ad eorum eſſentiam tria requiruntur. 93.
Sacramenta antiqua legalem tantum ſanctificationem efficiebant. 7. & 21.
Sacramentorum eſſentialia nõ mutat Eccleſia, ſed miniſtri poteſtatem poteſt reſtringere. 385.
Sacramenta quæ ſint characterem imprimentia, & quæ non. 55.
Sacramenta lingua non vulgari miniſtranda ſunt, excepta cõfeſſione & Matrimonio. 65.
Sacram. inſtituuntur à Deo proprius verbis, non metaphoricis. 118.
Sacramentariorum de fide in baptiſmo ſententia. 80. quo anno eorum ſerpſit hæreſis. 108.
Sanctificatus eſt vir per mulierem, &c. 1. Cor. 7. explanatur. 70
Sacrificij definitio. 218. partitiones. 219.
Sacrificium Chriſtianæ Religionis, non eſt Sacrificium Crucis. 236.
Sacrificium & Sacramentum differunt. 237.
Sancti tribus modis inuocari poſſunt. 247. quo progreſſu ſecundum hæreticos ſanctorum inuocatio deducta eſt. 248.
Satisfactionis partitio. 323.
Satisfactio differt à reſtitutione. ibid.
Satisfactiones in hoc mundo triplicis ſunt generis. 346.
Senſus quando falli queunt & quando non. 174.
Signatum pro ſigno non accipitur, ſed è contra. 120.
Simoniani negabant corpus Chriſti in Euchar. 108.
Sine culpa, niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus. 399.
Spiritus eſt qui viuificat, caro, &c. exponitur. 129.
Subdiaconatus eſt Sacramentum 375.
Subſtantia ſupernaturaliter in alio ſubſiſtit. 176.

T.

TEmpus baptizandi. 92.
Theſaurus indulgentiarũ quid eſt. 336. extat in Eccleſia infinitus. 337.
Theſaurum indulg. Eccleſia poteſt applicare. 338. per quos

ibid. & 318. per quæ media. 340.
Teſtamentum inſtitutum fuit in Cœna vltima à Chriſto. 111.
Teſtamentum cur apertiſſimis verbis explicatur. 117.
Teſtimonia patrum pro Euchariſtia. 132. *& ſeqq. pro trãſſubſtantiatione.* 169. *& ſeqq. pro permanentia ſub ſpeciebus.* 180 *pro aqua vino miſcenda in calice.* 188 *pro ſententia Catholicorum de miniſtro Eucha.* 196. *quod Chriſtus ſub vtraus ſpecie contineatur.* 200. *pro miſſæ ſacrificio.* 221. *Quod agnus paſchalis deſignarit ſacrificiũ miſſæ.* 224 *& ſeqq. Quod miſſa ſit ſacrificium propitiatorium.* 242. *pro inuocatione ſanctorum in miſſa.* 247. *pro pœnitentiæ ſacramento.* 280. 304. *Pro contritione.* 292. 294. 295. 299. 300. *Pro Attritione.* 307. *pro confeſſione.* 310. *& ſeqq. pro extrema vnctione.* 366. *pro ordinis ſacramento.* 372 *pro Matrimonio.* 379. *& ſeqq. pro eius inſolubilitate quoad vinculum* 398. *Quod votum ſolemne ſoluit Matrimonium contractum poſtea.* 497. *Quod iuſtificatus bonis operibus pœnam tẽporalem redimere valeat.* 407
Thurificatio in miſſa defenditur. 259.
Timor quadrupliciter dicitur. 306.
Tranſſubſtantiationis veritas exprimitur. 167. *probatur. ibid.*
Nomen non reiiciendum 172.
Remanent accidentia. ibid.

V.

Valentinianus Imperator legẽ Polygamiæ tulit. 390.
Valentiniani hæretici an Extrema vnctione ſint vſi 368.
Valdenſes Chriſma contemnebant. 93.
Vaſa & veſtes ſacræ defenduntur. 255. *&* 256.
Vbi altare, ibi & ſacrifi. 234.
Vbi ſum illic & Miniſter, &c. exponitur. 129.
Vbiquitas refellitur. 166.
Virginitatis amiſſio in quo cõſiſtit. 157.
Vittembergenſes Confirmationem receperunt, poſteà reiecerunt. 93.
Viclef quo tempore. 108. *Cõfeſſionem oppugnauit.* 309.
Votum ſimplex impedit Matrimonium contrahendum. 406. *non dirimit contractum. ibid.*
Votum ſolemne dirimit etiam contractum. ibid.
Vrbici dè Euchar. hæreſis. 108.
Vtilitas communionis ſub vna ſpecie. 203.

Z.

Zelotypiæ ceremonia non erat ſacramentum. 17.
Zepherinus Papa ſumendæ Euchar. tempus ſtatuit. 318.
Zuinglius quid ſacramenta eſſe cenſet. 12. *Pœnitentiæ Sacramentum negat.* 278.

FINIS.

ANT 1741144

ogle

Google

IX
C52